UNIVERSITY OF TORONTO

Demosthenes
...
[opera] ...

Vol. IV

APPARATUS
CRITICUS ET EXEGETICUS
AD
DEMOSTHENEM
VINC. OBSOPOEI, HIER. WOLFII,
IO. TAYLORI

ET

IO. IAC. REISKII
ANNOTATIONES TENENS.

COMMODUM IN ORDINEM DIGESTUM
ALIORUMQUE ET SUIS ANNOTATIONIBUS
AUCTUM

EDIDIT

GODOFREDUS HENRICUS SCHAEFER.

TOMUS I.

LONDINI
APUD BLACK, YOUNG ET YOUNG
MDCCCXXIV.

ATHANASIO AUGERO
VIRO CLARISSIMO
ELOQUENTIAE PROFESSORI REGIO IN COLLEGIO ROTHOMAGENSI
S. P. D.
IO. IACOBUS REISKE.

Conscientia recte factorum et assensus bonorum si viro bono patriaeque atque posterorum studioso praemium est idoneum et locuples, esse certe debet, unum praeclarissimum laborum, quos in proferendis literarum finibus multos magnosque exantlat; nam quae reliqua habentur praemia, opes atque honores, sunt praeter literas artes aliae, quibus ista parentur; ecquam me percepisse autumas delectationem incredibilem, Augere, Vir Clarissime atque Doctissime, quem tulisse fructum lucubrationum Demostheni expoliendo a me consecratarum, quum literis humanitatis blandissimae atque caritatis ardentissimae plenis tu me certiorem voluntatis erga me tuae faceres, hominem nullis tibi cognitum officiis, nullis obstrictum necessitudinibus, opellamque oratorum principi a me navatam, quamvis mediocrem, iis efferres laudibus, quas si proferam, invidiam mihi crimenque vanitatis et iactantiae consciscam. Quid alii faciant, cum ego ab iis literarum tuarum locis, qui in Demosthenis mei praedicatione velut exsultant, pudibundus refugiam, quasi tu mediocritatem ingenii meritorumque exprobratum ieris? Sed ignosco affectus tui intemperantiae, mi Augere, caritate flagrantissima eum amplectentis, a quo speres adiumenti nonnihil ad te illo in opere,

quod cum maxime urges, esse profecturum. Es nempe tu quoque, mi Augere, in bonis illis cordatisque, quorum proventus nusquam terrarum spissus est, qui fugientes e terris nostris veteris Graeciae Latiique literas revocare et sistere contendunt; et, quod propius ad rem praesentem facit, Demosthenis quaecunque ad nos pervenere, tu gallice reddidisti omnia, eamque interpretationem in lucem proferre festinas, negans, aliud quicquam te morari, quam dilationem mearum ad Demosthenem animadversionum, sine quibus tuas proferre te negas audere. Non tu mihi quidem auribus meis verba dare videris; nam cur facias? sed aestus amoris tui ultra terminos te evexit, tibique imposuit, ut nimium mihi arrogans tibi derogares plus, quam par erat. A meone ingenio exsistat quicquam, cui excudendo tuum sit impar? Videbis tute ipse, videbunt omnes, ubi meae ad Demosth. animadversiones prodierint, id quod futurum ante huius anni decursum spero, cum cernentes immanem earum a meta proposita distantiam erroris vestri vos pudeat poeniteatque, in quem vos non promissorum meorum vanitas, sed exspectationis vestrae benignitas induxit. Haec ipsa exaranti mihi, Augere praestantissime, redduntur literae viri doctissimi atque clarissimi, summa cum laude literas in Batavis profitentis, rerum exquisitarum et lautarum ingentes copias ad Dem. a me exspectari, qui tam diu huic velut ovo incubuissem. Possent utique ab alio exspectari. Sed o quam illi, spem suam egregie lusam videntes, stomachabuntur et succensebunt mihi, innocenti quidem, qui nihil unquam opiparum atque singulare promiserim! Diu quidem profecto mearum ad Dem. annotationum editionem extraxi; verum ex éo parum recte colligatur, per omne illud tempus, ex quo graeca Demosth. oratio a me coepit edi, (quadriennium est,) uni me Dem. vacasse, quem interea totis interdum annis vix semel atque iterum inspexerim. Totum paene illud tempus sibi vindicarunt, id quod inter omnes constat, oratores Attici, obsessumque me atque addictum sibi obstrictumque tenuerunt, ut vix memoriae Demosthenis locum in animo meo vacuum relinquerent. Tandem anni superioris aestate ineunte, cum vix coepissem ad Dem. redire, indicesque ad

eum concinnare, et auctores Graecos pervolutare, qui locos ex eo recitant, ecce subito fatalis quaedam necessitas, veluti procella quaedam navem portui iam imminentem in altum reiicit, ita meum animum illinc avulsum ad Dionysii Halicarnassensis Archaeologiam et paulo post ad Plutarchi quoque Vitas recensendas contorsit, quibus emaculandis totam hyemem superiorem insumsi. Quo factum est, ut Apparatus huius critici parti huic primae, quam nunc ad te, Augere ornatissime, mitto, curam prorsus nullam mihi licuerit impendere, neque operas excudentes regere, neque folia a prelo madida perlustrare. Totum hoc negotium et operarum ipsarum fidei et Hesleri mei vigilantiae committendum erat; quod hoc fidentius videbar posse facere, quod hoc volumen mearum ad Dem. annotationum nihil teneret, sed meras Wolfianas atque Tayloranas, quas ex exemplis dudum excusis recudi videbatur res factu facilis esse neque interventu meo admodum indigere. Profligatis his alienis, iam proxime, hac, quae nunc instat, aestate, meae tandem ad Dem. animadversiones excudentur, quas tu, mi Augere, id quod te probe meminisse velim, non reperies diuturnitate meditationis et crebritate retractationum maturatas, non ubertate multivagae lectionis pastas saginatasque, non labyrintheis inquisitionibus in dialectos et in ius Atticum perplexas, non prodigalitate citationum exaggeratas, non observationibus grammaticis raris et exquisitis illuminatas, denique non similes, ut his unis utar, neque Hemsterhusianis, neque Valckenarianis, quorum inexhaustae copiae nos ieiunos macrosque homunculos admiratione percellunt, rubore perfundunt, vertigine paene dixerim circumagunt. Breves enimvero illae erunt animadversiunculae, pressae, strictae, Laconica verborum parsimonia strigositatem corpusculi mei referentes, raptim vetustis e schedis, dudum sepositis, corrasae, hoc agentes, aliae, ut vulneribus oratoris coniecturas veluti fomenta quaedam salutaria imponant, aliae, ut sententias eius enucleent, aliae, ut lectiones librorum Dem. calamo exaratorum, quos usurpare mihi licuit, prodant, aliae, ut locos Dem. ab aliis auctoribus recitatos indicent, lectiones eorum cum nostris vulgaribus comparent, atque interpre-

tationes, quas illi vetusti auctores locis Demosthenicis a se allegatis subiecerunt, in medio proponant, aliae denique, ut artificium oratorium demonstrent, non illud, quod nos in oratoris locis simus reperturi, sed quod veteres illi technici, Aristides et Hermogenes cum Scholiastis, sibi visi sunt reperisse. Non exartuabo, non excarnificabo Demosthenem, ut Freigius olim Tullium. Abhorret animus ab hoc genere molestae et miserae putidaeque et umbraticis magistellis relinquendae diligentiae, quam tametsi fuerunt qui me poscerent, ego tamen censeo, locum ullum si usquam habet, privatis scholis adstringendam lectorisque cuiusque privato sensui reservandam esse. Defungar itaque hac rhetorica parte provinciae meae, non ut rhetoricus, sed ut philologus seu ruspator antiquitatis. Non meis verbis, sed Syriani, sed Sopatri, sed Marcellini loquar, quorum ad Hermogenem commentarios, ab Aldo primo editos, qui recudendos daret, quod mireris, ad hoc diei nemo fuit, quum essent, qui Victorinum ad Tullii Rhetorica iterum iterumque redderent, et Hermogeniani illi interpretes aliis multis cum rebus, quae nobis hodie nugae videantur, suo tempore praecepta fuerunt non inutilia et vel necessaria dignaque inculcatu, res traderent revera scitu vel nobis hodienum dignissimas, quas abditas in angulo tam diu iacere indignum pudendumque sit. Aliud nihil inde si discas, hoc unum certe discas, quod summi est, veteres oratores cum iudicio et cum sensu legere eius, quod in iis nobile, excelsum, forte, validis lacertis intortum sit, et cur quodque sit. Haec hactenus, quae tu, mi Augere, ne nescires, qui operam meam Demosthenicam absolutam et in lucem editam videre gestis, antequam ad edendam tuam accedas, hoc loco ad teque unaque reliquos, quotquot erunt, lectores praefanda duxi, quo vobis constet, quid ego praestandum recipiam, quid vos a me par sit exspectare. Apparatus huius critici volumen secundum tenebunt Wolfianorum atque Tayloranorum reliqua, quae primum hoc volumen amplecti non potuit, una cum meis ad oratorem annotationibus. Huic ego parti ipsemet invigilabo, curamque eius a mendis typographicis elimandae non alienis oculis permittam, sed meis

mandabo: quamquam otii mei partem haud minimam Dionysianae Archaeologiae volumen tertium et Plutarcheanum Vitarum secundum ad se rapient, quae hac item aestate excudentur. Succedent annotationibus ad Dem. meis indices complures, quorum princeps erit index graecitatis Demosthenicae. Implebunt hi tertium volumen Apparatus, nisi coniectura in numero voluminum definiendo errat, in quo non labi perarduum est. Variantium lectionum congessi quidem enormem acervum, verum tam sunt pleraeque futiles et typis indignae, merae librariorum hallucinationes sive imperitorum sive oscitantium, ut prorsus supprimendae atque excludendae videantur cum operae chartarumque compendio, neque nisi paucae, lectu et pensitatu dignae, proferendae. Uni Demostheni si tota mente totoque animo vacare per rationes rerum, in quas me sors mea contrusit, liceret, nullus equidem dubito, exiturum esse opus aliquanto, quam hoc est, limatius. Caeterum, quia saepe numero nostrae spontis non sumus, sed in potestate fatorum, quae volentes ducunt, nolentes trahunt, saepe tantum non inconsulta et iniqua, (me quidem cum diu sivissent paene vacuum stare, non natura ignavum, sed cupidum adeo laboris operasque poscentem praeterissent; nam dudum occasiones edendi Graecos auctores frustra circumspexeram votisque arcessiveram; sub vesperam demum, hora undecima, in vineam ablegarunt plura simul agenda mandantia:) rogo vos maiorem in modum, Augere humanissime, et quotquot eritis opellae huius meae arbitri, ut festinationi et trepidationi meae, multa cruda et saepe coeca a me extorquenti, aequi bonique ignoscatis, voluntatis meae vobis inservire contendentis memores, probanda si quae sunt in scriptis meis, cum congratulatione suscipiatis, iisque sine malignitate utamini, lapsus meos, ut aequos humanosque decet, cum venia, dissimulatione atque silentio transmittatis, aut, sicubi necesse factu videatur, molli et benigna reprehensione notetis, denique iis modis me accipiatis, quibus ego soleo Wolfium, Taylorum, Stephanum, Portum, (hominem flagello paene indignum,) item Bryanum, Solanum, alios habere; quos passim locorum turpissime ruentes cernens

conniveo, errores eorum dissimulo, nullos video, aut, si tamen castigandi sunt, nominibus parco, eaque reticeo, bene sciens volensque, neque lectorum diffidens ingenio, sed eorum cuiusque perspicacitati atque conscientiae ea notanda permittens, quae non ideo censendus sum ignorasse, quia notare visum mihi non fuit, dedecus humanae naturae habenti, si quis in investigandis aliorum lapsibus atque in scenam producendis ostentandisque et veluti circumferendis acrem cupidumque se monstret, eoque animum denudet pusillum, degenerem, invidum, ignavum, malis alienis illaetantem, conscium denique sibi, praeclari ab ipso semet exsistere nil aut parum posse, neque se eminere, nisi per ruinas aliorum. Recordamini quaeso, (et aequa postulo,) qui vobis sit futurus animus, quae fortuna, si loco meo sitis, tam districti, tam obruti et paene contriti multitudine atque diversitate rerum simul agendarum. Tu vero, Augere, V. C. significationem hanc meae erga te voluntatis publico in loco propositam quin sis benevolus atque propitius accepturus, nullus dubito. Faxit deus, ut Francicum tuum Demosthenem quamprimum edas, ita exasciatum et ita faustis avibus, ut non modo Turellum pone te reliquisse, sed etiam gentiles tuos studio eloquentiae Graecae, hoc est verae, simplicis, naturae consentientis, fortis, excelsae, masculae, accendisse exemplisque eius nobilissimis atque luculentissimis instruxisse videaris. Scripsi Lipsiae d. 24. Aprilis 1774.

DEDICATIONES
ATQUE
PRAEFATIONES
EDITORUM DEMOSTHENIS.

ALDUS PIUS MANUTIUS ROMANUS
DANIELI CLARIO PARMENSI
S. P. D.

Summum locum in oratoria tenere apud Graecos Demosthenem, et in poetica Homerum, nemo est, qui ambigat, sic apud Latinos M. Tullium in oratoria esse facile principem, in poetica vero Mantuanum poetam. Quod ita mihi verum esse videtur, ut non modo non futurum unquam putem, qui hos superet, adaequetve, sed ne accedat quidem propius. Et quamquam duo haec admirabilium ingeniorum paria successu adeo felici suos elucubrarunt libros, et tradiderunt posteris, ut aeternos reliquerint: non tamen eodem successu aut vitam vixerunt, aut oppetierunt mortem. Nam poetae et quietiorem egerunt vitam, et sua morte mortui sunt: oratores vero in summis semper vixerunt molestiis, et tandem crudeliter occubuerunt: quippe qui rebuspubl. regendis incubuere: in quibus, si rudis es, et ineptus, abiectus vivis et inglorius, atque publicorum munerum omnino expers: sin vero aptus, ac paulo, quam caeteri, ingeniosior, adde his ad te aerumnas, ὡς κακίας τέλος, adisque plerumque periculum capitis, quemadmodum accidisse Demostheni et M. Tullio legimus. Verum ex duobus his infelicior Demosthenes fuit. Nam et cum vitiis quibusdam natus est, quae industria non mediocri tolli oportuit. Unde Valerius Max. Alterum Demosthenem natura, alterum industria fecit, et puer admodum privatur patre, sub infidis et avaris tutoribus educatus est, quos, male administrata

tutela, in ius vocare coactus, non sine labore immodico, ac periculo, deperdita etiam ablatorum parte, evicit. De eo sic in eius vita Libanius: *ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος, ἦν μὲν, ὥς φασιν, ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαίστραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθηναίων παῖδες εἰώθεσαν· ὅθεν καὶ ἀνδρωθεὶς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκώπτετο, καὶ βάταλος ἐπωνυμίαν ἔχων.* hoc est, ut et Graecarum literarum rudes intelligant. Privatus autem patre admodum iuvenis, fertur imbecilli fuisse corpore, et valetudinario adeo, ut neque ad palaestram accederet: quemadmodum omnibus Atheniensium pueris moris erat. Quapropter vir factus ab inimicis in mollitiem mordebatur, appellabaturque cognomento Batalus. et paulo inferius: *εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς, εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διῳκηκότων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, καὶ εἷλε μὲν αὐτοὺς, οὐ μὲν ἠδυνήθη πάντα ἀπολαβεῖν, ὅσα ἀπολώλεκε.* id est, cum primum adscitus est inter viros, statim tutoribus, male ipsius facultatibus administratis, diem dixit, et evicit quidem eos, sed non omnia potuit, quae amiserat, recuperare. Et in eadem: *ἔτι κἀκείνων μνημονευτέον, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν τὴν γλῶτταν ἐκ φύσεως, τὸ δὲ πνεῦμα ἀτονώτερος.* hoc est, ad haec et illa commemoranda, Demosthenem et lingua balbum et imbecillis fuisse lateribus. Idem in eadem: *καὶ γὰρ δειλὸς ἦν τὸ πρῶτον πρὸς τοὺς τοῦ δήμου θορύβους καὶ εὐκατάπληκτος, ὥστε εὐθὺς ἐξίστασθαι· διά τε τοῦτό φασιν αὐτὸν ἄνεμον ῥαγδαῖον τηροῦντα καὶ κινουμένην σφοδρῶς τὴν θάλατταν παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα λέγειν, καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δήμου καταβοάς.* hoc est, etenim primo timidus ad concionum strepitus fuit, ut statim deficeret, et consternabundus. propterea vero aiunt ipsum vehementem ventum, commotumque admodum mare observando ad littora accedere, et recitare, sonituque maris populi clamores ferre consuevisse. Idem in eadem: *παρειλήφαμεν δὲ κἀκεῖνο, ὡς καὶ ξίφος ποτὲ ἐκ τῆς ὀροφῆς ἀπήρτησε, καὶ ἱστάμενος ὑπὸ τούτου ἔλεγεν. ἐποίει δὲ τοῦτο δι' αἰτίαν τοιαύτην· ἐν τῷ λέγειν ἀπρεπῶς τὸν ὦμον εἰώθει κινεῖν. ὑπερεκρέμασεν οὖν τοῦ ὤμου τὸ ξίφος ἐν χρῷ, καὶ οὕτω τῷ δέει τῆς πληγῆς ἠδυνήθη κατασχεῖν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦ πρέποντος σχήματος.* hoc est, accepimus vero et illud, suspensum ab eo fuisse ensem de tecto, atque sub ipso stetisse, cum recitaret. Quod hanc ob causam fecisse dicitur: Inter dicendum movere indecenter hume-

rum assolebat: suspendit igitur ensem ad cutem humero imminentem: atque ita metu plagae in decenti se forma continuit. Praeterea cum maxime in patria floreret, nunc invidia civium, nunc Philippi Alexandrique Macedonum maximorum regum persecutione nunquam quievit, imo a Philippo in pugna victus magna cum ignominia fugit. Tum bis exulavit, primo in Aegina, et Troezene, L etiam talentis ab Areopagitis damnatur Alexandro rege, secundo autem Antipatro imperante capitis a populo damnatur, autore Demade, in Neptuni templum, quod erat in Calaurea insula, non tam salutis gratia, quam ut inde quotidie patriam prospiceret, e Troezeniorum urbe confugit, inibique hausto veneno, cum a satellitibus traheretur, excessit e vita. Quemadmodum in eius vita Plutarchus meminit. Operae pretium autem visum est, quaedam ex eius epistola ad magistratus populumque Atheniensium hic inserere, sunt enim huiusmodi. (hoc est.) Sed de his cum multa possim scribere, praetermitto. Nullius enim me conscium esse culpae, ad utilitatem quidem imbecillum esse experientia didici, ad maiorem vero moestitiam inferendam vehementissimum omnium. Quoniam autem omnibus accusatis reconciliati estis, id quod bene factum dixerim, et mihi velim reconciliemini, viri Athenienses: nam vos neque ulla adfeci iniuria, deos testor et heroas, mihi autem testis est omnis anteacta vita, cui magis iustum est ut fidem habeatis, quam culpae mihi nunc iniuria illatae, neque ego pessimus, minimeve eorum fide dignus videbor, qui calumnia sunt circumventi. Atqui discessus meus immerito vos mihi reddit iratos; neque enim spe vestri destitutus discessi; neque alio animum applicuerim meum, sed primum quia ignominiam carceris moleste animo ferebam: deinde quoniam propter aetatem imbecillo corpore miseriam perferre non poteram. Item non existimabam, nolle vos vacare me vituperio, quod nullo vobis emolumento fuit, me vero perdidit. Ad haec in vobis, nullis aliis animum fuisse meum, multis signis poteritis perspicere. Nam et urbem petii, non in qua res maximas essem ipse acturus, sed in quam et maiores nostros profectos esse cognoveram, quo tempore illis de Persarum rege periculum imminebat: et cuius plurimam erga vos benivolentiam esse perspexeram, haec autem est Troezeniorum civitas, cui opto, ut dei potissimum, ob ipsius erga vos benivolentiam, et collatum in me beneficium, sint omnes benivoli, tum ipse, servatus a vobis, queam

referre gratiam. Caeterum cum in hac nonnulli, ut mihi gratificarentur, increpare vos conarentur, idque mei animi ignoratione, ego eos pro viribus, ut bene dicerent, ut meum erat, admonui, qua potissimum causa puto eos omnes admiratos publice me honorasse. Sed cum viderem benivolentiam quidem hominum magnam, sed vires in praesentia imbecillas, in Neptuni templum profectus, in Calaurea insula me contineo, non solum tutelae gratia, quam mihi esse spero ob reverentiam numinis, (neque enim certe scio, nam quae in aliorum arbitrio et voluntate posita sunt, tenuem ac incertam praebent periclitanti tutelam) sed etiam quia patriam prospicio inde quotidie: erga quam tantae mihi conscius sum benivolentiae, quantam consequi opto a vobis. Quapropter, viri Athenienses, ne diutius hisce detinear malis, ea mihi decernite, quae olim aliis, tum ne quid indignum vobis mihi eveniat, tum etiam ne supplex aliis esse cogar, nam nec vobis quidem id decori fuerit. Quod si redeundi vobiscum in gratiam nulla mihi sit spes reliqua, mori me esset melius. Videtis, quantis semper in malis versatus fuerit miser. Quare non miror a satyro scriptum, Diis ille adversis genitus fatoque sinistro. Quid quod illo etiam tot iam secula mortuo, suum adhuc fortuna, licet semper varia sit, atque instabilis, servare tenorem videtur? Nam abhinc fere triennium desideranti tibi orationes Demosthenis brevi me informatas mea cura publicaturum recepi. Sed tot id mihi tentanti acciderunt impedimenta, ut persaepe excudi coeptas intermiserim, Carteromacho etiam nostro demirante, illudque Iuvenalis saepe repetente, Diis ille adversis genitus fatoque sinistro, cum etiam admodum quam pauca earum orationum exempla imprimenda curaverim, idque coactus, quod in nullo ante accidit volumine excuso in thermis nostris. Quorum omnium est mihi optimus testis Angelus Chabrielus patricius Venetus, excellentis vir ingenii, et in utraque lingua doctissimus, Demosthenisque studiosissimus, qui a me hoc opus quotidiano fere, ut ait ille, convicio, ut iam excudendum curarem, efflagitabat. Quanquam et illud servasse videtur fortuna, ut, quemadmodum felix ille semper fuit eloquentia, et aeternitate scriptorum suorum, ita nescio, quomodo pulcherrimus hic liber omnium, quos imprimendos vel latine vel graece curavimus, exit in publicum ex aedibus nostris. Quamobrem si serius ad te venit, quam et tu volebas, et ipse desiderabam, non mihi velim imputes, sed De-

mosthenis infortunio, quem summo cum labore et industria fecisse, quae fecit, omnia, legimus. Rursus pulcherrimis characteribus et perquam decenti forma, habituque, nec non castigatissimus, exit in manus hominum, *ὡς κατὰ τὴν παλιγγενεσίαν*, non tamen industriae nostrae, sed assiduis curis adscribas, quam illius gratiae, et felicitati, quam semper in suis habuit lucubrationibus. Has vero Demosthenis orationes, Clari doctissime, nomini tuo nuncupatas, ex Neacademia nostra emittimus, ob multas causas, sed praecipua est singularis benivolentia in te mea, ob miram probitatem tuam, et doctrinam, bonarumque literarum cognitionem. Tum quia in inclyta ista urbe alumna virorum nobilium Epidauro, cui nunc Rhacusae est nomen, et latinas, et graecas literas profiteris, instituisque iuventutem istam eloquentiae studiosam arte dicendi, quod duce Demosthene, et te interprete, quam facillime consequetur. Id quod eo etiam feci libentius, quoniam si cuipiam reipublicae Demosthenis orationes die nocteque volvendas accurate existimo, isti existimo. Nam etsi viros omni virtute praeditos, et prudentissimos habet, quales vidi ipse Venetiis Danielem Restium secundum apud Venetos fungentem legationis officio, et Petrum Mentium Restii collegam, tamen praeceptis quam optimis oratorum omnium Demosthenis facile principis, quanta tyrannis, et Philippis habenda sit fides, non obscure cognoscet. Nam cum aliis plurimis rempublicam Atheniensium admonet divinus orator cavendum esse a tyrannis, qui sint natura rerum publicarum inimicissimi, ut lupi ovium, tum his verbis in prima pro Olynthiis oratione: *καὶ ὅλως ἄπιστον οἶμαι ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννὶς ἄλλως τε κἂν ὅμορον χώραν ἔχωσι.* hoc est: et omnino tyrannis infida res est rebuspubl. praesertim si vicinam illi regionem habuerint. et in secunda contra Philippum: *οὐ γὰρ ἀσφαλεῖς ταῖς πολιτείας αἱ πρὸς τοὺς τυράννους αὗται λίαν ὁμιλίαι.* hoc est, non enim tutae sunt rebuspubl. nimiae hae cum tyrannis consuetudines. Et paulo post: *ἓν δέ τι κοινὸν ἡ φύσις τῶν εὐφρονούντων ἐν ἑαυτῇ κέκτηται φυλακτήριον, ὃ πᾶσι μέν ἐστιν ἀγαθὸν, καὶ σωτήριον, μάλιστα δὲ τοῖς πλήθεσι πρὸς τοὺς τυράννους. τί οὖν ἐστι τοῦτο; ἀπιστία. ταύτην φυλάττετε, ταύτης ἀντέχεσθε. ἐὰν ταύτην σώζητε, οὐδὲν δεινὸν μὴ πάθητε. τί οὖν ζητεῖτε; ἔφην. ἐλευθερίαν. εἶτ' οὐχ ὁρᾶτε Φίλιππον ἀλλοτριωτάτας ταύτῃ καὶ τὰς προσηγορίας ἔχοντα; βασιλεὺς γὰρ καὶ τύραννος ἅπας ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ καὶ νόμοις ἐναντίος.* hoc est,

commune vero quoddam natura prudentum possidet in se tutamen, quod bonum omnibus est, et salutare, maxime autem populis adversus tyrannos: quodnam igitur illud est? incredulitas. hanc custodite, hanc complectimini: si hanc servaritis, nihil adversi patiemini. Quid igitur quaeritis, inquam? Libertatem. Nonne videtis Philippum alienissimas ab ea vel appellationes habentem? omnis enim rex et tyrannus inimicus est libertati, et contrarius legibus. Habes igitur tandem, mi Clari, ab Aldo tuo, quas iamdiu desiderasti Demosthenis orationes, habet urbs Epidaurus quem debeat librum ad suam utilitatem nocturna versare manu, versare diurna, habent et caeterae respubl. quemadmodum prudenter se regere, gubernareque atque a tyrannis reddere tutas queant, habet studiosissimus quisque, a quo una cum graeca lingua, et eloquentiam optime discere, et utilissimum in sua republica praestare se possit. Vale. Venetiis mense Octobr. M. D. IV.

ERASMI ROTERODAMI
AD HERVAGIANAM PRIMAM PRAEFATIO.
DES. ERASMUS ROT. ORNATISSIMO ADOLESCENTI IOANNI GEORGIO PAUNGARTNERO S. D.

Ut antehac pessime de studiis merebantur isti, qui praesentis lucelli cupiditate maledicis ac futilibus libellis implebant orbem: ita bonorum omnium favore digni sunt, qui curam omnem atque industriam huc conferunt, ut vetustos multorumque seculorum consentientibus suffragiis probatos autores nobis revocent, idque cum dignitate. Demosthenem autem inter Graecos rhetores sic esse primum, ut vix invenias, quem cum illo possis conferre, magnus eruditorum omnium consensus est. Neque non recte praeceptum est illud, ab optimis auspicandum esse. Eaque quondam apud Latinos e probatissimis poetarum pueri discebant literarum elementa. Nec id dissimulat Horatius ita de suis poëmatibus vaticinans: hoc quoque te monet, ut pueros elementa docentem occupet in vicis Sosiorum balba senectus. Plurimum enim refert, qui succus rudem etiamnum ingenii testulam imbuat. Utiliter quidem primam latini sermonis institutionem a selectis poetis auspicabantur, quod hi praeter vir-

tutes oratorias habent aliquid proprii nitoris ac iucunditatis, qua velut esca, dulcibus magis, quam salubribus, gaudens aetas alliciatur ad studiorum amorem. Itaque quisquis latinos poetas intelligit, rectius intelliget oratores. Apud Graecos diversa ratio est. Tantum enim discriminis est inter poetarum et oratorum dictionem, ut credas illos diversa lingua loqui. Eoque fit, ut, qui a poetis fecerunt institutionis rudimentum, quum ad oratorum lectionem sese contulerint, subinde velut in peregrino sermone restitent, et licet quid quaeque vox declaret, non ignorent, tamen sensum non percipiant. In causa est schematum, troporum et idiomatum proprietas, in quibus haud ita multum opitulantur Lexica. Hac quidem in parte praeclaram operam τοῖς φιλογλώττοις navavit Guilhelmus Budaeus. Verum ut puerilibus ingeniis Romanae Linguae non statim accommodus est M. Tullius, qui, Fabio iudice, nulli valde placet, nisi qui iam egregie profecerit: ita Graecarum literarum peritiam ambientibus non arbitror admodum convenire Demosthenem, qui plus artis habet in recessu, quam prima fronte prae se ferat. Hic enim, quod honorifico ioco dixit Demades, scripsit ad aquam, nec nisi a sobriis ac vigilantibus potest intelligi. Proinde quod de M. Tullio scripsit Fabius, pari iure de Demosthene dici potest: is se sciat in arte dicendi profecisse, cui Demosthenes valde placere coeperit. Quemadmodum tabula magno artificio depicta nemo magnopere delectatur artis imperitus, ita Demosthenis divinum illud, et quod facundissimi quique semper in eo mirati sunt, τὸ δεινὸν, non sentitur, nisi et rhetoricis praeceptionibus exercitatis, et historiarum cognitione instructis. Itaque patiar, ut puer quidem degustet Demosthenem, sed ad eum serio redeat, iam factus oculatior, quo perspiciat illam vere atticam venerem, illud excussum iudicium, illa summo artificio contorta enthymemata, postremo vim illam omnibus admirabilem, vix ulli imitabilem. Elegans interim fuerit exercitatio, quod a veteribus nonnullis factum est in Homero ac Virgilio, si quis idem faciat in Demosthene et M. Tullio, ut ex collatione locorum deprehendat, quid hic ab illo sit mutuatus, et ubi noster sit Graeco par, ubi superior, ubi ab exemplari nonnihil degeneret imitatio. Vix alia res aeque conducit ad parandum iudicium. Non hic sumturus sum operam in laudando Demosthene, ad quem pro dignitate praedicandum opus esset eloquentia Demosthenica: imo nulla

potius opus est eloquentia ad eum laudandum, quem uno ore in coelum ferunt omnes. nec tibi calcar addere studebo, Georgi carissime, quem conspicio in hoc pulcherrimo stadio tuapte sponte haud segniter currentem. Quaeres, unde mihi cognitus cursus tuus, qui te nunquam viderim. Optimam tui partem vidi, adolescens fortunatissime, adeo ἐναργῶς te mihi suo penicillo depinxit Viglius Zuichemus, haud vulgaris artifex, cui domestica consuetudine penitus cognitus ac perspectus es. Quin tute mihi teipsum tuis ad me literis sic expressisti, ut, si coram adesses, plus videre nequeam. Illic exosculatus sum istam felicem indolem tuam, qui, vix egressus annum decimum sextum, scribas epistolas primum bene latinas, deinde, quod pluris facio, sensibus argutis, et apte sibi connexis. Quid autem collaudem istum ingenuum ac liberalem pudorem, quid singularem istam in me pietatem, quam tota spirat epistola? Et hic agnosco germane germanam ornatissimi viri Ioannis Paungartneri prolem. Iampridem enim mihi cum eo viro ictum est amicitiae foedus, quam ego sane rem inter praecipuas felicitates meas numero. Quid enim illo candidius, aut amabilius? In huius foederis consortium temet tuo iure inseris, mi Georgi. In hoc enim possessionum genus, et fas est, et aequum est, vivo etiamnum patri haeredem existere. Ut tali parente multo beatior es, quam paternis opibus: ita istis egregiis animi dotibus, quas tibi partim largita est propitii numinis benignitas, partim industria tua tibi paris, longe verius ac splendidius locuples fueris, quam maiorum tuorum quamlibet amplis facultatibus. Accipe igitur Demosthenem, qui nunc prodit ceu positis novus exuviis nitidusque iuventa, simul et mutuae meae in te pietatis μνημόσυνον et studiorum tuorum incitamentum futurus. Multum debemus Aldo, qui nobis primus oratorum principem dedit, plus debemus Hervagio, qui non parum addidit illi, tum dignitatis, tum etiam commoditatis, haud mediocribus impendiis parique vigilantia, ut iam merito possint omnes admirabundi dicere, οὗτός ἐστιν ὁ ἐκεῖνος Δημοσθένης. Posthac igitur exspectabimus abs te epistolas, semitullianas ac semidemosthenicas. Vale. Datum Friburgi Brisgoae, postridie cal. Augusti. Anno M. D. XXXII.

IO. BERN. FELICIANI

PRAEFATIONES AD SUUM DEMOSTHENEM.

ILLUSTRI AC REVERENDO ABBATI DIVAE MARIAE VANGADITIAE FRANCISCO LAURETANO IO. BERNARDUS FELICIANUS S.

Cum superioribus diebus, Abbas clarissime, Demosthenis, oratorum omnium facile principis, orationes collectis quibusdam antiquis codicibus recognoscendas suscepissem, quo ad studiosorum utilitatem castigatiores aliquantulo excuderentur, memini ex te audivisse, cum nonnulli docti viri apud te essent, quorum consuetudine summopere delectaris, ex huiusce rei occasione sermonem de eloquentia incidisse, ita ut alii supra modum eam extollerent, omnibusque et artibus et scientiis anteponendam arbitrarentur, alii non modo id non approbarent, verum etiam eam vituperarent, et ut suspectam vitandam omnino censerent. Id autem licet absurdum, novum tamen mihi esse minime videbatur. Cum enim mecum considero multos ex gravissimis simul atque antiquissimis auctoribus, qui eloquentiam vel laudare, vel vituperare studuerunt, eos comperio vel piura, quam par erat, ei attribuisse, vel plura detraxisse, quam res ipsa postulabat, atque ita utrosque, dum eius vel praestantiam nimis admirantur, vel abusum nimis devitandum censent, multis de tota re non recte sentiendi ansam praebuisse. Nam qui eam commendant, fere uno consensu omnes bonorum omnium humanorum causam ei adscribunt: eam congregasse a principio homines, cum in sylvis ferarum more vitam traducerent, atque ad urbes condendas induxisse; eam leges instituisse, sine quibus communis vita esse nulla posset; eam mansuetos e feris, civiles e rusticis homines reddidisse; eam demum esse, qua sola a bestiis differamus. Quod cum dicunt, non male illi quidem se gerere censendi sunt, si vel loquuti pro occasione, vel eloquentiae nomine sapientiam omnem complexi esse intelligantur. Re enim vera non oratio est, sed ratio et intelligentia, quae a brutis hominem distinguat. nec eloquentia est, sed sapientia et prudentia, quae dispersos ac vagantes homines in unum collegerit, ac vitam humanam omnem et urbibus condendis, et legibus instituendis excoluerit. Sermo enim postea tanquam minister, et eloquentia tanquam ancilla subsequuta necessario est. Sed si ita absolute quae dicunt ac-

cipiamus, quam recte id fiat, alii viderint. Mihi certe persuaderi non potest, quo pacto recte illi sentiant, qui horum scriptorum auctoritate permoti in eam opinionem venerunt, ut nulli rei, nisi facundiae, studendum esse credant, nullosque esse, qui scire quippiam possint, nisi etiam dicendi peritia praediti fuerint. Adde, quod hi quoque omnes eos scriptores, qui non ita eleganti stilo de praeclarissimis rebus et verissimis monumenta posteris reliquerunt, vel tanquam indoctos et imperitos abiiciendos censent, quasi verborum lepore et fucis rerum cognitio et peritia metienda sit; vel licet earum scientiarum, quas tradunt, de quibusque disserunt, etiam peritissimos fuisse confiteantur, tanquam barbaros tamen et ineptos negligendos putant, plurisque faciendum asserunt eum, qui de quibuslibet vel levissimis rebus eleganter et copiose tractarit, quam qui de gravissimis, et maxime seriis generique humano utilissimis infacunde et ieiune disputarit, remque hanc non secus, atque in artificum ac statuariorum operibus spectandam esse aiunt, in quibus forma longe maiorem, quam materia, laudem et gloriam sine controversia mereatur. Ac propterea assiduum barbaris bellum indixere, ita enim appellant omnes eos, qui cultum orationis et lenocinia non persequuntur, licet veritatis subtilissimi et acutissimi indagatores alioqui sint. ut si quando in sanctissimos theologos et doctissimos philosophos incidant, eos omnino abhorreant, et quasi inculto sermone nihil vere et recte explicari potuerit, sed omnia perversa et falsa dici necesse sit, statim reiiciunt, ac damnant. neque vident, si formae eloquentiam comparare voluerimus, statuariorum exemplum minime hic esse accommodatum. quippe quum materia extrinsecus artifici huic suppeditetur, scriptor ipse sibi eam plerumque faciat, et materia artifici propter formam exhibeatur, in rerum explicatione et dissertatione forma ob materiam illustrandam et patefaciendam adhibeatur, ut videlicet, quod animo concepimus, id eloquendo ita exprimamus, ut alteri innotescat. Quocirca si modo facere id volunt, longe meliorem et accommodatiorem veritati comparationem sumere a nummis possent, quibus forma materiae causa imprimi consuevit, quo signo fit, ut quid et quanti valeat materia, cognoscentes ea ad necessarias res uti facile possimus. Qui igitur nummum vel plumbeum, vel alioqui adulterinum, sibi carum propterea habet, quia signum in eo artificiose factum admiratur, neque eum, etsi

maxime legitimus sit, maximeque ipse indigeat, ad vitae usus impendere vult, is nummo abutitur, utilitatemque eius, ob quam signum illi inditum est, nullam percipit. At nobis ita faciendum non est, sed sicut qui vel necessaria vel divitias sibi comparare vult, omnes vel quam pessime signatos nummos, modo boni sint, non veretur admittere, sic nos[1], qui intelligentia indigemus, committere non debemus, ut vel barbare admodum scriptos libros, si bonarum rerum scientiam polliceantur, ullo modo repudiandos, vel quam disertissime compositos, si de inutilibus et vanis rebus tractant, magni faciendos censeamus, quin etiam, si de seriis et utilibus maxime disserant, non temere admittendos putemus, ne, quemadmodum illorum oculos monetae forma ita praestringebat, ut uti ea in necessarios etiam sumtus non paterentur, sic animum nostrum ornatus orationis et dicendi elegantia extrinsecus adeo occupatum detineat, ut ad sensa ipsa consideranda penetrare non sinat. Nam si neglectis rebus, id quod facimus, non tam, cum eas prorsus non discimus, quam cum non ab iis discimus, qui eas docent, sed ab iis, qui eas tantummodo eloquuntur, sermoni excolendo vacare voluerimus, verendum est, ne, dum in ea re caeteris hominibus praestare conamur, qua homines brutis antecellere credimus, picis et psittacis similiores evadamus. Si recte quidem fortasse ad imitationem loquamur, quod ratione carentibus etiam animalibus aliquando contingit, sapiamus autem, quod proprium hominis est, parum recte. At vero qui eloquentiam vituperant, ut caetera omittam, artem eius inter adulationum species reponunt, atque id esse animae dicunt, quod corpori est obsonatrix. Sicut enim illa variis condimentorum illecebris gustum fallit, nec permittit, ut ciborum naturalis et sincerus sapor percipiatur, ita hanc variis verborum lenociniis turpibus et iniustis rebus honestatis et iustitiae specie obducta iudiciorum rectitudinem omnem distorquere ac pervertere. Ut qui his assentiantur, contra quam priores illi faciebant, nihil admittere sine suspicione velint, quod aliquod in se vel mediocre eloquentiae ornamentum ac lumen prae se ferre videatur, eloquentiamque omnium pene malorum in causa esse hominibus arbitrentur: quippe cum ea prava ex se sit, non nisi prave uti quispiam possit. Nam si ad veras res, quas in animo habemus, exprimendas, non ad fingendas falsas et fucandas ea uti vellemus, satis unumquemque in ea re, quam bene novit, esse eloquentem

posse. Sed miror, si haec revera, et non ad hominum petulantiam, quibuscum loquebatur, exagitandam diceret Socrates, quippe qui eam turpem sane doctrinam gloriose profiterentur, qua causa inferior dicendo superior efficeretur, cur medicinam laudaret, cum ipsa, quae ad salutem hominum inventa est, ad perniciem nonnulli interdum abutantur. Non enim, quod electionis et hominis vitium est, arti est attribuendum. Nam eloquendi et dicendi ars, quae rhetorica est, cum instrumentum sit, ac similis dialecticae, laudabilis ac vitae humanae perquam necessaria facultas, quae non secus atque illa non aliquam definitam ac certam materiam habet, in qua versetur, sed in unaquaque re probabilitatem indagat, atque invenit, tam destruitur ac tollitur, si in eius rei praestantiam transmutetur, cui applicatur, quam si eius, qui ea utitur, pravitas ipsi adscribatur. Quemadmodum enim dialectica, si decipiendi proposito distorqueatur, dialectica non amplius est, sed sophistica et captiosa, cuius non in arte, sed in abutentis voluntate vitium est: sic rhetorica, quae fallit ac decipit, licet nomen aliud distinctum non habeat, sed rhetorica etiam ipsa appelletur, rhetorica tamen non est, sed captiosa et falsa rhetorica, vitio utentis perversa. Quae merito quidem vituperatur, modo, cum id fit, hominum pravitatem tunc, non artem, reprehendi non ignoremus. Ars enim ipsa ad imperitos homines, eosque omnes, qui in subtilibus rationibus percipiendis non sunt exercitati, docendos persuadendosque necessaria admodum est. Quod enim dialectice inter philosophos, id inter civiles munus rhetoricae est. Nam si in civitatibus haec non esset, quae, an utile aliquid esset, aut inutile, inter consultores, an iustum, aut iniustum, apud iudices, an honestum, aut turpe, apud spectatores ostenderet, confusa omnis vitae traductio atque administratio haberetur. Cum enim pro sua quisque opinione facile decipi possit, et segnes natura ad discenda bona homines sint, tum, etiamsi sciverint, facile affectu aliquo ita depraventur, ut ad non agenda bona procliviores evadant, ille, qui hac facultate est praeditus, tria huiusmodi gerendarum rerum impedimenta ex animis hominum aufert, tribus ad persuadendum idoneis modis adhibitis. Ne enim plerique, an utile sit, quod agendum videtur, an iustum, quod iudicandum est, an honestum, quod est approbandum, ignorent, iis orator eloquentiae artifex rationibus, non subtilibus illis qui-

dem, sed ad civilium hominum captum accommodatis, docendo in tribus causarum generibus veritatem manifestat: ne item ad discendum segnes sese exhibeant homines, delectando allicit, ne, quamvis verum sciant, vitio tamen depravati aliud facere velint, movendo afficit, atque ita ad agendum quodammodo compellit. Nam si quis haec tanquam suspectas artes et violentas machinas evitandas censet, is auditorum inscitiam, si vult, damnare potest, qui nullo alio modo intellecturi erant, eum vero, qui ad illorum imbecillitatem orationem suam accommodat, nisi laudare certe non debet. Tantam siquidem auctoritatem, dignitatem et excellentiam apud omnes obtinet, ut, sicut vituperandus nullo modo est, ita laude et gloria ex sese adeo abundet, ut laudibus extrinsecus petitis minime indigeat. Nam quamvis aliis scientiis et disciplinis instructus ad persuadendum accedat, propria tamen laude esse contentus potest. Sicut orator hic noster, qui clarissimus inter omnes hoc in genere est, quem prae manibus habemus, licet aliis disciplinis fuisset eruditus, et ex Platonis schola multa praeclara didicisset, et Thucydidi, scriptori Atheniensi, tantum studium adhibuisset, ut octies sibi eius historias describendas putarit, nullius eorum gloriam sibi videtur affectasse, nisi eius rei, quae huius tantummodo artis sine dubio propria est. Cum enim quinque haec partes habeat, inventionem, dispositionem, eloquutionem, memoriam et pronunciationem, ab Andronico histrione interrogatus, quid in rhetorica primum esse existimaret, pronunciationem dixit, et secundo, et tertio idem respondit, quoad desiit ille interrogare, ut non tam praecipuam, quam solam rhetoricae propriam partem pronunciationem esse significaret: propterea videlicet quum caeterae omnes ita aliarum rerum cognitionem interdum innexam habent aliisque omnibus etiam philosophicis disputationibus communes sunt, ut aliarum, si quis recte non advertat, videri scientiarum possint, haec sola sine ulla controversia non alteri, quam huic arti, adscribi queat, atque iccirco tantam operam sibi ei adhibendam duxit, ut non tam orationes eius et scripta, quam industria et exercitatio in ore omnium sit, et apud omnes celebretur. Quis enim est, qui meditationes eius in cubiculo subterraneo non admiretur, cum inaequalem tonsuram etiam capiti adhibuisset, ne sibi aliquando inde exeundum esset, atque ita studium intermitteretur? Quis lecti eius angustiam non decantat, qua id con-

sequi procurabat, ut incommoda cubatione occasio ei surgendi tempestivius exhiberetur? Quis id non celebrat, cum se antelucanis fabrorum vigiliis superari aegre ferebat? Quem illa eius diligentia non movet, cum ad Phalericum profectus ad undarum fragores calculis etiam in ore sumtis pronunciare orationes asuescebat, quo postea et clarius verba proferret, et tumultibus populi non exturbaretur? Quid, cum gladiis de tecto suspensis, ita pene, ut humeros attingerent, domi se ad dicendum exercebat, ne gestu humeri incomposito actionem corrumperet, nonne animos hominum capit? Hanc igitur pronunciationem, cui praecipue sibi incumbendum censuit hic auctor, cuiusque praecipue gloriam videtur appetivisse, praecipuum quoque in eius orationibus locum obtinere existimandum est, ut, cum eas legimus, non modo caeteris aliorum omnium anteponamus, sed quia pronunciationem auctoris animo concipimus, ipsas se ipsis quoque esse admirabiliores iudicemus, et plus, quam legamus, intelligamus, et licet vox eius non audiatur, semper tamen adversarii eius voce illa aures nostrae personent, quid si ipsum audiremus? ut non immerito Macedonum rex Philippus, contra quem acriter semper invehebatur, cum ei recitatae orationes aliquae eius essent, neque se alium quempiam, quam ipsum, in bello adversum se consultorem fuisse electurum dixerit. orationesque ipsas ob vim actionis, quam prae se ferebant, cum Isocratis quasdam athletis e palaestra similes sibi videri asseruisset, militibus comparavit, quippe cum ita urgeant rem semper, ita instent, ita vero certamine et non umbratili semper utantur, ut terrere veritate ipsa et cogere videantur. Tametsi mihi quidem etiam, dum lego Demosthenem, arrogans illa Gorgiae, et Protagorae, aliorumque veterum sophistarum professio non admodum absurda apparet, qua discipulis suis pollicebantur, se eos esse arte sua civilium agendarumque rerum peritos esse effecturos. Nam si id intelligere volebant, si quis recte praecepta artis fuisset sequutus, atque ex eorum praefinitione in civitatibus opportune deliberationes, et iudicia, vel etiam demonstrationes pertractasset, eum non mediocrem civilem peritiam in orationibus suis prae se laturum, quis non videt, ut omittam interim inventionis acumen, dispositionis apta momenta, eloquutionis diluciditatem et gravitatem, ac demum actionis summam vim, qua tanquam spiritu quodam reliqua omnia noster hic orator animavit, tantam in

scriptis eius ad vitae humanae actionem pertinentium sententiarum copiam inesse, ut sapientissimi philosophi munere fungi videatur? tantam morum civitatum, et rerum publicarum administrationis peritiam, unde salus ipsis compareтur, unde periculum et pernicies impendeat, ut ex eius lectione, si quis diligenter advertat, tam, pene dixerim, ad res agendas instructus unusquisque possit discedere, quam ex quovis accuratissimo historico? Sed haec hactenus, ne ineptus existimer, si laudes eius dicendo illustrare videar velle, qui dicendo omnium pene laudes obscuravit. Haec enim ea de causa dicta a me sunt, ut eloquentiam sicut propria laude fraudandam non esse, ita sua tantum posse esse contentam ostenderem, et egregium hunc oratorem etiamsi non aliunde, quam ex arte eloquentiae, gloriam ei attribuamus, ex ea adeo clarum ac celebrem apud omnes esse, ut aliam laudem, quamvis adeptus sit, non multum tamen desiderarit. Cum igitur, praesul optime, hic tibi non immerito adeo placeat, ut in aliorum etiam graviorum studiorum occupationibus lectionem eius tibi nunquam intermittendam censueris, posteaquam excusus iam est, eum tibi dicandum duxi, ut sub eius nomine in manus hominum prodiret, qui illius esset studiosissimus; tum etiam, ut, cum ego in eo excudendo operam nonnullam impenderim, labore hoc qualicunque tibi oblato, observantiae in te meae, qua multis de causis iam diu te prosequor, significandae occasio mihi in praesentia daretur. Nam praeterquam, quod vestra ista familia tum morum integritate ac virtutum splendore, tum imperatorum, quorum copia maxime floruit, gloria et rerum gestarum amplitudine, tum Leonardi, avi tui, Principis optimi, praestantia ac dignitate illustrata adeo clara ac celebris semper fuit, ut conciliare sibi animos omnium facile potuerit, atque ob id ipse etiam communi nomine propenso erga eam animo semper fuerim, privata tamen causa atque illa quidem tam gravis benevolentiae mihi accessit, ut nunquam eam ex animo meo, quoad vixero, ulla deletura oblivio sit, Antonius, omnibus quidem, qui illum noverunt, non sine praefatione nominandus frater tuus. qui cum adolescentiae annos nondum excessisset, et Abbas electus tanta ingenii perspicacia esset praeditus, tanto scientiarum et literarum praecipue sacrarum amore inflammatus, tanta in negotiis tractandis prudentia instructus, ut ex ista familia prodiisse quasi praecipuum germen agnosceretur,

et sacerdotii istius praesul dignissimus iam haberetur, me, a quo summopere observabatur, maxima prosequebatur benevolentia, atque inter eos delegerat, quibuscum saepenumero versaretur, ac de literarum studiis colloqueretur: ut temperare a dolore interdum vix possim, cum memoria repeto, quam repente morte praeventus ex hominum consuetudine maxima omnium cum iactura et moerore sublatus fuerit. In tantam enim spem omnes induxerat, ut nemo esset, qui dubitaret, quin, ubi maturior aetas accessisset, et eruditionis et sanctitatis nostris temporibus singulare exemplum esset futurus. Nam ex eius obitu licet boni omnes iacturam maximam fecisse censendi sint, speque omni, quam summam de eo habebant, frustrati iacuerint, ego non tam moleste tuli, quod eius sanctissima consuetudine tam repente caruerim, etsi id mihi contigit molestissimum, quam quod, cum ex eius familiaritate specimen quasi quoddam et probitatis et amicitiae concepissem, ubi ipse decessit, ita animum desponderim, ut, quia, quod simile ei esset, non facile reperiebatur, probitatem amplius huiusmodi ullam inventurum me esse diffiderem. Nunc vero, cum tu, clarissime Francisce, qui in locum eius successisti, et ingenio, et studiis plane eum referas, eandemque morum probitatem prae te feras, ut non tam dignitatis, quam propositi atque animi etiam eius successor fuisse videaris, nihil vereor, quin eam exspectationem, quam ille de se apud omnes concitaverat, sustinere ac tueri etiam magnifice possis. Suscipies igitur in praesentia Demosthenem, ac quoties eum in manus sumes, frequenter autem id facturum te esse non dubito, non tam summum oratorem, quam maximum etiam amoris in te mei iudicium sumere te existimabis. Vale.

STUDIOSIS S.

Cum Demosthenis orationes ad commodum vestrum parva hac forma excuderentur, in tres partes eas dividendas censuimus, ne, si uno volumine omnes fuissent comprehensae, in tantam magnitudinem excresceret liber, ut vana omnis utilitas fieret, quam ex forma hac eratis habituri. Apte autem incidit, ut absque ulla nisi parva admodum veteris ordinis mutatione facta divisio sit. Nam in prima parte deliberativae omnes positae

sunt, eo quo prius erant ordine collocatae: atque id merito quidem, propterea quod par erat, ut consultandi et deliberandi rhetoricae species, quae prima et gravissima, maximeque ad civitates regendas necessaria est, primum etiam in ordine locum obtineret. His et deliberativa exordia, et duas demonstrativas orationes subiunximus, quae in finem libri in veteri impressione reiecta fuerant, illa, quia ad idem genus spectabant, has, quia, cum adeo paucae essent, ut nullum volumen conficere per sese possent, sed alicui ex aliis tanquam appendix annectendae essent, ei annecti commode posse videbantur, quod minimum omnium erat futurum. Secunda pars iudicialibus iis tantum dicata est, quae vel de decretis et legibus praeter leges latis, vel de legationibus male actis, vel huiusmodi aliis publicis causis scriptae sunt. Tertia caeteras omnes complexa est, quae ad tutelas, haereditates, mercaturas, atque id genus privata commercia attinent. Haec enim tertium, quemadmodum publica secundum, locum sibi merito vendicant: nam sicut privata publicis, ita iudicia esse inferiora deliberationibus debent; quippe cum iudicia sint, quae non tam ea, quae ex legibus, quam quae ex deliberationibus constituta sunt, si recte gerantur, honoribus, si male, poenis cives alliciant. Tres autem hae partes diversas lectiones, quae in contextu asterisco notatae sunt, suas quaeque in calce repositas habet. Errata vero, quae inter excudendum contigere, in calce tertiae omnia omnium partium restituenda curavimus. Valete.

ΠΑΥΛΟΣ ΑΛΔΟΥ ΜΑΝΟΥΚΙΟΣ

ΤΩι ΑΙΔΕΣΙΜΩΤΑΤΩι ΠΑΤΡΙ, ΛΕΥΔΟΟΥΙΚΩι ΒΕΚΑΤΕΛΛΙΩι, ΤΩι ΡΑΒΕΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΩι, ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΩι ΕΝΕΤΙΗιΣΙ ΑΗΓΑΤΩι, ΧΑΙΡΕΙΝ.

Ὅσον μὲν ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς εἰς τὴν χαλκογραφικὴν ταυτηνὶ τέχνην συνεισήνεγκεν, σχεδὸν οἶμαι πάντας εἰδέναι. παραλαβὼν γὰρ αὐτὴν ἐλλειπῶς ἔτι καὶ πονήρως φερομένην, οὕτω σφόδρα φιλοπονησάμενος ἐπηύξησέ τε καὶ μετεκόσμησεν, ὥστε μηδεμίαν, τό γε ἐς αὐτὸν ἧκον, τοῖς ἐπιγιγνομένοις ὑπερβολὴν καταλιπεῖν. ἐγὼ δὲ καὶ πάλαι μὲν προεθυμούμην τοῖς τοῦ πατρὸς ἐγχειρήμασιν

ἐπεξελθεῖν, μηδὲ καταδεέστερον ἐμαυτὸν παρασχεῖν τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων, ὑπό γε μὴν παντοδαπῶν ἀσχολιῶν καὶ ὧν μετὰ χεῖρας ἔχω ξυγγραμμάτων περισπώμενος, ἔτι δὲ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχων, ᾑρούμην τέως ἡσυχίαν ἄγων κατολιγωρεῖσθαι μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειρῶν οὐδὲ πολλοῦ δεῖ τῆς ἐσομένης ἄξια διαπραξάμενος δόξαι προσδοκίας. καίτοι πολλοί μοι προσιόντες ὁσημέραι τῶν φίλων ἐπιπλήττειν ἐπεχείρουν, ὡς ἄρα αἰσχρὸν, εἰ μεγίστας καὶ καλλίστας ἔχων παρὰ τοῦ πατρὸς τὰς ἀφορμὰς ὑπὸ ῥαθυμίας ἐθελοκακοίην, καὶ περιορῴην ἐμαυτὸν ὑφ᾽ ὧν ἥκιστα ἐχρῆν παρευδοκιμούμενον, καὶ τὴν τέχνην ταῖς τῶν ἄλλων πλεονεξίαις διαφθειρομένην, ἐξὸν κατ᾽ ἴχνη χωροῦντα τοῖς ἐκείνου ἐπιτηδεύμασιν ἀείμνηστον εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον μνημεῖον ἐμαυτῷ παρασκευάσαι. οὗτοι τοίνυν, καίπερ εὐνοϊκῶς ἔχειν δοκοῦντες, οὐκ ἐλάνθανον λόγῳ ξυμπροθυμούμενοι μόνον, ἔργῳ δ᾽ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἂν τὴν τυχοῦσαν ἐπικουρίαν παρασχόντες· ὅπερ ποιεῖν εἰώθασιν οἱ πολλοὶ, συμβουλεύοντες μὲν προθύμως, παρὰ δὲ τὰς χρείας οὐδοτιοῦν τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες. σὺ μέντοι μόνος ἀμφότερα παρασχόμενος δεῖγμα μέγιστον τῆς σῆς μεγαλοψυχίας καὶ τῆς πρὸς ἐμὲ φιλίας ἐξενήνοχας, σεβασμιώτατε πάτερ, οὐ μόνον τὰ κράτιστα ξυμβουλεύων, ἀλλὰ δὴ καὶ πόρους χρημάτων ἐξευρίσκων, καὶ δαπανῶν, αὐτός τε ἐκ τῶν ἐνόντων ἐπιχορηγῶν, καὶ τοὺς ἄλλους πείθων· ὥσθ᾽ ἱκανὴν ἤδη παρασκευὴν συγκεκροτῆσθαι τοῖς ἄξιόν τι λόγου ποιεῖν προαιρουμένοις. ἐδόκει μὲν οὖν τοιούτων ἀφορμῶν λαβομένοις μὴ μένειν, ἀλλ᾽ ἐγχειρεῖν τὴν ταχίστην, ἅπανθ᾽ ἁπλῶς ἐντυποῦντας, καὶ τὰ πρὸ τοῦ, καὶ τὰ μηδέπω καὶ τήμερον ἐκδεδομένα. σκοπουμένοις δ᾽ οὐδὲν ἐφαίνετο τό γε νῦν ἔχον οὕτω προὔργου τοῖς νεωτέροις ἐσόμενον, ὡς τὸ τοῦ Παιανιέως τουτὶ βιβλίον· ὃν δὴ καὶ τῇ τέχνῃ, καὶ τῇ τῶν νοημάτων εὑρέσει, καὶ τῷ κάλλει τῆς ἑρμηνείας, καὶ, συλλήβδην εἰπεῖν, πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῦ λόγου πλεονεκτήμασι καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτὸν ἀνθρώπους ὑπερβαλλόμενον ἅπαντες ἴσμεν. τούτου τοιγαροῦν τοὺς λόγους ὡς οἷόν τ᾽ ἦν ἐπιμελέστατα διορθωσάμενοι, καὶ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν ἀντιγράφων ἀντεξετάσαντες, σοὶ προσφωνοῦμεν, οὐ μὰ Δία τοῦ γε δοκεῖν ἀμείβεσθαί σε τῆς μεγαλοδωρίας, (ἀνόητος γὰρ ἂν εἴην, εἰ, τοσούτων καὶ τηλικούτων ὑπαρξάντων μοι παρά σου εὐεργετημάτων, προῃρούμην δι᾽ ἐπιστολῆς ἀπολύσασθαι τὸ χρέος,) ἀλλ᾽ ὥστε πᾶσι ποιῆσαι καταφανὲς τῆς τε σῆς καλοκἀγαθίας τὸ μέγεθος, ἔτι δὲ καὶ τοῦ βιβλίου τουτουῒ, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκδοθησομένων, εἴπερ ἄρα τι περιέσται

τοῖς νέοις ὄφελος, σοί γε πάντως τὴν περὶ τούτου προσήκειν χάριν, τῷ μόνῳ τὸ καλὸν τοῦτο καὶ ἐπωφελὲς ἔργον ἐνστησαμένῳ. ὅτι μὲν οὖν καὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαπήσεις, καὶ μόνης ἡμᾶς ἀποδέξῃ τῆς προθυμίας, εὖ οἶδα, εἴπερ ἐγὼ τὸ φιλόσοφον τοῦ τρόπου καὶ τὸ μεγαλόφρον οὐκ ἀγνοῶ τὸ σόν. ἐγὼ δὲ πειράσομαι μὲν ἀεὶ τιμᾶν σε τούτοις, οἷς τυγχάνω δυνάμενος, εἰ δ' οὐχ, ὡς προσῆκεν, οὐδὲ κατὰ τὴν ἀξίαν τὴν σὴν, τό γε μὴ παντάπασιν ἀχαρίστως ἔχειν τῆς γνώμης πᾶσιν οἶμαι φανερὸν καταστήσειν. ἔῤῥωσο.

IOANNES HERVAGIUS
GRAECARUM LITTERARUM STUDIOSIS S. D.

Quanquam res ipsa docere poterat, quantum haec nostra Demosthenis Orationum editio reliquis omnibus, quae adhuc editae sunt, emendatior sit: nostri tamen muneris est, vobis, o studiosi, indicare, undenam exemplaria tam emendata habuerimus: ne et illi merita laude suorum laborum fraudentur, et vos, tantorum virorum nominibus auditis, rarum aliquid atque praeclarum in nostra hac editione esse, nullo modo dubitetis. Solent enim res non sua modo vi et natura, sed cum etiam ab artificio, tum vel maxime ab artificis excellentia et nomine laudari. Mirabantur veteres, si quis Apellis vel Zeuxidis tabulam ostendisset: et nos quoque, si quis Dureri Germani, aut Titiani Itali picturam proponat: non tam saepe artificii caussa, quam artificis. qua in re non fallimur omnino. Permagni enim refert, quem quodque opus autorem prae se ferat: quod ab excellentibus artificibus non nisi praeclara opera soleant proficisci. Sic ille pastor non ineptus apud poetam pocula, quod divini Alcimedontis opera essent, magni facienda censet. Quid si omnia reliqua accedant, quae valent ad laudem, et materiae bonitas, et artificii pulchritudo, et artificis praestantia, nonne tum perfecta et consummata laus esse videatur? Quamobrem cum nos in nostro hoc Demosthene edendo duorum clarissimorum virorum, Petri Danesii Galli, et Vincentii Obsopoei Germani, exemplaria castigationesque secuti simus, iam existimare debetis, qualem vobis exhibeamus Demosthenem, nitidum certe et innumeris erroribus repurgatum. Neque enim ullis aut sumtibus, aut la-

boribus parcimus, quo vobis veteres illos utriusque linguae autores clarissimos suo pristino nitori restitutos exhibeamus. Habetis igitur in hoc autore omnia illa,' quae modo ad perfectam laudem requiri dicebam: Demosthenem ipsum primum, at Dii boni, quantum artificem? qualemve oratorem? eum, quem aspectabant, cuius ob os Graii ora obvertebant sua: de quo praetereunte dicebant: Hic est ille Demosthenes: qui Ciceronem nobis, quantus est, effecit. deinde etiam, quos modo laudavi, Danesium et Obsopoeum, qui in Demosthene restituendo praeclaram navarunt operam. Artificium vero, etsi ex ipso artifice iam cognosci potuit, tamen melius et certius ex ipsarum orationum textura et lectione intelligetur. Superest materies, in qua artifex iste divinus artem suam declaravit: ea vero hic tam ampla est, tamque late patens, ut omnes philosophiae partes attingere videatur. Nam et res in obscuritate naturae latentes interdum hic orator in apertam lucem splendida et illustri oratione trahit, et de virtutibus et vitiis ornatissime dicit, et argumentis sic pugnat, ut contra stare adversarius nullo modo possit. Verum haec ad tria causarum genera omnia referunt oratores: ad consultationes, ad laudes, et ad iudiciales controversias. Iudiciales autem causae sunt bipertitae; aliae enim sunt de publicis rebus civitatis, aliae de privatis civium inter se litibus. Itaque et ex his tribus orationum voluminibus primum consultationes et laudes, quod hae pauciores sint, quam iudicia, continet: secundum iudiciales causas eas, quae de publicis rebus disceptant: tertium privatas civium controversias. Noluimus enim commoditatem, si qua in hac tripartita divisione inest, aspernari, ne vobis aliqua ex parte defuisse videamur. Valete. Basileae, Calend. Ianuarii. 1547.

DIONYSIUS LAMBINUS
LECTORI.

Absoluta est tandem, lector erudite, Demosthenis editio, omnibus literarum graecarum studiosis tamdiu exspectata, et tantopere exoptata: atque iis quidem temporibus absoluta, quibus vix quisquam hoc auderet optare, nedum sperare. Cum enim scirent omnes homines, qui literarum graecarum studio

delectantur, Demosthenem a Gulielmo Morelio, typographo regio, viro experiente ac strenuo, et, quamquam non admodum locuplete, magnis tamen et multis artis typographicae facultatibus atque adiumentis ornato, annos abhinc circiter duodecim, temporibus reipublicae etiam tum tranquillis et pacatis, coeptum esse excudi: sed propter motus civiles tum primum in Gallia ingruentes atque orientes, et tempora turbulenta ac formidolosa, esse intermissum: quid erat minus credibile, quam propter quas causas opus tam praeclarum, tam plausibile, tam vendibile denique, fuisset de manibus positum, annosque circiter decem iacuisset inchoatum, iisdem causis manentibus, atque adeo auctis ac multiplicatis, ab homine, si non minus ad tantam rem faciendam idoneo, at certe paucioribus adiumentis ad eam necessariis instructo, minusque exercitato, de integro in manus sumi, ac retractari et retractatum ad finem perduci? Verum tamen vicit omnium opinionem Io. Benenati conatus laudabilissimus atque honestissimus, industriaque singularis, qui, omnibus iam sperando et exspectando defessis, Demosthenis editionem tot annos intermissam et repetiit, et repetitam, diis hominibusque approbantibus, absolutam et confectam reddidit. Verum, ut intelligas, lector, quid inter hanc editionem et caeteras superiores intersit, aut quid ad hanc accesserit, quod ab aliis absit: hoc totum tibi breviter exponam. Gulielmus Morelius annis aliquot ante, quam Demosthenis editionem susciperet, duo exempla, unum Aldinum, Venitiis, alterum Germanicum, Basileae impressum, cum octo vetustis codicibus manu scriptis, ex bibliotheca regia depromtis, diligentissime contulerat, omnesque scripturae varietates ac dissimilitudines, etiam eas interdum, quae videri possint minus probabiles et vix tolerabiles, ad oram exempli Germanici adscripserat. Praeterea scholia in marginibus librorum illorum regiorum scripta, quae in Ulpiani commentariis usque adhuc impressis non reperiuntur, et utilissima, et plurima, ita ut quartam partem Ulpiani commentariorum hodie exstantium magnitudine et amplitudine exaequent: haec, quae dico, scholia in oram illius exempli transscripserat. His et aliis facultatibus necessariis instructus Morelius operi tam praeclaro manus admovit. Si nihil aliud, quam rem tantam, auspicatus atque exorsus esset, atque in ipso operis limine ac vestibulo vel rei difficultas non satis antea explorata, vel casus aliquis improvisus atque inopinatus (ut sunt humana) cum rem

coeptam inchoatam relinquere coegisset: tamen cum, sapientum virorum sententia, principium totius sit dimidium, et in omni re honesta solus conatus, etiam si eum non perficias, laudari soleat, magnum quiddam fecisset, laudemque fortasse aliquam meruisset. Nunc autem cum reapse declaravit, se non inanem conatum, neque praecipitem, aut irritum impetum ad negotium susceptum attulisse: (quod facere consueverunt, qui, non adhibito ad rem, quam instituunt, consilio, neque rei magnitudine diligenter et attente considerata, ad aliquid magnum aggrediuntur:) summa laude dignissimus est: qui, quamdiu reipublicae tempora tulerunt, tanto studio in id, quod semel considerate susceperat, incubuit, tantaque animi alacritate in eo perseveravit, ut Demosthenis editionem usque ad orationem de male obita legatione perduxerit, hoc est, paulo minus, quam totius operis dimidium, attigerit. Cum ad eam orationem pervenisset anno, opinor, cIↃ.IↃ.LX. magnae turbae in Gallia coortae, temporaque reipublicae calamitosa consecuta, bellum domesticum, pestilentia, huius scholae universae infrequentia et solitudo, et paene dicam vastitas: haec et similia mala opus magno animo incoeptum et ad id loci perductum interrumpere coegerunt. Non multo post ille, morbo partim ex vigiliis intempestivis et labore immoderato, partim ex communium et publicorum incommodorum acerbitate contracto, supremum vitae diem obiit. Quo mortuo spes omnis huius editionis absolvendae omnibus mortalibus praecisa est, praesertim crescentibus in dies discordiis civilibus, et post superiora mala sedata ac sopita (non enim dicam exstincta) novis subinde aliis gravioribus suborientibus, quibus nondum etiam hodie defuncti sumus. Ita cum Demosthenis editio inchoata multos annos mansisset: Io. Benenatus, totius instrumenti typographici successor, matrimonio cum vidua contracto, factus, partim sua sponte, partim hominum tam longam incoepti operis intermissionem querentium et aegre ferentium vocibus assiduis victus, consilium tandem cepit operi inchoato, et deposito, et, ut ita dicam, conclamato, subvenire. Qua in re cum sibi adiutorem aliquem adhibendum esse existimaret, qui et vellet et posset ei rei operam aliquam navare, se ad me potissimum contulit: quem et publicis commodis libenter inservire cognoverat, et plurimum sibi in negotio suscepto prodesse posse existimabat. Ego, quamvis in aliis rebus a me institutis occupatissi-

mus, homini amico, praesertim in re tam praeclara, deesse nolui. Itaque continuo reliquam partem exempli impressi, ad cuius oram et scripturarum contextus Demosthenis varietates a Morelio adscriptas, et scholia illa Graeca nondum impressa, transscripta fuisse supra dixi, diligenter atque attente relegi ac recognovi. Ac scholia quidem illa, quae propter Morelii obitum immaturum erant adhuc confusa, et perturbato ordine collocata, ita ut, quo pertinerent, non facile quivis interdum cerneret, suo quaeque loco digessi atque in ordinem redegi: et Ulpiani commentarios in editionibus vulgatis corruptissimos, quoad eius fieri debuit ac potuit, castigavi atque emendavi. In contextu vero Demosthenis recognoscendo viam mihi iam a Morelio praemonstratam secutus sum, simulque Benenati voluntati morem gessi, ut nihil prorsus a vulgata et recepta scriptura mutarem, sed omnes dissimilitudines vel ad oram libri adpingendas, vel in calce collocandas curarem. Qua quidem in re tanta fuit Benenati religio, cum facile assensus sum, ut lectiones et interpunctiones vulgatas nonnunquam vitiosas retinere maluerit, dummodo earum emendationes vel in margine, vel in calce libri repraesentarentur, quam cuiquam malevolo ullam iustam reprehendendi ansam relinquere. Meminerat enim, de mea Ciceronis editione qui sermones hominum partim imperitorum, partim iniquorum fuissent, cum dicerent, me nimium mihi iuris in Cicerone emendando assumsisse non oportuisse e lectione recepta discedi: satis fuisse lectionis varietates et scripturas in antiquis codicibus repertas aut quantumvis probabiles coniecturas in annotationibus locari. Ne quid igitur in Demosthene quicquam tale a nobis esse factum queri possit, (quamvis hominum invidorum et indoctorum sermones semper contemserimus, et nostram in Cicerone emendando industriam doctis omnibus probatam esse compertum habeamus,) ita religiosi, ut dixi, in hac editione fuimus, ut lector hoc sibi certo promittere queat, et Demosthenem omnium, qui unquam editi sunt, emendatissimum, Gulielmi Morelii, Io. Benenati opera, nonnihil etiam mea, quod quidem in mea manu fuit, nunc se esse adeptum, et nihil tamen, quod quisquam vel malevolentissimus criminari possit, in eo esse immutatum. Haec te, lector, scire volui, priusquam ad Demosthenem legendum tuum studium conferres. Si qua operarum errata sunt,

alienam culpam praestare non debemus. Vale et hoc labore fruere. Lutetiae anno cIↄ. Iↄ. LXX. Kalend. Febr.

IO. BENENATUS TYPOGRAPHUS LECTORI.

Cum duodecim abhinc annos Gulielmus Morelius Demosthenem, oratorum omnium facile principem, typis mandare coepisset, et hanc editionem primum turbulenti reipublicae motus, bellaque intestina, et difficultas rei familiaris ex malis communibus nata, intermittere coegissent: deinde eius viri mors brevi consecuta totam rem ita impedisset, ut perexigua et perquam tenuis spes eius de integro aggrediendae relinqueretur: nobis tandem, anno superiore, Gregorii Nazianzeni ab Iacobo Billio Brunaeo, S. Michaelis in Eremo abbate, viro litteris graecis et latinis, omnique doctrina liberali perpolito, in latinum sermonem conversi editione absoluta, in mentem venit, Demosthenem, quem ab omnibus graecarum literarum studio deditis valde amari atque expeti sciebamus, aliquando repetere, eiusque editionem inchoatam relictam absolvere. Cui oneri sustinendo cum humeros nostros invalidos esse facile intelligeremus, sive sumtus in eo negotio faciendus, sive difficultas in exemplo recognoscendo, et scripturarum varietatibus considerandis, ac scholiis ordine disponendis spectaretur, auxilium ab aliis nobis petendum esse existimavimus. Et quod ad sumtum quidem attinet, hunc nodum non tam cito, neque facile expedivimus: altera autem difficultas non multo minor restabat: qua qui nos libentius, aut facilius levaret, quam Dionysius Lambinus, literarum graecarum professor Regius, non videbamus. Itaque cum ad eum confugissemus, ab eoque petivissemus, ut nobis tanto oneri ferundo imparibus opem ferret: ille continuo, pro sua erga omnes humanitate, et pro suo in literas et literarum studiosos amore, de quibus bene merendi neque finem, neque modum ullum facere potest, quamvis esset in aliis rebus, iisque difficillimis et utilissimis rei literariae futuris occupatus, nobis operam suam pollicitus est et promissum exsolvit. Quod si eius occupationes, ut summo iure poterant, ita hoc nobis adiumentum denegassent,

nisique quasi quidam Hercules Atlanti defesso in partem laboris successisset, profecto, ut ingenue fatear, tantam negotii molem perferre non potuissem. Cum igitur Dionysio Lambino huius editionis absolutae magna gratia debeatur, tum Gulielmo Morelio mortuo nulla satis ampla laus tribui potest, qui primum hoc opus orsus est: deinde librorum veterum regiorum ope fretus, Ulpiani commentarios plus quarta parte auctos nobis reliquit: cum praeter diligentiam et industriam nihil de suo addiderit. nam quicquid additum est, additum ex libris manu scriptis, quibus in recognoscendo Demosthene usus est: ex quibus omnes scripturae varietates in marginem unius exempli Hervagiani fidelissime transtulerat, idemque et in multis aliis libris, antequam e vita decederet, fecerat, et in pluribus facturus erat, si vita suppeditasset. Quare omnium bonorum favore dignus erat, qui tantum studium, tantamque industriam ad vetustos codices quasi e situ eruendos, et ex eorum auctoritate vulgatos restituendos conferebat.

Quod ad Demosthenis laudes attinet, ridiculus sane essem, si in tanto oratore laudando inanem operam hic sumere vellem. Satius enim est de eo tacere, quam pauca dicere: eiusdem tamen aliquot elogia ex veteribus sumta, in quibus colligendis nobis operam navavit D. Lambinus, subiecimus.

Vale, lector benevole, et si quid bene de tuis studiis meremur, vicissim fave.

Hoc autem, lector erudite, admonendus es, cum Morelius octo, ut dixi, codicibus in recognoscendo Demosthene usus sit, eos literis graecis in margine huius editionis significari: verbi gratia, unus significatur litera α, alius litera β, alius litera γ, et sic de reliquis. Caeterum notae marginales respondent notis, quae sunt in contextu. Voces, quae includuntur huiusmodi obelisco', et huiusmodi nota apostrophi', desiderantur in libris sua litera significatis. Huiusmodi autem asteriscus* indicat, vocem vel voces additas esse in margine, quae absunt ab aliis codicibus non significatis. Numeri, qui sunt ad marginem commentariorum, respondent numeris indicibus, qui sunt ad marginem contextus. Multas scripturae varietates et dissimilitudines, praeter eas, quae sunt in margine libri, et calce posuimus, et cum eis, si qua errata operarum humanitus admissa sunt, eorum emendationes coniunximus. Iterum vale et nos ama.

HIERONYMI WOLFII

AD EUSEBIUM EPISCOPIUM, INDUSTRIUM ET MAGNIFICUM TYPOGRAPHUM, IN VARIAS LECTIONES DEMOSTHENICAS PRAEFATIO.

Institutum tuum, viro bono et docto, et tuo quoque cognomine dignum, (quod παρὰ τὸ ἐπισκοπεῖν fieri scis,) non modo multos et magnificos autores, sed et ornate et emendate, cum accuratis indicibus, eosdem in publicum edendi, magnopere probo, tibique et fructuosum et laudi sempiternae fore confido. Inter quos et Demosthenicum hoc opus, propter summam utriusque oratoris autoritatem, non postremas esse laturum, consentaneum est. Quo libentius etiam rectae voluntati tuae, et D. Theodori Zwingeri acerrimo iudicio, perlegendo et conferendo et excerpendo Luteciano Demosthene, morem gessi, quamvis et perpetuis laboribus fessus, et variis morbis pene confectus. Ac quod ad Ulpianum attinet, Morelius non malam navavit operam, eumque nobis et auctiorem et paulo correctiorem exhibuit: cuius editionem in exprimendo sequaris licebit: coniecturis tamen etiam nostris (si videbitur) alicubi adhibitis. Scholia quoque, etsi pleraque non magni momenti, quibus longe plura (fortassis et meliora) e Lexicographis colligi possent, equidem non reiicio: vereor tamen, ne qui me rideant, qui istiusmodi λεπτολογήματα conversione mea dignatus sim: eoque magis, quod in declaratione verborum, cum utriusque linguae in etymologiis, derivationibus, significationibus, in translatis, synonymis, contrariis, constructionibus, in aliis compluribus, diversa ratio sit, ineptiae et nugae inanes vitari vix possunt. Nam Graeca ex altero latere sita Latinis admiscere, quamvis aeque ineptum, tamen alicubi vitare non licuit: quod Scholiastes iste, quisquis fuit, saepe nimium diffisus lectorum ingeniis, elementarios pueros docendos potius suscepisse videtur, quam eloquentiae Demosthenicae candidatos. Sed utut sit, ego nihil ab ullo editum in hoc opere praeterire volui, cum non ignorem, ea, quae plerique docti viri pro nihilo ducunt, a quodam non postremae notae professore magno cum supercilio et ostentatione exquisitae diligentiae atque doctrinae pro suggesto fuisse decantata, vel deplorata potius ac clatrata, ut fuit ἐμπαθὴς ille homuncio et, quamvis pene edentulus, mordacissimus, et in canina facundia (qua nimis petulanter

et in me et in alios et me et se longe doctiores et clariores viros invectus est) exercitatissimus, et, cum lippus esset, in perspiciendis omnium scriptorum erroribus ac vitiis acutissimus. Qui quidem recte sibi cavit, quod nihil in publicum edidit: μή τι πάθῃ, τό κ' ἔρεξε, δίκη τ' ἰθεῖα γένηται. Sed ille valeat cum suis asseclis et imitatoribus; nos coepta bonis avibus prosequamur. Ulpianum igitur, ut dixi, pellegisse non poenitet. In ipso autem Demosthene conferendo haud scio an operae pretium fecerimus. Nam coniecturae nostrae οὐκ ἄσκοπα τοξεύουσαι, Aldino, duobus Hervagianis, Feliciano, Manutiano, Pannonio, Augustano Demostheni adhibitae, καὶ ἐπίκρισις ἀπὸ μεγάλης φρονήσεως καὶ ἐμπειρίας πολυχρονίου γενομένη (εἰ καὶ φορτικώτερον τοῦτ' εἶναί τισι δόξει τῶν βασκαινόντων) interposita, id praestitisse videntur, ut acutus et eruditus lector alia exemplaria, vel expressa, vel manuscripta, non magnopere sit desideraturus. Curatum enim est diligenter, ut et orthographica errata vel alioqui depravata tollerentur, et confusa distinguerentur, neque quidquam, quod ad rem pertineret, praetermitteretur. Itaque, si quid apud te valet mea auctoritas, mi Episcopi, sequeris eos codices, qui manu mea emendati sunt, et sub Calend. Ianuar. ad te missi: omnibus tamen asteriscis repudiatis, qui librum magis deformant, quam lectorem adiuvant. Qui si ita ignavus est et socors, ut annotationes nostras in locis suspectis et dubiis consulere gravetur, non asteriscis, sed obeliscis erit excitandus. Paucas tamen clausulas, quae ex Augustano et Luteciano codice accesserunt, suis locis contextui facile inferes et Graeco et Latino. Has enim converti: caeteras varietates graece tantum notavi, alicubi tamen censura addita. Quod si spatium et tempus datum fuisset, συμπάσας τὰς πολυπλόκους ἀναγνώσεις, ordine orationum ipsarum et distinctione servata, contulissem: supervacaneas (in diversis enim libris eaedem saepe exstant) resecuissem, retentis tantum aut necessariis, aut non omnino respuendis, cuiusmodi sunt τὰ συνώνυμα καὶ ἰσοδυναμοῦντα. Nunc cum trimestri non amplius spacio tantum opus, una cum Isocrate Graecolatino, proximis nundinis edito, inter varias occupationes perlegendum fuerit, malui τὴν κράμβην δεκάκις παραθεῖναι ἢ μηδάπαξ. Nam supervacanea facilius auferuntur, quam praetermissa supplentur. Ac varias lectiones omnium editionum consignatas habes, quarum numeros, si foliis impressiones duae ac-

commodari nequierint, praetermittendos censeo: lectorem monendum, ex ipsa serie orationum et locorum, quo quaeque nota pertineat, facile deprehendi. Obsopoei castigationes integras excudi placet, iisque ordine subiici Lutecianas et Augustanas: nisi forte istic habeas virum doctum et acri in Graecis iudicio praeditum, qui id efficiat, quod ego temporis angustiis exclusus, non volens praetermisi. Agnosco enim et in hoc opere fortunam meam: quae subinde aut aliquid turbarum dat otium speranti, aut adiumentum rei accurate conficiendae surripuit. Nam primum, ne diu optata et perquam meae valetudini necessaria quiete paucos hosce, qui restant, vitae meae dies fruerer, oportuit Luteciam nunc demum parere, quod integrum zodiacum annorum parturiit. Neque id factum reprehendo, de quo gratiam habemus omnibus iis, qui aliquid operae ac studii ad id contulerunt: sed factum meum narro, *καίτοι οὐχὶ τῇ τετράδι, ἀλλὰ μετὰ τὴν πανσέληνον διαμέτρησιν γενόμενος.* Deinde si ad manum habuissem exempla Demosthenis et Ulpiani a me correcta: facilius et consignare, et suis locis inserere omnia potuissem. Nunc verendum est, ne quaedam aut transponantur, aut inculcentur saepius, aut detrahantur. Quae sollicitudo ita me angit, ut ipse Basileam irem cavendae istiusmodi confusionis ergo, nisi et servitute et imbecillitate corporis, quod hoc tempore nec pedestre iter nec vectationem ferre potest, impedirer. Tua autem sollertia et cura, perspecta in caeteris lucubrationibus meis, non parum me recreat. Quod si D. Zwingerus Amphitheatro suo *παγκοσμίῳ καὶ ἀειμνήστῳ* exornando minus occupatus esset: is unus, *οὐ μόνον ἰητρὸς, ἀλλὰ καὶ φιλόσοφος ἀνὴρ, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων*, omni me cura liberaret. Sed cum nefas sit graviores illius occupationes *καὶ φιλοσοφωτέρας οὔσας τοῖς ῥητορεύμασι τοῖς ἡμετέροις* interpellare: si vel ipse ea, quae ex Luteciano et Augustano codice excerpta sunt, perlegeris, vel ab alio non indocto perlegenda curaris: facile apparebit, quid et quo loco vel Demostheni vel Ulpiano sit inserendum, quid omittendum. Si vero per alia negotia nec ipse praestare haec potueris, nec hominem idoneum nactus fueris, neminem tam ingratum, tam iniquum fore puto, qui non potius candide probet ea, quae dedimus, quam quae, necessitate coacti, praetermisimus, importunius requirat. Et ut existant tales, (sunt enim qui metere velint, ubi non severunt, et ea exigant, quae non dederunt, et ad

suum arbitrium fieri et dici oportere omnia somnient,) his unum illud responsum volo: *Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ*. Quanto enim supercilio illi me accusarint, tanto eos animo contemnere decrevi, *μέγα τῆς συκοφαντίας ἀλεξιφάρμακον πάλαι παρεσκευασμένος τὸ ἀφροντιστεῖν ἐκ περιουσίας, μᾶλλον δ' ἐμφύτου βασκανίας τὰ μὲν ἡμέτερα διαβαλλόντων, οὐδὲν δὲ τούτων βέλτιον ἐκ τῆς ἰδίας πολυμαθημοσύνης, ἧς οὐ κενεώτερον ἄλλο, προφερόντων καὶ ἐπιδεικνύντων.* Atque haec, de Ulpiano, de Scholiis, de ipso Demosthene dicta, hoc loco sufficiant. De varietate autem tanta tamque multiplici codicum, ut de veritate lectionis pene desperari queat, paulo pluribus agendum est. Ac primum statuendum, eruditos scriptores, cum lucubrationes suas publicarent, in singulis sententiis uno quodam certo eloquendi genere, non pluribus ac diversis, esse usos, eoque, quod aptissimum et elegantissimum, ex magna et ampla verborum copia selectum, iudicarent. Non igitur tanta diversitas ab ipsis librorum autoribus, sed ab eorundem corruptoribus proficiscitur, sive librariis, sive criticis, sive scholiastis: quorum hi postremi non tam sua, quam describentium culpa mutationibus germanae scripturae occasionem dederunt. Glossemata enim, eaque aut diversis libris diversa, aut in eodem varia, sive marginibus, sive superne versibus addita, saepe in contextum irrepserunt, locoque moverunt veteres, ut ita dicam, colonos. Sic alia pro aliis substituta, necessaria praetermissa, supervacanea inculcata, elegans et numerosa structura perversa est saepenumero. In quo genere multum peccatur ab iis, qui memoria potius quam oculis in describendo utuntur, sententiam animo complectentes, eandemque suo modo efferentes, et verbis et ordine verborum neglectis. Cum autem bibliopolae veteres mancipiis uterentur, e quibus unus aliquid pronunciaret, quae reliqui scriberent: si vel dictator ille parum commode et distincte est locutus, vel e scribis aliqui aut surdastri, aut fortuito strepitu ac tumultu perturbati fuerunt: quis alios alia scripsisse miretur? Accessit insolens quoddam *καλλιγραφίας καὶ τῆς διὰ σημείων τινῶν συντομίας* studium, nihilo melius quam ipsa *κακογραφία*. Utraque enim *τὸ εὐανάγνωστον* (qui omnis scripturae finis praecipuus est, ut orationis *τὸ εὐκατάληπτον καὶ εὐήκοον*) impediit, cum eosdem characteres et ductus et notas compendiarias alii aliter, pro sua quisque intelligentia et perspicientia, legerent. Itaque *τὰ ἐκ τοῦ δυσαναγνώστου παροράματα*

non pauciores mutationes, quam αἱ παρακοαὶ, pepererunt. Nam de libris aut mutilatis, aut vetustate et casu quopiam corruptis, aut a blattis et tineis erosis, atramento etiam exolescente καὶ ἐξίτηλα τὰ γράμματα exhibente, quorsum attinet dicere? Iam librariorum inscitia, incuria, perfidia cui non nota est? Quae μεταπλασμῶν genera non crebro occurrunt? Omnia certe plena videas προσθέσεων καὶ ἀφαιρέσεων, ἐπενθέσεων καὶ συγκοπῶν, παραγωγῶν καὶ ἀποκοπῶν, ἀντιστοχιῶν καὶ μεταθέσεων, ἐν αἷς καὶ αἱ ἐκτάσεις καὶ αἱ συστολαὶ ἐμπεριέχονται, διαιρέσεών τε καὶ συναιρέσεων, καὶ οὐ συλλαβῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ λέξεων, ἃς οἱ μὲν ἀπολύτως, οἱ δὲ ὑφὲν γράφουσι, συναλοιφῶν τε καὶ ἐκθλίψεων. Nec desunt ὑπέρβατα, ἀναστροφαὶ, διακοπαὶ, συγχύσεις, ὕστερα πρότερα, nec ἐλλείψεις καὶ πλεονασμοὶ καὶ ἄρυθμα καὶ κακοσύνθετα, nec ἀντιπτώσεις καὶ ἀντιμέρειαι, καὶ ἐναλλαγαὶ προθέσεων, ἄρθρων, συνδέσμων, ἀντωνυμιῶν, ἐπιῤῥημάτων, συγκριτικῶν, γενῶν, ἀριθμῶν, εἰδῶν, σχημάτων, χρόνων, διαθέσεων, ἐγκλίσεων, πνευμάτων, τόνων, παθῶν, συντάξεων, omnium denique eorum, quae Grammatici Graeci ἑπόμενα, Latini accidentia partium orationis appellant, et reliquarum praeceptionum, quae orationem aut observatae planam ac perspicuam reddunt, aut neglectae obscurant et deformant. Huiusmodi mutationum tanta multitudo vel in uno Demosthene occurrit, ut, si quis et otio abundet, nec ingenio careat, et eruditione polleat, Λεξικὸν σφαλμάτων ἐπανορθωτικὸν conficere posse videatur, et in salebrosis, obscuris, dubiis, impeditis locis aliorum etiam autorum, non tam quid scriptum sit, quam quid scribendum fuerit, e dictione scriptoris, e ratione grammatica, e sententia et constructione, temeritate remota, divinare. Nos autem, aliis nunc rebus utilioribus aut saltem magis nobis necessariis vacaturi, pauca quaedam, nullo ordine, ut occurrent, velut specimen proferamus: quae ad caetera genera, quae modo exposita sunt, facile referentur. Sumamus igitur haec: καὶ ταῦτ' αὐτοῦ καταμαρτυροῦντες πράξειν φησί. Legendum esse καταμαρτυρεῖν τὰς πράξεις me sententia docuit et erroris animadversio ἐκ τοῦ ὑφ' ἓν καὶ τῆς ἀντιστοιχίας, ut et alia plurima saepe destitutum quindecim codicum auxilio. διενεγκεῖν. δεῖ ἐνεγκεῖν. πέντε καὶ δέκα τάλαντα τούς· πεντεκαιδεκαταλαντιαίους οἴκους. Sic πεντεκαιδεκαναΐα, ut causidicae ac potius sycophanticae artis uno verbo apud Aristophanem descriptio, στρεψοδικοπανουργία. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, alii ὦ Ἀθηναῖοι, alii

Ἀθηναῖοι, utraque voce praecedente omissa. *ὅτι Θεοκρίνης ὀφείλει· Θεοκρίνην ὀφείλειν. ἀλφοῖς· ἀλφῷ οἷς. ὧν ἔνεστιν· ὧν ἔν ἐστιν. ὑπόλογον· ὑπὸ λόγον. γεγραμμένα· γράμματα. θεσμοθετοῦντα· θεσμοθέτην. ἀφεὶς· ἀφ' ἧς. παιδός· ἄπαιδος. ἄποθεν· ἄπωθεν. γράμματι· πράγματι. ταῦτα· πάντα.* Haec videntur *εἶναι τῆς παρακοῆς* e soni similitudine. *ἀληθές· ἀκριβές. τἀληθές· τἀκριβές. ἠφάνισεν· ἐξήλειψεν. ὁποίας· οἵας. τιμωρίας· κολάσεις. ἡλίκον· ὅσον.* Haec synonymorum permutatio scholiis debetur. *πάντα ὅσα· ἅπανθ' ὅσα. κατέγνωτε· κατεγνώκατε. ᾔδεσαν· εἴδεισαν. ἐξαλήλιπται· ἐξήλειπται. διακεκριμένον· διακεχριμένον. ἐνεχείρησε· ἐνεχείρισε. εἰπών· ὑπειπών. ἀναγκαζομένους· συναναγκαζομένους. ἕνα· μὴ ἕνα. τὰ ἐκ· τά τε ἐκ. παρακατατιθέμενον· παρακατατίθεσθαι. αὐτός· οὗτος. οἰκουμένας· οἰκονομουμένας. κρατεῖν· κροτεῖν. παρ' ὑμῖν· παρ' ὑμῶν. ἐγέγραπτο· ἐνεγέγραπτο. ἄδικος· ἀνάδικος. ἀδικεῖν· ἀντιδικεῖν· ἀνταδικεῖν. ἐξαιτήσομεν οὓς· ἐξαιτησομένους. διοικῆσαι· διοικίσαι. αὐτόν· αὑτόν. ῥήτωρ· ὁ ῥήτωρ.* Sed modus sit rei prope infinitae: quam privato quisque studio ex iis, quae et a nobis et ab aliis notata sunt, observet. At inquies, quis in tanta varietate veram lectionem deprehendet? Alicubi fortasse nemo: *ἴσων γε τῶν ψήφων γενομένων:* quoties et verborum eadem vis est, et ratio sententiae atque syntaxeos constat, et non dissimilis est numerorum concinnitudo. Ubi vero alius codex ad haec propius accedit, aliusque ab iisdem recedit longius, quis dubitet, uter utri sit praeferendus? Atque haec mea adiumenta fuerunt in iis autoribus interpretandis, quorum aut singulos tantum, aut plures consentientes codices habui, neque coniecturas meas, quae et rationem grammaticam, et sententiae veritatem, et dictionem autoris sollicite consectantur, atque diuturnum in Graecis litteris (in quibus aetatem consumsi) usum et iudicium cum multis cariosis exemplis (etsi hoc invidis et imperitis arroganter dictum videbitur) commutata vellem. Neque hoc a me temere iactari, docere poterunt Isocrates, Plutarchus, Epictetus, Suidas, Byzantina historia, Scholia Ptolemaei, Ulpianus, alia complura, et hic ipse Demosthenes: quem non pluribus locis tot tam diversa exempla, quam divinationes nostrae *καὶ γνώμη ἐπιτυχὴς* correxerunt. Ea autem ut addantur, quae a librariis non depravata, sed *Τρωϊκῷ τινὶ πηδήματι* omnino praetermissa fuerunt, quaeque non nisi libri integri subsidio restitui possunt (quae per-

pauca quidem sunt), non est ab homine postulandum. Illud vero, mi Episcopi, et optandum est, et opera pro virili danda, ne operae tuae, quae nos tanto labore emendavimus, per inscitiam et incuriam denuo corrumpant et depravent. Quod absit ut fiat cum utriusque nostrum iniuria atque infamia et iusta inscriptionis criminatione. Neque vero fiet, te vigilante, καὶ ἐπισκοποῦντος, ut soles, qui multis egregiis voluminibus editis fidem tuam atque industriam omnibus candide iudicantibus approbasti. Vale. Augustae Vindelicorum XXIII. Augusti, quo die typographicis scriptionibus confectis, onus Aetna gravius excussisse et e dura servitute aureae LIBERTATI restitutus esse mihi videor, anni M. D. LXX.

AD MAGNIFICUM ET GENEROSUM VIRUM

D. IOANNEM IACOBUM FUGGERUM

KIRCHBERGAE, WISSENHORNI ET PHYRETTARUM DOMINUM, CAESAREAE ET REGIAE MAIESTATI A CONSILIIS ETC. INGENIO, DOCTRINA, VIRTUTE ORNATISSIMUM, HIERONYMI WOLFII IN DEMOSTHENEM, LATINUM A SE FACTUM, PRAEFATIO.

Quoties, Ioannes Iacobe Fuggere, vitae meae cogito studiorumque rationem, fato quodam rapi mihi videor ad hoc litterarum genus, in quo multos iam annos, nescio quam feliciter, sedulo quidem certe versor ac diligenter. Cum enim puerum olim nulla discendi occasio, nullae parentum et amicorum cohortationes invitarent, sed potius plurimi deterrerent, natura tamen ita mihi fuit insitus et infixus incredibilis quidam Graecarum litterarum et poeseos amor, ut in magnis et fere perpetuis cum fortunae tum valetudinis incommodis nunquam hactenus a semel instituto studiorum cursu potuerim ullis rationibus dimoveri. Quam prudenter in eo fecerim, non dico: et si quid peccatum est, satis graves erroris mei poenas do, qui ex adamatis litteris nihil fere praemii praeter labores et molestias fero, neque ullum prospicio portum, in quo post diuturnas veluti tempestatum iactationes tandem consistere liceat, cum hactenus quidem ab alio exilio (quid enim aliud dicam, etsi non

longinquas, crebras tamen et aeque molestas peregrinationes?) subinde fuerit in aliud abeundum. Sive igitur ea Fortunae, praepotentis dominae, sive simplicitatis meae culpa sit, ferendum est, non culpandum, quod iam mutari non potest, et miseriis meis haec fingenda consolatio, stationem hanc mihi divinitus esse attributam, atque in ea strenue pro parte virili elaborandum. Id quod in hunc usque diem facere non desisto, maiore omnino contentione, (si quid amicorum reprehensionibus credendum est,) quam vires ac valetudo mea patiuntur. Cum enim docendi provincia me plus satis exerceat, quicquid reliqui temporis datur, id universum, saepe genio defraudato, legendo, meditando, scribendo consumo. Quod cur faciam, si quis me rogat, verissime respondeo, me sine magna animi molestia non aliter posse facere, sive quia sic assuevi, et natus fortasse ad aerumnas sum, sive quod (ut Plinius dicere solebat) omne tempus perire existimo, quod studiis non impendatur etc. Potuissem quidem, et haud scio, an debuissem etiam, hanc sedulitatem in alio vitae genere consumere, quod plus et fructus haberet et dignitatis. Sed quia serum est post facta consilium, Spartam, quae mihi obtigit, ornare studeo. Anno igitur superiore Isocratem in publicum edidi a me conversum: qui etsi propter necessariam festinationem et alias incommodationes non sic emendari potuit, ut vel mihi ubique satisfaceret, ea tamen liberalitate amplissimi et prudentissimi Senatus Norimbergensis (cuius honorificis de me iudiciis non minus debeo, quam munificentiae, ac semper debebo), eo candore doctorum est exceptus, ut me non ideo poenitere debeat illius lucubrationis, quam nunc succisivis horis secundae editioni adornare conor, ut tantorum virorum favore et eruditorum approbatione dignior aliquanto videatur. In quo autore cum tirocinium non inauspicato fecissem, ac maius opus aggrediendi tempus esse videretur, non magnopere sum adversatus Ioannis Oporini, doctissimi viri mihique amicissimi, iudicio, qui Demosthenem latinum iam multis annis a studiosis flagitari indicabat. A quo opere eo minus abhorrebam, quod iampridem eiusdem autoris non modo quasdam orationes ingenii exercendi gratia converteram, sed et locutiones minus pervulgatas et sententias omnes insigniores in peculiare volumen contuleram: et assiduitate diligentiae fretus me navare aliquid atque efficere posse sperabam, quod

boni et docti viri approbaturi essent. Neque tamen non providebam malevolorum quoque calumnias et importuna sciolorum iudicia, quae tam multa, tam varia, tam inter se discrepantia sunt, ut ea persequi et refutare sit infinitum. Delibanda tamen pauca mihi sunt, ut mei mihi consilii ratio nonnulla constitisse videatur. Ac primum eorum sollicitudo, qui metuunt, ne adolescentes conversionibus freti graecas litteras negligere incipiant, ita mihi videtur inanis, ut studiosos adolescentes nulla ratione magis incitari posse ad graecas litteras discendas existimem, quam si prospiciant, se fidelium interpretum auxilio, quasi compendiaria via, sine magnis molestiis et difficultatibus ad elegantissimae et eruditissimae linguae iucundissimam simul et utilissimam cognitionem perventuros. Quos enim prius fortasse nec a praeceptoribus nec copia librorum satis instructos desperatio retardabat, ii fiducia interpretationis difficillimum quemque autorem in sua lingua suscipere legendum audebunt: et eam sibi felicitatem gratulabuntur, quod, quae in latino sermone rudiora sunt et longe infra excellentiam ipsorum autorum, ea non mutilata, non inquinata, non depravata, non imminuta, sed integra, pura, correcta, solida, ut ab autore ipso publicata sunt, cognoscant. Quod certe tanti refert, ut optabilius esset, omnes iis esse ingeniis, ea industria, ea felicitate, ut, trium linguarum coniuncta scientia, omnes res cognitu necessarias et utiles, sive ad pietatis cultum, sive ad rem publ. gubernandam, sive ad mores formandos, sive ad rem domesticam constituendam et curam valetudinis pertinentes, non ex inquinatis interpretum rivulis, sed ex limpidissimis ipsorum autorum fontibus haurirent. Sed videmus eam ignaviam nostri seculi et in summa discendi copia fastidium, ut hoc optare audaciae, sperare stultitiae esse videretur. Quare non improbandum erit eorum studium, qui in id operam dant, ut praestantissima veterum monumenta possint etiam a mediocriter literatis aliquo modo intelligi. Idque nonnulli sunt (graves profecto et eruditi viri) qui non paulo utilius esse putent, quam quod nunc complures sibi studio habent, ut, hinc inde male consutis quasi centonibus, novos eosque nugaces plerumque libellos (pauci enim vere docti sunt et eloquentes, ad quos haec reprehensio nihil pertinet) concinnent, et cramben, non bis, sed sexcenties repetitam apponant. Qui quid efficiunt aliud, quam ut varietate praeceptionum

ingenia distrahantur, et bibliothecis in immensum exaggeratis, neglectis libris melioribus, deteriores non raro celebrentur? Plures fere nunc sunt (ut de aliis taceam) artium dicendi methodi, quam ipsarum artium studiosi. Quanto autem esset praestabilius, Aristotelem et Ciceronem eruditis illustratos commentariis studiose legi atque ediscі? Quanquam, qui sua compendia eo retulerunt, ut illis rectius intelligendis serviant, eos plurimum profuisse nemo non intelligit et fatetur. Ac eandem etiam interpretationum eruditarum rationem esse censeo: et ego in Demosthene convertendo eo respexi, non modo ut a rudibus graecarum literarum legeretur, sed ut cum graeco autore conferri possit mea interpretatio et ei per omnia (quantum liceret) exquisite responderet, ac nihil malim, quam ut (quod in multis autoribus factum esse video) cum latinis ex adverso graeca coniungerentur: non quod vim illam et (ut Graeci vocant) δεινότητα Demosthenicae orationis et atticam venerem et numeros oratorios ulla ex parte me consecutum sperem: quod quis sibi arroget (his quidem temporibus), nisi prorsus amore sui nimio et admiratione coecutiat? sed quod in optima conscientia lucem non reformido, et sententias sententiis appendere summa fide sum conatus, ad eamque rem et tempus (quamvis id sane iusto brevius) et diligentiam adhibui quam fieri potuit attentissimam Quod ipsum in hoc autore consequi quam sit arduum, ex eo apparet, quod in tanto graecae linguae interpretum numero nemo hactenus totum Demosthenem convertendum suscepit: alii professi nescio quid (neque enim tam facile est praestare magna, quam polliceri) distulerunt: alii ea ediderunt, quae qualia sint, aliorum esto iudicium. Neque enim mihi propositum est quenquam vel tacita cogitatione perstringere: laudare quidem eos, qui in aliquot orationibus explicandis egregiam operam navarunt, cuperem, et quidem pro officio deberem, qui id ipsum, quod ego sum conatus, si vellent, longe luculentius praestarent, nisi assentationis suspicionem pertimescerem. Nunc, dum alii vel cessant, vel quae scripserunt, Horatii secuti consilium, in nonum annum premunt, laborem hunc imponi mihi passus sum, partim hortantibus, partim susceptum opus approbantibus non paucis eruditis. Non equidem sum omnium audacissimus, nec sine omni deliberatione et virium mearum aestimatione tantum opus sum aggressus (quo quid queat esse

turpius?), aut me unum id efficiendi facultatem habere credidi, de quo complures desperassent. Sed duabus praecipue rebus fretus fui, tolerantia laborum, quibus in honesto proposito non facile succumbere soleo, et mediocri multorum annorum graecae linguae usu et exercitatione. Praeterea mihi Demosthenem legenti et saepius relegenti non tantum inesse difficultatis videbatur, quantum plerique persuasum haberent: et si qua difficultas esset, eam pendere partim ab ignoratione linguae graecae, quae iam non autoris culpa est, sed lectoris, partim ab exemplarium depravatione, de qua nos quoque non iniuria conquerimur. Nam cum oratorem hunc nostrum sic certe loqui oportuerit, ut a cerdonibus, a nautis, ab agricolis (hoc enim eius fuit auditorium) intelligeretur: putavi, me, quanquam in media Germania natum, assidua tamen optimorum graecae linguae scriptorum lectione id esse consecutum, ut Demosthenes (toties praesertim relectus) nihilo mihi esset obscurior, quam alicui naviculario aut rustico, qui quotannis eum semel atque iterum pro concione dicentem oscitanter audivisset. Ea tamen excipio instituta veterum, de quibus nihil certi nobis est traditum, et codicum mendas, quae certe maximam difficultatis opinionem pepererunt. Ego vero ad eam superandam quibusdam artibus sum usus, quibus me profecisse aliquid existimo. Una haec est, quod mihi non persuadeo, me quicquam scire, quod nescio: quo vitio multi, nisi multum fallor, et suo et aliorum malo laborant. Locos igitur ambiguos et dubios in omnem verso partem, et quam attentissime cum toto genere Demosthenicae orationis aliorumque bonorum autorum comparo: diligenter inquiro, an aliqua verba desint, redundent, vitiata sint, aut transposita: si plura exemplaria habere possum, confero: si quem locum ab aliis citatum, declaratum, aut conversum esse memini, consulo. Atque in hac quidem parte non parum adiutus sum *Ioannis Bernardi Feliciani*, doctissimi viri, diligentia, qui curavit, ut exemplar Demosthenis ex officina Francisci Brucioli Veneti, quod Hervagius nuper aemulatus est, multis in locis haberemus correctius. Quanquam is quoque nostrae industriae permulta et investiganda reliquit, et divinanda, quae in nostris Annotationibus indicata eruditi lectoris iudicio committemus. Altera est, quod, si difficultas non corrupti exemplaris esse, sed vel verborum, vel ipsarum rerum videtur, nullius me laboris, nullius operae piget in consulendis et

evolvendis optimis quibusque, tum veterum, tum recentium, Graecorum et Latinorum commentariis: nec doctos etiam viros, si occasio datur, sciscitari erubesco. Atque utinam laudabilis illa veterum consuetudo reduceretur, qua illi opera sua, priusquam in publicum ederentur, in consessu doctorum, libere candideque iudicantium, recitabant. Nam ea ratione infinitae et verborum et rerum ineptiae vitarentur. Nemo enim tam acutus est, nemo tam vigilans, quin alias incogitantia, alias ignorantia et coeco amore sui hallucinetur. Sed cum, ut alia multa, sic hoc quoque bonum aetati nostrae desit, uno contentus fui, *Sebastiano Castalione,* homine acerrimi ingenii, egregia trium linguarum cognitione, (id quod ipsius monumenta et declarant, et declarabunt, neque ullo alio praecone indigent,) candore et humanitate singulari, et meliore fortuna liberalisque patroni benignitate dignissimo: qui, qua est facilitate, pro amicitia nostra non recusavit conferre mecum ad graecum exemplar magnam Demosthenicarum orationum partem, et de multis sermonis vitiis me admonuit, quae ego, fretus autoritate recentium scriptorum, quorum ab ineunte aetate plus satis fui studiosus, ante pro vitiis non habebam: nunc admonitus pleraque facile cavere posse videor. Denique, ubi me haec omnia praesidia destituunt, non video, cur non in aequi lectoris humanitate certissimam veniae spem repositam habere debeam: etsi confitear, me velut in salebris haerere. In quo ego suaviter interdum eorum ridere soleo puerilem arrogantiam, qui inscitiam suam ab acutis lectoribus deprehendi, quam ingenue confiteri, malunt. Quasi vero propterea sis reprehendendus, si post adhibitam omnem diligentiam quaedam ignoraris, aut ullus omnino sit autor in utraque lingua vel minimus, de cuius locis aliquot non sit homini prudenti et iudicium non praecipitanti dubitandum. Quid de Demosthene dicemus, qui, praeter loca depravata complura, tam acutus, tam brevis, tam rotundus, tam lubricus est, ut ego quidem iis ignoscam, qui eius sententiam alicubi non sunt assecuti, et ignoscendum mihi putem, si in tam longo opere aliquando somnus obrepserit, diuturnitate laborum et vigiliarum defatigato, in magna praesertim temporis brevitate multisque incommodis. Nam cum praeter caetera mala et negotia, quae non pauca nec opinanti obiecta sunt, docendi me labor quaternas singulis fere diebus horas detineret, eaque provincia optimas quasque horas suo sibi iure vendicaret, ac vixdum ag-

gressum, cum maxime fervebat animus, e medio plerumque veluti cursu revocaret, cum non ut Demosthenes in subterraneo specu abditus laterem, sed in loco turbulentissimo versarer, adeo, ut interdum pene obsurdescerem strepitu et clamoribus hominum: non pluribus tamen mensibus (id quod convictores mei et familiares non pauci norunt) totum latine conscripsi Demosthenem ab initio usque ad finem, quam qui in tot occupationibus ad diligenter perlegendum requirantur. Quare beati isti et otiosi, qui, si unam atque alteram Demosthenis, aut Isocratis, aliorumve scriptorum oratiunculam, longiore etiam spatio, quam elephanti pariunt, elucubratam ediderint, dii sibi videntur, iniqui in me iudices esse non debebunt. Ego enim, si fortuna pateretur, eorum tarditatem imitari facile possem: ipsi meam properationem fortasse non imitarentur. Neque haec ostentationis causa dico, (neque enim nescio, non tam celeritatis esse laudem, quam bonitatis,) sed ad veniam duntaxat facilius impetrandam volo pertinere. Cur enim non malim solidam potius laudem expetere, mora longiore interposita, quam aliquorum reprehensionibus nimia festinatione dare locum? Sunt enim, qui summae temeritatis esse censeant, brevi tempore conari quicquam in Demosthene, cuius omnes orationes fuerint longo tempore meditatae. Sunt, qui aetatem meam exagitent: sunt, qui usum rerum in me desiderent. Quasi vero aut idem sit convertere, quod conscribere: aut Nestor, antequam tria vixisset secula, homo non fuerit: aut grammaticus, in optimis utriusque linguae scriptoribus ab ineunte versatus aetate, munere suo fungi nequeat, nisi idem, quemadmodum Alexander Magnus, orbis terrarum imperium administrarit? Ridiculae sunt istiusmodi cavillationes et ipsa malevolentia ieiunae. Nam illud profecto non valde metui, ne quis hanc velut adoream mihi praeriperet. Neque enim is est Demosthenes, qui se vel legi ab omnibus, nedum converti patiatur. Et qui id possent in Italia, Gallia, Germania, atque aliis nationibus, in quibus literarum studia florent, complures eruditi maioribus aut splendidioribus occupati rebus, scholasticum hoc atque adeo grammaticum interpretandi Graeca munus negligunt. Sed duae me res vehementer incitarunt: una est ac praecipua valetudinis (quam per servitutem et inopiam satis curare non licet) perpetua fere imbecillitas, quae in hoc opere laborantem non semel in desperationem vitae coniecit. Sic, quae res alios

segniores ad laborem reddit, ea mihi ingens calcar addidit, metuenti, ne coeptum opus in medio veluti cursu immatura morte abrumperetur. Deinde verebar (non ignarus fati mei, me nusquam fere diutius consistere patientis), ne mihi alio abeundum, et tota ratio studiorum (id quod in peregrinationibus multis de causis accidere solet) perturbanda ac immutanda esset. Haec igitur incredibilem ardorem primo quoque tempore conversionis absolvendae in animo meo excitarunt. Itaque neque noctes, neque dies conquievi, repudiatis omnium voluptatum illecebris, propulsatis variis difficultatibus, antequam ad optatum finem coepti operis pervenissem. Quod quum a studiosis et bibliopolis vehementer flagitari cognovissem, non differendam diutius editionem esse censui. Quid enim vetat hominibus interim et prodesse, et gratificari? Nam si vita mihi benignitate numinis contigerit aliquando tranquillior (de quo non despero) ac diuturnior, quam polliceri mihi per valetudinem vix audeo, semper erit emendandi et exornandi locus: id quod, ut a quibusdam reprehensum est, censoria plane severitate, quicquid omnibus suis numeris absolutum non sit, veluti loco moventibus atque in ordinem cogentibus, sic a doctissimis quibusque tum nostrae aetatis, tum veteris memoriae viris, aut cum laude, aut certe non sine venia, semper est usurpatum. Nam praeclare poetarum sapientissimus Euripides, *αἱ δεύτεραί πως*, inquit, *φροντίδες σοφώτεραι*: et interdum graves iustaeque causae sunt, propter quas, non quidem praecipitandae, sed maturandae tamen sint editiones. Neque tamen hoc sic accipi velim, quasi me sententias alias allaturum esse putem, (dedi enim operam, ut ne in ea re socordiae accusarer,) sed quod genus orationis, de quo rebus ipsis intentus animus non perinde laborat, limari multis in locis et splendescere cura et diligentia poterit. Sic neque iacturam ullam facient, qui nunc legent, (sententiam enim Demosthenis, quoad eius a me fieri potuit, germanam habebunt,) et qui posteriorem editionem emerint, id commodi capient, ut dictione minus horrida magis delectentur. Hic igitur labor meus, qualis qualis est, equidem opto, ut studiosis hominibus prosit, sive mediocriter doctis, sive rudibus graecarum literarum. Utrisque sane consultum volui, ac toties et legi et relegi Demosthenem, toties meam conversionem cum ipso autore contuli, toties emendavi, toties in singulas prope syllabas inquisivi, ut ignoscendum

mihi esse putarem, si me aliquid praestitisse profiterer, quod alios minus diligentes et attentos praeterisset, ac sperarem, tum latine duntaxat doctos graecum codicem non magnopere desideraturos, tum in graecis literis non satis exercitatos conversionis meae velut adminiculis ad ipsum autorem perlegendum tanquam rivulo non inamoeno duce ad fontem limpidissimum atque uberrimum facile perventuros. Ego certe, cum primum Demosthenem Marte meo (nec enim diu magistrorum opera uti mihi licuit) legere coepissem: quanta animi alacritate, quanta exsultatione accepturus fui conversionem summi oratoris, hac mea nihilo meliorem, aut aliquanto etiam deteriorem? Nam ut ullius boni autoris interpretatio sit exemplari melior, aut aeque bona, fieri fortasse non potest: ego quidem nequaquam id mihi arrogo: sed quoties rem cum re confero, et animo meo perpendo, tantum interesse video inter meam et Demosthenicam orationem, quantum interfuit inter Demosthenem dicentem et scribentem, hoc est, inter viventem et mortuum. Neque enim dubium esse debet, eam fuisse non modo dexteritatem et artem, sed suavitatem etiam et vehementiam, eam vim, eum impetum actionis et pronunciationis Demosthenicae, ut nec ullis comprehendi literis, nec a nobis, in hac (quantacunque vulgo putetur) eloquentiae nostratis barbarie, vel intelligi, vel cogitari satis ab ullo possit. Hoc testatus est ipse etiam Demosthenes. Qua de re praestat audire Ciceronem, qui praeceptioni decori, libro de oratore tertio, haec verba subiicit: Sed haec ipsa (inquit) omnia perinde sunt, ut aguntur: actio, inquam, in dicendo una dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo potest, mediocris hac instructus summos saepe superare. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, quum rogaretur, quid in dicendo esset primum, huic secundas, huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Aeschine dictum videri solet, qui, quum propter ignominiam iudicii cessisset Athenis, rogatus a Rhodiis, legisse fertur illam orationem egregiam, quam in Ctesiphontem contra Demosthenem dixerat: qua perlecta, petitum est ab eo postridie, ut legeret illam etiam, quae erat contra a Demosthene pro Ctesiphonte edita: quam cum suavissima et maxima voce legisset, admirantibus omnibus: Quanto, inquit, magis admiraremini, si ipsum dicentem audissetis? Quo satis significavit, quantum esset in actione: qui orationem eandem aliam esse putaret, actore mu-

tato. Hactenus Cicero. Quod si tantus orator Aeschines, quo idem Cicero nihil divinius posse cogitari asserit, quem inimicus Demosthenes a magnitudine vocis μεγαλοφωνότατον appellat, imparem se fatetur eloquentiae Demosthenicae, quid de mutis literis est dicendum, quae solum inventionem et dispositionem reddunt integram, sed elocutionem, quae sine pronunciatione suum tueri vix nomen potest, dimidiam? Itaque longe falluntur, qui, legendis Ciceronis et Demosthenis aliorumque oratorum scriptis, se totam heroum illorum eloquentiam comprehendisse putant: multo ineptiores sunt, qui se illis una atque altera oratiuncula nitidulis verbis et sententiolis, lucubratione multorum annorum quamvis belle concinnata, non pares modo, sed superiores etiam, si diis placet, esse opinantur. Longe, longe, inquam, alia res est, quam vulgus hominum existimet, eloquentia. Cuius etiam praestantissima quaeque scripta quid aliud sunt, quam vita et spiritu carentia, eaque mutila simulacra? Esto, ut in corpore humano caput et summa pectoris, quae Apelles in celebrata illa sua Venere politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit, sic inventio et dispositio reliquis orationis partibus, si res ipsa spectetur, non vulgi applausus, qui multum a iudicio doctorum dissidet, antecellat: tamen, ut illa ipsa Venus multo haud dubie fuisset admirabilior, si manus etiam et pedes ac caetera membra omnia pari elaborata artificio accessissent, sic ea quoque eloquentia multo praestabilior est, quae non dimidiatam duntaxat elocutionem habet, hoc est, verborum et sententiarum ornamenta, sed perfectam, quae sententiis et argumentis ratione inventis atque ordine collocatis non mutas figuras literarum, sed vocem, cultum, gestum et motum totius corporis artificiosum et decentem accommodat et adiungit. Neque haec in orationibus modo, sed in poëmatis etiam, ac multo magis, animadverti possunt. Virgilium enim (ut non ignobilis grammatici verbis utar) pronunciasse maxima suavitate accepimus et miris lenociniis, ac Iulium quendam Montanum dicere solitum, involaturum se quaedam Virgilio, si et vocem posset, et os, et hypocrisin. Eosdem enim versus, eo pronunciante, bene sonare: sine illo, inarescere quasi mutos. Quid iam de conversionibus est dicendum? quae cum (ut ita dicam) simulacri simulacra et umbrarum umbrae sint, an fieri ullo modo possit, ut (quod paulo ante dixi) optimo exemplari pari

et bonitate et fide optima respondeant, equidem nescio. Ut enim nationis, sic etiam linguae cuiusque peculiaris alicubi prorsus est inimitabilis genius, diversi mores, diversa instituta et saepe contraria, quae necesse est etiam suo quodam orationis genere explicari, quae suis verbis iucunde, alienis moleste dicuntur. Quod si pro iisdem similia velis substituere, maxima tamen erit nihilominus in ea similitudine dissimilitudo. Sed ut hoc Ciceronis divinitati ingenii et meritae autoritati fortasse concessum fuit, atque aliis eiusdem aetatis, qua et graeca et latina lingua floruerunt, praestantissimis viris, ita nobis, qui utriusque fragmenta in scriptis habemus reliqua, qui magnis difficultatibus conflictamur, illud satis, opinor, esse debet, si sententias bona fide, eodemque ordine appenderimus, et genus orationis facile et mundum adhibuerimus: in quorum utroque non parva certe est difficultas. Sed in eloquendo, quam intelligendo, longe maior. Quare valere eos iubeo, (nam ob paucitatem et ignaviam minor eorum debet esse autoritas,) qui a graecarum literarum interpretibus ubique splendorem Ciceronianum, hoc est, aquam e pumice, petunt. Quasi vero eadem sint tempora nostra, quae Ciceronis, et non illud quoque sit operae pretium, adiuvare homines studiosos, ut primum per interpretem, utcunque latine balbutientem, audiant Demosthenem: et tum in littore balbutiebat, antequam ἦκε φέρων τὸ ρ ῥερητορευμένον, lapillis linguae subiectis: post etiam expedite et magna vi in frequentia populi Atheniensis attice concionantem audituri. Quod si nefas esse putant, contaminari male describendo Demosthenem, primum ab eis postulabo iure optimo, ut ea, quae reprehendunt, ipsi meliora faciant: deinde rogabo, cur in omnibus scholis eius sententias latine explicari patiantur aequo animo. Quod si utile esse concedunt, (sicut utilissimum esse adeo negare non possunt, ut nulla ratione alia hoc tempore doceri graecae literae possint commodius,) quae invidia est, si quis eiusdem autoris conversionem in publicum ediderit, eum proscindere et calumniari? Quanquam, contaminatum a me esse Demosthenem, negare et posse et debere videor. Etsi enim Ciceronianae imitationis praeclaram laudem nec mihi arrogo, (non enim, ut ille ait, cuivis homini contingit adire Corinthum,) neque cuiquam invideo: illos ipsos tamen, quibus maior ingenii vis et fortuna contigit, parum candide facere puto, addam etiam

imprudenter et temere, si nitore verborum omnia metiantur, de sententiarum veritate et gravitate parum laborantes. Quas ego me sane spectasse praecipue non dissimulo: sic tamen, ut verba non negligerem. Nam utramque difficultatem (de quibus paulo ante dicere memini) tum intelligendi, tum eloquendi, assiduitate diligentiae studui superare, et dictione uti volui, quae nihil haberet salebrosum, aut barbarum, nihil affectatum, aut insolens, sed et latina, et facili ad intelligendum, et ad verba Demosthenis quam proxime accedente. Necessario tamen interdum usurpanda fuerunt quaedam in ea notione minus fortasse trita veteribus, quia tum meliora non occurrebant. Qua de re cum plura dicturi simus in nostris annotationibus, (quas utinam fortunae iniquitas ita me perficere pateretur, ut ad graece legendum Demosthenem omnibus optima cum spe accedere liceret) nunc non ero longior; ac mihi fore persuadeo, ut, quicquid est eiusmodi, ingentium laborum causa, quos coepi, aequus et candidus lector vel imbecillitati ingenii, vel occupationibus et incommoditatibus meis ignoscat et condonet. Nec enim video, plura dicere quorsum attineat, apud te praesertim, *Ioannes Iacobe Fuggere,* vir ornatissime, qui pro ingenii tui excellentia et exquisita eruditione, quae in tanto fortunae opumque fastigio eo est admirabilior, quo rarior, tanto melius aestimare potes, quid sit de hoc meo labore sentiendum, quantum prudentia et candore caeteris antecellis. Qua re ego fretus et eruditione tua, et humanitate singulari, quam honestissimus vir, *Georgius Hermannus,* qui (ut eo dignum est, qui virtutem et eruditionem cum naturae fortunaeque ornamentis coniunxit) inter caeteros studiosos, quibus sedulo consultum vult, me quoque magna benevolentia prosequitur, mirum in modum mihi praedicavit, te non modo patronum et defensorem, sed etiam iudicem et censorem lucubrationum mearum delegi. Ac quod ad ipsum Demosthenem attinet, ea est de eius eloquentia, ex quo tempore vixit, annis abhinc fere bis mille praecepta opinio, ut, quod de Virgilio quidam usurpant, id huic quoque tribui possit: ei nec accedere quicquam laudationibus, nec decedere vituperationibus aliorum. Quod si quis eius laudatores requirat, in promtu sunt praeter caetera, Ciceronis et Quintiliani Latinorum, Plutarchi ac Luciani Graecorum testimonia, quae ad secundum nosti labori Tomum reservavimus, qui Ulpiani enarrationes, annotatione

item nostras in obscuriora loca et dubia, nec non alia fortasse continebit, quae in his paedagogiae molestiis et impedimentis sic a me absolvi non potuerunt, ut nunc ederentur, quanquam id maxime voluissem. Neque mihi nunc vel morum, vel consiliorum eius defensionem suscipiendam esse censeo, aut cum iis rixandum, qui ut malum virum et civem patriae perniciosum hunc, ut et Ciceronem, exagitant. Illud tantum dico, si quis eorum scripta aequo animo legat et expendat, praesertim orationem de corona, et homines eos fuisse, non deos, cogitet, ac difficillimis temporibus cum acerbissimis adversariis conflictatos, in eorum vita etiam plura laudanda, quam vituperanda, reperiri. Verum quam bonus aut malus vir fuerit Demosthenes, id Atheniensium olim interfuit: nunc nostra nihil interest, qui ex eius eloquentia prudentiae dicendi fructum colligimus. In quo genere satis ipse Demosthenes sese laudat, si lectorem fuerit nactus prudentem et attentum. Fuit enim et aquam bibere, et ad lucernam scribere, et in multam noctem lucubrationes producere, et antelucana opera opifices antevertere solitus Demosthenes. Quare sobrium etiam et vigilantem lectorem non minus, quam interpretem, requirit, qui vim verborum, qui pondera sententiarum, qui acumen inventionis, qui argumentorum copiam et violentiam, qui exemplorum gravitatem, qui reipublicae gerendae scientiam, qui divinandi solertiam, qui collocationis artificium, qui exquisitam similitudinem nostrorum temporum, qui summam denique (ne ea, quae infinita sunt, infantia mea conetur persequi) cautionem et prudentiam, cum pari autoritate et severitate coniunctam, consideret, perspiciat, admiretur, et quantum quisque viribus ingenii et diligentiae subsidio consequi possit, imitetur. Quod si honestissimis eius consiliis vel hominum perversitas, vel fatalis aliqua calamitas obstitit, eo profecto nomine commiseratione dignior est, quam insectatione: et iis, qui tanto sapientiores illo videri volunt, elaborandum, et votis a Deo exoptandum, ut sint eo fortunatiores. Sed ut ad rem redeam, qui illa, quae recensui, vel in una praestiterit oratione, huic abunde laudatus erit Demosthenes, domestico, non alieno praeconio. Nam ubi testimonia rerum adsunt, quid opus est verbis? Et haec omnia multo erunt evidentiora et expressiora legenti graeca, in quibus elucet Attica illa sinceritas: quam nec Cicero expresserit, nedum homo quispiam semilatinus. Quod

vero ad sententiarum veritatem et germanam intelligentiam attinet, fidem et industriam meam spero me omnibus graecae latinaeque linguae peritis probaturum. Quod si cui genus orationis alicubi sterilius videbitur et exilius, is cogitet velim, ipsum Demosthenem plus habere ossium et nervorum, quam sanguinis et carnis. Ut igitur illa (volentes quidem) ei non detraximus, ita haec addere non fuerit interpretis, sed paraphrastae, suo arbitratu declamantis. Cicero profecto, si ei causae eaedem agendae fuissent, longe utique in plerisque maiorem apparatum verborum adhibuisset, et quae a nostro autore indicata sunt brevius et occultius, dicendo extendisset et illustrasset. Quod an in conversione orationum Demosthenis et Aeschinis inter se contrariarum sibi permissurus fuerit, equidem nescio. Sed si eas orationes convertit, (qua de re quosdam acutos homines non omnino sine causa dubitare video) eam rationem haud dubie secutus est, quam se secutum esse profitetur. Atque utinam exstaret illa conversio: quae, quantumvis elegans fuerit, talem fuisse tamen non puto, ut orationem pro Milone legere non mallemus. Est enim durissima provincia, pectori alieno tuum os accommodare, ac eius sententias tuis verbis et stilo persequi. Quod in ipso argumento *τῶν ἀντιπάλων λόγων* explicando (in quo nescio quo modo dictio esse sterilior videtur) ipse Cicero non dissimulat: a cuius ratione si mea multum dissidebit, id erit non voluntati, sed imbecillitati meae et occupationibus et festinationi tribuendum, per quam facillime fit, ut ab autoris sententia tametsi non aberres, in graecis tamen verbis annumerandis fidelior sis, quam oporteat, et imprudens aliquando latinitatem praetervectus Demosthenice magis quam Ciceroniane dicas. Praestiti, quod potui: et plus potuissem, si iustum tempus et spatium datum fuisset. Nunc est ea studiosorum hominum conditio, ut sint quovis cerdone miseriores et abiectiores: neque profecto mirum esset, aliquem poenitere et ingenii et industriae suae, si ita comparatum est, ut, qui fame perire nolit, ei pene sint omnes indignitates perferendae. Sed querelae non sunt huius loci: neque mihi nunc propositum est scilicet fortunam meam deplorare. In eo potius est elaborandum, ut hoc meum opus, quocunque sive successu sive dispendio confectum, excellentiae tuae non improbetur. Quod ut fore confidam, multa in causa sunt, ac in primis praestantia ingenii tui et eruditionis: qui cum sis

propter amplissimas opes (quae et ipsae insigne Dei donum sunt, et bono ac sapienti viro luculentum virtutis instrumentum) suspiciendus, et propter beneficentiam et liberalitatem colendus: eae sunt ingenii et animi tui dotes, ut etiam sine fortunae splendore in magnis viris esses numerandus. Quanquam enim ego te coram nunquam vidi, natura tamen ita fert, ut, quicquid in rebus humanis excellit, auribus magis, quam oculis, celebretur: quod fama dimanare facile ad multos, eadem videndi copia non omnibus contingere potest. Celebratur a multis iisque praestantibus viris felicitas ingenii tui, quod ubicunque intendatur, valeat, tam philosophicis, quam civilibus in rebus: celebratur eruditio, qua si velles ad ostentationem uti, animi tui conscientia non contentus, ipse nomen tuum posses tradere memoriae posteritatis. Neque id mirum videri debet. Solet enim in claris familiis vigor ac vis naturae esse maior. Deinde accedunt alia commoda, liberalis educatio, eruditi praeceptores, tranquillum otium, iustum discendi spatium, optimorum librorum copia: quae magna ex parte homines tenues destituunt. ac proinde commiseratione potius quam insectatione dignum est, si quibus ingenia liberalia contigerunt, ea fortunae iniquitate veluti sordescere: in tanto praesertim contemtu bonarum literarum, et Maecenatum, qui eas foveant, paucitate. Quo tu etiam maiorem laudem mereris, *Ioannes Iacobe Fuggere,* qui praeter beneficentiam in homines afflictos et miseros quotidianam (qui verissimus et Deo gratissimus, generi mortalium utilissimus divitiarum fructus est, et una stabiliendarum opum, et ad posteros propagandarum firmissima ratio) complures ingeniosos adolescentes (id quod regum, et principum, et civitatum munus est) tuis sumtibus non modo in Germania, sed in Galliis etiam et Italia benigne foves et sustentas, dum summum doctrinae gradum assequantur. In quo laudatissimum exemplum *Remundi* patris, et *Antonii* patrui tui, clarissimorum virorum, sapienter imitaris: qui praeter caetera ornamenta, quibus abundat honestissima vestra familia, immortalem ea re gloriam sibi pepererunt. Non enim ingratae sunt Musae, quanquam orbae et indotatae puellae videantur, vel cultoribus vel patronis suis, sed utrosque honesta fama et nominis memoria sempiterna remunerantur. Quae praemia qui contemnit, aut parvi facit, eum aut celsitudine animi Deo simillimum, aut abiectissimum hominem esse ne-

cesse est. Me quidem in multis incommodis et malignis industriae meae ac miseris praemiis non parum (ut ingenue, quod sentio, fatear) consolatur spes, quod valde suspicor fore, (si qua modo fides astris est) ut etiam post obitum me honeste vixisse appareat, et non transegisse vitam (ut Sallustii verbis utar) more pecudis, sed eorum bonorum, quae in vita humana praecipua sunt, (etsi in assequendo fortunam habeam parum propitiam) virtutis et sapientiae, fuisse studiosum. Quod si rem vere consideremus, homines eruditi (quod ad hanc quidem vitae partem attinet) summorum etiam regum potentiam superant: quorum omnis memoria, nisi a doctis celebrarentur, uno alterove ad summum seculo funditus interiret. Quamobrem praeclare Virgilius: Vivitur ingenio, caetera mortis erunt. Laudabiliter etiam Tu, *Ioannes Iacobe,* atque adeo omnis splendidissima *Fuggerana* familia, qui non contenti caeteris ornamentis, ut sunt amplissimae opes toto terrarum orbe celebres, affinitates illustres, summorum principum amicitiae, atque apud illos talis autoritas, ut vos ad gravissimarum rerum deliberationes adhibeant, quae fortuna vobis largita est, solida etiam et peculiaria vestra bona coniungatis, virtutem et sapientiam: neque doctos foveatis solum, sed tum ipsi eruditione floreatis, tum liberos vestros ab ineunte aetate liberaliter institui curetis: ut omnibus et animi et fortunae bonis cumulati sint, et homine prudenti maxime dignam moderationem, qua una et Dei et fortunae et hominum favor tum paratur, tum conservatur, vestro exemplo discant ac retineant, et hac vita sic utantur, ut beatae immortalitatis spem habere possint. Quae cum ita sint, omnino mihi persuadeo, vir ornatissime, te meum hoc opus, magno studio ac labore (quisquis tandem sit eventus, quem non malum fore et opto et spero) confectum, aequi bonique facturum: et in splendidissima bibliotheca tua, quam magnis sumtibus in Italia comparasse diceris, instructam multis egregiis libris, qui hactenus a paucis sunt visi, latino Demostheni aliquid loci daturum: et me una cum patruo tuo *Antonio,* a latinis literis non abhorrenti, et fratre *Georgio,* qui et ipse cum caeterarum disciplinarum, tum divinae Matheseos in primis studiosus esse dicitur, et altero fratre *Hulderico,* adolescente summi ingenii, et optimis studiis, magna modestiae fama, deditissimo, patrocinio complecti et fovere non dedignaturum. Equidem spero, me hactenus eam vitae studiorumque rationem

et seculum esse, et, quoad vixero, secuturum, ut, quicquid in me pro liberalitate vestra et humanitate contuleritis, id non tam mihi necessarium, quam vobis honorificum fuisse videatur.

AD EUNDEM
HIERONYMI WOLFII
IN DEMOSTHENICAE CONVERSIONIS RECOGNITIONEM PRAEFATIO.

Evenire videmus, vir praestantissime, domine et patrone observande, nescio quo sive hominum affectu, sive genio librorum, ut alii vel ante suos autores moriantur, alii iterum atque iterum et saepius recusi ad posteritatis memoriam propagentur. Neque haec nostrae duntaxat aetatis conditio est, sed omnium temporum: neque earum scriptionum, quas suo quisque ingenio perficit, sed illarum etiam, quae ex peregrinis linguis in alias transferuntur. Sic autem diuturnitatis et propagationis scripti cuiusque certissima spes est, ut consentientem seculorum approbationem emeruit: ac ii, tum typographi, tum bibliopolae, suis rationibus, ut non in praesentia, (nam hominum imperitia et vanissimae novitatis studium veritati saepe obstat) tamen ad diuturnitatem optime consulere videntur, qui vetustissimos quosque autores, quorum perspectus est ipsa aetate genius, sibi familiares reddiderunt. Neque vero eos improbo, qui nova quaedam, erudita praesertim et utilia studiosis, conscribunt, sed maximia laudibus dignos esse iudico vel propter conatus egregios. Sed ego cum in illo genere me vel parum praestare posse, vel inanem operam sumturum esse intelligerem, et eo me temporum ratio, vel perturbatio potius compulisset, ut contra voluntatem etiam et institutum meum aliquid audendum esset: non temere omnino duos Graeciae praestantissimos oratores latina oratione explicandos delegi: maxime, cum fortunae suffragium, cuius gravissima est in rebus mortalium autoritas, consilium meum approbarit. Distractis enim fere primis (sic typographi loquuntur) exemplaribus, maiore doctorum applausu, quam improborum obtrectatione, sub incudem utrumque opus revo-

candum fuit. Quod ut intellexeram, etsi vix ab immensis utriusque editionis laboribus respirassem, et ea, quae tenuitas doctrinae meae atque ingenii tum ferebat, fide optima summaque diligentia praestitissem: tamen, quia posteriores cogitationes meliores esse dicuntur, neque fere quisquam artifex ullum opus ita perficit, ut eius expoliendi nullum sibi locum relinquat, recognoscendi munus mihi defugiendum esse non putabam. Ut enim boni parentes, genuisse suos liberos non contenti, eosdem etiam educare atque ornare omni diligentia conantur: sic ego mei officii esse duco, si quid lucis et nitoris scriptis meis afferre meditationis industria possim, nullis in ea re vigiliis esse parcendum, et candidi lectoris exspectationi ac voluntati, si qua ratione fieri queat, satisfaciendum. Quamvis enim ante hoc tempus ea consecutus fuerim praemia lucubrationum mearum, quae voluntatem ad bene merendum de literis accensam restinguere potius, quam inflammare possent: excelsi tamen et liberalis animi habetur, maiorem officii, quam emolumenti, ducere rationem, atque id non in minimo deputare lucro, si quibus prodesse possimus. Nam gloriolam quidem aucupandam, et vanam illam aurium titillationem tantis solicitudinibus et aerumnis esse redimendam, haud scio, an homo gravis et constans serio persuadere sibi possit: praesertim cum ea spes, sive ob ingeniorum tenuitatem, sive ex doctrinae inopia, sive propter multorum vel ignaviam, vel fastidium, vel maledicendi libidinem, non paucos frustretur ac deludat: ut ne dicam, satius videri nonnullis, iisque non hebetissimis, aut ignavissimis, in vitae obscuritate sine periculo delitescere, quam tam ancipitis aleae iactu innotescere, ac in summo otio conatus aliorum licenter censere, quam tanto negotio malevolentiam et iniquitatem iudiciorum infeliciter subire. Sed nimis aberro a proposito. Ut igitur ad rem veniam: Isocrate recognoscendo, in cuius interpretatione prima ingenii mei rudimenta posita fuerunt, plus aliquanto sudatum est, atque genus orationis ita mutatum, ut prope aliud videri possit: quod qua de causa contigerit, suo loco est a nobis expositum. Sententiarum quidem integritati, quae una maxime spectanda est fideli interpreti, nec priori editioni decessit, nec posteriori accessit multum. Quare neminem fore spero tam iniquum, ut factum hoc meum acerbe reprehendat. Demosthenis autem, de quo nunc potissimum nobis agendum est,

alia conditio fuit. Nam in eo convertendo maiore et religione et verborum parsimonia eram usus, et vestigia Demosthenicae orationis pene superstitiose persecutus. Quare factum fuit, ut alicubi latina oratio paulo minus obscuritatis haberet, quam Graeca, in qua vel Plutarchi et Dionysii testimonio summa esse creditur intelligendi quoque difficultas. Accesserunt et errata typographica, opinione mea sane et plura et graviora. Parum enim, ut re ipsa declaratum est, vel Oporini cura, vel praesentia mea valuit contra operariorum negligentiam et importunitatem: quanquam in scripti exemplaris perturbationem culpae aliqua pars conferri potest. Sumus enim ipsi male confuseque scribendo, et expungendis atque inserendis variis emblematis, in causa, (sed ignoscimus ipsi nobis) ut libri nostri aliquando non optime describantur. Nam Oporino, cuius domestica consuetudine menses complures sum usus, testis esse possum, qua solicitudine scripta archetypa legat, distinguat, adornet, emendet, antequam excudantur. Eas igitur hac editione mendas omnes sustuli: ac similem calamitatem nunc, cum priore conatu quasi glacies fracta et via patefacta est, vitari posse confido. Prima igitur haec erit huius editionis utilitas, et quasi praerogativa: praeterquam quod haec enchiridii forma rationibus studiosorum, pauperum in primis, accommodatior est: et a locupletioribus magno volumini, quod et commentariis et aliorum interpretationibus est locupletius, facile sine detrimento rei familiaris adiungetur. Deinde si qua vel obscurius explicata, vel asperius collocata videbantur, (id quod in imitatione graecae elocutionis raro effugitur) ea planiora, ut spero, et dilucidiora effecimus: ut, quanto ipsius autoris oratio melior et ornatior est, tanto nostra plus et lucis et facilitatis habere videatur. Sunt etiam explicata nonnulla (ut dies diem docet), quae nobis ante dubitationis aliquid attulerant. et relicta tamen (ne quid verum dissimulem) sive depravata, sive alioqui per se obscura nonnulla, quae nulla investigationis diligentia restituere ac declarare potui. Quod ut ego ingenue confiteor, ita mihi candide ignosci velim: vel hac de causa, quod eos nodos (ut Horatius vocat) dignos esse vindice, quivis haud dubie peritus utriusque linguae intelliget: nosque tum haesitationis occasionem, tum ignorationis excusationem aliquam habuisse fatebitur. Quemadmodum autem liberalitatis est, ea, quae habeas, benigne impertiri: sic

verecundi et prudentis animi fuerit, ea, quae non habeas, a locupletioribus corrogare. Atque id mihi fuisse propositum, et Thrasonicam eorum arrogantiam, qui se scire omnia profitentur, displicuisse, vel ex eo coniici potest, quod, ubi ad huiusmodi salebras perventum fuit, in Isocrate dubitationes meas in calce operis annotavi: atque in Demosthene Graeca pridem marginibus adieci: et in fine annotationum ad primam Olynthiacam mearum aequos lectores rogavi, ut suum ad me perscribere iudicium non gravarentur. Quod hactenus quidem a nemine, quibuscunque de causis, esse factum cognovi: atque ii etiam me destituerunt, quos coram oravi, ut suam censuram interponere, ac tum mihi tum aliis, utriusque linguae amatoribus, inservire obscuriorum locorum (quantum fieri posset) illustratione dignarentur. Illud quidem abunde mihi contigit, quo nulli praestantes viri (etsi ego me in eum numerum minime refero) unquam caruerunt, ut exsisterent homunciones ignavi, arrogantes, delicati, maledici, qui caninam contra me facundiam exercerent: quos ego vel opinione sua beatos esse, vel livore contabescere, vel latratu auras implere facile patior, et conscientiae meae testimonio contentus, et posteritatis aequioribus iudiciis fretus, valere iubeo. Quae cum ita sint, ego me, qui ea, quae tenuitas et ingenii et fortunae meae ferunt, omnia diligenter fideliterque praestiterim, boni viri officio, et reipublicae literariae studiosi functum esse confido. Faxit Deus Optimus Maximus, sine cuius favore frustra nos fatigamus, ut opera mea tantum prosit omnibus, quantum ego vellem: utque labores hi mei eodem animorum candore a lectoribus excipiantur, quo a me suscepti perfectique sunt. Peracerbum enim est, nullo suo emolumento, publicae duntaxat utilitatis gratia laborantem, virulentas etiam calumniatorum linguas experiri: quorum susurros atque aculeos si evitare non licebit, illud me consolabitur, quod Magnus Alexander usurpabat, *regium esse audire male, cum facias bene.* Mitigabit et illa ratio dolorem meum, quod cordati omnes haud difficulter perspiciunt, id genus criminationes non tam ab improbatione magni conatus ac difficilis operis contemtu proficisci, quam ab aemulatione, malevolentia, invidia: quae in summa turpitudine id solum habet boni, quod iis, in quorum animis sedem fixit, plurimum affert mali. Ego vero illorum miseria non delector, sed eos ita felices esse vellem, ut, quae reprehendunt

et exagitant, corrigerent ac longe meliora efficerent. Ita demum et existimationi suae consulerent, et studiosis prodessent, et meae famae, si gratia doctorum indignum esse putant, (etsi persuasum habeo, temere fortasse, sed tamen persuasum habeo, neminem bonum et doctum mihi esse inimicum) incommodarent. Sed bene sperandum potius est, quam male ominandum: et huius nostrae laboriosae conversionis atque operosioris etiam recognitionis eventus fortunae lectorumque iudiciis permittendus: quae quo aequiora cognoverimus, eo reddemur ad absolvendos iustos in Demosthenem et Isocratem commentarios alacriores. Aequitatis autem esse puto, pauculos errores, quos in prolixo opere cavere difficillimum est, et ignorationes cum eorum, quae fortasse non male diximus ac diligenter explicavimus, multitudine comparare. Atque haec ad lectores sive morosos, sive invidos, sive etiam imperitos, vel monendos, vel placandos, si quid aequi a se impetrari sinent, pertinere volo. Nam quod ad tuum de me iudicium attinet, vir amplissime, animo sum et securo et magno. Qui cum pridem conatum meum boni consulueris minus absolutum, idque moribus et studiis meis nondum ita perspectis: plane desiperem, si post tantum a me nunc adhibitum studium, et tam luculentam orationum atque epistolarum Aeschinis accessionem, quae quidem Demostheni magnam lucem, et utilitatem lectoribus haud exiguam cum pari voluptate coniunctam afferent, (ne annotationes, aliaque complura commemorem) de tua erga me et lucubrationes meas voluntate dubitarem: praesertim cum non parvi temporis domestica consuetudine, cum caeteris in rebus excellentem virtutem, ac ingenii praestantiam, tum humanitatem tuam in tanto fortunae fastigio admirandam, magna cum voluptate et fructu meo non poenitendo cognorim. Itaque Demosthenes opera mea nunc tandem Aeschini, abolito illo veteri odio, reconciliatus atque coniunctus, denuo se tuo patrocinio commendat: in spe optima situs, te talem clientem nec aspernaturum, neque neglecturum, sed eo habiturum esse loco, quo se dignum iudicaris. Tantum autem tuo acerrimo iudicio tribuit, ut, si excellentiae tuae probatus fuerit, caeterorum omnium malevolentiam et obtrectationes animo aequissimo et maximo contemnere decreverit. Quod si illud praeter spem evenerit, ut et invida obtrectatorum ora conticescant, et aliqui candorem viris bonis et doctis dignum

in iudicando adhibeant, ea felicitas non tam industriae meae, quam liberalitati tuae erit adscribenda: qua factum est, ut, plus tranquilli otii nactus, expendere omnia diligentius et perpolire possem. Quod ita fore ut credam, fortunatissimus tuus genius efficit, et virtute atque ingenio tibi parta autoritas: quarum rerum si ex uberrimo tuo fonte vel tenuem alveolum in nostros agellos derivaris, laetos honesti nominis fructus aliquando percipiemus. Augustae Vindelicorum, ex bibliotheca tua. Idibus Augusti, natali meo, anno 1553.

HIERONYMUS WOLFIUS
HENRICO FRATRI, PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORI, NORIBERGENSI PHYSICO
S. D.

Specimen hoc Demosthenicae recognitionis et explicationis ad te, frater, eo nomine maxime nunc mittendum esse duxi, ut ex te potius, ut candido et severo iudice, quid in hoc conatu meo vel probares, vel improbares, quam aut ex obtrectatoribus alienae laudis et industriae, aut ex assentatoribus, (quorum utri molestiores mihi sint, haud facile dixerim) mature cognoscerem, et pro virili vel praetermissa adiicerem, vel supervacua resecarem, vel minus bella corrigerem, atque confusa in certum ordinem redigerem. Neque enim is ego sum, qui ita mihi placeam, ut, quid alii de me sentiant, susque deque feram: sed et imbecillitatem ingenii mei doctrinaeque tenuitatem satis agnosco, et in sententiis eorum, qui acutius vident ac rectius iudicant, libens acquiesco. Etsi enim me unum (ut fert natura omnibus insitus, non coecus magis, quam pravus amor sui) perspicere omnia et collimare maxime vellem: tamen, cum summos viros et veteris et nostrae memoriae a plurimis et pluribus in locis reprehendi videam, admoneri me ab ingeniosis et eruditis hominibus multo et honestius et utilius esse iudico, quam ab invidis et morosis censoribus Hipponacteis praeconiis celebrari. In quo genere ita sibi adversus me non pauci nec indocti homines indulserunt, ut aemulatione et morbo animi impulsi, non tantum modestiae, et gratiae, bene de se quoque merito debitae, (lucubrationes

enim meas, ut opinor, non tantum reprehendendi gratia tam diligenter legerunt) obliviscerentur, sed atrocibus etiam iniuriis me onerarent, quas ego Deo iusto iudici vindicandas relinquo, eorumque candore me consolor, qui et bene dictis gratiam, et erratis veniam a se paratam esse mihi voluerunt. Quos longe plures esse Zoilis (meliores quidem esse viros quis dubitet?) multorum et privatim ad me scriptae literae, et in publicum editi libri testantur. Ac illos ipsos Zoilos nihil posse afferre melius, sed ex Wolfii insectatione famam aucupari, ut ille fecit, qui Ephesiae Dianae templum incendit, illud non innuit, sed clamat, quod intra annos octodecim mea qualiscunque conversio Basileae bis, Venetiis semel edita et distracta, iampridem a studiosis de integro flagitatur. Cur igitur isti Attici et Ciceroniani oratores eam, quam ita contemnunt, ut infra omnes infimos homines interpretem abiiciant, et sceleris ac sacrilegii reum agant, edita meliore non tollunt? Meam enim interpretationem quanti facerem ipse, iam olim et versibus et praefationibus modestissime scriptis sum testatus: neque mihi ego cum Isocrate et caeteris summiis oratoribus, philosophis, historicis, quos latinos feci, eloquentiae certamen institui, (id quod manifesti furoris esset) neque Graeca exemplaria de manibus studiosorum excutere volui: sed illud efficere conatus sum, ut, quos ab iis legendis difficultatis opinio deterreret, audacia in transferendo mea (agnoscam enim, si istis ita placet, crimen hoc) confirmaret et adiuvaret. Neque meum conatum fuisse irritum, omnes christiani orbis academiae, ne Gadibus quidem exceptis, testantur, nec proscriptionis iniquissimae iniuria meis a lucubrationibus legendis deterritae. Byzantinam meam historiam ne Byzantinae quidem bibliothecae excluserunt: sed iam tandem velut ab exilio revocatam honorifice et amanter susceperunt. Sextum iam Isocrates cum meis commentariis sub prelo est. An tu censes, vel typographos, vel bibliopolas in tot millia codicum laborem et pecuniam conferre, ut oleum atque operam perdant? Quis studiosorum et ingeniosorum hominum tantam frequentiam ita insanire credat, ut eos libros tam avide legant, quorum lectione non aut meliores, aut doctiores, aut paratiores et ad recte sentiendum, et ad bene vivendum, et ad ornate dicendum evadant? Neque vero eas mihi utilitates acceptas referri volo. Absit Thrasonicus iste sal, ut magno alieno labore partam gloriam

verbis in me transmoveam. Ipsis autoribus ea laus debetur, qui sibi summam eloquentis sapientiae et sapientis eloquentiae laudem per tot iam secula vendicarunt. Illud tamen ingenue plurimi confitentur, se Graeca sine interpretatione mea lecturos fuisse nunquam. Ab iis igitur id consecutus sum, quod volui: rana bovem intumescendo, anser olorem obstrependo, aequare nunquam studui, superare multo minus. Non equidem tali me dignor honore. Fortasse Leontinos quosdam et Vulcani de stirpe satos, et alios semideos atque heroas, natos scilicet melioribus annis, isti manent triumphi. Etsi profecto pugnae hactenus ab illis depugnatae, hoc est, oratiunculae quaedam ab istis Ciceronis germanis versae, ne ovatione quidem mihi dignae videntur. Quid enim in istis aut Cicerone aut Demosthene dignum apparet, praeter male consuta quaedam emblemata, ac centones potius? Quoties a sententiis oratoris toto coelo, quod aiunt, aberrant? Qui quidem inanibus istis iactationibus cum primis efficiunt, ut mei laboris me iam minus minusque poeniteat. Nec enim isti me de gradu deiecerunt: sed dum altius, quam eorum natura et genius fert, assurgere conati sunt, ultro prostrati corruerunt, onere suscepto, quod infirmi eorum humeri sustinere nullo modo potuerunt. Sed si quis Hercules, aut Atlas potius, Demosthenem Romam perlatum tandem aliquando in rostris collocarit, quantopere non modo Quiritibus, sed et Feretrio isti Iovi ipse inter primos congratulabor? Interim ego meum saxum verso, quod

O utinam tandem iam summo vertice montis
Consistat, lassumque sinat requiete potiri!

Sed aemulorum iniquitas effecit, ut et longius ab instituto aberrarem, et contra ingenium et consuetudinem meam aliquid iracundius et arrogantius de me ipse dicerem. Ad te igitur nunc redeo, frater, et a te peto, ut libellum hunc, non modo necessitudinis nostrae, et ab ipsa natura institutae, et iisdem studiis confirmatae, pignus ac monumentum esse velis, sed censorem etiam agas, tuumque iudicium interponas. Existimatio enim tua aeque ac mea hic agitur. Nam cum tibi coniugium filiolas tantum incolumes donarit, mihi filios vita caelebs negarit, neque nostrae gentis atque nominis quisquam superstes nobis fore videatur, libri nostri liberûm loco nobis esse debent, quibus Wolfianum nomen ab oblivione posteritatis et ab interitu vindicetur.

Quo magis etiam opera danda est, ut cum laude et gloria potius, quam cum ignominia et probro id fiat. Non me fugit, quid causari possis: multis iam annis tibi ad haec studia vel respiciendi otium defuisse: domi cum sis, totius diei discursationibus ad aegrotos defatigari: saepe etiam a nobilitate vicina et principibus evocatum a libris prorsus abesse. Scio ista, et honestas istas occupationes, cum praemiis autoritatis et gratiae coniunctas, tibi gratulor. Sed idem non concedo, te occupatiorem esse C. Iulio Caesare, qui eodem tempore bellum Gallicum et gessit, et descripsit. Multi dantur, hyberno praesertim tempore, contractioribus diebus, ad studia reditus: et cum omnia non modo philosophorum et medicorum, sed oratorum etiam, inter quos praecipui tui fuere Camerarius et Sturmius, dicta, celeritate calami pene incredibili sis assecutus, fieri nullo modo potest, quin illa ita alte animo tuo sint infixa, ut nulla possint oblivione deleri, easque radices egerint, ut solida eruditio, et fructus eruditionis, iudicium, inde pullularit et effloruerit. Etsi enim, me autore, paulo serius ad utramque linguam et ingenuas artes discendas accessisti, tamen Deus conatus tuos et diligentiae assiduitatem ita fortunavit, ut longe et diutius et felicius et constantius sub praestantissimis agonothetis in isto literato stadio, in celeberrimis, inquam, Germaniae et Galliae Academiis, ita decurreres, ut ordinatim honores peteres, et magna cum laude laureolam consequereris. Quare nihil tibi iustae excusationis relictum est, cum, quod ego postulo, id tu praestare et debeas, et facile possis. Si vero gravior aliqua causa te impedierit, illud certe negari abs te mihi nolim, ut doctorum, quos variis in locis habes amicos, et saepe ipse convenire, et ab iisdem conveniri soles, iudicia exquiras, eaque libere aperteque ad me perscribas. Minus enim apud te, quid sentiant, dissimulabunt, qui offensam animi mei aliquam fortasse vererentur, si eadem apud me expromenda essent: sine causa illi quidem. Is enim ego sum, qui inter calumniatorem et monitorem plurimum interesse censeam. Nam hic quidem ex benevolentia et reipublicae literariae studio errata sive acerbitate animi et contumelia verborum reprehendit μετ᾽ ἐλέγχων καὶ ἀποδείξεων: ille ex invidia et odio ea vituperat, quibus non edit meliora, sed eo magnum virum se visum iri putat, si eos incessat, quibus ingenii monimenta nominis aliquid et gratiae et autoritatis etiam pepererunt. Vale.

Augustae Vindelicorum. VIII. Cal. Maii, anno a restituta humano generi salute M. D. LXVIII.

LUDOVICUS CARINUS
HIERONYMO WOLFIO S. D.

Abrahamo Hocchstettero, qui mihi tuas literas attulit, cum ob eas causas, quas tu commemoras, tum ob tuam commendationem, quae plurimum momenti apud me habet, ut hominis mihi summo amore et iisdem studiis coniunctissimi, nulla in re, in qua opera mea uti volet, deero. De animo meo erga te ac voluntate scio te nil dubitare: velim tamen mihi occasionem dari ipsa re, quanti te faciam, declarandi. Facio autem plurimi, tum ob suavitatem facilitatemque ingenii, tum doctrinam singularem, quam tibi ardenti studio, summo multorum annorum sudore, iactura etiam valetudinis, peperisti. Quae, ut spero, tibi fortunam, in hoc annitentibus amicis tuis, inter quos me etiam numerari volo, te dignam, et tuis studiis aptam, pariet. Qua in re bonam operam tibi navarem, nisi haec tempora iniqua, quae omnes doctos apud nos premunt, me impedirent. Quae si immutata fuerint, quod quidem fore spero, et Deus mihi reditum in Germaniam confecerit, nullam occasionem tui iuvandi praeterlabi sinam. Interim, mi Wolfi, te spe melioris fortunae sustenta: quae quo tardior, eo splendidior ac lautior (crede mihi) tibi continget, et te ubi semel complexa fuerit, ac fovere coeperit, inter Crassos ac Senecas collocabit: hoc est, plane te beatum faciet. Uterer hic exemplis doctissimorum virorum, quorum tu similis es, tui confirmandi causa, quos sero quidem, sed tamen respexit tandem hera illa imperiosa: quae sola, ut inquit ille, utramque paginam facit: nisi eorum fortunae imago animo tuo impressa insideret. De Demosthene tuo mihi muneri misso te multum amo: quem ita a te conversum 'esse coniecto, ut eum minime relicto pallio togae pudere arbitrer. Huic evolvendo, quicquid temporis ex meis occupationibus eripere potero, impendam. Vale, mi Wolfi, et tibi persuade, nihil esse, quod non aeque libenter pro te, ac pro me ipso, omni tempore sim facturus. Ex Pictavio, Idibus Augusti, anno 1550.

HIERONYMUS WOLFIUS
D. LUDOVICO CARINO S. P. D.

Tot tamque illustres benevolentiae singularis in me tuae significationes, clarissime vir, mihi gratissimae sunt: consolationes autem, quibus iacentem meum animum erigere cupis, *διὰ τὰς συχνὰς ἀτυχίας μικροψυχοτέρῳ τοῦ δέοντος γεγενημένῳ* pene etiam necessariae. Tametsi enim non parum vereor, ne, in hac valetudine, praeclaras illas spes exspectare me fata non patiantur, tamen interim usura frui quid vetat? Delectat etiam augurium hominis non modo amicissimi, sed doctissimi etiam, et longo multarum rerum usu exercitati. Quare facile patior, te prospicere aliquid, quod me praetereat. Illud quoque nescio quid boni ominis habere videtur, quod literae tam laetae Idibus Augusti, natali meo, (nam eo ipso die 34. aetatis annum complevi) datae sunt. Quod autem me hominem, literis vix mediocriter imbutum, inter doctissimos numeras, eo plus humanitati tuae debeo, quo minus istae praeclarae dotes in me reperiuntur. In Demosthene autem legendo nolim equidem te bonas horas male perdere. Quis enim est graecis literis eruditus, quas tu ante me natum opinor perdidicisti, cui non omnes omnium conversiones sordeant? Ego sane, qui me puto non omnium esse vel delicatissimum, vel morosissimum, ingenue fateor, neminem adhuc, eorum etiam interpretum, qui se germanos Cicerones esse putant, id a me impetrare potuisse, ut, tametsi omnium Graecorum scripta nobis eodem, aut etiam meliore genere orationis loquerentur, graecae linguae cognitionem supervacanei laboris esse iudicarem. De meis autem interpretationibus quid ego sentiam, in praefationibus testatus sum. Itaque si praeclaram istam de me opinionem retinere cupis, una hac ratione id assequeris, si non legeris. Minuet enim, ut ille ait, praesentia famam. *πολλὰ γὰρ καὶ τῶν ἐμμέτρων ποιημάτων, καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων, ἔτι μὲν ἐν ταῖς διανοίαις ὄντα τῶν συντιθέντων, μεγάλας τὰς προσδοκίας παρέσχεν· ἐπιτελεσθέντα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδειχθέντα πολὺ καταδεεστέραν τὴν δόξαν τῆς ἐλπίδος ἔλαβεν.* Sed de hoc pro candore tuo et humanitate statues: neque eos imitaberis, qui cavillandi mei frigidissimas captant occasiones, ipsaque malevolentia ieiunas: qui, quod se facere fortasse putant, nec existimationi suae commodant, nec meae nocent. Quid enim?

nonne loca permulta sunt Demosthenis, partim corrupta, partim per se ita obscura, ut vatem oporteat esse interpretem? Quod si illi sibi, quam mihi, credi malunt, non invideo equidem, sed tamen grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est. Neque vero difficile est τῶν διδασκαλικῶν ἐπιβεβηκότι θρόνων, καὶ ἐξουσίαν καὶ δόξαν ἔχοντι, ἐκ τοῦ μονομεροῦς ἀναντιλέκτως ὥσπερ ἐρήμην τινὸς καταδικάσαι. Et, ut in tanto opere mihi somnus alicubi obrepserit, quid tum postea? Aliquando bonus dormitat Homerus. Humanitatis certe quidem fuerit, paucos sive lapsus, sive ἀγνοήματα, ei condonare, qui id tentarit, absit invidia dicto, quod nemo hactenus praestare aut voluit, aut potuit, qui permulta depravata correxerit, ambigua distinxerit, obscura illustrarit. Typographica vero errata, quae neminem fere attentum fallunt, scriptori imputare summae iniquitatis est. Ego certe, volens quidem, nullum folium praetermisi, quin ipse post alios omnes emendarem, sed importuni illi Cyclopes, dum ego relego, et quam accuratissime corrigo ea, quae Oporinum variis curis distractum, et correctores parum attentos praeterierant, imprimere mendosum exemplum perrexerunt. Ita mihi et labor periit, et existimatio mea culpae alienae poenas saepe dare cogitur. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔξω τῆς ὑποθέσεως· οὐ γὰρ ἀπολογίαν γράφειν, ἀλλὰ τῇ φιλανθρωπίᾳ σου ἀντεπιστέλλειν προειλόμην. Ut igitur ad institutum redeam, si Demosthenem nostrum pulla et lacera toga indutum videbis, cogites velim, cum eversam lugere patriam, et in peregrinis finibus exulem et mendicum oberrantem, quicquid detur, aequi bonique facere. Qua de re venusta illa tua figura admonitus, paucos versiculos lusi, Musis et Apolline nullo, fateor equidem, sed a proposito tamen nostro non alienos. Hactenus Demosthenes βεβαρβαρωμένος (ut vides) χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις, quemadmodum Euripideus ille Menelaus: adeo ut Αντιέρσην canere potius, quam ἀττικίζειν videatur. Sed tu pro humanitate tua et discipulo et magistro ignosces, et utrumque, ut facis, commendatum habebis. Vale, Luteciae Parisiorum, 19. Augusti, anno 1550.

AD NOBILES ET MAGNIFICOS VIROS, VIRTUTE ET AUTORITATE PRAESTANTES, HINRICUM RECKLINGERUM, CHRISTOPHORUM PEITINGERUM, DUUMVIROS, ET AD CONSULES AC SENATUM INCLYTAE AUGUSTANAE REIPUBLICAE, DOMINOS AC PATRONOS SUMMA OBSERVANTIA COLENDOS, HIERONYMI WOLFII IN DEMOSTHENEM ET AESCHINEM GRAECOLATINOS PRAEFATIO.

Si tanta esset in me sapientis eloquentiae facultas, viri amplissimi, domini et patroni colendi, quantum studii et laboris ab ineunte aetate in hunc usque diem conferre in eam rem nunquam destiti, nihil prius mihi esset, aut magis ex officio meo, quam vestram erga me beneficentiam celebrare, et iustis efferre laudibus cum vos, tum Rempublicam vestram. Nunc, cum sapientia Dei donum sit, et oratores, ut et poetae, non tam fiant, quam nascantur, meo me (ut prudenter Horatius praecepit) modulo ac pede metiens, nihil tale conari audeo: cum praesertim vestra urbs, toto terrarum orbe celebris, neque meis, neque cuiusquam alterius praeconiis egeat, et vos, pro vestra sapientia, omnem officii fructum ipsum officium praeclare iudicetis. Illud tantum dico, vestra liberalitate et munificentia id mihi contigisse, quod ab ineunte aetate prae aliis rebus omnibus in votis semper habui, otium philosophicum: in quo nec honesta deesset, et publice, ut spero, utilis augendae ornandaeque illustris Bibliothecae vestrae et scholae (in quam non exiguos sumtus facitis) pro virili mea tuendae et adiutandae occupatio, neque calamo et scriptis complures per Europam studiosos adolescentes erudiendi occasio. Multa sunt egregia vestrae civitatis ornamenta: Respublica aequissime et prudentissime constituta: publica privataque magnificentia, hospitalitas, urbanitas, beneficentia in cives tenuiores: de omnibus bene merendi studium, laedendi neminem, nisi vis propulsanda sit: contra quam et moenibus, et auxiliis, et commeatu, et omni armorum genere, ita parati et muniti estis, ut neque lacessatis quenquam, et nihil magis, quam pacem, concordiam, tranquillitatem, bonorum omnium amicitiam votis ac precibus a Deo Opt. Max. expetatis. Quae tametsi excellunt, et magis incurrunt in cuiusvis generis

hominum oculos et sensus: tamen eruditi viri et omnia vero iudicio ponderantes illud non in minimis vestris laudibus ponunt, quod, ut olim Athenae, Alexandria, Tarsus, Berytus, et nostra aetate Bononia, Lutetia, Argentina, complures aliae illustres civitates, Musis etiam et Gratiis, hoc est, studiosis et doctis hominibus in vestra, vere augusta urbe, non hospitium modo, sed domicilium etiam esse voluistis. Etsi autem non ignoro, conqueri multos, neque fortassis absque causa, tum de moribus doctorum quorundam minus probatis, tum, scribendorum librorum nullum esse finem, quorum plerique nihil nisi aut ingenia occupent, rebus melioribus vacatura, aut Rempublicam Christianam, alioqui rerum suarum satagentem, magis etiam perturbent: mihi tamen de me dicere neque necesse est, neque decorum, vigesimum iam annum in hac urbe sine cuiusquam, ut opinor, boni viri ulla querela degenti: et mearum scriptionum hactenus longe aliam fuisse rationem, omnibus doctis candideque iudicantibus perspectum et exploratum esse confido. Neque enim mea somnia chartis illevi: neque rixarum aut turbarum quicquam dedi: neque insanabile scribendi cacoethes (quod tenere multos, in eorumque aegro corde senescere, Satyricus queritur) impetu quodam animi temerario atque coeco secutus sum: sed in convertendis et declarandis vetustis autoribus, seculorum omnium et nationum consensu approbatis, sedulo, nec sine successu mediocri, (quem, uti par est, divinae benignitati acceptum refero) elaboravi. Id quod toties repetitae in Germania, Gallia, Italia lucubrationum mearum editiones testari poterunt. Modus fortassis a me desiderari queat, et ignoratio tollendi manum de tabula, et supervacanea mei ipsius nocturnis diurnisque laboribus afflictatio reprehendi, cum et aetas et valetudo mea quietem potius atque otium postularent. Utinam vero non quidem ea essem ferrea et corporis et animi patientia, quae Catoni Censorio tribuitur, rarissimique exempli est, sed illa tantum vel animi constantia et tolerantia, vel vigore mentis atque ingenii vi, qua plerique olim et Graecorum et Romanorum proceres claruerunt; qui, quae hominibus studiosis atque doctis nostra aetate gravis et laboriosa videtur occupatio, sive curandae rei familiaris, sive lectionis atque scriptionis, eam illi animorum levationem atque oblectationem iudicarunt. Quod ita esse, Xenophontis, Thucydidis, Lycurgi,

M. Terentii Varronis, C. Iulii Caesaris, Ciceroni, Silii Italici, Boetii monumenta, et complurium aliorum exempla testantur. Tum enim illi se occupatos esse, et negotiis implicatos putabant, cum aut amicos et clientes suos defendebant, aut consiliis atque armis Rempublicam tuebantur. Mea vero, non eo tantum, quod mihi vires quidem corporis exiguae ac prope nullae, ingenium vero tenue atque infirmum contigit, longe alia ratio est, sed ob illud etiam, quod illis, patrio sermone scribentibus, in proclivi atque expedita fuerunt omnia, cum nos peregrinis linguis e mutis praeceptoribus cognoscendis non parvam aetatis partem consumere necesse habeamus. Itaque non recreandi animi ergo levandive taedii causa me scriptitare, sed quia facere aliter, salva (quantulacunque illa est) existimatione mea, nequeo, et quas sustineo aerumnas, pene Herculeas videri mihi, speque mea plurimum me deceptum esse, ingenue confiteor. Nam cum annis abhinc quatuor et viginti, non tam mea voluntas, quam inexspectata quaedam calamitas, et rerum meliorum spes in typographicum pistrinum me coniecisset, parvi temporis molestia perpetuam studiis meis secure perfruendi facultatem me redemturum opinabar. Verum quanto aliter evenerit, nemo ignorat, qui aut bibliothecam vestram inspicit, qua meas lucubrationes dignati estis, aut bibliopolia scrutatur. Neque vero haec gloriandi causa scribo, (quo quid ineptius?) aut ignoratione tenuitatis meae, (quod enim difficile esse putatur, nosse sese, utcunque didici: studui certe quidem) sed ut fortunam meam narrem, quae per labores, non tam iucundos et lucrosos, quam necessarios et inevitabiles, ad id aetatis et valetudinis me, nihil tale cogitantem, provexit, ut, cum maxime philosophandum esset, philosophari parum liceat, aut etiam libeat. Neque vero ego solus is sum, quem bonae suae rationes fefellerint: sed sive frustratio, sive calamitas haec cum multis mihi est communis, me longe sapientioribus. Demosthenes Paeaniensis (cuius eloquentia, quae sine singulari prudentia et eximia virtute suum tueri nomen haudquaquam potest, quondam per Europam et Asiam celebrata fuit, et nunc etiam omnibus omnium nationum eruditis admirationi est) dum suos Athenienses, ignavia et luxu enervatos, ad recuperandum Graeciae principatum, quem ad annos LXX tenuerant, primum clade Hellespontiaca una cum libertate amissum, deinde Cononis industria receptum, nec multo

post a Philippo Macedone callide interceptum, excitare studet, inter alia hoc quoque argumento utitur: quemadmodum ipsi eos cives suos, qui Rempublicam semel gerendam susceperint, in otium se conferre ubi voluerint, non patiantur, sic et ipsis, qui totius Graeciae patronos se professi fuerint, ab eadem administranda, defendenda atque ornanda recedere, suumque negotium agere, esse nefas. Consimile quiddam, (etsi in magna dissimilitudine) viri ornatissimi, domini et patroni colendi, et ipsi mihi accidisse videtur: ut semel Graecis Oratoribus, Philosophis, Astrologis, Historicis ad interpretandum susceptis, in ea provincia, neque spe quaestus, (qui aut nullus est, aut certe non tantus, ut vel extremae notae quispiam notarius eadem mercede illos describendos susciperet) neque gloriolae cupiditate, instar crocodili se persequentes fugientis, fugientes persequentis, sed fatali quadam sive necessitate, sive calamitate pene consenuerim, et vix hoc demum anno ab Atheniensi Republica (quae peculiares olim servos habuit, quos δημοσίους vocabant) velut in libertatem assertus existimari queam. Et quidem gravi certamine defunctus, bellum difficile ac diuturnum confecisse mihi videor, qui Demosthenem, Aeschinem, Ulpianum Rhetorem, caeterosque his adiunctos autores ita emendatos declaratos, illustratos et exornatos (quantum in me quidem fuit) exhibuerim, ut obtrectatores atque invidos meos hortari non dubitem, ut, si haec mea non probant, ipsi proferant meliora. Qui etsi non pauci, neque parum molesti mihi fuerunt: tamen, si cum iis comparentur, qui bene de me sentiunt, meque et mea magnifaciunt et amant, facile, ut opinor, apparebit, et maiorem et meliorem partem stare a nobis: eaque inter hos et illos exsistet proportio, quam apud Homerum Agamemnon Troianorum et Graecorum esse affirmat: ut, si Graeci in decurias conviviorum describantur, et singulis decuriis singuli Troiani ministri assignentur, complures decuriae propter illorum paucitatem, horum multitudinem, sint pincerna cariturae. Neque ulli eorum, qui me reprehendunt et exagitant, non modo nihil elegantius et splendidius, sed (in eodem quidem scribendi genere) nihil prorsus intra quinque totas Olympiadas, longissimum, in vitae humanae brevitate, spatium, ediderunt. Ut igitur illi verbis asperioribus me accusant et vituperant, ita factis fide dignioribus et absolvunt et laudant, et publice quasi proclamant, suis calumniis non

habendam esse fidem, neque condemnandum aut contemnendum esse quenquam, nisi causa percognita et satis explorata. Interim vero me per annos complures hoc opus ita noctes diesque occupavit, ut non multo suaviorem vitam egerim, quam ii, quos Dionysius tyrannus in Latomias coniiciebat: ita certe quidem defatigavit, ut, qui mihi, post annorum XL servitutem, otium mediocre, quod vestra munificentia mihi fecit, honestoque stipendio decreto, haec elaborandi potestatem et facultatem dedit, inviderit, omnes se Zoilos, omnes Momos maledicentia et obtrectandi libidine superare fateatur. Caeterum haec qualia et quantulacunque sunt, non tam mea vobis, amplissimi viri, offero, quam vestra vobis restituo. Nunquam enim conari ea potuissem, nisi vestra benignitas, tanquam salutare quoddam sidus, mihi affulsisset. Neque vero vel primus huius operis patronus, in cuius id nomine iam tertium apparuit, vel quisquam alius, levitatis arguere me poterit. Nam cum ille in praedia sua se receptarus me quasi emancipatum e familia vestrae fidei et liberalitati commisisset, una mecum etiam ea vobis tradidit, quae Musae meae sub vestro patrocinio effecissent. Deinde ita prodit Demosthenes, (modo operae typographicae non de integro deformarint ea, quae ego summo labore expolivi: longe a prelo absum, et alias alios codices et chartas typographo misi:) sic igitur, inquam, (quod quidem in me fuit) se spectandum Demosthenes cum non aspernando comitatu praebet,

IAM POSITIS NOVUS EXUVIIS NITIDUSQUE IUVENTA,

et tot auctus accessionibus, ut eundem esse vix quisquam agnoscat. Hoc quidem affirmare ausim, maiore molestia pene unius orationis recognitionem mihi constitisse, quam totam primam interpretationem: sive aut iam urgens, aut certe adventans senectus laboris sensu nunc magis afficitur, quem tum iuventutis vigor levabat: sive aliud est, quicquid in mentem inciderit, aestu quodam animi effundere, aliud, scribere meditata, et singula pene verba quasi statera aurificis expendere atque examinare. Neque tamen (quod saepe testatus sum, et nunc postremo testatum esse volo) Demosthenicam eloquentiam expressisse me confido, qui et autoritate sua caret, (quae quantum in dicendo valeat, quis nescit?) neque lectores ita attentos habere potest, qui sua nihil interesse censent ea, quae scripta sunt, ut fuerunt auditores, quorum et dignitas et salus agebatur: elocutione

item et actione destituitur (cui et primas ille et secundas et tertias dedit): sed inventionem et collocationem tam rerum, quam verborum appendere, fide optima, et perspicuo puroque orationis genere repraesentare sum conatus. Quae et ipsa in sua nativa lingua multo sunt et magis propria, et significantiora, et iucundiora, et illustriora: eaque de causa interpretationi meae Graecum archetypon est additum, quo huius ornatissimae et copiosissimae linguae vel periti vel studiosi fruantur. Nec tamen illud ipsum qui legent, ita miraturi sunt Demosthenem, (id quod Aeschines, aemulus et adversarius eius, dixisse fertur) ut si ipsum audissent. Quanto alia res fuit, cum M. Tullius Consul, purpuratus, in sella curuli cum maiestate assidens, ab omnibus bonis pater patriae, et quasi alter urbis conditor habitus, solicitudinem de republica summam, salutis vero suae prope neglectum prae se ferens, in summo orbis terrarum concilio (qui non tam senatorum, quam regum consessus videri potuit) omnium oculis atque animis in ipsum intentis, consilium, auxilium, incolumitatem ab eo expetentium, contra coniuratos maxima suavissimaque voce, cum singulari dignitate actionis, motuque et gestu corporis totius decentissimo, peroravit, quam cum eadem illa oratio nunc vel tacite ab otioso quopiam et securo percurritur, vel a rhetorculo, adeo nullum animi motum et dolorem adhibente, ut etiam sententias, earumque circumscriptiones, vel ex imbecillitate spiritus, vel ob artis pronunciandi inscientiam divellat atque disperdat, sine ulla varietate pro suggesto recitatur? Neque vero vobis, viri amplissimi, qui plerique in Italia, Hispania, Gallia, partim studiorum causa, partim ob gravissima et publica et privata negotia versati, homines eloquentes et sacros oratores concionantes audivistis, ulla tali consideratione et fictione est opus: ipsi recordamini, ut illi soleant non mulierculas tantum rudemque plebeculam permovere, sed homines etiam graves et constantes omni varietate affectuum agitare, nunc excutere lacrymas, nunc easdem quasi abstergere, modo iram exstimulare, mox placare iratos et flectere ad commiserationem, iam deprimere ad inferos, paulo post velut extra sese raptos supra nubes attollere, ut in paradiso et illustrissimo summi coeli amphitheatro incredibili gestientis animi laetitia et exsultatione versari sibi videantur. Sed ad Graecum archetypon redeo, in cuius mendis si non tollendis,

at minuendis, aut saltem indicandis, quid iam olim praestiterim, doctis non est ignotum: et tamen eiusmodi id fuit, ut pro laude ingenii ac diligentiae temeritatis in divinando et corruptelae crimen mihi a nonnullis, improbioribusne, an stultioribus dicam, nescio, impingeretur. Nunc vero XV codicum inter se collatio id quoque crimen diluit, coniecturis meis plerisque scriptura vetere comprobatis, et iis, quae sive librariorum incuria praetermissa, sive codicum mutilatione deleta, nullius ingenio addi poterant, completis. Et tamen illi quoque tot tamque vetusti codices nonnullis locis parum auxilii tulerunt: quae loca mihi pleraque plana et aperta fecit meum quoddam divinationis genus. Quod cuiusmodi sit, quaeritis? Neque Delphici tripodis simile, neque auspiciorum et auguriorum, neque aliarum sive superstitionum, sive observationum veterum, sed simplex et naturale, et nemini docto et sagaci ingenio praedito negatum. Quod igitur illud est? Artis grammaticae cognitio accurata, multa et diligens optimorum scriptorum lectio, quorum alii alios declarant, stili autoris observatio, animus in sententias non minus, ac pene magis etiam, quam in verba, intentus, eorum, quae antecedunt et sequuntur, inter se comparatio, ea denique persuasio, quicquid vel in verbis absonum, vel in sensis frigidum appareat, id non a viris diligentissimis, prudentissimis, disertissimis scriptum, sed a negligentibus, imperitis, temerariis librariis esse depravatum. Habeo etiam animo meo consignatas notas quasdam, et ex animadversione variae scripturae quasi vestigia impressa, quae illos in errorem duxisse videantur. Qua de re alibi egi uberius. Nunc ad manuscriptos codices redeo: inter quos is, quem vestra Bibliotheca suppeditavit, antiquissimus, et in plerisque optimae fidei, sic excelluit, ut principatum sibi merito vendicet. Quo minus autem usus illo iam pridem fuerim, minutae et exoletae literae, quas, nec speculis adhibitis, perspicere potui, obstiterunt. Tandem in mentem venit M. Simonis Fabricii, mei collegae, viri doctissimi, et in Graecis literis exercitatissimi, quem, cum acie oculorum non minus, quam ingenii acumine pollere scirem, rogavi, ut periculum faceret, num quid ex illo fructus capere possemus? In quo ille, pro nostra necessitudine, alacriter morem mihi gessit, susceptoque negotio, tantum volumen celeritate mirabili perlegit, et singulari sagacitate omnes varietates deprehendit, notavit, excerpsit, marginibus impressi codi-

cis adscripsit, additis etiam scholiis, quae non ingrata neque inutilia τοῖς φιλέλλησι fore spero. Qui una mecum tam illius industriae, quam vestrae beneficentiae se debere fatebuntur. Erat hic aliquid dicendum de laudibus Demosthenis, nisi is et ipse lectori sui studioso abunde se commendaret, et in promtu essent Ciceronis et aliorum de illo elogia, et meam infantiam viri eloquentissimi et celeberrimi claritas repudiaret. Unum igitur hoc superest, amplissimi viri, domini et patroni colendi, vos ut orem, ut postremum hoc opus meum, quod epitaphii loco mihi esse volo, (nam si qua forte alia secuta fuerint, ea nihil ad hoc esse videbuntur) pari humanitate accipere dignemini, qua commentarios meos Ciceronianorum libellorum, anno abhinc septimo, vestrae Bibliothecae splendore non indignos iudicastis: meque ministrum vestrum et clientem observantissimum (ingravescente aetate, et valetudine, ut solet, subinde labascente et ruente in deterius) commendatum habere pergatis: ab eoque mei defendendi ornandique studio nec aut invidorum calumniis, (quas quis unquam cavere potuit?) aut imperitorum hominum ineptiis (quas a gravitate et sapientia vestra negligi et repudiari certo scio) deterreamini. Etsi enim apud nonnullos praesentia mea, et simplicitas, atque ab ostentatione et pompa abhorrens animus, vitaque solitaria minuunt famam: tamen nec exterae nationes Wolfium ignorant, et posteri scient, et studiosi iuvenes, doctique homines vestram in me liberalitatem ac beneficentiam celebrabunt. Quo minus autem munus hoc meum ab amplitudine vestra repudiatum iri putarem, cum vestra humanitas facit, D. Paulo autore, tanta virtus, ut eam in Deo Opt. Max. cum primis celebret, tum collegarum vestrorum, DDD. Matthaei Welseri, Io. Baptistae Hainzelii, Io. Matthaei Stamleri, ornatissimorum virorum, neque a Musis et Gratiis abhorrentium, autoritas, consiliique mei comprobatio. Valete, publice et privatim incolumes, ac perpetuo florentes. Ex augusta vestra urbe, quam Ptolemaeus Vindelicam, Rheticam alii Augustam dici volunt. Idibus Augusti, natali meo. Anno restitutae humano generi salutis M. D. LXX.

HIERONYMI WOLFII
OETINGENSIS AD CANDIDUM LECTOREM IN ULPIANI CONVERSIONEM PRAEFATIO.

En, candide lector, alteram promissi laboris partem, Ulpiani rhetoris x et VIII orationum Demosthenis enarrationem, citius etiam, quam sum pollicitus: opus minus fortasse lectu iucundum, sed studiosis adolescentibus, ut mihi persuadeo, non inutile futurum. Quae etiam causa fuit, ut molestissimum laborem hunc capere non sim gravatus, et summum devorare taedium, quod quantum fuerit, ii demum intelligent, qui mendas Graeci codicis, in singulis fere paginis infinitas, observarint. Ad haec ipsa commentariorum natura est talis, ut modica voluptatis illecebra laborem et defatigationem levent interpretis, tametsi emendatissimi essent, et ut lectorem requirant, difficultatibus aliquibus intelligendi autoris conflictantem. Quae res una fere facit, ut, quae per se utilia sunt, non modo citra fastidium, sed magna etiam cum aviditate legantur. Etsi autem non dubito, esse plurima, tum grammatica, tum oratoria, quae studiosus lector explicari sibi diligentius et copiosius, atque etiam dilucidius optet: non tamen abiiciendi videntur ii libri, qui, cum multa utilia contineant, quaedam etiam supervacanea admiscent, quaedam necessaria praetereunt. De quibus incommodis ego quoque in omni commentariorum genere mecum saepissime queror: et tamen, cum cogito, si mihi in eodem argumento versandum esset, me quoque praestiturum, fortasse non quod vellem, sed quod possem, veniam do, et boni consulo ea, quibus illi tradere meliora non potuerunt. Quanquam in hoc nostro enarratore iniuria temporum, et quorundam temeritas, qui in alienis libris vel mutilandis, vel augendis, vel ex diversorum scriptis variis quasi centonibus sarciendis omnem licentiam sibi sumunt, maximam sustinere culpae partem videtur. Sed in hoc suo quisque iudicio fruatur. Me quidem Ulpianum legisse non poenituit propter et historias nonnullas indicatas, et vocabula exposita, et artificium multis in locis erudite, nisi fallor, explicatum. In convertendo quidem magnos labores et non parvas molestias cum ceperim, nescio tamen, an fecerim operae pretium: non quod ipsos commentarios aspernandos ducam (de quibus quid sentiam, exposui), sed quod in iis tanta est difficultas interpreti, ut superari nulla

ratione posse videatur. Primum enim exemplar ita depravatum est, tum confusione distinctionum, et verbis Demosthenis ab Ulpiani explicatione nulla nota aut intervallo separatis, tum aut immutatis, aut additis, aut repetitis, aut omissis vocabulis, interdum etiam totis sententiis, ut affirmare non dubitem, me nullum vel in Graeca, vel in Latina lingua codicem vidisse peius tractatum. Deinde ἐξηγήσεις, quas enarrationes interpretari licet, videntur orationem requirere perpetuam, cuius hic alicubi vestigia quaedam apparent: ut existimem, ubi verba Demosthenis seorsim ponuntur, ibi ab aliquo librorum corruptore et importune studioso brevitatis Ulpiani verba complura esse resecta, ut scholiorum faciem, non ἐξηγήσεων prae se ferant, atque assuta aliena. In connectendis quidem aliorum verbis magna est Graecorum felicitas, praeter caetera vel in his duabus particulis, τὸ et δὲ, quibus ceu Delphico gladio utuntur, cum eadem Latino sermone sine longis et molestis ambagibus explicari nulla ratione possint. Huc accedit vocabulorum maxima et copia et varietas, et longe alia, quam Latinorum, ratio: cuius generis sunt, ut e multis pauca delibem, κεφάλαιον, τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, σημεῖα, εἰκότα, τεκμήρια, ἀντιπίπτον, ἀντίθεσις, ἀνθυποφορὰ, σύγκρισις, ἀντεξέτασις, παράθεσις, ἀντιπαράστασις, ἔνστασις, ἀντίστασις, κατάστασις, προκατάστασις, ἔκφρασις, διασκευὴ, διατύπωσις, ἀποσιώπησις, ὑποσιώπησις, ἀναίρεσις, ἀπόστασις, ἀνατροπὴ, περιτροπὴ, πηλικότης, ποσότης, μέγεθος, εἴσοδος, εἰσβολὴ, εἰσαγωγὴ, προκατασκευὴ, προθεραπεία, προδιόρθωσις, συνδρομὴ, περιδρομὴ, συγχώρησις, σύστασις, ἐπιχείρημα, ἀπόδειξις, ἔλεγχος, ἐνθύμημα, νόημα, ἔννοια, et alia complura: nec enim omnia recensere institui. Iam quid facias in illis adiectivis, ἠθικὸν, παθητικὸν, πραγματικὸν, προκαταστατικὸν, συνεκτικὸν, ἀντιστατικὸν, ἐπιλογικὸν, προοιμιακὸν, ἀπροσδιόριστον, atque id genus aliis? quae quomodo explicentur, nisi aut improprie, aut barbare, aut longis verborum ambagibus, equidem non reperio: ut nihil dicam, ea praecepta artium, quae sequutus est Ulpianus, ita abhorrere ab ea et Graecorum et Latinorum doctrina, quos hodie in scholis plerique sequuntur, ut saepe difficile sit divinare, quid sibi velit. Haec et huius generis alia incommoda cum attentius perpenderem, parum abfuit, quin totum Ulpianum desererem, ipsius Demosthenis conversione contentus. Sed cum aliorum complurimum editos in Demosthenem commen-

tarios, qui saepe in hoc opere citantur: cuiusmodi sunt Apsinis, Genethlii, Aesculapii, Alexandri, Diocori, Zenonis, Aspasii, et aliorum, e quibus multa in Ulpianum translata esse suspicor: et ipse Ulpianus quarta Philippica, *τάδ'*, inquit, *ἐν τούτοις ἀσαφῆ παραστήσουσιν οἱ ἐξηγηταί*, et in oratione de foedere Alexandreo, *οὐκ ἔστιν ἄδηλον*, inquit, *τοῖς φιλομαθέσιν ἐξ ὧν ἀνεγνώκασιν ὑπομνημάτων*: eos igitur omnes commentarios cum tempus aboleverit, et huic uni tamdiu pepercerit, (etsi enim, quis fuerit hic Ulpianus, quibusve temporibus vixerit, non constat, tamen cum ante aliquot secula vixisse probabile est) cogitabam, in eo vel genium, vel utilitatis aliquid inesse oportere, atque ipse, ut dixi, memineram, me ab eo admonitum non pauca Demosthenis loca et intellexisse rectius, et diligentius pervestigasse. Quare non committendum arbitrabar, ut Graecarum literarum rudes ea utilitate penitus fraudarentur. In animo igitur erat, praeteritis aliis, quae plus verborum et obscuritatis, quam eruditionis, haberent, utilissima quaeque ex eo decerpta inserere meis Annotationibus, quas in totum Demosthenem iampridem institui, et quarta ex parte propemodum absolvi, absoluturus etiam caetera, nisi fortunae iniquitas certam ac tranquillam sedem, et necessarium ad tantum opus, propter quod plurimi, tum Graeci, tum Latini scriptores evolvendi erunt, otium negaret. Sed ab hoc instituto duae me rationes depulerunt: una, quod iniuria fieri videbatur Ulpiano, si eius opus, iam ante mutilum, magis etiam truncaretur. Quod enim ego in meis operibus et conversionibus iniquissimo animo ferrem, (et quis ita lenis aut socors est, quin sua scripta temerariis aliorum manibus attrectari et compilari aegre patiatur?) ab eo religiose mihi abstinendum in aliorum etiam lucubrationibus arbitrabar. Altera, quod, quae ego supervacanea censuissem, alius fortasse cumprimis opportuna sibi et commoda iudicasset. Quot enim capita, tot sententiae, et suam quisque opinionem putat esse optimam, et quam paulo ante probavit, post ipse repudiat, ut mihi cum Luciano exclamare subinde libeat:

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδόν ἐστι νόημα,
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Etsi enim illam Academicorum *ἀκαταληψίαν* non probo, infinitae tamen doctorum et sapientum (ut perhiberi se volunt) cum ab aliis, tum a semetipsis dissensiones, etiam cum nihil dant ambi-

tioni, aut aemulationi, cum simplicis veritatis rationem habere se dicunt, me vehementer movent, ut multis in rebus agendum et pronunciandum esse cautius existimem. Proinde ne studiosi Latini sermonis in hoc opere deteriore conditione essent, quam Graecis literis eruditi, convertendas etiam has Ulpiani enarrationes suscepi, non alia re magis fretus, quam candore et humanitate aequi lectoris, (quis enim iis difficultatibus, quas supra exposui, circumvento veniam non daret, nisi a communi etiam sensu alienus?) et assiduitate diligentiae ac in doctrinae studiis, quibus me iniquum Saturni sidus exiguo cum fructu et voluptate alligavit, tolerantia molestiarum et laborum. Codicem igitur Graecum, ubi id mihi citra temeritatem, atque adeo vere posse facere videbar, partim verbis Demosthenis, ad quae tota explicatio referenda est, diligenter inspectis, partim sagacibus coniecturis adhibitis, locis plus bis mille correxi, neque fere pauciora incorrecta praeterii, et suspecta atque obscura mihi omnia stellulis signavi. Et sic primae difficultati mederi sum conatus. De ipso autem artificii oratorii et Ulpianicae doctrinae genere pro sua quisque persuasione vel probet, vel improbet, quod videbitur: modo illud meminerit, cum usitatam suis temporibus rationem, quae multis ingeniosis et eruditis hominibus placeret, secutum, obstitisse atque invidisse nemini, qui doctius aut explicatius aliquid afferre vellet in medium. Sed hoc ad verborum interpretem eatenus duntaxat attinet, ut ne otio (quo ego certe minime abundo) abusus esse videatur: caetera ipsi autori praestanda sunt, sive is bene, sive male scripserit ac docuerit. Illud autem facere non dubitavi, ut alicubi perpetuam Ulpiani orationem, brevitatis servandae et molestiae vitandae causa, sine ullo autoris detrimento intersecarem, et verba Demosthenis parentheseos signo clauderem. Veluti cum Ulpianus habet, *ἐν δὲ τῷ, οὐχ ἑνὶ δέδωκε τρόπῳ, σοφίζεται ὁ ῥήτωρ*, ego sic feci: *Non uno modo dedit.)* Hic captiose agit orator. Alioqui, si *ἐν δὲ τῷ* voluissem exprimere, dicendum fuisset: In his autem verbis, *non uno modo dedit*, captiose agit orator; quod neque dilucidius est, et prolixius, et tale, ut, si paucis in versibus saepius repetatur, fastidio lectorem enecet. Nemo igitur, opinor, hac factum reprehendet, praesertim cum ita tractatus sit Ulpianus, ut ab enarrationibus ad annotationes, tanquam ab equis ad asinos, devolutus esse videatur. In artis autem vocabulis, quoniam Latinis

partim prorsus carebam, partim satis propria non habebam, aut Graeca ipsa reliqui, aut Latinam interpretationem, non quam volui, sed quam potui, quamque festinatio et mea et typographi passa est, adieci. Oporino enim, acerrimi iudicii viro, certis de causis, quas nec ipse improbavi, non visum est Ulpianum seorsim esse edendum, sed, quoniam tam mature ad calcem pervenissem, interpretem cum autore suo coniungendum. Maxime autem illud eum ad editionem impulit pene praeproperam, quod me longinquum iter adornare intelligebat, in quo (apud exteras praesertim nationes) homo valetudinarius levi aliquo casu ita prosterni potest, ut nunquam resurgat. Maluit igitur Ulpianum qualemcunque edere, quam tot mihi labores omnino perire, quorum fortasse lectoribus etiam aliquis usus esse posset. Nam si spatium ac tempus detur, multa, quae mihi quoque obscura nunc sunt, declarare posse videor. Quod quia non negligentia mea, sed fortunae culpa, me pilae instar huc atque illuc iactantis, praetermissum est, veniam meretur. Et alioqui totum hoc opus omnino tale est, ut cum Ovidio dicendum sit:

En veniam pro laude peto: laudatus abunde,
Non fastiditus si tibi lector ero.

Vale. Basileae. Cal. Martii. Anno M. D. L.

CLARISSIMO VIRO
HIERONYMO PAUMGARTNERO,
PATRICIO AC SENATORI NORIMBERGENSI, VINCENTIUS OBSOPOEUS S. D.

Venit nuper in manus meas admirandae vetustatis exemplar aliquot orationum Demosthenis, Hieronyme, vir clarissime. Quod cum coepissem cum Aldino conferre, multis in locis illud cum vulgato discrepare comperi. Eos ego locos subnotandos putavi, inque publicam studiosorum utilitatem invulgandos. Quanquam veros his solus privatim frui potuissem, aut in occulto servare tacitus, tamen, cum ab invidentiae morbo natura abhorream, et candidas Musarum ianuas esse oporteat, ferre non potui, ut, proverbiali convicio, canis in praesepi dicerer. Dabo

itaque in lucem utriusque exemplaris lectionem, non statim pronunciaturus, utra sit rectior, nisi in locis aperte mendosis, verum eius iudicii censuram doctioribus relicturus. Tantum enim mihi temere non ausim sumere, ut ea de re iudicium faciam. Nemini vero hic meus labor proderit, nisi cui Demosthenis domi fuerit. In tenui labor est, fateor: sed tenuis non gloria, si quibus in locis Demosthenem aut correxerimus, aut illi pristinum nitorem huius vetusti exemplaris subsidio restituerimus. Non attollam hic verbis quicquam, non sunt ista meae industriae, sed diligentiae, quam conferendis exemplaribus impendi. Sunt hodie non parum multi, qui, cum in autore aliquo vel unicum adverbiolum, aut coniunctiunculam secus positam, aut supervacuam invenerint, Dii boni, quos protinus triumphos, quas gloriationes proferunt? quam insolenter sibi placent, nimirum se solos acutissime perspexisse, quod homines alioqui oculatissimos fugerit? Estque ob unam atque alteram dictiunculam protinus totus autor emendatior habendus, et ad vetustissima exemplaria restitutus credendus. Quid autem mendarum et erratorum hodie hoc mendacio in scriptoribus quotidie in lucem prodeuntibus nobis non obtrudunt typographi? Adeo solenne et usu receptum est omnium librorum titulis addere: Ad vetustissima exemplaria restitutus, et ab infinitis mendis repurgatus. Si tamen hoc licet alteri in latino quopiam, neque tantae classis autore, invento uno atque altero verbulo rectiore et emendatiore, exclamare: Reperi, non quod pueri clamitant in faba se reperisse: cur mihi non idem liceat in Demosthene, autore tanto, tamque eximio? Quanquam quid nos repererimus, verbis iactantioribus opus non est: res ipsa indicabit. Atque utinam integrum exemplar nobis oblatum fuisset, ut ad eum modum omnes orationes inter se collatas emendare potuissemus: non permutassem opes meas cum Croesi aut Crassi divitiis. Sed enim, quae nobis reperta sunt, ea aliis candide impertiemus: rogaturi lectores, ut haec, qualiacunque sint, boni consulant, et his nobiscum utantur, et si quid rectius istis ipsi aliquando invenerint, nobis vicissim benigne communicent. Tibi vero, Hieronyme ornatissime, hoc quicquid est opusculi, nominatim dedico, cum Demosthenis amatori summo, tum lectori diligentissimo, et imitatori felicissimo. Neque enim antiquitate generis solum, sed pulcherrimis quoque virtutum ornamentis decoratus es, et utriusque literaturae

peritissimus. Accipe itaque libellum hunc studii in te mei monumentum et pignus, quod tibi amicitiae nostrae quondam initae et condiscipulatus nostri memoriam refricet. Ornatissimos atque eruditissimos viros, Andream Osiandrum, Dominicum Sleupnerum, Venceslaum Lyncum, Thomam Venatorium, Ioachimum Camerarium, Michaëlem Rotingium, D. Christophorum Kolerum, Erasmum Ebnerum, M. Hieronymum Schallerum, praeterea D. Ioannem Magenpuchium, alterum Aesculapium, et reliquos literarii sodalitii proceres meis verbis communiter saluta. Tu vero cum primis bene vale. Onoltzbachii, mense Novembri, anno M. D. XXXIII.

CLARISSIMO VIRO,

HIERONYMO PAUMGARTNERO,

HIERON. F. CONSULI NORIMBERGENSI,
HIERON. WOLFIUS S. D.

Fortes creari fortibus et bonis, etsi non semper id fieri videamus, Horatio facilius concedi potest, quam humanis et doctis humanos et doctos. Plerumque enim, paterna freti gloria, discendi laborem fugiunt, et literas et literatos contemnentes, et fastum ac despicientiam aliorum laudi sibi ducunt. In quorum utroque quantopere errent et peccent, nemini est obscurum. Tu vero, Consul ornatissime, contrariam viam ingressus, ad paternae virtutis, eruditionis, humanitatis imitationem sic te composuisti, ut pater omni laude cumulatus et illustri gloria per Christiani nominis orbem celebris in te revixisse videatur. Habet inclyta respublica Norimbergensis alterum ac potius eundem Hieronymum Paumgartnerum, virum eruditum, civem patriae amantem, senatorem gravem, consulem prudentem et disertum. Habent homines docti et ingeniosi adolescentes patronum et Maecenatem: recognoscunt cives tui praenomen et nomen idem: eandem staturae proceritatem et formae dignitatem cum grata recordatione patris intuentur, iisque rebus desiderium illius leniunt et consolantur. Fuit et mihi abhinc triennium, cum Norimbergae in Christophori Fabii Iulii I. C. viri optimi et humanissimi, veteris amici mei, aedibus una pranderemus, et conspe-

ctus tuus iis de causis, quas exposui, periucundus, et multo gratior comitas orationis, qua me ultro ad renovandam rerum paternarum amicitiam perhumaniter invitabas. Cui etsi ego meam tenuitatem esse imparem facile video, tamen *αἱ καθ' ὑπεροχὴν φιλίαι* sic locum habere possunt, si cum iis etiam *φιλανθρωπίας ὑπεροχὴ* coniungatur, quae in Deo Opt. Max. tanta est et tam admiranda, ut eius cogitatione mens humana extra sese quodammodo rapta penitus obstupescat, et illa abysso divinae bonitatis absorbeatur. Quam ego olim considerans, cum nescio quid de mense Decembri scriberem, in hoc distichon erupi:

Omnia quod superat miracula, CHRISTUS IESUS
Tum voluit nasci, cum DEUS *esset,* HOMO.

Facit igitur *ἡ τῆς φιλανθρωπίας σου ὑπεροχὴ*, ut *τὴν καθ' ὑπεροχὴν φιλίαν σου*, non fraudi, sed laudi mihi fore sperem: vicissimque eandem observantiam tuae quoque praestantiae polliceor, qua patrem tuum ab ineunte aetate usque ad obitum sum prosecutus. Nam cum illi puer etiamnum a Sebaldo Heideno, praeceptore meo amantissimo, nescio quo ingenii et studii cuiusdam singularis nomine commendatus fuissem, et tum bene de me sentire coepit, et de adulto, dum reipub. vestrae inservirem, praesens et absens bene mereri non destitit. Itaque ut viventem colueram, ita etiam defuncti memoriam versiculis non tam bonis, quam bono animo scriptis, (nam me perpetuo cum morbis molestisque laboribus conflictantem et Apollo et Musae omnes destituerunt) te praesertim hortatore, celebrandum esse duxi: quos ideo ad te mitto, ut in eodem opusculo, non magno illo quidem, sed magno autori intelligendo serviente, quem et pater et filius magnifaciunt, mentio utriusque, si minus honorifica, at ab animo grato et memori profecta, exstaret. Vale. Augustae Vindel. Calendis Decembris. Anno M. D. LXIX.

HIERONYMUS WOLFIUS
EUSEBIO EPISCOPIO SUO S.

Quanti manuscriptos codices plerique faciant (quod nec ipse contemno) cum non ignorarem, dolui sane, Augustanae Reipublicae vetustissimum Demosthenis exemplar, cum ob temporis

angustias, tum propter minutas et exoletas literas, a me, nec vitreis istis Lamiarum oculis adhibitis, potuisse perspici, et cum impressis conferri. Sed cum mihi Luteciana editio de sententia D. Theodori Zwingeri, cuius iudicio plurimum tribuo, et tua, mi Episcopi, cuius voluntati in re honesta morem gerere et debeo et cupio, perlegenda graecolatini Demosthenis impressionem prorogasset, egi cum egregie docto et honesto viro, Simone Fabricio, scholae nostrae magistro diligentissimo, cuius et ingenii acumen, et acies oculorum, et in graecis literis iudicium atque exercitatio nota mihi esset, ut eam provinciam (si aut res facultatem haberet, aut si quod operae pretium se facturum esse confideret) suscipere non gravaretur. In quo ille mihi pro necessitudine nostra non modo privata, sed etiam publica, (sumus enim collegae in eodem graecas latinasque literas docendi munere) et ob rei literariae promovendae studium haud graviter morem gessit, atque, opere confecto, hoc modo ad me scripsit:

Optimo Viro,
HIERONYMO WOLFIO,
compatri suo unice colendo S.

Mitto ad te, mi optatissime compater, Orationum Demosthenicarum exemplar, in quo varias ac diversas lectiones ex veteri manuscripto codice diligenter et accurate perspecto, et ad editionem Hervagianam collato, bona fide notavi, multisque in locis gravissimum ac eloquentissimum oratorem foede ac turpiter mutilatum depravatumque offendi: (praeter enim innumera pene librarii menda constructionisque verborum perturbationem integros interdum versus praeteritos atque omissos reperi:) quem tamen studio, opera atque industria tua perpolitum, integritatique ac nitori suo restitutum, sic iam exiturum speramus, ut non multa in eius orationibus, sive splendorem verborum, sive sententiarum ornamenta spectes, homines ingeniosi ac docti desideraturi sint. Ego tantum profecto veteris codicis antiquitati tribuo, ut is vel propter solam numerorum concinnitatem et suavitatem admirabilem compositionis (quae in altera editione desiderari aliqua ex parte videtur) publicis sumtibus totus describendus, pervulgandus atque edendus mihi esse videatur.

Nam cum unus Demosthenes inter omnes oratores graecos excelleret, quod summam prudentiam summamque vim haberet

dicendi, eius fulmina (ut inquit Cicero) non ita vibrassent, nisi numeris contorta ferrentur, quorum ceu lineamenta ac vestigia quaedam singularia in manuscripto codice apparere atque conspici posse existimo. Continet is liber fere omnes Demosthenis orationes praeter *ἐπιστολὴν Φιλίππου*, *Δημοσθένους ἐπιστολὰς*, *προοίμια δημηγορικὰ*, *ἐπιτάφιον καὶ ἐρωτικὸν λόγον*, *τὸν πρῶτον καὶ δεύτερον κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν*, *τὸν κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου*, *τὸν πρὸς Κάλλιππον*, *τὸν κατὰ Νεαίρας*.

Scholia quoque graeca in margine notata descripsissem atque ad te misissem: sed video pleraque esse eadem cum iis, quae in exemplari graeco Luteciance editionis reperiuntur.

Reliquum est, ut ipse, quem omnes in omni iudicio elegantissimum iudicant, pro ingenio tuo singulari praestantissimum oratorem, artificio quodam et expolitione distinctum notisque insignibus illustratum in lucem de integro nunc proferas, pristinaeque dignitati suae restituas: qua re non posteritati tantum plurimum commodabis, sed aeternum etiam virtutis, doctrinae, industriae laborumque tuorum praeconium colliges, summamque gloriam ac laudem tibi comparabis. Vale.

Simon Fabricius
Marcopibertanus Francus.

Ego vero singulari diligentia et iudicio viri egregie docti delectatus pleraque ab eo notata subieci: quamvis animadverterem, Augustanum codicem habere non pauca et cum meis coniecturis et cum caeteris *ἐκδεδομένοις τε καὶ ἀνεκδότοις* consentientia. In hoc enim genere contra praeceptum Isocratis *πλεονάζειν, ἀλλὰ μὴ ἐλλείπειν εἱλόμην*. Quod factum nostrum in optimam partem candidos lectores accipere, et aerumnis nostris suo commodo frui velim. In eo autem, quod idem Fabricius censet, totum exemplar esse de integro describendum, his de causis ab illo dissentio, quod et qui id bona fide praestare possit, eo ipso excepto, hic scio neminem, et eandem lectionem ex aequo probaturi omnes non essent: et ex hac varietate diversarum lectionum ea quivis homo doctus facile deliget, quae maxime probet: et *ἡ τετριμμένη ὁδὸς κατὰ τὴν πάλαι παροιμίαν ἐστὶν ἀσφαλεστάτη*. Vale.

NOBILISSIMO ILLUSTRISSIMOQUE DNO. DNO.

IOANNI,

COMITI GRANVILLE, VICE-COMITI CARTERET, BARONI CARTERET DE HAWNES, INSULAE IERSEIENSIS BALLIVO REGIO, DOMINO DE STO. OVEN, AUGUSTISSIMO BRITANNIARUM REGI A SANCTIORIBUS CONSILIIS ETC.

Offero Tibi, Vir longe Illustrissime, scriptorem, cui, incredibili omnium aetatum consensu, maxima vis dicendi conceditur, Atheniensem DEMOSTHENEM: metam illam eloquentiae humanae, in quo sc. natura, quod erat in illo genere laudis summum, experta esse videtur, et monumentum posteris tradidisse, quantum optima animi indoles acute et feliciter inveniendo, quantum mellitissima lingua ornate et eleganter dicendo, quantum denique (ut fama fertur, nam id hodie non sentimus) studium et oris confirmatio apte et erudite pronunciando consequi potuisset.

Eum ut ad Te potissimum deferrem, Vir Nobilissime, nobis felicissime cessit, quod non mea me magis voluntas incitaret, quam admoneret publica omnium exspectatio. Efflagitarunt, inquam, populares Tui, ut prodiret iste orator Tuo numini consecratus, eodem animo, quo sentiunt, eodem ore, quo profitentur, Te unice natum esse ad eum feliciter imitandum. Voluerunt, ut esset, aliqua saltem ex parte, locus Tuae sollicitudini in eo auctore edendo, quem omnibus iis virtutibus, quae civilem hominem decent, quem gratia dicendi, consiliorum gravitate, incredibili studio reip. et genere orationis totum effinxisti.

Proinde merito gaudebam, cum maxime ex omni antiquitate ad hanc nostram aetatem meamque operam reservari expoliendum. Cuius evulgandi ratio tam propriam Tibi et peculiarem hanc nostram nuncupationem fecit, quam diuturni temporis usus istiusmodi commendationes vel communes reddit, vel suspiciosas. Nihil enim assentationi, nihil consuetudini datum iri sensi: nihil de Te ita dici posse, ut idem illud de alio, vel in hac, vel in longa maiorum memoria, dici potuisse videretur: tantum autem a me exspectare orationis necessitatem, quantum ab aliis solet vel emendicare fortuna, et exprimere adulatio.

Praeterquam vero, quod omnibus notum sit, qui de huiusce gentis laudibus aliquid norunt, quantum nobilissimum hunc scri-

ptorem prae caeteris antiquae eruditionis et eloquentiae auctoribus didicisti, nobis id etiam privatim innotescit, tantum eum Tibi adferre voluptatis in evolvendo, quantum publice adtulerit fructus ad imitandum. Quoties Te audivi (audivi autem saepenumero) memoriter ea loca adducere, prout sermonis nostri ratio postulabat, quae ille vel sapienter in usum suorum civium elaboravit, vel magnifice ad posterorum admirationem, toties Te memini tanta cum gratia, tanta oris suavitate, tam eleganter ea recitare, quam ille scripserit feliciter.

Iam vero quale est illud, non solum studio et assiduo labore efficere, ut hae artes essent in Te summae, verum etiam gratia et praesidio, ut apud alios quodammodo essent perpetuae! Nam cum oratorem hunc nostrum emaculandum in me receperim, (recepi autem diligenter, cum tanti auctoris celebritate, tum Tui nominis religione non mediocriter permotus) nihil a Te non est elaboratum, ut prodiret tum ornatissime, tum etiam emendatissime. Proinde DEMOSTHENEM Tuum omni officiorum beneficiorumque genere demereri velles, et ut tantum iam foret in consilio tuo sollicitudinis, quantum olim erat in exemplo auctoritatis. Non in adumbranda operis imagine, non in ordinibus disponendis atque adornandis, Tuum deerat studium aut diligentia, non hortatio ad ea loca penitius recolenda, ubi desiderari videretur quaedam animi intentio, non in iis una recolendis solertia et auctoritas. Nemo erat vel supellectile libraria, vel ullo ad hanc rem aut usu aut consilio paulo instructior, cuius Tu fidem non implorasti. Postremo in quodam colloquio, cuiusmodi consuetudine me honorare soles, cum de MStorum usu et praestantia sermo inter nos haberetur, atque in mentionem incideremus vetustorum exemplarium, quae in instructissima Bibliotheca VIENNAE AUSTRIACAE adservantur, (idque memini me fecisse dolenti potius similem, quod propter vel itineris longitudinem, vel rei ipsius difficultatem, nostrorum hominum paucissimis eorum usus aliquis contingeret, quam optanti, neque exspectanti, fore, ut mihi aliquando contingeret) Tu protinus ea, qua merito eras apud AUGUSTISSIMAM IMPERATRICEM gratia, curasti, ut mihi necopinanti depromeretur exemplar et aetate et sinceritate spectatissimum, atque ad nitorem Tui DEMOSTHENIS accederet quasi cumulus istius membranae varietas, summa, quam vidi, et morosa diligentia exactissime descripta. Ita res maximas imperii

et gravissimas nostrae reip. curas cum literarum fortunis temperasti; atque ea studia, quae per hosce aliquot annos summa cum inclementia nonnulli ne in otio quidem patienter adspicere solebant, Tu interea in maximis muniis exercitatissimus, non solum diligenter excolere, verum etiam utiliter propagare potuisti.

Scilicet a Te ereptum iri illud noluisti, quod est in isto fastigio dignitatis pene exoptatissimum. Noluisti tantum apud Te valere auctoritatem diuturno usu confirmatam, ut non in commovendis studiosorum ingeniis, et posterorum simul usui, Tuaeque consuleres immortalitati. Nam uti nullum est magno viro impendii genus dignius, nullum honorificentius, quam quod erogatur in posteros, easque arbores conserere, quae et alteri aetati sunt profuturae: ita nulla est sincerior ratio laudis atque honestatis, quam praedicatio eorum virtutis, qui cultissimas disciplinas apud retroactam aetatem vel excitaverunt beneficiis, vel exemplo confirmarunt, vel propagarunt denique consilio et prudentia. Curasti igitur, ut de Te ita posteritas sentiret, uti nos hodie non nisi de optimis sentimus. Eadem illa aetas, quae caeteras res deterere aut obruere solet, Tuis semper aliquid additura est laudibus, suumque suffragium adponet, non huic tantum orationi nostrae, verum iis etiam, quae, nescio, an magis pudoris Tui conscientia permotus, an tenuitatis ingenii nostri, sentio tantum, eloqui non audeam.

Neque ab iis sane, qui negligunt omnem hanc rationem eruditionis atque ingeniorum exercitationem, vere illud dicitur, parum ad vitam atque ad remp. proficere, cultissimas licet, disciplinas, in quibus omnibus remissio quaedam animorum et liberalis solummodo oblectatio quaeritur; neque par esse, ut ea studia, quae politioribus in artibus, atque in quadam elegantia literarum versantur, aut nostrum otium in iis excolendis, aut vestrum favorem in prorogandis exercerent. Clamant ingenii facultates, parum in se esse laudabilis, si iis, qui eas in se habent, iisve, quos delectare possint, sint iucundae, ni humano etiam generi essent quodammodo fructuosae: proinde negligendam esse prorsus, aut exterminandam potius eloquentiam, maxime autem cascam illam, et exoletam, et antiquorum solummodo literis inclusam, cuius si non omnis, at praecipua saltem laus in delectu verborum, in decore clausularum, et in quadam ubertate orationis continetur.

Esse quandam incredibilem iucunditatem suavitatemque in eo genere literarum, quae etiam occupatissimos percellere solet, nisi earum artium, quibus ad humanitatem informamur, plane rudes fuerint, neque ego negare possum, qui in antiquae eloquentiae auctoribus expoliendis aliquam aetatis partem contriverim, neque apud Te confiteri pudet, qui me, ut id constanter facerem, tantum omni beneficiorum genere impulisti, quantum incendisti hortatu atque auctoritate. Quid enim tam potest esse cognitu iucundum, quam gravissimis sententiis atque omni ornatu verborum distincta oratio et perpolita: ATHENIENSIUM praecipue, a quibus summa dicendi vis et inventa et perfecta esse creditur: atque eius demum scriptoris, qui felicitate in excogitando, in explicando atque ornando nitore, tantum caeteris in ea urbe praestitit, quantum ea ipsa omnibus omnino nationibus antecellere iudicatur?

Sed neque in isto genere laudis, si quid sit tamen in apta collocatione verborum, et in numerosa conformatione orationis laudandum, istorum hominum excellentia passa est se contineri: neque ad rempublicam adtulerunt infructuosam ingenii culturam vel ii, qui in ista disciplina enituerunt, vel ii, qui eorum monumenta cum aliqua animorum attentione contemplantur. Quis enim nescit, multum utique conferre ad moderationem civitatis diligentissimam pervestigationem earum omnium rationum, quibus hominum mentes vel ad iram, aut odium, aut dolorem incitantur, vel ab iis reflectuntur? Veruntamen, quae de naturis hominum et de vi omni humanitatis accurate in scholis disputantur, exarescant plane necesse est, nisi existat quidam, qui ea mentibus hominum ac sensibus, forensi usu et gravitate quadam orationis accommodare possit. Arma illa vel inflammandis animorum motibus vel extinguendis scitissime quidem in umbra cudi potuerunt: in acie vero reipublicae non poterunt utiliter nisi ab oratore geri. Deinde, si eorum laudamus industriam, qui de legibus iubendis aut vetandis, de perspiciendis rationibus constituendarum regendarumque civitatum, de sociis, de vectigalibus, de omni reipublicae genere, caeterisque, sine quibus hominum societas aut esse, aut bene administrata esse non potest, quidquam literis mandarunt, quorum omnis, necessaria quidem, cognitio in exilitate quadam doctrinae, et quasi in lineis reipublicae describendis versatur; quanto magis conformationem huius disciplinae, rationemque totius eloquentiae, quae et loco-

rum opportunitate solerter disponere, et orationis lumine luculente distinguere possit, quae illi vel prudenter investigarunt, vel artificiose tradiderunt? Perinde uti in mutis quoque artibus, tametsi eorum, qui aut in instrumentis conficiendis, aut in terendis coloribus exercentur, nemini subtilitas in suo artificii genere desit, dissimilis tamen laus et excellentior longe habenda est ea ratio ingenii, quae in tabula perfectissimam istam imaginem exprimit, cuius in obtutu atque admiratione tota occupata erit posteritas.

His si addidero, intercedere quandam necessitudinem, qua coniungitur istius gentis eloquentia, non dicam cum Tua, qui propria quadam felicitate, non communi caeterorum exercitatione, DEMOSTHENEM exscribis, verum cum ea ratione dicendi, quae hodie in foro, in curia et senatu efflorescit: a plurimorum opinione non discedam. Habet enim eloquentia quosdam quasi flexus aetatis, et variam subinde maturitatem: et omnis noster forensis labor (sive id industria sit effectum, sive casu quodam contigerit, ut ad quandam quasi similitudinem contentionemque deveniretur) et sententiarum clausulis, et sermonis gravitate, et genere lacessendi et respondendi, tota denique figura orationis, quam studiosissimi quique magistri in animo conceperunt, Graecae laudi ab omni parte, quam Romanae est propior. Nimirum ea eloquentia, quam in DEMOSTHENE, torrentis ritu, praecipitari non sine religione quadam contemplamur, deinde post aetatis aliquem decursum, in CICERONE, ubere flumine exundare, et latiori ambitu diffundi et exspatiari, iam in pristinum alveum se recipere velle videtur. Non quasi aut huic impetu, aut illi ubertate praestemus, nec quasi in altero desit ornatus, in altero redundet; sed quod genere orandi aetas nostra velocitatem potius DEMOSTHENIS, quam CICERONIS copiam aemulata sit, licet ingenii praestantia et felicitate utrique multum cedamus.

Et profecto quemadmodum ea tempora, quae DEMOSTHENEM ulerunt, imaginem eloquentiae nobis reliquerunt, quam feliciter imitari possimus, ita quandam similitudinem reip. quam tueremur. Graecas urbes PHILIPPUS R. bello lacessivit. Inter eas maxime inclaruerunt ATHENAE: nam et armorum usu et rerum gestarum fama cum plurimum posse videbantur, caeteris etiam providere et praeesse solebant. Ibi cum Macedo nonnullas civitates largitionibus corrumpere, vi et obsidione concutere coepit,

num DEMOSTHENIS Tui aut deerat in prospiciendis periculis solertia, aut in admonendis cogendisque sociis sedulitas, aut in cunctorum denique animis excitandis studium et eloquentia? Alios enim nactus est, quos neque latuerunt quidem PHILIPPI insidiae, neque propriae fugit salutis ratio, verum qui otio et diuturnitate pacis nimium se passi sunt marcescere. Hi igitur orationis quasi admotis facibus erant inflammandi. Alios rursus, qui licet MACEDONIAE finibus proximi, incendium tamen istud omnium fortunarum aut non videre, aut non satis pro magnitudine periculi timere videbantur. Hi prudentia et omni consiliorum salubritate erant commonendi. Domi cives suos edocuit, summum reip. esse praesidium, si quando eorum animos a PHILIPPO abalienari sentirent, quorum opibus et amicitia istius olim crevit dominatio: subveniendum esse ei opportunitate cum consiliorum constantia, tum etiam maturitate auxilii: neque tum solum timendum esse PHILIPPUM, ubi ATTICAM invaserit, verum ubi aut oppressis sociis P. A., aut deceptis, aut quoque modo disiectis, liceret id ei facere, quandocunque libuerit. Rursus cum communem rempublicam foederatarum civitatum legatus obiret, (quid enim aliud iudicemus gentes, loco quidem, moribus et imperii genere dissitas, belli tamen fortuna et libertatis vinculo coniunctissimas, quam faciem quandam et figuram reip.?) universos pares esse posse docebat; dispersos militia, aut discordes consiliis, aut animo fractos testabatur perituros. Omnibus autem palam edicebat, unam esse cum PHILIPPO pacis rationem, eam nempe, in qua ille non hostilem animum deponeret voluntatemque nocendi, verum etiam facultatem. Quid? Nos, quos conditio temporum fortunae quadam similitudine pene conclusit, anne morum consiliorumve disiunget inconstantia? Anne minora ea existimabimus, maiestatem reipublicae, salutem civium, praesidium sociorum, vindicias libertatis, quam ii olim existimarunt, quibus gloria et auctoritate imperii non cedimus, felicitate et fortuna superamus? Non per illos, qui in acie CHAERONENSI, multitudine quidem oppressi, animis invicti, pro communi libertate Graeciae ceciderunt! Non per illos, qui in DETTINGENSI, melioribus auspiciis, regioque ductu, communem EUROPAE hostem fortissime repulerunt!

Taedet Te forsitan prolixioris orationis nostrae: taedet etiam, puto, quoniam occupata est in recensendis Tuis virtutibus. Paucis

tamen repetendum, quantum vel ex summis laudibus sibi iure arroget tenerorum ingeniorum conformatio, atque ea cultura, qua iuvenum animi finguntur ad omnem speciem atque excellentiam virtutis. Neque enim ista commentatio ab ea fama, quam de DEMOSTHENE accepimus, neque a Tuis moribus abhorrebit, neque denique ab indole istius loci, unde has literas ad Te dedi; ubi usus sane noster et commoratio istam saltem adtulit iucunditatem memoriae, ut plurimos praestantissimorum ingeniorum fructus partim in optimam spem maturescere, partim iam a rep. decerpi sentirem, quos ipse nostrorum hominum cura et praeceptis consertos et excultos esse recordabar.

DEMOSTHENES ille noster PLATONEM, uti nos hodie eum cum PLATONE, et assidue audivit, et lectitavit studiosissime; atque ab eo fonte nonnullos rivos ad suae artis studium a multis duxisse creditur. Neque ACADEMIAE solum operam dedit, et a summo isto magistro ornate splendideque loqui didicit, verum THUCYDIDIS eousque studiosus, ut eum octies sua manu descripsisse perhiberetur, et absumtis incendio quodam cunctis exemplaribus, eas historias memoriter redintegrasse, ab eo densitatem illam maiestatemque sententiarum derivavit. A dialecticis argumentationum subtilitates a rhetoribus genera causarum, infinitamque quaestionum varietatem adripuit: et cum ex sua arte colorem orationis, ex scena atque histrionibus oris conformationem, gestum habitumque accersivit. Denique gravissima naturae impedimenta incredibili meditatione atque exercitatione sustulit, sive linguae vitio, neque expedite, neque plane quidem loqueretur, perfecit diligentia et industria, ut nemo eum non solum contentione dicendi, verum neque maiestate vocis, aut ornatu pronunciationis ex omni memoria superaret.

Ecqua autem unquam sanctior aut sollicita magis disciplina, quam Tua fuerit in iis aedibus, quae et elegantissimae culturae laude semper floruerunt, atque optimorum exemplorum auctoritate abundarunt? Nihil ibi defuit vel ad fingendam, vel ad perficiendam eam speciem excellentiae, quae futura esset optima: non virtus propria, quam exerceres, non aliorum, quam imitareris. Et cum naturae contigerit beneficio, ut praestantissimam haberes animi indolem, quam excoleres, accessit etiam illud sapientiae, ut id velles quam severissime, tum fortunae, ut optimis innutritus praeceptis id etiam posses pari cum utilitate. Non

Tibi quidem eadem, quae oratori Tuo, oblata est concertatio, neque necesse Tibi fuit luctari cum pervicacia naturae: erat tamen contentio, ratione quidem confligendi non levior, victoriae certe laude illustrior. Vicisti generis nobilitatem industria, lenocinia aetatis continentia, aedium denique istarum claritudinem exemplo. Meministi, non qualis esses, sed qualis eras futurus. Cedebat iuventus utilitati publicae atque exspectationi communi: cedebat elegantia morum studiorum severitati: natalium splendor philosophiae praeceptis: dignitas artibus. Iam tum enim praesensisti eos honores, quos civitas erat Tibi debitura, atque uti deberet, elaborasti. Non enim prius eminere statuisti, quam Tibi in animo descripsisti, quantum esset laboris in eminendo. Mature ergo in literarum sinu excellebas, licet non hoc genere excellentiae, quo deinde inclaruisti, eodem tamen animo excellendi. Pulchrum illud sane et honestum, ut, qui omnigenas artes benevolentia sua olim erat complexurus, prius id experiundo disceret, quale esset innutriri, quale antecellere in optimis.

Laudabilis quidem est omnis animorum institutio: neque tanta unquam fuit aut in nascendo ingenuitas, aut conditionis praerogativa, cui non aliquantulum addidit perceptio istarum artium, quas profitemur; sive contulerint ad exercitationem adolescentiae, sive ad subsidium senectutis: sive sint, ubi illa aetas suum otium consumere possit cum innocentia, aut haec cum quodam fructu iucunditatis: denique sive tutandis, sive ornandis moribus sint repertae. Tu interea parum contentus necessario illo, sed pervulgato, literarum usu, adtulisti ad haec genera studiorum non magis ornamentum aliquod et dignitatem, quam invidiae quasi cumulum, cum unumquemque nostrum, qui ad singulas eruditionis species comparamur, tantum naturae benignitate et industriae laude antecellueris, quantum antecellas loco et conditione. Ea existimatione cum statim florERES, petebaris a republica, non ab ea ornari petebas. Consecutus es omnia honoris ac dignitatis praemia, atque ea quidem aetate, quae non in adipiscendis honoribus, sed in animo fingendo sollicita esse solet. Legationes arduas atque longinquas pro republica obiisti, cum adhuc maturum videri poterat, de primordiis civilis scientiae, et de rerumpublicarum generibus, moribus et institutis meditari.

Quam deinde aetatis partem transegisti, aut laudibus vacuam, aut sterilem felicitate? Non civiles rationes gloria caruerunt: non domesticae gratia et fortuna. Tibi enim, publicis licet et muniis, et honoribus innutrito, elargita est natura omnes elegantias privatae felicitatis, quibus fruereris: elargita est etiam optimam artem fruendi. Natus summo genere, utroque parente nobilitatus, eaque usus conditione nascendi, ut non honoribus, quos contulimus, auctus, verum ad eos condecorandos factus videreris, magna cum omnium spe, magnaque fiducia ad rempublicam gerendam accessisti. Et quanquam, quae natura aut fortuna darentur, in iis rebus Te vinci posses aequo animo pati, ut dixit ille CRASSUS, si tamen vinci poteras, utile tamen fuit reipublicae, sicut Tibi gloriosum, tot quasi pignora constantiae, in regem fidei, in rempublicam meritorum, in utraque prosapia numerari, quot numerat CHIRIERETORUM et GRANVILLORUM domus. Quid memorem Tuum summum maximumque honorem vultus, dignitatem oris, atque aetatis vegetam et indeflexam maturitatem? Quid multas magnasque necessitudines, urbanorum officiorum frequentiam, et politissimas in agro rusticationes? Rara illa et sincera undique felicitas, contigisse uni non magis in senatu eloquentiam, gravitatem in conciliis, in rebus agendis experientiam, quam in aditu facilitatem, elegantiam in congressibus, in sermone leporem, humanitatem in amicitiis, maximam denique dignitatem maxima comitate temperatam. Novimus, Te pari constantia res serias maximasque tractare, atque has nostras elegantia: animumque Tuum ea celeritate hinc inde delabi, ut difficile esset diiudicare, utrum maior esset in rebus imperii concipiendis, an exquisitior, dum doctrinarum omnium fontes recluseris, an demum incredibilior, quod utramque laudem tam feliciter coniunxeris. Hinc non otium Tibi solummodo, sed pene dixeram negotium, literarum luce distinctum. Attamen tanti interea non Tibi sit vel Tuus ipse DEMOSTHENES, neque ea, quam descripsisti, methodo concinnatus, neque iis, quas comparasti, suppetiis instructus, neque ea, quam voluisti, manu recensitus, Te ut carere posset respublica, aut, utilitatis communis impendio, Te nimium allicerent privatae huiusmodi elegantiae. Sinito Te tamdiu a Tuo DEMOSTHENE divelli, dum praesentia curas: iam dudum enim a Te provisum est, ut vestra commemoratio in animis et sensibus posterorum divellatur nunquam.

Interea autem, dum Te illuc sequitur et in civilem vitam comitatur gratulatio nostra, nescio, quod genus laudis et virtutis aut adriperem prius, aut cui insisterem lubentius. Memoremne PROVINCIAM, quam PRO REGE, in ipso iuventutis flore, administrasti, summa cum omnium exspectatione aditam, et procuratam admiratione, et relictam desiderio? Si domesticas nostras et magis proprias felicitates recolam, ibi meminisse oportet summam cum OPTIMO REGE gratiam, et nostrae reipublicae rationes maxima animi constantia, incredibili ingenii vigore, optimo consilio et sapientia, feliciter et vigilanter saepius gubernatas. Meminisse oportebit, qualis quantusque fueris in senatu et in conciliis: summam atque incredibilem gratiam gravitatemque sententiarum, facundiam in voce, severitatem affirmationemque in vultu, in oculis, habitu, gestu, toto denique corpore naturalem quandam et ingenitam vim et eloquentiam. In negotiis publicis expediundis, quanta alacritas sine trepidatione, quanta vigilantia, propemodum cum animi remissione coniuncta? In quaestorum scribarumque operis excitandis novus et insolitus, sed reipublicae utilissimus ardor, sine strepitu, sine molestiis, et fere sine specie diligentiae. In legatorum denique congressibus elucebat summa et maxima experientia, ea, quae cuiusque nationis vota et necessitates pene anteverteret; maxima tamen ubique comitas, neque ulla per interpretem oratio.

Verum, uti oratio nostra a DEMOSTHENE exorsa tandem in eius editore desinat, abunde mihi gratulor, oblatam esse hanc opportunitatem, ubi vota publice nuncupare possim, ut hoc sedulitatis meae et diligentiae qualecunque monumentum ita etiam perpetuum sit argumentum animi Tibi Tuaeque dignitati addictissimi. Nunquam autem illucescat ille dies, ubi vota, quae pro Te nuncupo, utilitate potius extorqueri videantur, quam fide Tibi deberi. Neque interea haec eo dico, quo quidquam in hac nostra tenuitate aut Tuis rationibus adiumenti, aut reipublicae emolumenti futurum esse arbitrer, verum ut palam declararem, id quod mea conditio patitur, et mores postulant, me nullius omnino beneficii, qualia multa in me contulisti, posse esse immemorem. Omnium autem novissime gratiae Tuae et commendationi debeo, quod iis adiutus tantum apud optimum praesulem Lincolniensem, morum et sanctitate pariter et elegantia spectabilem, valerem, ut munere illo honorifico, quo hodie

apud eum fungor, me augere dignaretur: cuius ratione id mihi non solum oblatum est honoris, ut in eius et curarum et consiliorum quasi communionem admitti contingeret, verum etiam beneficii, ut tantam amicitiam excolere, et virtutem propius imitari liceret.

Vale, Vir Nobilissime. Ut gaudeas, utque rem bene geras, ex animo comprecatur dignitatis Tuae, honoris atque excellentiae studiosissimus, Tibique omni officiorum genere devinctissimus,

IOHANNES TAYLOR.

Dabam e Coll. Div. Iohann. Cantabr. ipsis Idib. Decembr. anno M. DCC. XL. VII.

IOHANNES TAYLOR

TERTIUM HUNC DEMOSTHENIS TOMUM LECTURIS S.

Quae praefatus sum olim, cum Leptineam in publicum emisi, ea fere omnia hic repetenda esse arbitror. Nam uti tunc, quid in me praestandum receperim, ita hodie, quid praestiterim, simulque quid me impelleret, ut insolito hoc ordine edendi uterer, qui nonnullis praeposterus videri potest, id utique lectorem eruditum meis verbis aequum est edoceri. Qui profecto eadem opera intelliget, eam methodum, quam tum mihi in hoc opere exsequendo praescripsi, iam maxima fide et religione a me esse observatam.

Eam igitur, quam dixi, orationem prodire iussi, et a studioso lectore versari, ut perspiceret meum in his auctoribus evulgandis studium et consilium: ut haberet industriae meae quasi pignus aliquod et tesseram, unde experimentum capere potuisset, quid de futura editione exspectandum foret: maxime vero omnium, ut illud constaret, si quibus haec mea opera aut intempestiva, aut non necessaria esse videretur, sc. non hactenus prodiisse editionem DEMOSTHENIS ea, qua par erat, fide et diligentia emaculatam.

Nam cum earum, quae olim emittebantur, pleraeque ex sanis et vetustis satis exemplaribus hinc inde erant depromtae, sequebatur, ut, quod singulae vix perficere poterant, id ab omnibus collatis invicem et diligenter inter se comparatis aequum esset exspectare. Nimirum illa erat Francofurtensium provincia, qui, cum editionem Demosthenis A. D. 1604. in ea urbe procurarunt, omne illud, quod praecesserat, in suo opere complexuri videbantur. Membranas, unde antiquissimae editiones excudebantur, suppeditarunt variae Italorum bibliothecae. Iam vero, cum Hieronymi Wolfii, tum Gul. Morelii opera, accesserunt variae lectiones, quas hic ex Gallicanis, ille ex Germanicis exemplaribus derivavit. Verumtamen sive festinatione nimia, sive illud accidit incogitantia et temeritate, sive denique eorum hominum ad tantas res exsequendas imbecillitate, nihil ab iis profectum est hoc nostro scriptore, eaque exspectatione dignum. Tantum enim abest, ut editiones antiquae sibi invicem maturam lucem affunderent, ut aliquando et pessima fide, et indiligenti maxime manu exscriberentur.

Ut igitur meam qualemcunque operam tam utili consilio admoverem, id, quod Francofurtenses illi in animo agitarunt, effectum autem non dederunt, in me recepi: eaque modestia, quae meos mores decet, ea tamen fiducia, quae mentem sequitur infiniti fere laboris consciam, lectori meo commendo hanc operis Demosthenici particulam vulgatis omnibus longe emendatiorem. Multum sane ad hunc nitorem privatim contulit Aldus cum P. Manutio Fil., Bern. Felicianus, qui fuit homo accuratissimus et diligentissimus, deinde Dion. Lambinus, omniumque laboriosissimus Hier. Wolfius, cuius editione utor. Hi mihi omnem istam, quae in medio iacebat, laudem fere praeripuerunt: reliquerunt arduam istam provinciam, sc. ut eorum demum et industriae et solertiae aliquid adderem, quod lectorem eruditum promereri poterat.

Editiones igitur istas binas a Manutiis, tertiam a Feliciano procuratam, necnon luculentam illam ornatamque, sed, quod dolendum est, minus accurate impressam, quam excuderunt Parisienses, opera potissimum D. Lambini, eas utique omnes verbo tenus diligenter et sollicite excussi, neglectis duabus Hervagianis, quarum unam ex Aldina, alteram ex Veneta Feliciani, clandestino consilio derivari comperi. Proximum erat, ut Codd. MStorum opem implorarem: quot autem ii qualesque fuerint,

quos vel precibus vel gratia hactenus adhibere poteram, deprehendet bonus lector ex syllogo isto sive catalogo, quem huic allocutioni subieci. Porro neque contemnendae erant interpretationes, sive pristino Latinorum sermone, sive recentioribus, quibus hodie utimur, a variis concinnatae. Eas autem duplici consilio evolvebam, cum ut earum auctoritate motus adnotarem, si quando in vertendo minus feliciter cederet Wolfio, qui tamen istam provinciam improbo labore, nec minori laude administravit: tum ut veritatem lectionis in textu Demosthenico forte fortuna elicerem; siquidem antiquiores interpretes, longe secus ac hodierni, saepissime vetustissima exemplaria in usus suos sedulo conquirere, eorumque fidem in vertendo sequi solerent. De Demosthenis autem interpretibus, qui cum numero sint plures, linguis et laude diversi, commodior erit dicendi locus: ad notarum delectum propero. In ea autem operis parte, praeter Wolfiana pene omnia, (recisis paucissimis, immo nullis) ubi textus laborare videretur, aut Codd. discrepantia quidquam conferre ad eius aut nitorem, aut sanitatem, ibi consilium meum admiscui. Id autem quale fuerit, neque mei est loci disserere, neque, si id summopere voluissem, iam fuisset integrum, cum iudicio communi me meamque in ea re existimationem penitus submiserim. Porro autem, quaecunque in eruditorum scriptis ad auctorem nostrum vel elucidandum, vel emendandum quidquam momenti habere viderentur, sedulo investigavi. Postremo plurimum acceptum refero humanitati et doctrinae summorum et praestantissimorum hominum, Ier. Marklandi et Iacobi Iurini, quorum amicitiam impense colere, atque operam egregie in Demosthene navatam maximi semper facere et soleo et debeo.

His adiungam licet operarum typographicarum curam, meamque in ea causa non vulgarem sollicitudinem, aut contemnendam diligentiam, characterum elegantiam, et paginarum accuratam convenientiam. Curavi omnium primus, ut, qualis foret ratio exarandi et distinguendi Graeca, talis quoque in interpretatione Wolfiana religiosissime adhiberetur, quantum id sineret utriusque linguae, Graecae sc. et Romanae, natura et proprietas. Siquando occurrant (occurrunt autem saepenumero) verba, quae legitima vocari possunt, leges sc., populiscita, testimonia, ritus, aut istius generis monumenta, ea omnia utrobique literis maiusculis discriminari volui, cum et in iis causae ipsius rationes saepissime

contineri sensi, et praeterea eo consilio quendam quasi thesaurum sive repertorium iuris Attici lectori meo ob oculos repraesentatum iri credidi. Postremo autem omnium flexus istos et diverticula orationis (incisa maiora sive paragraphos vocant) nova quadam ratione distinxi, non pari verborum clausula, aut aequali orationis portiuncula, ut illi solent, dimensus, sed argumenti potius pondere, et locorum, quos vocant, varietate, de eorum prolixitate aut brevitate contra parum sollicitus. Istiusmodi ergo periodi ubique a litera maiuscula ordiuntur. Ita sane provisum est, ut nec ea abesset utilitas, quam nonnulli ex tali distinctione expetiverunt, neque textum identidem interpellando suus a pagina decederet nitor.

Non autem inconsulto prima egreditur haec orationum Demosthenicarum divisio, quam Wolfius tertiam constituit; in qua etiam parte nostrae pariter editionis demum erit reponenda. Scilicet id factum est auctoritate praecellentissimi atque honoratissimi Viri, cui non solum cunctas huius editionis, verum etiam vitae meae atque officii rationes merito suo maximo lubens submitto. Cum enim unusquisque tomus seriem orationum complectatur, quae et argumenti natura, causarum ratione et genere orandi a caeteris sunt distinctae, et suis quasi limitibus circumscriptae; et parum idcirco referret, quo ordine unumquemque aut typis mandarem, aut denique evulgarem: cum hoc, inquam, esset integrum, ideo maluit Vir nobilissimus, ut has orationes emitterem primas, quae cum caeteris nullo genere laudis cedant, tum etiam eiusmodi sint, ut novitate quadam lectorem eruditum delectare possint. Accidit enim, id quod infinita fere experientia cognovimus, ut unusquisque pene in iis orationibus, quae remp. et civitatis rationes spectant, occupatus et quasi conclusus detineretur; paucissimi autem nescio qua inertia se produci sinerent vel ad contemplandam eam subtilitatem, quae in Leptinea enitescit, vel impetum illum et violentiam, quae in Midiana dominatur; neque porro intelligerent, quibus aculeis, quam arguta oratione et quanto eloquentiae flumine perniciosis legibus, cuiusmodi erant illae ab Aristocrate et a Timocrate rogatae, eloquentissimus ille civis reip. causa restitisset.

Volumen interea II. sive tomus ille, qui Aeschinis orationes tres, et duas Demosthenis *ἀντιπάλους*, sc. de perperam obita legatione unam, alteram de corona complectitur, magna ex parte

iam est absolutus. Qui ubi confectus fuerit, simili lege et conditione faxo ut distrahatur.

Monendus es porro, amice lector, nobis iam institutum esse secundis consiliis, quae aliquando ratione vincunt, telam hanc, quam texere occoepimus, in quinque sive partes, sive volumina dispescere. Auctor ipse, non Wolfiano magis consilio, quam genere concionum, quadrifariam distribuitur. Quo igitur absoluto, tomus ille postremus accipiet, inter alia, monumenta, quae vett. scriptores de vita scriptisve Demosthenis etc. literis consignarunt: Ulpiani aliorumque, quae comparari possunt, scholia ad textum accommodata et a mendis repurgata: novam adnotationum seriem, si qua forte occurrant vel explicatius confirmanda, vel in melius mutanda: MStorum lectiones varias, quas in notis nostris non attigimus: Indicem denique Atticum locutionum uberrimum atque accuratum.

Patiatur aequo animo lector meus se a me denuo obsecrari, uti nolit vel MStorum, si qua fuerit, notitiam, vel in Demosthenem observatorum usum mihi invidere. Utriusque generis exempla plurima, currente, ut aiunt, rota, lubenti et gratissimo animo me accepisse praedico. Me interea measque curas favente animo, quisquis es, accipito, neque nescius esto, me in iis, quae fidem, modestiam, aut sollicitudinem desiderant, Demostheni non defuturum.

Conspectus Editionum Manuscriptorumque, una cum notis, quibus compendii gratia designantur.

Ald.] Editio Demosthenis Graeca, Venetiis procurata ab ALDO PIO MANUTIO, a. 1504. Fol. Iuxta istud exemplar descripta erat Editio Basileae impressa ab Hervagio 1532. Fol.

Felician.] Editio Graeca, rara et emendatior, quam curavit I. BERN. FELICIANUS, impressit autem Venetiis Franciscus Bruciolus 1543. 8. Hanc etiam, ne literula quidem immutata, typis suis exprimi voluit Hervagius Bas. 1547. 8.

Manut.] Editio Graeca, satis accurata et melioris notae, quam dedit PAULUS MANUTIUS Venetiis 1554. 8.

Morel. Benenat. Paris. Lutet.] Pulcherrima et luculenta Editio Graeca, ex Aldina expressa, et cum plurimis Codd. MStis in bibliotheca Regia Parisiensi collata. Eam utique inchoavit GUL. MORELIUS, Typographus Regius, intermissam vero, sive ob intestinum bellum, sive Morelii obitum, post decennium elapsum redintegravit successor eius I. BENENATUS: cuius rogatu DION. LAMBINUS Monstroliensis Editioni invigilavit, suasque notulas ad finem operis adiecit. Par. 1570. Fol.

MSS. Ald.] Lectiones variantes, quas ex Codd. quibusdam MSS. Aldus Manutius suae Editioni subtexuit.

MSS. Felic.] Lectiones MStorum, quas similiter suae etiam adiecit Felicianus.

MSS. Manut.] Iterum eae, quas P. Manutius.

Codd. Regg. vel Pariss.] Octo exemplaria in bibliotheca Regia Parisiensi adservata, quibus usus est Morelius ad editionem Lutetianam adornandam. Eorum notitiam, quam ille nobis invidit, mea opera deprehensam, Lectori erudito hic proponam: scil.

α.] Sive Codex Morelianorum primus, eo utique indice in margine eius editionis notatus, locum habet hodie in bibliotheca Regia 2190. Plurimas Demosthenis orationes complectitur cum Scholiis, sive glossis, hactenus ineditis. Videtur seculo decimo sexto aut eo circiter fuisse exaratus.

β.] Hodie 2189. Codex probus, seculi undecimi. Orationes paulo plures complectitur, quam praecedens. Praemittitur Vita Demosthenis anecdota, a Zosimo Ascalonita conscripta: alia rursus ab anonymo quodam. Eas utique ad meos usus descriptas quinto huius operis volumini reservavi.

γ.] Hodie 2270. Continet duodecim orationes, anno 1480. descriptas.

δ.] Exemplar istud, quantum elicere possimus, duarum tantum est orationum, sc. de falsa legatione et contra Midiam. Quem locum hodie obtineat, qua aetate descriptum, aut qua demum sit praestantia, pervestigare nequeo.

ε.] Hodie 2188. Codex optimus, in quo totus Demosthenes describitur, seculi decimi tertii.

ζ.] Hodie 3276. Exemplar recens, utpote seculo decimo sexto exaratum, continet orationes in Leptinem, de corona et de falsa legatione.

η.] Codex praestantior, seculi duodecimi. Videtur hodie ita designari, sc. 2772.

ϑ.] Hodie 2187. Plura complectitur. Codex, uti a Viro doctissimo describitur, cum optimis numerandus, duodecimo seculo exaratus.

Obsop.] Exemplar admirandae vetustatis, verbis utor Obsopoei. Illud utique anno 1533. cum editione Aldina contulit Vir ille eruditus, multaque inter conferendum scite observavit. Ea primus protulit Hieron. Wolfius, qui exemplar Pannonium nominare videtur.

Aug.] Exemplar et aetate et fide spectatissimum, ad civitatem, quae Augusta Vindelicorum dicitur, pertinens. Demosthenis fere omnia complectitur. Excipiuntur enim solummodo epistolae, orationes funebris et amatoria, exordia concionum, et privatae orationes quinque. Codicem illum in Wolfii usum ad minorem Hervagianam diligenter exegit Simo Fabricius Marcopibertanus, Francus. Vide Hieron. Wolfii literas nuncupatorias ad Senatum Augustanae reip. datas, literas item Simonis Fabricii huius codicis variantibus praefixas pag. 1420. Editionis Francofurtanae: porro autem Reiserum, Hoeschelium et Ehingerum, qui de bibliotheca istius civitatis commentati sunt.

Ital.] Codex Italicus, atque haud scio, annon ex ditione Veneta, cum editione Aldina comparatus. De quo nihil praeterea Francofurtenses, qui videntur primi adhibuisse.

Vindob.] Codex Augustissimae Vindobonensis Bibliothecae, Nesselio philosophicus graecus Par. IV. N. LXX. bombycinus et bonae notae, in folio, constans foliis ducentis triginta novem. Liber ille, qui plurimas orationes complectitur, diversae est aetatis: nam post orationem de Rhodiorum libertate incipit perantiquus character decimi circiter seculi, quo caeterae deinceps orationes hoc codice comprehensae exarantur. Hunc gratia et interventu Nobilissimi Comitis GRANVILLII in usum meum accuratissime contulit Dominicus Bricherius Columbus I. F. Patricius Finariensis.

Baroc.] Codex Baroc. Num. LXXIII. tredecim circiter orationes continens cum epistola prima. Scribitur in charta bombycina, foliis ducentis sexaginta duobus, atque ad seculum fere decimum tertium aut quartum assurgit.

Lindenbrog.] Codex optimus, sed incertae patriae, cuius varietates decerpsit Fred. Lindenbrogius, atque sedulo ad oram adnotavit posterioris Hervagianae, in bibliotheca reip. Hamburgensis adservatae. Apographum istud debeo humanitati I. Christiani Wolfii, in ea urbe Professoris celeberrimi, qui in me immerentem plura ultro indicia animi benevoli contulit. Neque praetereundum est, quod nuperrime aliud similiter apographum eiusdem codicis ad eandem pariter editionem adnotatum humanissime ad me transmisit Vir praestantissimus, Kenneth Mackenzie, Iuris Caesarei in academia Edinburgensi Professor: cuius studium et benevolentiam hac grata animi mei significatione carere nolui.

Ven.] Codex, ut constare posse arbitror, Sancti Marci Venetiis. Variantes excepit Vir industriae et fidei summae, Petrus Pithoeus, cuius in remp. literariam merita declarabit tibi Thuanus Historicus. Ex Aldino exemplari in bibliotheca Bodleiana Oxoniis, cui ea adleverat Pithoeus.

Bodl.] Variae lectionesn, otae et observatiunculae, desumtae e margine exemplaris Hervagiani prioris, in eadem bibliotheca.

Cant.] Annotatiunculae, ut credi par est, Claudii Groularti (de eo vide Praefationem Lysiae pag. 15.) ex Aldino exemplari in bibliotheca Regia, quae est Cantabrigiae.

His subnectam licet Codd. qui mihi magno usui et adiumento fuerunt, licet ad hunc tomum non pertineant.

Voss. Baroc. 2 *Baroc.* 3. *Laud. Mead. Locker. Coislin. Reg.* 1. *Reg.* 2. etc. *Bern. Mor.*] Sive sint ii, qui concionum nonnullas, quas Demosthenes in Senatu habuit, complectuntur: Philippicas intelligo, vel quasdam de isto grege. Ex iis nactus sum Vossianum, Baroccianos duos, Laudianum etc. Sive sint ii, qui Aeschinem solum descriptum habent. In qua familia primus memorari debet codex Viri praestantissimi et a me multum colendi, R. Mead, Archiatri. In eo exarantur tres eius orationes cum epistolis duodenis, nimirum omne, quod de isto homine ad nos pervenit. Codex doctissimi viri, I. Locker, Londinensis, orationem contra Timarchum et Olynthiacas duas habet, et est bonae frugis plenus. Plurimum etiam me debere profiteor gratiae et humanitati domini Richardi Ellistii, τοῦ μακαρίτου, de literis ipsis iisque, qui literis bonis operam navant, bene meriti. Huius enim gratia excussi mihi sunt Codd. Parisienses, in quibus Aeschines ille describitur, veluti Coislinianus num. CCXLIX. membranaceus, decimi plane

seculi: ex Regia bibliotheca itidem plures, sc. numero 2778. 2775. 3273. 3279. Deinde excerpta quaedam ex MStis ignotis, quae in Aeschine suppeditarunt orae librorum vel Edu. Bernardi in Bibl. Bodl. Oxon. vel I. Mori, Episcopi Eliensis, in Regia Cantabrigiensi.

Harl.] Codex Harleianus adservatur in bibliotheca Illustr. viri, Edu. nuper comitis Oxoniensis, qui, cum viveret, me amicitia sua multisque animi benevoli argumentis auctum esse voluit. Eleganter quidem scriptus, antiquus et bonae indolis. Ultra orationes publicas (sunt autem illae praeter Philippicas etc. orationes Aeschini oppositae) non progreditur: et eo sane termino plurimos Codd. MStos concludi sensi. Liber ille quondam ad Ecclesiam Ripponensem in agro Eboracensi spectabat.

Codex Iacobi Harris Sarisberiensis, Armigeri, Viri non solum literarum elegantia, verum omni genere laudis praestantissimi. Pertinebat olim ad Eman. Martinum, Decanum Alonensem, cuius descriptione utor, sumta ex eius epistolis VI. 12. „Codd. porro manu exaratos nactus sum aliquot —. Alter antiquorum Rhetorum selectas orationes [continet], ut Demosthenis, Aristidis, Himerii, Hyperidis, Libanii: cui adiectae sunt Philostrati vitae Sophistarum et Platonis Gorgias. Videtur autem hic codex fuisse olim Nicephori Gregorae, ut ostendit eius chirographum in interiore tabula hinc inde scriptum. Quo etiam nomine permagno a me aestimatur." Hactenus ille. Codex est pergamenus et melioris notae, et easdem fere, quas superior ille Harleianus, complectitur orationes, nempe quas publicas vulgo nominare solent. Ex eo nactus sum solummodo Variantes Philippicarum IV. Nam cum MS. ille beneficio Viri amicissimi ad me Cantabrigiam mitteretur, ut caeterarum, quae supererant, varias ipse *αὐτολεξεὶ* excerperem, in itinere mala quorundam fide interceptus est, et ex eo tempore diu frustraque a me quaesitus: sive imprudentia, sive consilio et dedita opera sit discerptus. Hunc SI QUIS adhuc, nec prece nostra, nec pretio delinitus, domi in pluteo CONCLUSERIT, VEL quovis modo FRAUDEM FAXIT, DEAE FIDEI SACER ESTO.

IO. IACOBI REISKE AD ANNOTATIONES SUAS DEMOSTHENICAS ET AD SYLVAM VARIANTIUM IN LIBRIS DEMOSTHENICIS LECTIONUM PRAEFATIO.

Ius et fas utique fuerat, aeque lector, his modo absolutis Wolfianis atque Tayloranis a me subiecta protinus meisque ipsius annotationibus praemissa fuisse haec duo: 1. Tourelli ad plerasque Philippicas et ad orationes, alteram Aeschinis in Ctesiphontem seu contra coronam Demostheni decernendam, et alteram adversariam Demosthenis pro Ctesiphonte et pro corona sua. cur Tourellus orationem de male gesta legatione annotationibus illuminare insuper habuerit, haud constat. 2. Wolfianam reliquiarum Demosthenicarum interpretationem. Verum gravissimae causae volenti intercesserunt: haec primo loco, quod satisfaciendum tandem aliquando esset eorum, quos diutius sustinere neque aequum, neque honestum, neque excusabile fuisset, nam adhucdum prorsus negatum fuit satisfacere, flagitationibus; quorundam etiam suspicionibus erat occurrendum, si qui fuere, qui cessationem atque dilationem editionis annotationum mearum pro larva iactantiae et imposturae habuissent. Aequi omnes ultro fatebuntur, si viam tenere vellem, cui ut adstringerer, in programmate anno 1768. edito promiseram me cauturum, secundum Demosthenem statim reliquos oratores fori Attici uno tenore

fuisse edendos: id quod profecto halitu oris confici non poterat. Cum Demosthene simul annotationes omnium measque dare, textui substratas, non sinebat angustia chartae; nam sic saepissime senae ad octonas paginae omni prorsus vacuae oratione Demosthenica intercessissent revolvendae; quae res molestissima fuisset, praesertim Demosthenem legenti, cuius periodi tam extentae et tam implicatae uno conspectu perlustrari et uno spiritu perlegi volunt. Demosthenes in forma tam minuta, cuncto instructus apparatu, statim textui substrato, solus octo ad decem volumina implesset. Alius teneri modus in oratoribus minoribus poterat, quorum esset alia dicendi ratio, minorque ad eos annotatorum, et saepe plane nulla copia. Praeterea, cum Demosthenes et minores excuderentur, sperabam futurum, ut ad eum ornandum novae unde unde copiae advenirent, mihique otii tanto plus superfuturum mea Demosthenica expoliendi et locupletandi; quod otium mihi praeter spem negatum fuit. Citius ergo, quam nunc, huc perveniri non poterat, ad facultatem puta mea Demosthenica in publicum proferendi. Quae quanti sint facienda, cuiusque est existimare, quem iis uti ad lectionem Dem. iuvabit. Quam mihi cruda, impolita, illaborata ipsi videantur, in praefatione ad primum volumen huius apparatus critici iam conquestus sum. Quo accedit in cumulum malorum hoc ingens malum, quod, quo tempore annotationes meae mihi e vetustis schedis expromendae, excutiendae, inter transscribendum locupletandae, alias decurtandae atque contrahendae, denique variis modis digerendae atque transformandae et retractandae essent, incideret haec opera, virum gnavum et vegetum postulans, in tempus tam iniquum, ut per totam aetatem meam iniquius aliud numquam attigerim. Iam complures annos molesta et insidiosa (nam pertinax et rebellis erat) tussis vires meas labefactarat. Iam ab ineunte hoc vere ad hoc diei saevit, fibras pulmoneas erodit, evellit, exscreat, radices vitae meae convellit et dilaniat. Qua mali diuturnitate et saevitie tam sum fractus et exinanitus et enervatus, ut vix in cubiculo vel lecto (nam sic loquebantur veteres, sed hodierni, hanc latinitatem haud capientes, in occo usurpant, literulis exercendis consecrato) rectus et constans inambulare possim. Hoc est illud iniquissimum tempus, quod dico, quo oppressus annotationes hoc volumine comprehensas conscripsi, et variantes, dudum ante collectas, auxi. Habebunt in aestimanda mea opera Demosthenica aequi arbitri horum incommodorum et humanae infirmitatis rationem.

Iam seorsim mihi de Tourello adhuc nonnihil est admonendum, antequam ulterius procedam. Magna utique sunt meritoque celebrata Tourelli de Demosthene merita. Sed ut orator disertus magis, qui erat, quam ut subtilis criticus, Demosthenem tractasse mihi visus est, et in colligenda materia annotationum histori-

earum maiorem industriam, et in extricandis nodis chronologicis atque genealogicis solertiam, quam in perspiciendis sententiis obscuris aut mendis corrigendis sagacitatem atque felicitatem approbasse. Saepenumero a sententiis oratoris ita late aberravit, ut constet, eum cum e coniectura vertisse, tum graece nescisse: homo Tayloro in sedulitate oratoris historicos et chronologicos scopulos tollendi simillimus, a reliquis eius vitiis, putidae et caliginosae dictionis affectatione, vanitate et arrogantia scholastica, venatu et venditatu minutiarum liber, humanior atque liberalior, ut Francum decebat. Opera eius in his nostris terris inventu rarissima multi emtorum mei operis, de quo certissime mihi constat, summas mihi gratias habituri essent, si liceret ipsis per me Tourelliana hoc in volumine legere; quorum emtorum bona pars magis annotationibus historicis, quam criticis ducitur. Et solas Tourelli annotationes cum summariis, cuique orationi praemissis, sine francica orationum versione, si edidissem, id quod iam parabam facere, videntur illae parum ultra alphabetum impleturae fuisse. Verum, re diligentius pensitata, visum est ab hoc proposito desistere, ne meae materiae, cuius tantum suppeteret, in tanta spatiorum angustia, quam Wolfiana atque Taylorana mihi reliquam fecerunt, locum prorsus praecluderem. Deinde noram, iam dudum permultos desiderium mearum annotationum aegerrime ferre, quos diutius suspendere nefas fuisset. Porro noram, homines copiis librariis affluentes queri, si cogantur eadem rursus emere, quae iam dudum in forulis habent, divites nempe illi atque beati, de aliorum penuria securi. Tum Tourelli quicquam redditurum nusquam receperam. Alias pari iure etiam Luchesini commentationes fuissent recudendae, quae Tourellianis nil cedunt, et nescio, an quodammodo quoque praeferendae sint, nihiloque crebriores inventu his in terris sunt. Praevidebam quoque, non posse fieri, quominus coeptum hoc meum deteriorem in partem acciperet Athanasius Augerus, V. C. Professor eloquentiae Regius in Collegio Rothomagensi, a quo brevi post Demosthenem universum francice redditum et historice criticeque illuminatum exspectamus: cui ut totum Tourellianarum reliquiarum arbitrium salvum et intactum relinquerem, ius et fas postulabat. Sed ad rei caput tandem devenio. Reliquiae hae Tourellianae ne dignae quidem sunt recudi. Scatent scoriis, quas eliquari par fuisset: quae res neque otii, neque stomachi mei est. Vix tertia earum pars ad Demosthenem proprie quicquam facit: reliqua miscellanea, trivialia, nescio quam vera, e Morerio, Baudrando, similibus promtuariis corrasa, et veluti scopis conversa. Quamquam hoc ad invidiam bono viro faciendam dictum nolim, aiens, me hoc non explorata re, neque certa scientia fidentem, sed mera probabili suspicione ductum dicere. Inquirant, quorum interest hac in re certam veritatem deprehendere.

Wolfianam item interpretationem latinam Demosthenicarum reliquiarum multis de causis perquam expedisset atque necessarium fuisset reddi; optavique saepius me mihi spatia ampliora primitus statim fixisse. Verum ne ipse quidem praevidere poteram, materiam inter manus ita quasi succreturam esse; tum, si emtores ad opus XV voluminum invitassem, ecquem non absterruissem? Porro, si recudenda interpretatio Wolfiana fuisset, non sola mera, intemerata debuisset repraesentari, sed etiam annotationes criticae ei substerni, quibus lapsus eius benigne indicarentur et blande castigarentur; quemadmodum Sylburgius in Dionysio Halicarnass. Lapi atque Gelenii interpretationes recensuit. Quae opera ut est perutilis et pernecessaria, ita a mea persona abhorret, qua de re pluribus alio loco exposui. Annotationes ad Dem. meas conscribenti mihi si libuisset aut potius licuisset Wolfianam interpretationem inspicere, nullum dubium est, quin ea mihi largam materiam disputationum fuisset praebitura. Verum neque allubescebat aegrotanti, neque alias iucundum erat praeceptorem et censorem agere, otioque non abundabam; nam intra paucas hebdomadas illas, quibus Wolfianarum et Tayloranarum annotationum ea pars, quae volumine hoc Apparatus secundo exhibetur, sub prelo sudaret, annotationes meae ad Philippicas, ad or. pro corona et or. de falsa legatione, cum hac praefatione, mihi fuerunt, animoque corporeque misere languenti, conscribendae, ne operae feriarentur. Denique cavendum erat, ne materiae alienae luxurians copia locum domesticis meis copiolis praeriperet.

His de omnibus ergo sive addendis sive excludendis videbit atque pro arbitratu suo videbit is, qui olim aliquando novam Demosthenis et oratorum minorum editionem super huius meae fundamentis condet, ubi deficientia supplebit, et disiecta membra colliget atque coaptabit. Meis de annotationibus quod novum hoc loco, praeter illa iam passim locorum alibi dicta, dicam, paene nil habeo. Ab homine conscriptae sunt e valetudine torpente et paene ad omnia nauseante; ab homine, non ventosam multifariae lectionis gloriam venante, sed quem non puderet, ubi lectorum quorundam videretur e re fore, etiam ad minuta et paedagogicalia descendere; qui contenderet locorum obscurorum sententias sine odio, sine obtrectatione cuiusquam, simpliciter et sine ambagibus, quibus posset verbis planissimis enucleare et declarare. Quos mutavi locos, quosve correxi, sive mea, sive librorum auctoritate fidens, eos diligenter et religiose indicavi. Auctores ubi nullos prodidi, simpliciter *correxi* dicens, ibi correctionum auctores sunt codices, sive manu scripti, sive dudum typis excusi; quorum nomina in variantibus lectionibus, lector, invenies. Correctiones rursus ab ipso memet profectas praeterquam quod in ipso textu asteriscis insignivi, in annotationibus quoque nominatim quibusque locis cavi admo-

nere, quid meum esset; et causa mutationis ubi minus aperta videretur, eam mutationem paucis verbis purgare atque approbare contendi. Vineta mea memet caedere haud puduit. In Wolfii et Taylori metalla ne inciderem, sedulo cavi, quamquam non ubique locorum effugi imprudens cum his aut cum Marklando collisionem invitam. Locos Scholiastarum ad Hermogenem crebrius recitavi, non quo bonarum doctrinarum atque novarum et inauditarum summique faciendarum pleni essent, sed quo collectio haec Aldina inventu rarissima est, cuius usuram Ernestius, senior, V. C. theologus et literator nobilis, praedicatione mea maior, mihi concessit, si quis forte literatus ad horum Scholiastarum et ad veterum technicorum seu rhetoricorum, qui secundum Aldum typis nunquam renovati sunt, incitaretur studio recoquendi. Haec ferme forma est mearum ad Dem. annotationum, quarum pars nunc in hoc secundo Apparatus volumine prodit, reliqua in tertio prodibunt, si per fata licebit, inservitura lectorum usibus, et obnoxia futura censorum aequitati aut malevolentiae, intelligentiae aut imperitiae et temeritati. Iam superest, ut de variantibus lectionibus dicam, quae meis ad Demosthenicam quamque orationem annotationibus subiectae sunt.

Negotium spissum et perquam molestum ob indiligentiam veterum, unde suas lectiones hausissent, dilucide et certis atque indubiis notis et nominibus designandi. Dubitabam itaque initio, num meliores tantum lectiones e farragine mearum schedarum deligerem, an totum effunderem. Fuissent, qui illud laudassent, sed erant contra multo plures, qui hoc malebant. Et praestat utique semper in eiusmodi re, atque tutius est, liberalitate donandi, quamvis insint, quibus uti nequeas, quam parcitate peccare; quorum illud fidem tuam testatur, utut lectori operam deligendi relinquat; hoc de diligentia iudicioque tuo dubium relinquit, et arrogantiam tuam prodit, quasi lectoribus tuis haud satis multum sagacitatis inesse credidisses, qui delectum ipsis praeripuisses. Et profecto ante omnes primo mihi delectus hic durus et anceps fuit, ut saepe, promerem an premerem aliquam lectionem, ambigerem. Tentabam opus, sed progressus usque ad p. 24. rursus abiiciebam molestum et infructuosum conatum: et praebeo hic quaecunque olim in schedas congesseram undecunque lectionum Demosthenicarum. At hoc nolim tamen, hanc crudam molem, sic ut nunc est, vel auctam etiam, per omnes, quae postmodum exsistent, editiones Dem. maiores provolutari. Unam ab aliquo viro docto nostrate, aut in Belgio, vel Anglia, condi editionem, in qua mea haec tota, sed reformata, cum cuncta hac sylva variantium, eaque etiam cum e libris bonis tum ex editionibus aliorum veterum auctorum aucta verbatim reddatur, id tantum abest ut nolim, ut potius in votis habeam. Verum ea ne mera recusio seu recan-

tatio intra paucos annos esto, antequam mea exemplaria distracta sint, qua re magna calamitas rei meae familiari, et magna mihi iniuria inferretur, sed reformatio et digestio multis annis agitata, industria et felicitate colligendi, acrimonia et veritate iudicii perfecta, sic tamen ut a me scriptorum ne syllabam quidem mutet, solummodo errores in annotatiunculis cuique loco addendis demonstret atque corrigat, deficientia addat, et partes operis nunc distractas copulet in melioremque ordinem redigat. Post editam eiusmodi plenam omnibus numeris absolutamque editionem acquiescent postmodum Demosthenis lectores severo et acerbo lectissimarum lectionum delectu, a viro docto in minore quadam editione faciendo.

In naevis collectionis meae variantium hunc videntur multi esse numeraturi, quod auctores vulgatae nusquam ediderim, sed solummodo auctores lectionum a vulgata discedentium. Vulgatam appello ubique Morellianam, ex Aldina expressam, nisi ubi Morello visum fuit ab ea discedere. Fuerat id quidem profecto non inutile, sed infinitum in modum laborem meum et molem operis duplo exaggerasset. Ipse in naevis hunc pono, quod lectionem Wolfianam non indicaverim, cum editionum superiorum nulla consentientem, sed aut Felicianeae vestigia prementem, (quod vellem ubique factum esse,) aut, id quod dolet multo saepius factum, coniecturas paene omnes Wolfianas pro verbis Demosthenicis subiicientem. Taylorus hanc lectionem Wolfianam, maculosam et infidam, recudit, neque tamen in annotationibus eam sive examinans sive explanans repetit, ut, cum mea editio exemplum aliud repraesentet, lector, Wolfiana aut Taylorana carens, ignoret, quid lectionis Taylorus seu defendat, seu impugnet. Cui malo citius occurrissem, si praevidissem: sed nunc demum post excusas Taylori annotationes deprehendo, Taylorum observans satis habere loci cuiusque a se in annot. agitati primam quamque vocem ponere cum addito κ. τ. λ. quae res lectori operam tomum quemque Dem. revolvendi imponit. Molesta universe res est, in Taylorana annotationes non textui, sed orationis cuiusque calci subiectas esse, unde incommodum exsistit, ut necesse tibi sit ad locum quemque librum revolvere horsum prorsum. Taylorus nempe typographo primum dabat excudendam orationem quamque seorsim: tum, absoluta cuiusque impressione, cessandum erat operis ad annos. Mittebat orationis cuiusque folia a prelo uda ad Marklandum rusticantem: hic remittebat, ubi margines suis annotatiunculis conscripsisset, quae rus, et defectum librorum, et hominem in Demosthene hospitem produnt, ad gerendam vocatum provinciam, quam prorsus ignoraret. Tum Taylorus interim ipse suas annotationes elaborabat: quo facto excudebantur, et tum nova rursus oratio, in qua eadem volvebatur rota; unde mirum non est, illam editionem ad tot annorum diuturnitatem extractam

esse. Nobis, qui Carteretis Granvilliis caremus, sumtuum in typos et chartas largis administris, non licet tam lentis et otiantibus libros nostros edere, sed e paupere peculio nostro sumtus ipsi erogantes necesse habemus accelerare et urgere cuiusque voluminis excusionem, et chartas confestim aere mutare. Sed in viam redeo. In tam immani sylva lectionum facile factu fuit, neque debet mirum cuiquam videri, ut a me subinde erraretur in edendis seu nominibus codicum, quos cito, praesertim iis, quos ipse non vidi, ut e. c. Harleyanum pro Harrisoniano, quam culpam ut alienam non praesto, cum Taylorus ipse in schedis non satis diligenter ista distinxisset, aut in numeris codicum, ut quintum pro sexto e. c. appellem. Quae culpa profecto noxa caret. Quotus enim est quisque, cui liceat istos codices adire atque evolvere? Non ubique a me annotatum esse, ubi ἅπας pro πᾶς, aut simile quid, aut vocabula transposita reperissem, spero laudem potius inventurum, quam in vitium incursurum esse. Eccui enim prodesset tam infinita, tam ineluctabilis, tam putida et molesta et prorsus omni usu cassa diligentia? Eccui enim sunt hodie aures tam teretes, tam subtiles, tam usu multo subactae et acutae, ut statim delectum verborum, constructumve hunc minus, illum melius cum Atticismo convenire dignoscat? Et si dignoscat quoque, quid id multum ad felicitatem nostram faciet? Eumne ego dignum tanta mea opera iudicem, quem universum flocci non facio, commentitium quendam suavem et argenteum tinnitum Atticum?

Vitio hoc quoque mihi haud pauci vertent, quod lectiones auctoritatesque a Tayloro iam relatas rursus retulerim, tum quod coniecturas Wolfii, Marklandi, Taylori: sic eadem bis ter recocta reponi. Verum lectionum Taylori magna pars e Parisina seu Morellina editione depromta erat, quam totam hic reddere a principio statim decreveram. Quod si ergo Tayloro dedecus est lectiones, quae facile a quovis illinc peti potuissent, haud defugiam reprehensionem operae incassum in eo navatae, quod Tayloranas lectiones cum meis coniunxerim, quo sub uno conspectu, velut in brevi tabula, coram oculis haberet lector, quicquid opis ad intelligendum Demosthenis quemque locum seu librorum fides seu doctorum virorum ingenia praestarent. Chartulae iactura quos acrius uret, quam alios studium meum commoditatis suae delectabit, aequo animo feram hos de me querentes. Permultis in locis meos a Morellina discessus in annotationibus, item in variantibus, indicare seu insuper habui, seu oblitus fui. Sed profecto tam minuta ista erant, ut ista annotare tantundem fuisset, atque stultitiam suam ore suo praedicare, testarique, quam parum scias otio sapienter uti, quo vereor ne nimis multis videar vel sic ad ineptias abusus esse. Aliis, si secus fecissem, procul dubio visus fuissem diligentiae meae acerbitatem putide iactatum isse.

Disputationi huic meae nil superest quod addam praeter admonitiones quasdam novas de Codd. mstis, quibus usi sumus, Taylorus et ego, quamquam de iis iam dudum exposuimus. Nam secundum editam praefationem meam ad Demosthenem misit ad me Askewius V. C. qui nuper in vivis agere desiit, ingentem fascem exemplarium Demosthenis, Aldinae, Basileensis primae, Basileensis secundae, seu Wolfianarum omnium primae, Morellinae singula, Francfurtanae tria, Tayloranae aliquot, chartis mundis interstincta, quibus aut prorsus nihil esset inscriptum, aut dudum edita: ad Philippicas et causas privatas adiumentorum parum; de quo iam questus sum dudum publice, superstite et conscio Askewio, et ad hunc ipsum in literis privatis, quem decebat mendacii me coarguere, simulac fraudis conscius mihi fuisset. Ut tamen nuper rem diligentius explorare coepi, deprehendi, me subitaria inspectione et opinatione verosimili deceptum a veritate discessisse. Quod nunc reprehendam, religiose hic indicaturus, quid in illorum ad me missorum, quos modo dixi, codicum unoquoque reperi, et in collectione variantium exhibebo lectiones ipsas, quas hi libri Taylorani administrabant. In his igitur erat primo loco Aldina, quam in V. L. libellis appello *Aldinam Taylori,* cuius margines vetusta, non scita, sed lectu plana et expedita manus variis lectionibus, haud constabit aliquando unde petitis, conscripsit. Nam nusquam vestigium ullum apparet, unde constet, quo e fonte lectiones istae manarint, ut initio dubitarem, essentne e codice quodam msto depromtae, an a viro quodam docto e marginibus Parisinae, ex Augustani lectionibus a Fabricio collectis, a Wolfio proditis, ex indicibus variantium, qui editionibus Aldi et Feliciani et Pauli Manutii subiecti sunt, et unde farrago Wolfiana conflata est, compilatae, ut adeo ridiculum esset eiusmodi testem citare. Verum brevi videbam, ibi referri lectiones a nemine usquam locorum ad hoc diei prolatas, quarum cum alias a codicibus meis confirmari cernerem, tum aliarum mentionem nullam fieri. Quo mihi certo constabat, illas quoque e msto quodam esse depromtas. Iam supererat codicem illum explorare. Et statim videbam, eundem esse, quem Taylorus ad or. pro corona et de falsa legatione Venetum appellat, nisi quod testimonio Taylori scripta in marginibus Aldinae Tayloranae aut non addicunt, aut contradicunt; nam de *περὶ*, quod in Veneto esse Taylorus ad p. 256. 8. ait, Aldina Taylori tacet. Lectiones alias eadem dat, a Tayloro, dubium, an a volente, praeteritas. Pluribus in locis ibi legitur *λείπει ἐν παλαιῷ*. Sed quod fortissimum argumentum est, eadem manus, quae reliqua omnia uno tenore scripsit, in media serie versus ad clausulam argumenti orationis de Falsa Legat. haec scripsit: *ταῦτά εἰσι ἐν παλαιῷ τοῦ ἁγίου Μάρκου.* Iam plus quam credibile est, unde haec essent petita, reliqua quoque inde petita esse. Quia tamen semel coeperam in

Philippicis Aldinam Taylori (pro Veneto) laudare, perrexi porro, per opus quoddam supererogationis, etiam ubi Taylorus iam Venetum nominasset, Aldinam Taylori addere, tametsi non nova haec est auctoritas, sed mera Veneti. Aldina haec, Tayloriana quondam, quae nunc penes me est, exemplum est aut ipsius Petri Pithoei, aut ex eo ductum, locupletissimum et fidissimum illorum omnium excerptorum, quae unquam prodierunt, sive ex editione Francfurtana, sive ex Aldina Lessingiana per me voluminis secundi a p. 191. [591.] Appendicis Scholiorum prodita, nisi quod scholiorum nihil in Aldina Taylori aut perparum inveni. In oratione de foedere cum Alexandro adscripsit eadem manus ad plerasque lectiones, sed non ad omnes, *Bar.* hoc est Baroccianus: id quod dubium relinquit, num lectiones auctoritate carentes e Veneto depromtae sint, reliquae e Barocciano solo, an contra omnes primitus e Veneto haustae, quae autem ipsi cum Barocciano communes essent, ad eas *Bar.* adscriptum sit. Illa copia Pithoeana, e codice Veneto derivata, reperitur etiam in duobus aliis libris, qui procul dubio Taylori quoque studiis olim inservierunt, tum, ad Askewium cum transissent, ab hoc ad me missi sunt, qui servo. Basileensis secundae (sic appello illam vaegrandem in folio, quae anno 1572. cum latina Wolfii interpretatione multisque aliis accessionibus prodiit, et Wolfianarum omnium postmodum partu typographico editarum mater est) huius itaque summa in pagina illa, cui incusum est Libanii argumentum orationis primae Olynthiacae, superscripsit aliquis haec. [MS. in margine cod. Venetiani orat. Demosthen. edit. 1504. qui in Bodleyana bibliotheca iam servatur, lectiones, quae sequuntur, variantes manu egregia, forte Petri Pithoei Lugam [sic] cuius nomen in frontispicio apparet, scriptae reperiuntur. Ita apographum D. Hudsoni, a quo ego.] Sed quis nobis dicet, qui ille *ego* sit? Rursus reperi easdem lectiones in marginibus editionis Francfurtanae seu Wechelanae, cuius in summa p. 1. illa puta, ubi prima Olynthiaca incipit, haec, paene eadem cum superioribus, adscripta leguntur ab alia manu. [In margine codicis orat. Dem. Venetianae editionis MDIV. qui in Bodleyana bibliotheca iam reservatur, lectiones, quae sequuntur, variantes manu egregia, forte Petri Pithoei, cuius nomen in frontispicio apparet, scriptae reperiuntur.]

In exemplo alio seu secundo editionis Francfurtanae reperi 1) Prolegomena ad Demosthenem, alia illis, quae in volumine Oratorum octavo publicavi; haec, ut a seniore iam Tayloro, perfectiora, ista breviora et ieiuniora erant, ut a iuniore profecta. His in Prolegomenis reperi inter alia indicem codicum Demosthenis Anglicanorum, diversum ab illo, quem in Prolegomenis posterioribus l. c. p. 703. publicavi, nec minus ab illo, quem ipse Taylor superstes adhuc sub exitum suae ad universum De-

mosthenem praefationis publicavit. Iuvat eum, ut brevem, hic ponere.

In Bibliotheca Bodleiana. Codd. Barocciani. Num. 45. Demosthenis Olynthia 1. et 2. cum notis Ulpiani. Num. 73. Demosthenis oratio contra Midiam 1. contra Aristocratem 48. contra Timocratem 92. contra Aristogeitonem 1. 141. 2. 162. contra Neaeram 168. amatoria 198. funebris 210. de foedere cum Alexandro 218. contra Zenothemin 224. contra Phormionem 231. adversus Lacriti exceptionem 247. Epistola 1. 256. exceptio contra Nausimachum et Xenopithem 258. 6. Num. 96. Ecloga vocum quarundam rhetoricarum e Philippicis Demosthenis. Num. 139. Demosthenis funebris oratio, fine caret. Num. 159. expositio vocum rhetoricarum in Philippicis Demosthenis. *Τὸ μέλλον* 303. Codd. MSS. Laud. Num. 26. Demosthenis orationes aliquot Graece.

Adversaria Langbainii. 8. p. 205. Demosthenis orationum et epistolarum Cat.

Codd. Ashmole. 780. 2. Livies of Cato Uticensis — Demosthenis.

In Colleg. Lincolniensi. N. 15. Oratio Demosthenis ad Alexandrum eum ad clementiam invitantis.

Codd. Mss. Is. Vossii. 47. Demosthenis orationes iudiciales. 90. Comparatio Demosthenis et Aeschinis. 115. Demosthenis orat. Olynthiacae, de Pace et contra Philippum. 175. Demosthenis oratio *ἐρωτικός*.

Codd. Mss. Edu. Bernardi. 57. Demosthenes.

Codd. Mss. Episc. Norvic. 102. Nicol. Carri versio quarundam orationum Demosthenis e Graeco. 4.

Porro reperi in illa, quam dixi, Francfurtana collationem Philippicarum quarundam cum codicibus Lockerano et Harleyano, et argumentorum ad has orationes e codice Gonvillano; quae omnia diligenter in variantibus meis retuli. 3) Denique ibi reperi scholia Moschopuli ad tres Olynthiacas e codice Barocciano n. 159. a p. 305. inde exscripta a Tayloro, quae quia is digna exscriptu habuit, quo sunt indignissima, et qua farragine potuissem lectores, si voluissem, e Bavarico obruere, ubi Moschopulea ad or. pro corona adscripta erant, ne quis esset, qui bonorum praesentium quicquam a me sciente, volente praeteritum esse diceret, speciminis ergo, quamquam de Moschopulea ratione iam ex aliis editis eius documentis constat, cum paucarum chartarum iactura hic referam.

Scholia Moschopuli ad tres Olynthiacas.

9. 3. *τὸ μέλλον.*] *τὸ γενησόμενον.* Ibid. *συνοίσειν.*] *χρησιμεύσειν.* Ibid. *σκοπεῖτε.*] *σκέπτεσθε.* 6. *ἥκει τις.*] *παραγίνεταί τις.* 7. *τύχης.*] *εὐτυχίας.* 8. *παραχρῆμα.*] *εὐθέως.* *ἐξ αὐτοσχε-*

δίον. Ibid. ἐνίοις.] τισὶν. 9. ῥᾳδίαν.] εὐχερῆ. 10. αἵρεσιν.] ἐκλογὴν. 8. δεόντων.] συμφερόντων. 11. μονονουχὶ λέγει.] σχεδὸν εἶπεν. Ibid. φωνὴν ἀφιεὶς.] λαλῶν καὶ διαλεγόμενος. 12. ἀντιληπτέον.] ἀνθεκτέον. 13. φροντίζετε.] ἀγωνιᾶτε. 15. ψηφίσασθαι.] ψήφισμα γράψαι. pen. ἐνθένδε.] ἀπὸ τῆς πόλεως.

10. 3. εἴκων.] ὑποχωρῶν. 4. τύχη.] δόξῃ, συμβῇ. Ibid. εἰκότως.] εὐλόγως. Ibid. ἀξιόπιστος.] πιθανὸς. 6. τῶν ὅλων.] ἀντὶ τοῦ μεγάλων. 7. ἐπιεικῶς.] μετρίως. 10. ῥητῶν.] φανερῶν. Ibid. ἀποῤῥήτων.] ἀφανῶν. 11. ταμίαν.] φύλακα τῶν χρημάτων. 14. προέχει.] βέλτιόν ἐστι. 15. ἄσμενος.] χαίρων. 17. ἀναστάσεως.] πορθήσεως. 18. ἀνδραπ.] αἰχμαλωσίας. 21. πολιτείαις.] δημοκρατίαις. Ibid. ὅμορον.] γείτονα. Ibid. ἄλλως τε.] μάλιστα. 27. λόγος.] ἀπολογία. Ibid. σκῆψις.] πρόφασις. ult. ἐθρύλλουν.] ἐφήμιζον.

11. 3. ἀνείλοντο.] ἀπεδέξαντο. Ibid. σφαλερὸς.] ἀβέβαιος. 4. του.] τινος. 5. βεβαίαν.] ἀμετάβλητον. 12. κελεύοντες.] ἀξιοῦντες. 17. ἡνίκα.] ὅτε. 19. διατρίβω.] ἐγχρονίζω. 21. ῥᾷονι.] εὐχερεστέρῳ. 23. προϊέμενοι.] προϊόντες. ult. λογιστὴς.] ἐξεταστὴς.

12. 1. ὑπηργμένων.] συμβάντων. 6. ἀντίῤῥοπον.] ἴσον, ὅμοιον. 16. προϋπαρχόντων.] προγεγενημένων. 17. κρίνεται.] δοκιμάζεται. 19. ἀποτριψώμεθα.] ἐξαλείψωμεν.

13. 6. στρατείας.] ἐξόδους. 9. ἀλυσιτελὲς.] ἀσύμφορον. Ibid. φιλοπραγμοσύνην.] σπουδὴν. 11. ἀγαπήσας.] ἀρκεσθεὶς. 16. εὐήθης.] ἁπλοῦς. 21. ἀρχαίων.] κεφαλαίων, ἐνεχυρῶν.

14. 4. ὑποστείλασθαι.] φοβηθῆναι. 9. τριήρεσι.] πολεμικοῖς ὄγκοις. Ibid. θατέρους.] ἑτέρους. 10. ὀκνῶ.] φοβοῦμαι. 12. παραστήσεται.] καταδουλώσεται. 14. προσκαθεδεῖται.] προσεδρεύσει. 15. περιέσται.] περιγενήσεται. 22. προσδεῖ.] χρεία ἐστί. 27. σύνταξιν.] ὅρον.

15. 1. εἰσφέρειν.] συντελεῖν. 9. εὐπρεπῶς.] καλῶς. 13. κᾆτα.] πάνυ καὶ εἶτα. Ibid. διέψευσται.] διήμαρτεν. 17. κομιδῇ.] λίαν. 21. καρποῦσθαι.] προσοδεύεσθαι. 23. εἰς στενὸν.] εἰς στένωσιν. 26. αὐτονόμους.] ἰδίοις νόμοις ζῶντας. 27. ἀήθεις.] ἀσυνήθεις. pen. κατακούειν.] ὑπακούειν.

16. 1. εὖ πράττειν.] εὐτυχεῖν. Ibid. παρὰ τὴν ἀξίαν.] παρὰ τὸ προσῆκον. 4. ἀκαιρίαν.] δυστυχίαν. 5. συνάρασθαι.] συναγωνίσασθαι. 14. αἵρεσις.] ἐκλογὴ. 16. ἀντέχῃ.] ἰσχύῃ. 21. συνεισβαλοῦσι.] συναγωνιοῦνται. 23. ἀλλ' ὦ τάν.] ἀλλ' ὦ φίλε, ὦ ἑταῖρε. Ibid. ἀτοπώτατον.] θαυμαστότατον. 24. ἄνοιαν ὀφλισκάνων.] ἀνοηταίνων. 24. ἐκλαλεῖ.] κηρύττει. 26. ἡλίκα.] ὁποῖα.

17. 12. ἐμπειρίαν.] γνῶσιν. 13. ἀκεραίου.] ἀσφαλοῦς. 14. εὐθῦναι.] ἀπολογίαι, κρίσεις. 15. ὁποῖ' ἅττ'.] ὁποῖα ἅτινα.

Ad secundam Olynthiacam.

18. 3. οὐχ ἥκιστα.] μάλιστα. 8. διαλλαγὰς.] φιλίας. 9. ἀνάστασιν.] πόρθησιν. 21. φιλοτιμίαν.] μεγαλοψυχίαν.

19. 2. παρ' αὐτοῦ.] ἀφ' ἑαυτοῦ. 9. πειράσομαι.] σπουδάσω. 11. κενὴν.] ματαίαν. 16. ὑπερεκπεπληγμένους.] πλεῖον φοβουμένους. Ibid. ὡς ἄμαχον.] ὡς ἀκαταγώνιστον. 18. παρακρουόμενος.] ἐξαπατῶν. 27. τὸ θρυλλούμενον.] τὸ φημιζόμενον. pen. προσαγόμενον.] προσφερόμενον.

20. 5. πεφενάκικεν.] ἐξηπάτησε. 11. καθαιρεθῆναι.] καταλυθῆναι. 12. ἐξελήλεγκται.] διελέγχθη. Ibid. ἀκαίρου (sic).] ἀκαιρίας. 16. παρὰ τὴν ἀξίαν.] παρὰ τὸ ἀξίωμα. 18. ἄσμενοι.] πρόθυμοι. 19. ἡγοῦμαι.] νομίζω. 22. συστῇ.] γένηται. 27. ἀνεχαίτισε.] εἰς τοὐπίσω ἤγαγε.

21. 3. φωρᾶται.] ἐλέγχεται. 4. καταῤῥεῖ.] συμπίπτει. 25. εἰσφέροντας.] συντελοῦντας. Ibid. ἐξιόντας.] στρατευομένους.

22. 13. στρατείας.] ἐξόδους. Ibid. ἐπισφαλεστέραν.] ἀσθενεστέραν. 17. ἐζήλωκε.] ἐσπούδακε. 21. ᾑρημένος.] προκρίνας. 22. κοπτόμενοι.] συντριβόμενοι. 23. ἄνω καὶ κάτω.] πανταχοῦ. 24. ταλαιπωροῦσιν.] ὀλιγωροῦσι. 25. ἔργοις.] γεωργοῖς. 27. διαθέσθαι.] πωλῆσαι. pen. ἐμπορίων.] λιμένων.

23. 1. οὐ χαλεπῶς.] εὐχερῶς. 2. πεζαίτεροι.] δορυφόροι. Ibid. δόξαν.] ὑπόνοιαν. 3. συγκεκροτημένοι.] ἠσκημένοι. 5. οὐδαμῶς οἷόν τε ψεύδεσθαι.] ἀξιοπίστου. 11. ἀνυπέρβλητον.] μεγάλην. 12. ἀκρασίαν.] ἀκολασίαν. 27. δειναὶ.] ἱκαναί.

24. 3. τέως μὲν.] ἕως μὲν. 12. ταύτῃ.] κατὰ τοῦτο. 13. ῥοπή.] πρόσκλησις, (leg. πρόσκλισις,) βοήθεια. 25. μελλόντων.] ἀναβαλλομένων. ult. περιῆμεν.] περιγινόμεθα.

25. 2. ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν τε δικαίων.] ὑπὲρ τῆς Ἑλλήνων ἐλευθερίας. 3. ἀντήρατε.] ἀντέστητε. Ibid. πλεονεκτῆσαι.] πλεονεκτίαν λαβεῖν. 18. ἀγνωμόνως.] ἀλογίστως. 24. πέφυκε.] ὑπάρχει.

26. 3. ἐλλείμματα.] ὑστερήματα. 8. τῶν ὄντων.] τῶν ἀληθῶν. 12. ἐφεστηκότων.] στρατηγῶν. 14. Λάμψακος, Σίγειον.] πόλεις Φρυγίας. 19. περίεστι.] ὑπόλοιπόν ἐστι. 20. διεστάναι.] διακεχωρῆσθαι, φιλονεικεῖν. 22. εἰσφέρετε.] συντελεῖτε. 23. συμμορίας.] κλήρους. ἦν δὲ ἑκάστη μία συμμορία ἀνὰ ξ' συνεστηκυῖα. 25. διανεμεῖσθαι.] διαμερεῖσθαι. 17. ἐπανέντας.] ἐάσαντας.

27. 4. συμπονεῖν.] συγκάμνειν. 5. ἐν καιρῷ.] εὐκαίρως. 7. κεφάλαιον.] σύντομον. 9. παριοῦσι.] ῥήτορσι.

Ad tertiam Olynthiacam.

28. 5. προήκοντα.] προεληλυθότα.

29. 3. ἐξέσται.] ἐξουσία ἔσται. 4. ὑποθέσθαι.] διατυπῶσαι

σθαι. 9. ἀπορῶ.] ἀμηχανῶ. 13. συνιέναι.] νοεῖν. 17. ἐνίους.] τινάς. 18. μοχθηρίας.] δυσχερείας. 27. εἰσφέρειν.] συντελεῖν.

30. 1. κενὰς.] ματαίας. 2. ἀσθενῶν.] νοσῶν. Ibid. ἐξῆν.] δυνατὸν ἦν. 4. ἀφήκατε.] διελύσατε. 12. παντὶ σθένει.] πάσῃ δυνάμει. 13. ἐστρατηγηκότες.] συναγωνισάμενοι, συμπράξαντες. 17. ἐμπόδισμα.] κώλυμα. 18. ἐφορμεῖν.] ἀνθίστασθαι. 19. ἐκπολεμῶσαι.] ἐχθροὺς ποιῆσαι. Ibid. δεῖν.] δίκαιον νομίζειν. 24. καθυφείμεθα.] προδοίημεν. 27. ἀπειρηκότων.] ἀπειπόντων. pen. ἐμποδὼν.] ἐμμέσῳ. ult. καταστρεψαμένῳ.] καταδουλωσαμένῳ. Ibid. ἐπικλῖναι.] ῥῆψαι, χωρῆσαι.

31. 9. παράδοξον.] θαυμαστὸν. 16. ἀθώους.] ἀζημίους. 17. ἀθυμοτέρους.] ῥαθυμοτέρους.

32. 2. ἀπέχθειαν.] ἔχθραν. 7. προὖπτον.] φανερὸν. 11. αὐτάρκη.] ἱκανὰ, δυνατὰ. 22. ὀξύτατοι.] δυνατώτατοι. ult. ὑπισχνούμεθα.] ἐπηγγειλάμεθα.

33. 4. συγκατασκευάσαντες.] συμπράξαντες. 18. ἀθροίσαντα.] συναγαγόντα.

34. 3. ἐνδέχεται.] δύναται. 5. οὔ τοι σωφρόνων.] οὐδαμῶς φρονίμων. 9. ἐᾶν.] συγχωρεῖν. 11. ἀπέχθωμαι.] ἐχθρὸς γένωμαι. Ibid. τηνάλλως.] μάτην. 18. παριόντες.] ῥήτορες. 23. προπέποται.] προδέδοται. ult. βραχὺς.] σύντομος. Ibid. γνώριμος.] φανερὸς.

35. 1. παραδείγμασι.] ὁμοιώμασι. 17. ἀναθημάτων.] ἀγαλμάτων. 18. σώφρονες.] ἐπιεικεῖς, μέτριοι. 19. ἐν τῷ τῆς πολ.] ἐν τῇ ἰσότητι. 22. σεμνοτέραν.] πολυτελεστέραν. Ibid. εἰς περιουσίαν.] εἰς πλοῦτον.

36. 3. ἐρημίας.] ἡσυχίας. 5. ἀξιόχρεω.] ἱκανοῦ. Ibid. περὶ τῶν πρωτείων.] περὶ τῆς ἡγεμονίας. 6. ἀντιτάξασθαι.] πολεμῆσαι. 7. βραβεύειν.] διοικεῖν. 9. εἰς οὐδὲν δέον.] εἰς οὐδὲν χρήσιμον. 12. ἠσκήκαμεν.] ηὐξήσαμεν. pen. ἀγαπητὸν.] εὐκτὸν.

37. 3. ἐκνενευρισμένοι.] ἀσθενεῖς, δύναμιν οὐκ ἔχοντες. Ibid. πεπηρημένοι (sic).] ἀφῃρημένοι. 7. ἀνανδρότατοι.] ἀσθενέστατοι. 8. καθείρξαντες.] συγκλείσαντες. 9. τιθασσεύουσι.] ἡμεροῦσι. Ibid. χειροήθεις.] πράους. 12. ἐπιτηδεύματα.] πράγματα. 24. λημμάτων.] κερδῶν, προσόδων. 27. νέμεσθαι.] διαμερίζεσθαι. pen. διαρκῆ.] ἱκανὴν.

38. 1. μισθοφόρον.] μισθὸν εἰσφέρειν. 25. τῆς τάξεως.] τοῦ ὅρου. pen. ἕλοισθε.] προκρίναντες λάβοιτε. ult. συνοίσειν.] συμφέρειν.

Ad secundam Philippicam.

(*Nam ad primam nihil Scholiorum adscriptum erat.*)

66. 9. ἀφέσταμεν.] ἀναχωροῦμεν. 23.ποῤῥωτέρω.] μακρότερον. Ibid. λήσει.] λανθάνει. 24. ἀνταῖραι.] ἀντιστῆναι.

68. 6. ἀνταλλάξασθαι.] ἀντιδοῦναι. 9. ἑτέρως.] ἐναντίως. 16. προελομένους.] προκρίναντας. 18. γλίχονται.] ἐπιθυμοῦσι.

69. 17. ὑπόπτως.] ἐχθρωδῶς. 24. ἀναιρεῖ.] ἀπολύει.

70. 3. συντάττων.] συντρέχων. 5. ἀνταγωνιστάς.] ἐναντίους. 19. σκαιότητα.] δυστροπίαν. 21. ἐναργῆ.] φανερά.

71. 2. ἀνῄρητο.] ἀνέλαβεν. 14. παραιρήσεσθαι.] λήψεσθαι. 22. χειροποίητα.] διὰ χειρῶν γενόμενα.

72. 12. συνιέντες.] νοοῦντες. 14. περιτειχίζεσθε.] περικυκλοῦσθε. 16. ῥᾳστώνη.] ῥαθυμία.

73. 4. δύσκολος.] χαλεπός. Ibid. δύστροπος.] κακότροπος. 8. τέλεσι.] δαπανήμασι. 21. τηνάλλως.] μάτην. Ibid. ἀδολεσχῶ.] φλυαρῶ.

74. 1. δεδωροδοκηκόσι.] δῶρα εἰληφόσι. ult. ὑποσχεῖν.] δοῦναι.

In tertio exemplorum editionis Francfurtanae ab Askewio ad me missorum reperi istaec. In primo volumine varias lectiones ex Harleyano et Lockerano codd. de quibus modo dixi. In secundo et tertio tota farrago lectionum, quam Taylorus in sua editione orationum et in causa Aeschinea, et in aliis causis publicis versantium expromsit. Tum volumen quartum, causas privatas tenens, quod meam spem imprimis arrexerat, eam turpissime fefellit, plenum chartis, sed inanibus, in quibus ne litera quidem esset exarata, nisi quod ad orat. c. Macartatum lectiones quaedam ex Augustano essent annotatae, haud constat cur, aut quo. Superest in subsidiis Tayloranis Londino ad me missis editio Parisina, in qua haec reperi. In parte prima, quae penes me penesque omnes ad orat. pro corona procedit, paene nihil egerat Taylorus, quam ut lectiones aut coniecturas, sive Morelli, sive Lambini, Parisinae in calce subiectas adscriberet, si quid in scholiasta notabile, seu citatum auctorem reperisset, nomen eius in margine indicaret, sive vocabulum insignius enarratum, item: raro coniecturas suas adspersit, quas hic seorsim referam, quia sic melius spectari, h. e. iudicari possunt, quam in turba alienarum annotationum veluti sepultae. Sunt igitur Io. Taylori ad Olynthiacas et Philippicas et Suasorias, (quae omnes alias uno brevi nomine Philippicarum comprehendi solent) annotationes hae.

9. 13. εἴπερ ὑπέρ.] orat. pro corona εὐήθες ᾠήθης.

10. 4. εἰκότως.] ἐκείνως. 7. q. glossa.

11. 8. γρ. περιπεπτωκότα — σχολ. (id est sic Scholiastes.) 9. ταὐτό.] F. τοῦτο. 27. τίς οὗτος;] l. τίς; οὗτος. id quod p. 30. 9. quoque repetit.

12. 13. ad sententiam οἱ μὴ χρησάμενοι — Antonius et Maximus sermone 50.

16. 1. Plutarchus de fortuna ad extremum.

18. 20. ὑπὲρ.] περὶ.

20. 16. πιστεύουσιν.] F. πιστεύσουσιν. 23. ταῦτα.] F. ταὐτὰ.

21. 4. οἶμαι.] *for instance.* Antonius et Maximus sermone primo.

22. 9. ὅπαι.] l. ὅπη.

24. 6. στρέμμα.] Plutarchus videtur σπάσμα legisse. v. de discrimine adulatoris et amici p. 43. ed. Gr.

25. 17. ταῦτα.] F. ταὐτὰ. 27. ἐκ φαύλων αὖ τὰ χρηστὰ, sine forte. et in posterum, ubi f. non praeposui, ibi Taylorus quoque omisit.

28. 2. ἀποβλέπω.

32. 20. ὑπάρχειν.] ὑπάρχει.

33. 26. Plutarchus de vitioso pudore.

36. 18. Aristophanes.

37. 6. βοΐδια.] Scholiastes scribit βουδρόμια.

38. 14. μικρὸν.] μικρῶν Scholiastes.

41. 4. γρ. χρωμένοις. v. Schol.

43. 1. προσπεριβάλλεται.] γράφεται in nonnullis exemplaribus, ait Ulpianus, περισχοινίζεται. haud credo. fortassis in quibusdam περισχοινίζεται pro περιστοιχίζεται. Sed in hodiernis exemplis istius lectionis nec vola, nec vestigium.

44. 14. ἄλλως.] F. ἄλλο. Haec verba, ἡ μὲν ὑπόσχεσις etc. alicubi, uti memini, citat Longinus, qui multa mutuatur a Demosthene non adducendo tantum, verum effingendo (sic), ut alibi notavi.

44. 20. ἱππαγωγοὺς, τριήρεις, καὶ πλοῖα ἱκανά. ita distinguit Laz. Bayfius in libro de re navali. v. Robortelli Emendat. 1. 2.

46. 5. καὶ ἱππαγοὶ ς (sic) τούτοις. Robortellus Emendat. 1. 2.

47. 3. f. punge post στρατιωτῶν. [nam comma deest h. l. Parisinae.]

pen. τάλαντα ἐννενήκοντα καὶ μικρόν τι πρὸς.] 20 M. per Mouth X 12 = 240 X 10 = 2400 = 40 Talents. 10 Dr. p. M. X 2000 στρατιωτ. = 20000 Dr. X 12 = 240000 = 40 Tal. 30 Dr. p. M. X 200 equit. = 6000 Dr. X 12 = 72000 Dr = 12 Talents.

40 Talents.
40 Talents.
12 Talents.

S. T. 92 Talents.

48. 22. τόπον.] F. τρόπον.

49. 23. ἄγων καὶ φέρων.] Robortell. Emendat. 1. 3.

50. 20. ἀντιδόσεις ποιούμεθα.] Robort. l. c.

52. 9. ὑπὲρ.] F. ὑπὸ.

61. 24. quo pacto hi videantur declarasse sibi placere et calculo suo probare facta eorum, quaeque ipsi ab illis perpessi sint. Ita vertit et disserit de vi vocis ἐκδέχεσθαι cl. Abresch Animad. ad Aeschylum 2. 32.

67. 19. F. ποιῆσαι, aut ποιήσειν. ult. αὐτοὺς.] F. αὐτός.

68. 2. ταῦτα.] F. ταὐτὰ, quod idem ad

70. 18. repetitur.

71. 23. Plutarch. praecept. politic.

78. 22. ἐπιδείκνυται.] F. ἐπιδείκνυτε.

90. ult. δ'.] F. δή.

100. 27. ἀργυρίων.] F. ἀργυρείων.

121. 27. v. notas ad Plutarchi Themistocl. initio MS. de ἄτιμος v. Harpocr. et Abresch. ad Aeschylum 2. 21.

152. Oratio haec non videtur apposita epistolae Philippi n. 133. or. pro Corona [edit. Lips. p. 250. pen.], licet istud ibi videatur Ulpiano. mihi fides huius orationis valde suspecta est propter locos communes, quibus referta est. Imo tota paene consarcinata est ex Philippicis et Olynthiacis.

154. 6. ὁρῶ.] F. ἐρῶ.

172. 14. ἐκεῖνοι.] Olynth. 3. c. Aristocrat. p. 328. ed. nostrae.

178. ad titulum ὁ περὶ τῶν συμμοριῶν.] rectius Dionysius ὁ περὶ τῶν βασιλικῶν.

Haec pauca et sola, et nil aliud praeterea, quod proprium Tayloro et dignum relatu fuisset, ab eo adscripta reperi marginibus editionis Parisinae ad Philippicas, quae iam spectare et aestimare cuiusque est: nam reliquis ad orr. in causis Aeschinea aliisque publicis ab ipso editas adscriptis ipse iam dudum publice usus est. Quae in eiusdem exempli marginibus ad causas privatas, secundo volumine nostrae edit. comprehensas, adscripsit, ea suo tempore, ubi illuc pervenero, proferre haud obliviscar.

In eo volumine Wolfianae Francfurtanae, in quam lectiones Harleyani et Lockerani inscripserat, interspersas illis variantibus proprias Tayloro animadversiones et coniecturas reperi, quas in libellis variantium lectionum loco quamque suo retuli, ut e. c. ad p. 15. v. 26.

Porro tenendum, lectiones has Harl. et Lock. a Tayloro bis esse illatas in exempla Francfurtanae, alterum illud, unde Moschopuli scholia protuli; verum ibi vix decimam partem reperi earum lectionum, quas postmodum in altero exemplo reperi multo pleniores. Solebat Taylorus, homo, ut videtur, in tractando certe Demosthene ordine commodissimo non usus, ut mirer, qui potuerit ipse scripta in schedis suis reperire, eadem vel decies in diversis chartis passim locorum exarare, alia prorsus eadem, alia mutatis formis, ut hic loci lectiones has in altero exemplo

plenas dedit, in altero mutilatas. Quod cur fecerit, equidem non exputo. Mihi vero molestiam haec eius indiligentia creavit haud mediocrem: nam cum ex altero decurtato exemplo lectiones illas iam in libellos meos variantium intulissem, paulo post, perquam tempori, cum schedae iam typographo tradendae essent, incidens in alterum plenius exemplum, necesse habui iam actum denuo agere.

Haec habui de subsidiis dicenda ad Demosthenem illuminandum facientibus, ab Askewio velut ex haereditate Taylorana ad me ultra mare missis. De codicibus mstis librisve vetustis prelo excusis, quibus ego sum usus ad congerendam materiam variantium lectionum, iam dixi alio loco, neque multum est, quod iis nunc addere habeam. Verum tamen paucis verbis recensebo copiolas meas, ut quicunque eas cito intuitu brevi in areola expositas oculis collustrare possit.

1. Aldinae primae penes me est codex, cui Ulpianus et Harpocration a bibliopego adiunctus est, item ab Aldo editus; volumen, quod magni facio, meique iuris et mancipi est.

2. Aldina posterior, sed eundem annum, quem prior, praeferens. Exempla eius olim complura usurpavi, Weimaranum, Lessingianum, et illud, quod plures per annos penes me habui e Bibliotheca Senatus Lipsiensis Amplissimi: nunc habeo penes me exemplum illud, quod in libellis variantium *Aldinam Taylori* usurpo.

3. Basileensis primae, in folio, mere graecae, e typographeo Herwagii, quod est Aldinae, fortasse paullo emendatius, apographum, habeo duo exempla, alterum purum, quod est mei iuris, aere meo emtum, alterum ab Askewio Londino ad me missum; quod quia superius loco suo copiosius designare oblitus sum, pauca de eo dicenda hic repetam. In titulo circa statuam tricipitem, quod symbolum Herwagii est, scriptum adhuc clare legitur Edouardus Rauenus, et perobscure, nam cultello erasum est hoc nomen, ut vix agnosci possit, quod *Εὔριχος Μέλανδρος* suspicabar legendum esse, verum in extrema calce huius ipsius exempli rursus circa statuam Herwagii tricipitem latinis literis hoc idem nomen reperiebam clare et perspicue exaratum, non erasum, sic: *AHenry Ailand*, id est *Augustus Henricus Ailand*. Qui homines nigri an albi fuerint, mihi non constat. Fortassis Ed. Rauenus annotata illa in marginibus huius exempli exaravit; haec enim ductibus literarum, quibus in titulo nomen suum Rauenus exaraverat, sunt simillime exarata. Ipse Taylorus in summo margine huius tituli nigris literis seu atramento haec adscripserat: *Black. From a Copy Bibl. Bodley. A. 2. 20. artic. Selden.* in imo autem rubris seu rubro liquore: *Red. MS. notes in a Copy of this Edition lent my by Dr. Barnard, Dean of Rochester.* Ubi in variantium lectionum libellis huius codicis mentionem facio, ibi *Herwagianam Taylori*

cito, sed cum distinctione. Quae scripta a vetusta manu recito, sic appello: *vetusta manus in Herwagiana.* Maluissem dicere *Eduardus Rauenus in H. T.*, si certo mihi constitisset, ab eo ista scripta fuisse. Quae autem Taylorus atramento adscripserat, ea appello *Selden. in Herwagiana Taylori,* quia dicitur ille liber e legato Seldeni in Bodleyanam bibliothecam pervenisse. Quae autem Taylorus rubrica adscripserat, ea appello *Herwagiana Taylori e Barnardina.* Horum librorum ille Seldenianus procul dubio est is, quem Taylorus in Prolegomenis ad Demosthenem a me in volumine octavo oratorum editis p. 702. versu 14. designat his verbis: *Observatiunculae ad oram exemplaris Herwagiani prioris* [hoc dicit respectu minoris in tribus voluminibus in octavo, quae est Herwagiana posterior] *in bibliotheca Bodleyana.* Exemplum autem Herwagianum a Barnardo, Decano Roffensi, cum Tayloro communicatum esse videtur id, quod ibidem loci in continenti sic describitur a Tayloro: *Bern.* Variae lectiones.

4. Felicianea, quam Strasburgo ad me misit e lectissima atque instructissima sua bibliotheca Brunckius, Vir illustris. Hac si citius potitus essem, aut ex ea recudendum Dem. textum operis nostris in manus dedissem, aut certe variantes eius lectiones omnes quam diligentissime inde excerpsissem; quod nunc secus est factum. Interim tamen idem est rursus quoque quodammodo factum; nam antehac illam Venetam, quae decennio paene post Felicianeam ex officina Pauli Manutii prodiit, a Io. Frid. Fischero, V. C. bonarum literarum apud nos Lipsienses professore industrio, mecum communicatam, diligentius excusseram; quod merum est Felicianeae apographum, nisi quod innumeris mendis typographicis scatet, a cuiusmodi faecibus Felicianea liquida et defaecata est. Interim sic satis certus esse poterit lector, ubi aio in Var. Lect. Manutianam sic dare, in Felicianea quoque sic legi, quod exemplum Felicianeae operae Paulinae verbatim recensuerunt.

Adminicula haec omnia (nam de Wolfiana et Taylorana editione cum alibi a me dictum sit, neque eae sint editiones primariae, e codd. mstis expressae aut correctae, hic a me non commemorabuntur) adminicula igitur haec si citius omnia una ad manus habuissem eo tempore, quo uni huic rei, collectioni variantium lectionum e libris Demosthenicis manuscriptis et primis atque vetustissimis excusis, deditus eram, multo diligentius et illas ambas Aldinas inter se contulissem, quod omissum valde doleo, et Felicianea melius essem usus, quod hoc aegrius fero, quia libris tam inventu raris paucis potiri licet. Tempore post, animo ad alia converso, piguit ad molestam illam operam reverti, qua profecto non est alia miserior calamitas, cum vita hominis grammatici seu, si mavis, critici copulata, quam variantes colligere, cassas plerumque nuces. Et vel sic tamen illam invisam et exosam operam prorsus devitare nuper non potui, sed necesse habui denuo subire, cum

copiae Tayloranae ex Anglia ad me perlatae excutiendae essent: id quod his ipsis diebus, per quos nauseans et torpens ad nihil non ab eiusmodi molesta opera magis, quam unquam alias, abhorrebam, faciendum mihi fuit. Universe, si qua alia in parte editio mea Demosthenis defectu et labe quadam laborat, quas ei labes insidere permultas ultro confitebor, in hac parte variantium vel maxime laborat, tametsi caeteroquin hac ipsa in parte reliquas omnes superiores copiis rerum antecellit. Quod ultra hoc loco dicam, non habens, deum rogo, ut intra breve tempus virum fortem, adolescentem navum, excitatum, ardentem, ingenii pollentem viribus, reliquis affluentem commoditatibus atque opportunitatibus, impellat, ut operi a me inchoato feliciter coronidem imponat. Scripsi Lipsiae d. 20. Iulii 1774.

CAROLI AUGUSTI RUEDIGERI
DISSERTATIO
DE
CANONE PHILIPPICARUM DEMOSTHENIS.

[Prodiit Fribergae 1820.]

5* Quum post litteras renatas illud maxime orationum genus, quo religionis Christianae magistri ad animos commovendos et ad studium virtutis augendum utuntur, excultum sit atque perpolitum, nuper ea eloquentia, quae versatur in *rebus publicis*, quaeque, nisi Anglos excipias, diu contemta iacuit ac neglecta, apud nostrates e latebris suis revocata est et in lucem producta. Quae res ut iis omnibus, qui huic arti student et quanta eius vis sit non ignorant, laeta erit atque accepta, ita haud scio an subtilius oratorum veterum et maxime Graecorum vel propterea excitet studium, quod hi eloquentiae verae et calamistris non fucatae auctores nunquam non erunt. Sed ne haec ars, quae nova iam cepit incrementa, unquam ad verborum vanitatem et orationis ieiunitatem descendat, ii optime providebunt, qui perfectorum oratorum opera non modo multum diuque versent, sed etiam, quae sit illorum in dicendo inventio, dispositio, argumentatio et gravitas, perspectum exploratumque habeant. Veterum vero oratorum memoriam recolentibus *Demosthenes*, Atheniensis, iure primas tulisse videbitur: qui quidem non solum indefesso labore totum se eloquentiae tradidit, sed etiam optimorum historicorum studio et praestantium suae aetatis
6 oratorum disciplina usus optima quaeque elegit ad artem, quam profitebatur, perficiendam, ut et antiqui et recentiores Critici in eius laude consentiant. Ex illis maxime est audiendus *Dionysius Halicarn.*, qui in libro de admir. vi Demosthenis in dicendo T. VI. p. 1021. ed. Reisk. dicit, se, aliqua Dem. oratione sumta, numine quodam corripi variisque moveri affectibus,

* Numeri marginibus adscripti indicant paginas editionis Fribergensis.

diffidere, contendere, metuere, contemnere, odio inflari, misericordia et benevolentia duci. Conferendus etiam est Cicero in Bruto c. 9.: „Nihil acute inveniri potuit in eis causis, quas scripsit (Demosthenes), nihil (ut ita dicam) subdole, nihil versute, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius; nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quidquam esset elatius.“ Uterque hic scriptor multa alia affert, quibus, quantus ille fuerit orator, doceat: quae ut taceo, ita etiam Longini, Hermogenis, Demetrii Phalerei, Quinctiliani nullam faciam mentionem. Ex recentioribus Iaenisch et A. G. Becker[1]) de virtutibus nostri Oratoris scripserunt, quamquam nonnulla magis tangunt quam exponunt, ut de bono exemplorum usu, de modestia, de laude et vituperio, quo audientium animos eo, quo vult, impellit, de metaphoris recte adhibitis et de aliis eiusmodi rebus. Haec praemonenda duxi, quo magis eius rei, quam pro exigua facul- 7
tate persequuturus sum, gravitas intelligeretur.

Quemadmodum enim paene omnibus classicis scriptoribus accidit, ut opera, ipsorum ingeniis vel digna vel indigna, nomina tamen prae se ferrent, idem usu venit oratoribus Graecis et praestantissimo inter hos, Demostheni, in cuius Orationibus sunt quaedam, quas ob causas vel ex historia vel e nexu verborum vel e dicendi ratione repetitas Critici ei adscribere admodum dubitaverunt: ex quo genere est Oratio de republ. ordinanda (ed. R. T. I. p. 166 — 177.[2])), de foedere Alexandrino (p. 211 — 220.[3])), Funebris (T. II. p. 1389 — 1400.[4])) et aliae. Sed de his nunc agere a nostro instituto alienum est, quum haec disputatio ad Canonem s. numerum constitutum earum pertineat orationum, quas Demosthenes adversus Philippum habuit. Quum enim numerum duodecim Philippicarum, quas Dionys. Hal. (T. VI. p. 739, 5. ed. R.) nominat, sive undecim secundum edd. vulg. viri docti in dubium vocaverint, a meis rationibus non abhorrebit, edita prima parte Oratt. Philippicar.[5]), priusquam altera in lucem prodeat,

1) Aesthetisch-crit. Parallele des Demosth. u. Cicero, von Dr. Jaenisch. Berol. 1801. Demosthenes als Staatsmann und Redner, von A. G. Becker. Hal. et Lips. 1815. Miror, quod Beckerus Iaenischii libro minus, quam par erat, usus sit, huiusque dicta neque hic illic emendaverit neque amplius persequutus sit; uterque enim fere in eadem re versatur.

2) Wolf. ad Lept. p. CXXIV.

3) Liban. in argum. hui. orat. p. 211. coll. Dionys. VI. p. 1127. 3.

4) Dionys. VI. p. 1027. et 1095.

5) Demosthenis Phil. I. Olynthiac. I — III. et de Pace. Lips. Weidmann. 1818.

disquirere, quae Or. Phil. genuinae sint, quae suppositiliae videan-
tur. In qua quidem re disceptanda ubi antiquos Criticos adea-
8 mus [6]), qui vel aliorum iudicia tradiderint, vel suam sententiam
exposuerint, plerosque deprehendemus in virtutibus oratoriis
Demosthenis versari describendis, crisi vero nihil dedisse operae,
nisi excipias Dionys. Halic. et Libanium, quorum hic in
argumentis, quae singulis orationibus praefixit, interdum haud
exiguam mentis aciem ostendit. At ille, quem facile principem
dixeris antiquorum Criticorum, quum, excepta Oratione de
Haloneso, de fide ceterarum Philippicarum nihil detrahat, qua-
rum nonnullas oratori abiudicamus, eius rei causas nunc perve-
stigemus.

Ac primo quidem illud tenendum est, Dionysium non
solum de gravitate orationum Demosthenis, sed etiam de earum
fide disputasse. Quod, ut alia praetermittam loca, satis patet
ex libro de admir. vi Dem. (T. VI. p. 1126. 11.): *εἰ μέντοι ἔνιοι
ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι ἀηδεῖς καὶ φορτικαὶ καὶ ἄγροικοι κατα-
σκευαὶ, ὡς — ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, ἐν ἄλλοις τε συχνοῖς,
οὓς Δημοσθένης οὐκ ἔγραψεν, ἐν ἑτέρᾳ δηλοῦνταί μοι πραγματείᾳ
τὰ περὶ Δημοσθένη.* Ad multas alias, quas dicit, siquis
referendas censeat nonnullas Orr. Phil., id non convenire vide-
tur cum iis verbis, quae idem auctor in ep. ad Amm. p. 736 —
739. tradit. Atqui non praetereundum est ipsum consilium, quo
hanc ep. Dionysius scripsit. Quum enim aliquis contendisset, De-
mosthenem artem rhetoricam ab Aristotele didicisse et in suis
9 orationibus adhibuisse, Dionysius et ipse indignatione quadam
ductus et ab Ammaeo monitus, in hac ep. ostendit, Aristotelem
tum demum se ad Artem rhetoricam scribendam contu-
lisse, quum Demosthenes aliquot orationes habuisset. Iam etsi
neutiquam eo consilio Dionysius hanc scripsit epistolam, ut illas
orationes, quarum prima laudat verba, Demosthenis esse proba-
ret, tamen quum dicat, eas esse habitas, de fide illarum nihil
derogat; at vehementer dubito, an tanta, quantam vulgo tri-
buunt, illi sit auctoritas tribuenda. Quid quod, quamquam
p. 981. et 994. orationem de Halon., de qua infra dicemus, quo-
dammodo in dubium vocet, eandem tamen in ep. ad Amm. p. 737.
sine ulla controversia in Philippicis numerat? Sed in hoc ipso
numero sunt quaedam vitia, quae negligentiae culpa non omnino
vacant. Primum nominat eam orationem, quam vulgo alteram
partem Phil. I. putant, et de qua deinceps disseretur, sextam,
quin attulerit eam, quae sit quinta [7]); deinde huius ipsius argu-

---

6) De his agit Taylor. in Proleg. ad Dem. (in ed. Reisk. Or. Gr. VIII. p. 709.) sed dolendum, non solum multa ibi esse brevia et obscura, sed locorum, quos V. C. attulit, multos minus idoneos esse, multos etiam falso laudatos.

7) Monuerunt VV. DD. iam inde ab H. Wolfio, pro *ἕκτην* legen-

mentum tale esse dicit, quale, nisi aliam in mente habuerit orationem, revera non est; tum mirum videtur, quod orationem de Pace, quam inter Philippic. laudat, nec numero suo designet nec numerari velit. His accedit, in anno natali Demosthenis p. 724. illum a vero aberrasse: etenim non ad Ol. 99. 4., sed ad Ol. 98. 4. referendus est [8]). Ex his omnibus quis non collegerit, hunc scriptorem non semper ea, qua par erat, subtilitate et 1
diligentia singula perpendisse et multis negotiis distentum ac nimio, ut videtur, studio in censum hanc epistolam scripsisse? Quid quod ipse videtur hoc p. 996. confiteri, se temporis inclusum fuisse angustiis? nam de medio Demosthenis stylo expositurus dicit: εἰ οὖν χρόνον ἀρκοῦντα εἶχον, καὶ τὰς λέξεις αὐτὰς ἂν παρετίθην. Ceteri Critici et Grammatici aut dicunt ἐν Φιλιππικοῖς, aut, si numerant, tamen inde, quod non omnes, quos habemus, numeros explent, certo concludi nequit, illos aliquam orationem vel ignorasse vel scriptori abiudicasse. Sic Harpocration ex decem Oratt. Phil. affert singula quaedam verba, sequutus quippe ordinem vulgatum [9]), quem etiam observatum vides in Hermogene, Aristide, Ulpiano, Etym. M. et in Grammaticorum scriptis, quae Hermannus in libro de emend. rat. gr. gr. et Bekkerus in Anecdot. gr. T. I. ediderunt. Illorum enim potius fuit verba explicare, quam de ipsis librorum auctoribus disceptare.

Quae quum ita sint, restat, ut ex ipso harum orationum ingenio iudicetur, utrum hic numerus Dionysii, quem Canonem dixi, verus sit an non. Iam quum Philipp. Oratt. habitae sint et ante pacem Ol. 108. 2. initam, et post hanc, primo de illis agetur: quae quidem sunt Phil. I. Olynth. I — III. [10]) 11
Sed pro his quatuor Dionysius numerat quinque, Phil. I. in duas dispescens partes, quarum alteram habitam dici post Olynthiacam III. Lelandus et Iacobsius Dionysii rationem probantes argumentis etiam confirmarunt; illam ego quoque defendere studui in Proleg. ad Phil. I. p. 14. sq., quamquam etiamnum

---

dum esse πέμπτην, sed non videntur considerasse, hoc mutato numero, omnes sequentes numeros usque ad δώδεκα esse corrigendos: imo omnia sana esse puto et potius peccasse Dionysium, qui, nescio quo pacto, numerum confudit.

8) Vid. Wolf. ad Lept. p. LXII. et quos laudat Weiske de hyperbol. P. III. p. 14. Hinc ego Dionysium in notis ad vitam Demosth. a Libanio conscriptam non sequi debebam.

9) Bremi (Philol. Beytr. aus der Schweiz T. I. p. 28.) ordinem, quo legerit Harpocr. has orationes, illustrans dicit, s. v. Καθήκοντα, ubi legatur ἐνδεκάτῃ (undecima), esse legendum ἐν δεκάτῳ (in decima); sed in ea qua utor edit. Harpocr. (Lugd. B. 1683.) hoc iam legitur, ita ut nulla correctione opus sit.

10) Recentiores Critici, praeeunte Dionysio Halic., vulgatum ordinem mutarunt. vid. quae monui in Proleg. ad has oratt. in mea ed. p. 75. sqq.

minime abhorreo ab illorum sententia [11]), qui contendunt, unam esse hanc orationem. Sed hi concedent, opinor, in altera parte id maxime agere oratorem, ut ad bellum suscipiendum et bene administrandum suos invitet. His disputatis patebit, numerum Dionysii ab XII ad XI Oratt. Phil. esse redactum. Deinceps vero quaeretur de ceteris Orationibus Phil., inter quas eae, quae de pace et de Chersoneso sunt habitae, tum Phil. II. et III. a nemine in dubium sunt vocatae: at Oratio de Haloneso, Phil. IV. et ea, quae ad epistolam Philippi habita est, in disceptationem venerunt, in quam cur recte adductae mihi videantur, paucis exponam.

Illud sane mirum est, quod de Phil. IV. et ea, quae ad Phil. epistolam est scripta, nemo antiquorum criticorum dubitaverit, Orationem vero de Haloneso plures negent Demostheni recte adscribi. Cuius rei causam hanc esse arbitror. Auctor
12 orationis de Hal. easdem, quas ipse Demosthenes, sequutus partes, suo modo suisque verbis contendit, Halonesum Atheniensibus non reddendam, sed tradendam esse: illarum vero orationum auctores, structurae et dictionis Demosthenicae admodum studiosi, eandemque rem, quam Demosthenes in ceteris Philippicis, defendentes, proxime ad eum accedunt. Veteres vero Criticos, quum potius verba quam rem, quae verbis subest, spectarent, hae minus offenderunt quam illa. Hinc fit, ut causae, cur has tres orationes Nostro abiudicandas censeamus, diversae sint. Iam etsi Oratio de Halon. a veteribus in dubium sit vocata, tamen nostra aetate acutum illa experta est defensorem Weiskium [12]), Professorem nunc Lipsiensem, qui, sententiis veterum et recentiorum Criticorum laudatis, ipse confessus, historiae operem discerni non posse, ex indole et dictione (p. 17.) argumenta maximam partem mutuatur. Quanquam non negaverim, eas locutiones, quas Vir doctissimus affert, a Demosthenis ingenio non abhorrere, tamen alia quaedam et ex historia et ex dicendi genere repetenda omisit, quae nescio an iudicium plerorumque Criticorum comprobent. Etenim iam Dionysius Halic., tametsi, ut supra monui, in ep. ad Amm. VI. p. 737. hanc orationem in Demosthenicis habet, tamen alibi p. 981. et p. 994. ei minorem tribuit fidem et in postremo loco monet, in oratione hac magnificentiam, gravitatem et alias virtutes, quas soleat
13 Demosthenes adhibere, desiderari [13]). Harpocration et ex

---

11) Conf. Praefat. meam p. VIII. Becker l. l. p. 268. Weiske de hyperbole I. p. 38. et Bremi Philol. Beytr. I. p. 27.

12) Orationem de Haloneso Demostheni, cui vulgo abiudicatur, vindicat Beni. Gotth. Weiske. Lübb. 1808. 4.

13) Miror, Weiskio (p. 11.) testimonium Dionysii Hal. vel solum sufficere ad suam opinionem fulciendam; nam cur locus ex ep. ad Amm. minoris sit momenti, ex consilio auctoris supra demonstravimus.

hoc Suidas et Etym. Magni auctor (hi tres s. v. Ἡγήσιππος) monent, a quibusdam orationem de Haloneso Hegesippo tribui [14]), alii, ut Photius in Bibl. p. 1466. ed. Hoesch., rem incertam relinquunt. At diserte hanc orationem Demosthenis esse negat Libanius in argumento p. 75, 10. ὁ δὲ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους εἶναι· δηλοῖ δὲ ἡ φράσις καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία πολὺ τὸν Δημοσθενικὸν πεφευγυῖα τύπον, ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη παρὰ τὴν ἰδέαν τούτου τοῦ ῥήτορος. Huic adsentiuntur plures recentiorum, Meursius, Kusterus, Gesnerus, Ruhnkenius, Morus, Taylorus et Reiskius, quin argumenta eius rei afferant, quod factum vides a novissimis interpretibus, Fr. Iacobsio et A. G. Beckero [15]), quorum uterque dubitat, an haec oratio Demostheni tribui possit. Liceat paucis ostendere, hanc sententiam suis argumentis minime carere, quae et ex ipsa historia et ex dicendi genere desumuntur. Ex illo genere unum erit, quod afferamus: nam p. 77, 10. auctor huius orationis dicit, se ex iis fuisse legatis, qui ad Philippum missi essent: cum quo loco si conferamus d. fals. leg. p. 447, 9.: τὸν γὰρ Ἡγήσιππον ὁρᾶτε καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πρέσβεις ὅπως ἐδέξατο, facile patebit, utriusque orationis huius non potuisse eundem esse auctorem [16]). Quae res ut 14
paucissimis declaratur verbis, ita maximi est momenti: quae enim argumenta ex dicendi genere repetuntur, quamvis accuratissime exposita, saepe non tantam habent vim, quantam vel unum, quod historia nititur. Possit adversarius quis hac sententia in suam rem uti, adhibens testem ipsum Aeschinem in orat. c. Ctesiph. p. 476. ed. R.: ὁ δὲ (Demosthenes) ἀπηγόρευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν (Philippus), ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσι, περὶ συλλαβῶν διαφερόμενος [17]). Addat etiam Plutarch. Vit. Dem. c. 9.: ἣν (Halonesum) Ἀθηναίοις Δημοσθένης συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν παρὰ Φιλίππου. Nonne, dicet, eadem leguntur in Or. de Hal. p. 78, 3. ἄν τε λάβητε, ἄν τ' ἀπολάβητε? Ex his illud quidem recte colligitur, Demosthenem orationem de Haloneso habuisse· sed utrum ea, quae in manibus extat, eadem sit, dubitatur; nam probabile est, alios etiam, qui hanc rem dicendo persequuti sint, hoc discrimen, utrum Phil. insulam det, an reddat [18]), tetigisse.

---

14) Si Harpocrat. et Etym. M. aliis in locis (ille s. v. Βρούχετα, hic s. v. Σύμβολον) hoc iudicium non repetunt, vix concludi potest, illos sententiam mutasse.

15) Demosth. Staatsreden, v. Iacobs, p. 378 sq. Demosth. als Staatsmann und Redner, von Becker, p. 280 sq.

16) Vid. Iacobs. l. l. in nott. p. 400.

17) Conf. Brodaeus et Taylor. ad h. l.

18) De iis, quae habet Quinctil. Inst. Or. III, 8. „Estne finitio apud Demosthenem, det Halonesum Philippus, an reddat?" idem statuendum videtur.

Plures vero de Haloneso apud populum egisse, docet ipse Phil. in ep., quam Atheniensibus scripsit, p. 162, 16. ed. R. *διδόντος μου τὴν νῆσον, οἱ ῥήτορες λαμβάνειν μὲν οὐκ εἴων, ἀπολαβεῖν δὲ συνεβούλευον.*

Quod ad dicendi genus attinet, in universum moneatur, gra-
15 vitatem, simplicitatem orationisque ornamenta, quae in Demosth. oratt. esse soleant, hic non inveniri. Nam praeter modestiam, quae est in hoc oratore (Phil. I. p. 40, 1.), dicendi gravitas, quae cernitur in *sententiis et praeter exspectationem propositis* — *σχήματα παρὰ προσδοκίαν* — (Olynth. I. (III.) p. 10, 8. Ol. II. (I.) 22, 11. 25, 26. 31, 9. Ol. III. (II.) 33, 26.) et *sibi invicem oppositis* — *ἀντιθέσεις* — (Olynth. II. 23, 24. 31, 1. Olynth. III. 33, 16.) in eo maxime laudanda est. *Interrogationibus* (Olynth. III. p. 33, 10. 38, 5. Phil. I. p. 40, 15. 43, 2.) non minus utitur ad animos audientium commovendos, quam *metaphoris* (Phil. I. p. 42, 16. 21. 43, 1. 48, 25. 51, 10. 54, 9.) et *imaginibus* atque *comparationibus* Homeri instar [19]) ex ipsa rerum natura petitis (Olynth. II. p. 21, 7. 24, 3. Olynth. III. 33, 5. Phil. I. 47, 13. 51, 24.). Longiores etiam eaeque difficiliores hic illic deprehenduntur enuntiationes ad rem aliquam uno tenore pronuntiandam (Ol. II. 19, 10 — 30. 22, 15 — 28.). Quid quod praestat oratio Demosthenis *bene honesteque dictis* distincta? (Olynth. II. p. 21, 19. 26, 3. 29, 3. Ol. III. 32, 17. [20])) His vero, quas proposui, sermonis Demosthenici virtutibus vacat, me quidem iudice, oratio de Haloneso; neque etiam eius *acerbitatis* ve-
16 stigia [21]), qua Demosthenes Philippum notat, (Phil. I. p. 41, 6.

—

19) Omnino, quod iam veteres animadverterunt Critici, Homericam dicendi rationem imitatur Demosthenes, quod inter alia apparet ex duorum verborum usu ad eandem rem significandam. Phil. I. p. 41, 1. 42, 29. Vid. quae dixi in mea edit. p. 26.

20) Cfr. *Becker* l. l. p. 215.

21) Cum omnino magna est cautio adhibenda in oratorum usu ad historiam conscribendam, tum maxime, si quis alicui (ut Demosthenes Philippo) odium et invidiam conflaturus est. Hinc etsi iam dudum dubitaverint VV. DD. de fide Demosthenis historica in rebus Philippi enarrandis, tamen illud, ni fallor, praetermittere non debebant, huic oratori multa deberi, quae alioquin in oblivionem venissent. Cfr. librum praestantem: B. G. *Weiske* de hyperbole errorum in histor. Philipp. commissorum genitrice. Misen. 1819. 4. Sed iam ante Weiskium L. C. *Valckenarius* in Or. de indole, virtutibus et rebus gestis Philippi (Hemsterhus. et Valckenar. Oratt. L. B. 1784. p. 225. sqq.) monuerat, Demosthenis invidiam historicorum testimoniis debilitatam esse. Sed liceat Viri huius Celeb. verba de Philippo afferre (l. l. p. 239.): „Philippus princeps comis et affabilis fuit, facundus, facilitate et humanitate summa, beneficus, mansuetus, clemens, effundendae pecuniae longe magis prodigus, quam sanguinis. Exornatus doctrinae cultu studia litterarum

51, 1.) in ea deprehendi. Quemadmodum ea, quae monui
Demostheni esse propria, in hac oratione non sunt, ita insunt
quaedam a Demosthenis indole aliena. Structura enim verborum
tum facilior, tum contortior saepe est, quam in Demosthene.
Nam quum p. 76, 6. structuram orator per nominativum ingres-
sus esset, in ipsa apodosi sequitur alius casus: cum quo loco
cfr. p. 87, 27. Deprehendes etiam quasdam locutiones in hac
orat., quae dicendi generi nostri oratoris non conveniant, ut p. 82, 17
23. *τῷ ἀπολλύντι 'Αμφίπολιν* hoc sensu: cuius decreto Am-
phipolis amissa est. P. 83, pen. *πεφυλαγμένως ἐπιστέλλειν*,
„caute perscribere," p. 85, 4. *ἐπιστομιεῖν ἡμᾶς ἔφη*, ubi
ἐπιστομίζειν, os loquentis reprimere, non Demosthenis esse iu-
dico. Videtur nempe haec vox eiusdem esse generis, quo illa
loquutio, quam Libanius iam notavit (p. 88, 1.) *εἴπερ ὑμεῖς τὸν
ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις κα-
ταπεπατημένον φορεῖτε*, „si cerebrum in temporibus, neque in
calcibus conculcatum geritis." Quae Weiskius l. l. p. 23.
monuit ad defendendum oratorem, ea, si quid video, non vere
defendunt, nam exempla, quae attulit, alius sunt generis. Iam
etsi ob hanc solam dictionem, quae ab ornata oratione abhorret,
ut potius foeda dici possit, Orationem de Halon. non damna-
verimus, ea tamen accedit ad cetera argumenta, neque vi sua
caret. — Mirum etiam illud visum est, quod, quum p. 81, 24.
Pythonis mentionem faciat orator, hunc non eo modo com-
memoret, quo de Cor. p. 272, 15 sq. Quid dicam de Philo-
crate, quem affert Orator p. 82, 22.? qui Demostheni ita fuit
invisus, ut alibi eum derideat; de Cor. 232, 10. *Φιλοκράτης ὁ
'Αγνούσιος*, p. 310, 10. *συκοφαντία Φιλοκράτους*, de fals. leg.
p. 345, 1. *μιαρὸν καὶ ἀναιδῆ Φιλοκράτην* dicit, cfr. p. 345, 23. ut alia
taceam loca; nostro vero in loco nihil tale de eo dicit, quale in
illis. Iam etsi, quod nemo negabit, multae res gestae attingan-
tur in hac oratione, quae in aliis etiam Nostri orationibus comme-
morentur, facile tamen concedetur, eas non impedire, quo minus,
si alia valent argumenta, orationem alicui adscribamus. Deni- 18
que addam hoc, quod pro mutua ceterarum orationum similitu-
dine in hac tam pauca legantur, quae conveniant cum verbis et
loquutionibus, quibus Noster utitur in aliis Orationibus Phi-
lippicis. Weiskius quidem orationem de Hal. Demostheni vin-

nunquam intermittebat, hominum litteratorum studiosus." Cfr. Drumann's Ideen zur Geschichte des Verfalls der griechischen Staaten. Berol. 1815. p. 27. qui de Philippo haec: „Sein Character war, immer characterlos zu seyn in Gesinnung und Handlung; sein Grundsatz, keine Grundsätze zu haben, dem, welcher nach Regeln handelt, zuvorzukommen, und ihm überall das Ziel zu verrücken; seine Gewohnheit, sich an Nichts zu gewöhnen; seine Stärke, Herr seiner selbst zu bleiben und alles um sich her zu leiten."

dicaturus affert (p. l. p. 14.) exemplum dictionis repetitae [22]), quae iam in Phil. III. legatur, sed hoc non ita est comparatum, ut in eo acquiescas. Nam si comparas Olynth. I. p. 10, 29. cum Ol. III. p. 30, 21. et Ol. I. p. 11, 25. cum Ol. III. p. 30, 9. denique Ol. I. p. 15, 17. cum Ol. II. p. 21, 14. invenies talem similitudinem, quam in oratione de Hal., cum alia comparata, frustra quaeres: ut omittam semel dicta, quae in hac orat. occurrunt, quibus ipse non multum confido. His de causis, quas attuli, orationem de Halon. nego Demostheni posse tribui.*)

---

22) Alterum enim, quod laudat, exemplum desumtum est ex orat. ad Phil. epistolam, quae ipsa in dubitationem cadit. Ceterum Vir praeclarus in nota (p. 13. et 14.) quaedam attulit repetitionum orationis Demosthenicae exempla, usus in hanc rem locis, quorum fides incerta est.

*) Dignissima est quae legatur diligenterque expendatur de huius orationis *νοθεία* disputatio viri egregie docti, Christophori Gotthelf Gersdorfii in libro bonae frugis plenissimo, qui prodiit Lipsiae 1816. hoc titulo inscriptus: Beiträge zur Sprach-Characteristik der Schriftsteller des Neuen Testaments. Erster Theil. ubi p. 15. s. sic Gersdorfius:

„Die höhere Kritik ist das unnützeste Ding von der Welt, wenn sie nicht, sie mag nun entweder bisher gültige Schriften für unecht erklären oder bisher ungültige für echt, vornehmlich durch ein sorgfältiges Studium der Sprach-Characteristik geleitet wird. Unter die unechten Reden des Demosthenes wurde zeither besonders die *Περι της Ἁλονησου* gerechnet, und Libanius in s. *ὑποθ.* sagt: *οὐ δοκει μοι Δημοσθενους εἶναι. δηλοι δε ἡ φρασις, καὶ ἡ της συνθεσεως ἁρμονια πολυ τον δημοσθενικον πεφευγυια τυπον κ. τ. λ.*, mit Berufung auf die *πρεσβυτερους*, denen sie ebenfalls verdächtig gewesen sey. Und wirklich, ausser dem was Liban. noch anführt, wehet darin ein ganz *eigener* Geist der Ironie, der dem sonst wohl auch ironisirenden Demosth. doch ziemlich fremd ist. Aber ich finde angezeigt: „Orationem de Haloneso Demostheni, cui vulgo abjudicatur, vindicat" — *Benj. Gotthold Weiske* 1808., und weiss nicht, ob die Demosthenische Sprache gehörig darin berücksichtiget ist. Denn gleich mit dem Anfange der Rede *Ανδρες Αθηναιοι, οὐκ ἐστιν ὁπως αἱ αἰτιαι, ἁς Φιλιππος αἰτιαται κ. τ. λ.* hört man schon das, was dem Demosthenes sehr ungewöhnlich ist. Nämlich 1) so viele 100mal auch Demosth. *ανδρες Αθ.* u. dergl. spricht, so stellt er es doch nicht als erstes Wort und zum Anfang der Periode (ausgenomm. Tom. 2. de falsa legat. p. 146. l. 12., wo aber nicht Dem. sondern Aeschines redet, und c. Leptin. init. *ἄνδρες δικασται*), und 2) spricht er selbst immer *ὦ ανδρ. Αθ.*; ferner 3) ist ihm das *verbum* mit dem *nomine cognato* ungeläufig und ziemlich fremd. In Olynth. 2 u. 3, de Pace, Philipp. 2 u. 3, *προς την Φιλιππου ἐπιστολην*, *περι τ. συνταξεως*, *π. τ. συμμοριων*, *π. τ. προς Αλεξ. συνθηκων*, in Apatur. kommt, soviel ich weiss, nie etwas dergleichen vor; in Olynth. 1. aber allenfalls 1mal; in Philipp. 1. (p. 53. l. 13. *λογους ὑπερηφανους. ὡς φασι, λεγει*) und noch 1mal; in Phil. 4. auch 1mal; de Cherson., de Rhod. libertate, pro Megapolit. in jeder 1mal; de Corona 6mal; de falsa leg. 2 oder 3mal; in

Sed haec missa facio, ut ad Philippicam IV. (in ed. Reisk. Orr. Gr. T. I. p. 131 — 151.) — Dionys. Halic., Harpocrat. et Ulpian. eam decimam dicunt — me convertam: quam equidem Demosthene indignam esse censeo. Cur veteres[23]) haec oratio non admodum offenderit, supra exposui: fuisse tamen, qui eam vitu- 19
perarent, colligas ex his Ulpiani verbis: „Qui ante me hanc orationem exposuerunt, ignorarunt, eam a Demosthene ad quemdam subitum eumque parum secundum nuntium, allatum ex Thracia, fuisse habitam. Quamobrem etiam festinanter, necessitate urgente, eam pronuntiavit.“ Eademque ratione auctorem excusat, cur ex praecedentibus orationibus tam multa sit mutuatus. Sed nescio an Criticus noster haec magis de suo, quam sincero usus testimonio, dederit. Valckenarius in Orat. de Phil. p. 251. monet, sibi Philippicam quartam ex Demosthenis ab alia manu videri conflatam. Quam sententiam probant Wolf. ad Lept. p. LX. et A. G. Beckerus (Demosthenes als Staatsmann etc.) p. 296 sqq. Et hunc quidem, quem po-

---

Leptin. 2mal; in Mid. etc. zwar verschied. mal, jedoch, worauf beim Demosth. jedesmal zu merken ist, in *Citaten* der Zeugen, der Gesetze, in der *μιμησις*, der bald feierlichen, bald vulgären, oder auch spottenden und leidenschaftlichen Sprache, womit vielleicht W. *αἰτιας αἰτιασθαι* hier rechtfertigen dürfte. Allein nie kommt *αἰτιας αἰτιασθαι* in Demosth. wieder vor, und in dieser verhältnissmässig so *kurzen* Rede de Halon. findet sich diese Verbindung der Verben mit ihren verwandten Substantiven nur allzu oft. Nicht weit vom Anfang p. 66, 1. *ἐλεγε λογους*; p. 69, 5. *φυλακην φυλαττειν*; p. 69, 16. *ἀποστολους ἀποστελλειν κ. δαπανας δαπανᾳν*; p. 69, 25. *περι της ἐπανορθωσεως, ἡν ἐδοσαν ἐπανορθωσασθαι*; p. 70, 21. *λογους, οὑς ἐλεγεν*; p. 71, 13. *ἐλεγε τους λογους*; p. 72, 7. *ψηφισμα ψηφισασθαι* u. extr. *περι τ. ἐπανορθωματος, ὁ ἐπηνωρθωσασθε*; p. 76, 4. *γραψασθαι γραφην*. Das ist für den Demosthenes zu arg. Citiret ist nach m. Exemplare der Herwag. Ausg. Basil. 1547 in 3 Octavb., das ehemals dem *Jac. Fabricius* zugehörte, und durch des *Mart. Crusius* Hand im Jahre 1551 hin und wieder emendiret worden ist. Auf die Buchschale des 2. Th. schreibt er dem Fabric. unter andern:

εὐ δ' ἐμιην', ὁρᾳεις, ἐπανορθων ἐνθα και ἐνθα,
ὡς τεκμαιρομενῳ δοξεν ἀρειον ἐχειν.“

Hactenus vir doctissimus. Non tacendum est autem, Weiskium, cum de hoc argumento nuper in familiari sermone confabularemur ostendissemque ei quae nondum viderat Gersdorfiana, quo est animi candore, haud gravate fassum esse, suum illum Orationis de Haloneso Demostheni vindicandae conatum caruisse successu.

SCHAEFER.

23) Hermogenes et Aristides, rhetores acutissimi, in nonnullis suorum scriptorum locis verba et dictiones ex hac oratione afferunt. Cfr. Harpocrat. s. v. *Καθήκοντα*.

stremo loco nominavi, quique hanc orationem ieiunitate laborare dicit, aeque ac Augerium, illud maxime offendit, quod orator p. 140, 26. legem de pecunia theatrali, quam paucis annis ante antiquari voluerat, nunc ipse sustineat, itaque secum pugnet. Sed accedunt etiam alia, quae a Demosthene aliena esse dixeris. Quem quum videamus ceteris in oratt. certam sequi rationem ad animos eo, quo velit, perducendos, in Phil. IV. frustra investigabis summum consilium, quod auctor persequutus sit: varia enim tractat eaque non apto ordine disposita. Modestiae vidimus Demosthenem studere: ubinam vero talia leguntur in eius scriptis, ut p. 132, 1.: „omnes omnino vincimus et superamus oratione"? Quibus conveniunt, quae sub finem p. 151, 21. dicit orator: „haec vere, libere, simpliciter, benevole et rectissime sunt dicta, non adsentationis et detrimenti et fraudis
20 plena est haec oratio." Neque etiam boni oratoris esse dices, saepius uti iuramento, quod auctor hui. or. adhibet p. 133, 9. 136, 3. 25. 138, 2. 5. aliisque in locis. Iam etsi non omnes eas virtutes, quas in Or. d. Halon. desideravi, in hac desidero declamatione — desiderat vero Beckerus l. l. —, tamen in alia quaedam incidi, quae Demosthenicae dicendi rationi repugnant, ut p. 131, 12. ἡ ἀσέλγεια — τοσαύτη τὸ πλῆθός ἐστιν, quem non offendit hanc structura? Non magis Demosthenis esse censeo ἀντιπαρασκευάζεσθαι p. 139, 5. et ἀνάρπαστος p. 139, 25. At probe scio, si qua in re, maxime in hac periculum esse, ne nosmet ipsos in iudicio nostro decipiamus; quare qui benevolo animo meliora me docuerint, me sibi valde obstringent: certe, ut verum sequerer, elaboravi. — Sed postremum, quod affero argumentum ad hanc orationem Demostheni abiudicandam, id ipsum maximi est omnium momenti, quum ansam praebuerit dubitandi de fide huius scriptionis. Etenim et singulae eloquutiones et totae enunciationes ac periodi ex oratione de rebus Chersonesi et ex aliis sunt desumtae, ita, ut, paucis tantum verbis mutatis, plurima sibi de verbo conveniant. Ad p. 134, 5 — 19. vid. de Chers. p. 99, 28.; ad p. 135, 15 — 136, 1. cfr. de Chers. 100, 19 — 101, 3.; ad p. 137. 8 — 18. cfr. de Chers. p. 101, 13 — 25.; ad p. 137, 27 — 138, 23. vid. de Chers. p. 101, 26 — 102, 24.; ad p. 145, 29 — 146, 29. vid. de Chers. p. 102, 23 — 103, 26.; ad p. 147, 11 — 150, 5. cfr. de Chers. 103, 29 — 106, 20. Extrema denique pars Philippicae IV. minime sapit ingenium Demosthenis, qui non eo modo, quo hic factum vides, orationes finire solet. Ex his omnibus alterutrum
21 statues, aut Demosthenem modo inepto et festinanter repetivisse, quae iam dixerat, aut declamatorem aliquem, qui Demosthenis verbis suam orationem ornare vellet, hanc scripsisse Philippicam quartam.

Sed restat ea oratio, quam Noster habuisse fertur ad epi-

stolam Philippi [24]) (in ed. Reisk. Orr. Gr. T. I. p. 152 — 158.). Dionys. Hal. VI. p. 737. eam dicit postremam. Hanc recentiores Critici — nam veteres tacent — Taylorus, Valckenarius, Iacobsius, Larcherus et A. G. Beckerus pro supposititia habent [25]), neque immerito. Ac primo quidem querelarum et criminum, quae Philippus in epistola in Athenienses conflat, non videmus rationem haberi, ut iam Ulpianus statuerit, hanc orationem videri ad eam pertinere epistolam, quae commemoratur de Cor. p. 250., at ne huic quidem convenit. Quanquam omnis haec oratio ex ceteris Philippicis collecta est, tamen non desunt, quae displiceant, ut vox σκορακίζειν (p. 155, 14.) „ad corvos abire iubere", quae a Demosthenis ingenio abhorret. At hoc ipsum probandum erit, hanc orationem selectis orationum Philippicarum locis — iisque sane praestantissimis — contineri. Ad p. 153, 15. cfr. Olynth. II. (I.) p. 19, 17.; ad 22
p. 154. 5. cfr. eand. p. 20, 21.; ad p. 154, 17. vid. eand. p. 22, 2 et 10.; ad p. 154, 23. vid. eand. p. 22, 15.; ad p. 155, 16. cfr. eand. p. 23, 6.; ad p. 155, 23 — 156, 12. cfr. eand. p. 22, 23 — 24, 15.; ad p. 156, 19. cfr. eand. p. 24, 18.; ad p. 156, 24. cfr. eandem p. 24, 23.; ad p. 156, 27. cfr. Phil. I. p. 43, 7.; ad p. 157, 4. cfr. de Halon. 80, 26.; ad p. 157, 14. cfr. Olynth. II. p. 24, 27.; ad p. 157, 24. vid. eand. p. 25, 18.; ad p. 158, 7. cfr. de Cor. p. 219, 7.; ad p. 158, 15. vid. Olynth. II. p. 21, 19. Has repetitiones molestas esse, quemnam fugiet? Iam si quis opponat, ipsum Dionys. Hal. T. VI. p. 1127. monere, Demosthenem eandem rem multis et similibus exprimere verbis, idque proprium esse ipsius dicendi generi, hoc tantum refertur ad singulas loquutiones, quas, occasione eadem oblata, Nester repetit; ut Φιλίππῳ ἐξέσται καὶ πράττειν καὶ ποιεῖν ὅ τι βούλεται, et quae sunt eius generis alia.

Sed iam dicendum est et de ipsis harum, quas Demosthenis esse negamus, orationum auctoribus et de ratione, qua hac

---

24) Hanc vid. in ed. R. T. I. p. 158 — 165. quae quamquam minime est spernenda et historiae adeo inservit, tamen, si orat. Dem., quae ad illam pertinet, non genuina est, haec ex operibus Dem. dimittenda. A codice Augustano primo haec epist. plane abest.

25) Taylor. in animadv. Reisk. ad Dem. p. 24. ita dicit: „Mihi fides huius orationis valde suspecta est propter locos communes, quibus referta est. Imo tota paene consarcinata est ex Philippicis et Olynthiacis." Et ibid. p. 76: „Mihi videntur profecto cum epistola Philippi, tum oratio adversaria multis aliis de causis indignae esse ea tempestate atque antiquitate, quas prae se ferunt." — Valckenar. in Or. de Phil. p. 270. — Iacobs Staatsreden d. Dem. p. 512 sq. — Memoire où l'on cherche à prouver, que la harangue en reponse à la lettre de Philippe n'est pas de Demosthène, par Larcher (Hist. et Mem. de l'inst. royal de France T. II. p. 243 — 269.) — Becker in libro saepius laudato p. 505 sq.

Demosthenicis insertae sunt. De Haloneso plures dixisse oratores et
23 inter hos etiam Demosthenem, supra monuimus. Huius vero orationem esse deperditam ignorasse videntur, qui Oratt. Dem. in unum corpus colligebant ita, ut, quum hanc, quae extat, invenissent, in Demosthenicis haberent. Neque etiam illud nos fugit, scholas rhetoricas illo tempore apertas fuisse, ubi huius artis discendae cupidi oratores perfectissimos imitandos sibi proponerent, et speciminibus exhibendis se exercerent. Num mirum videbitur, illos maxime Demosthenis, quem singulari vi et gravitate plurimum videbant apud cives Athenienses valere, orationes elegisse, quas imitarentur? Quonam praeclariore duce uti poterant? Horum autem orationes scriptas probabile est in manus eorum incidisse grammaticorum, qui, veterum scripta congerentes, suum cuique auctorem tribuere studerent. Qui quum animadvertissent et accepissent, Demosthenem acerrimum fuisse Philippi adversarium in dicendo, huius nomen, opinor, iis omnibus praefigebant orationibus, in quibus Philippi viderent impugnari superbiam et arrogantiam. Huc accedit, quod, quum ipsi veteres critici saepius inscriptiones singularum orationum vituperent, hae non debeantur Demostheni, sed illis diasceuastis, quos dicunt, qui scriptorum antiquorum opera in ordinem quendam redigerent. Dionysius Hal. in Arte rhetor. T. V. p. 351. contendit, orationem de Classibus rectius inscribi *περὶ τῶν βασιλικῶν*, et de adm. vi Dem. VI. p. 994. scribit, orationem ad Philippi epistolam et eius legatos a Callimacho inscribi de Haloneso. Quod ipsum etiam animadvertit Libanius in Argumento huius orationis p. 75. init.

Quae quum ita sint, Canon ille Dionysiacus, secundum
24 quem Demosthenes Duodecim dicitur habuisse Orationes adversus Philippum, intra angustiores fines coercebitur, ut tantum Octo contineat Philippicas. Orationem igitur de Halon., Phil. IV. et quae ad epistol. Phil. scripta est, Philippicarum editor omittet, omnia vero Demosthenis opera qui edenda suscipiet, has in peculiari volumine servabit, ut et aequales et posteri videant, quid sit de fide orationum Demosthenicarum statuendum.

RUDOLPHI RAUCHENSTEINII DISSERTATIO DE ORATIONUM OLYNTHIARUM ORDINE. *)

PRAEFATIO FRANCISCI PASSOWII. III*

Oratorum Graecorum studium accuratius quantum conferat cum ad interiorem Attici sermonis Atticarumque legum et institutorum apud Athenienses vigentium cognitionem, tum ad ingenia in universum expolienda et acuenda, nemo iam harum litterarum vel mediocriter peritus ignorat. Attamen quod aliis quoque in rebus aliqua difficultate implicitis accidere solet, laudantium semper ad nostros usque dies multo fuit maior quam strenue exercentium numerus, neque adeo mirandum, ardorem, quo eloquentiae Atticae studium iam diu promoveri debebat, longe infra ipsius rei dignitatem substitisse. Excusatio quidem

*) Prodiit hic libellus Lipsiae 1821. hoc titulo inscriptus: De Orationum Olynthiarum ordine scripsit Rudolphus Rauchenstein, Helvetus, Sem. Reg. Philol., quod Vratislaviae floret, nuper sodalis. Praefatus est Franciscus Passow. Accedit Fasciculus Observationum Philologicarum et Criticarum in Demosthenis Philippicas. Auctore I. H. Bremio, Turicensi.

* Numeri marginibus adscripti indicant paginas editionis Lipsiensis.

in propatulo: vix enim quicquam in antiquitate ab hodierna
civitatum societatisque humanae conformatione alienius cogitari
IV possit perpetua hac totius vitae et publicae et privatae censura,
quam non audacioribus civibus permittere, sed ab optimis diser-
tissimisque expetere consuevere magistratus. Quodsi igitur in
vulgus neglectui habentur, quaecunque a nostris moribus abhor-
rent: antiquitatis certe scrutatoribus, quanto quid remotius
adhuc et obscurius iacet, tanto intentiore cura id ipsum et pro-
trahendum est et illustrandum.

Quae quum ita sint, scholis ad hunc illumve oratorem Atti-
cum institutis officio nostro haud omnino satis fecisse rati, nisi
auditorum nostrorum animos ad hoc argumentum proprio quo-
que Marte pertractandum appelleremus, certaminibus litterariis,
liberalitate Regia in nostra Musarum sede conditis, rectius uti
posse nobis non videbamur, quam quaestiones philologas ex hac
potitissimum antiquitatis studiorum parte proponendo. Hinc
factum est, ut a. MDCCCXIX. ad *ordinem, quae orationes Olyn-
thiacae tres a Demosthene habitae sint,* certatim indagandum
iuvenes nostros φιλέλληνας provocaremus: quae quidem quaestio,
V gravissimo Dionysii Halicarnassensis praeiudicio quodammodo
occupata, hucusque auctoritate magis quam certis rationibus
confecta, subtiliorique tandem aliquando examine dignissima
nobis videbatur. Nec fefellit eventus exspectationem nostram.

Etenim ipsae quaestionis difficultates iuvenum duorum quovis
nomine nobis probatissimorum, RUDOLPHI RAUCHENSTENII, Hel-
vetii, ex egregia Ludov. Doederlinii, professoris tum Bernatis,
iam Erlangensis, disciplina ad nos delati, et GUSTAVI PINZGERI,
Silesii, Semin. philol. Regii sodalium, adeo concitaverant inge-
nia, ut utrique ab amplissimo Philosophorum Vratislaviensium
Ordine par pari cum laude praemium decerneretur. Uterque
enim, eodem fontium studio eademque in colligendis argumentis
diligentia, in iudicando libertate usus, Dionysium omnino recte
statuisse idoneis rationibus probaverat, eoque persuasionis de-
duxerat rem, ut nisi omnibus partibus absoluta, tam recte
tamen administrata videretur, ut ulteriori indagini haud ita
multum relictum sit. Et quum eodem tempore Rauchenstenius
VI reditum in Helvetiam pararet, publicumque aliquod annorum
apud nos haud sine fructu transactorum monumentum exstare
vellet, auctores ei fuimus libelli, quo doctorum Vratislaviensium

comprobationem nactus erat, recentatis curis limaque haud parce adhibita iam evulgandi, ut aliorum quoque aequa iudicia experiretur. Pinzgerus vero, amicorum omnia communia esse ratus, ut ex sua scriptione quaecunque vellet et quorum aliquis fortasse usus esse posset, mutuaretur suisque insereret, lubenter concessit Rauchenstenio. Opusculo hinc aucto novum decus accessit insigni humanitate Io. Henr. Bremii, Turicensis, viri, ut antiqua solidaque eruditione clari, ita ad provehenda quoque aliorum de litteris bene merendi conamina paratissimi, qui popularis sui primitias fasciculo exquisitissimarum in Demosthenis Philippicas observationum ornare haud est dedignatus.

Haec fere erant, quorum praemonendorum munus ab auctoris modestia et amicitia mihi erat impositum, eoque iam rite defunctus esse mihi viderer, nisi, quo minus ipse ἀσύμβολος
plane discederem, praesentia Bremii et Pinzgeri exempla ve- VII
tarent.

Circumspicienti igitur mihi, quid, ab itinere valetudinis causa suscepto modo redux, lexicique Graeci condendi grato quidem, sed diuturno labore districtus, inter brevissimum temporis spatium de meis adiicere possim, opportune redibat in memoriam codex Rehdigeranus Demosthenis, Andreae quondam Dudithii, in membranis quadruplicatis nitide exaratus, nuperque lectionum academicarum in usum a me excussus. Et diu quidem ante nos viris eruditis innotuit: est enim idem ille Vratislaviensis, cuius copiam roganti sibi negatam esse queritur Io. Iac. Reiskius in praef. ad Demosthenis a se editi T.I. p. LVIII. [LIII.] at neque libri notitia, Reiskio ab Arletio per litteras data, vera fuit: duplicis huius culpae quamvis sero abolendae opportunitatem adepti, ne sine fructu praeterfluat cavebimus.

Continet igitur liber post vitam Demosthenis Libaniique summaria singulis orationibus praefixa orationes Olynthiacas tres ex
vulgari ordine, Philippicam primam, or. de pace, Philippicam VIII
secundam, or. de Haloneso, Philippicam tertiam et quartam, or. de epistola Philippi, epistola ipsa ad calcem libri reiecta, or. de rebus Chersonesiacis, de Symmoriis, de contributione, pro Megalopolitanis, de Rhodiorum libertate et de foedere cum Alexandro, Philippi denique ad Athenienses epistolam: orationum vero de corona et de falsa legatione, quas codici inesse Reiskio significaverat Arletius, nec vola, nec vestigium: et scholia,

quorum multitudinem idem vir doctus praedicaverat, neque adeo sunt multa, et quae huc illuc ab alia manu adscripta reperiuntur, glossarum plerumque quam scholiorum nomine digniora: aliquot orationes duobus tantum tribusve locis quicquam additum habent, or. de Megalopolitanis nihil: glossarum utilitas nulla. Et ut libere dicam, quae sentiam, totius codicis quamvis membranei neque adeo recentis auctoritas critica tam mihi exigua visa est, ut ei inter Demosthenecos ultimum fere locum assignarem: quod iudicium ne quis temere et tanquam de tripode pronunciatum esse opinetur, varias iam lectiones in Philippicam primam, ad editionem Philippicarum ab Imm. Bekkero a. MDCCCXVI. curatam, quam paginarum versuumque notationes respiciunt, diligenter excerptas una cum scholiis proferemus.

Pag. 21, vers. 5. *καὶ* omissum. 6. *γινώσκω*. 11. *αὐτοὶ συνεβούλευον*. 20. *ἐπεί τι γε* et *προςήκει*. 24. *τοτ' ἐχόντων*. 26. *ἐπράξετε*. p. 22, 1. *Ἑλληνικῶν* om. 4. *καὶ λογίσησθε ὅτι —*. 5. *ὑμῖν* om. 7. *οἷς ἐκρατεῖτε*. 13. *καὶ τῷ τὰ χ*. 15. *τοῦτο ὅτι εἴχομέν ποτε ὑμεῖς*. 17. *Μεθόνην*. 23. *τοιαῦτα* et *ἑαυτοῦ*. 25. *ἐκτήσατο δύναμιν*. p. 23, 1. *ἑλόν τις ἔχοι πολέμων, τὰ δέ — νόμῳ* om. 2. *γὰρ* om. 5. *ἐθελοντάς*. 9. *παρασχεῖν αὐτὸν χρήσιμον τῇ πόλει* transp. 10. *ἑτοίμως*. 11. *χρήματα*. 16. *ὑμέτερα αὐτῶν* et *θέλῃ*. 25. *ἔχοντα ἀποστρ*. 29. *ἄνθρωπος* et *ἡμῖν*. 32. *οἷος ἐστὶν, τ'* om. 33. *καὶ* om. p. 24, 1. *κύκλῳ καὶ παντ*. 3. *πότ' ἃ χρὴ* et *ἐπειδάν τι γ*. 4. *ἐπεὶ δ' ἂν νὴ Δία*. 5. *οἶμαι*. 6. *τὴν* om. 8. *περιόντες αὐτῶν*. 14. *οὕτως*. 15. *οὐ γὰρ οὗτος*. 16. *αὐτοῦ*. 17. *ὑμετέραν*. 17. 18. *καί τοι καὶ τοῦτο ἀπόθει*. *καὶ τὰ τῆς τ*. 18. *ὑπάρξῃ*. 20. *τοῦτο ἐξεργ*. 23. *ὑμῖν* om. 32 *καὶ τὰ ἄλλα*. p. 25, 1. *δοκῇ παρασκευασθῆναι*. 2. *ἄνδρες* om. 3. *ἐπεὶ δ' ἂν*. 9. *κωλύσαι* et *ἀλλὰ ὅς*. 10. *δόξῃ*. 12. *πισθέντες*. 14. *οἶμαι*. 17. *κριταὶ δὲ ὑ*. 19. *πρῶτον μέντοι, ὦ 'Αθ., ἄνδρες* om. 20. *παρασκευάσασθε*. 21. *εἶτα αὐτοὺς*. 25. *οἶμαι*. 28. *ὅπῃ* et *ἐν τῇ γνώμῃ τοῦτο* transp. 31. *'Αλίαρτον*. 32. *ὁρμήσετε*. 33. *ποιήσητε*. p. 26, 1. *ἵνα ᾖ*. 2. *εἴσετε*. 3. *πάντα ἐξαγγ*. 7. *καιρός*. 9. *παρασκευάσθαι πρ. οἶμαι*. 10. *ἄνδρες* om. 12 *δυςμυρίους*. 14. *ἔστω*. 15. *ὅντινα οὖν*. 18. *δὲ αὕτη*. 19. *ταῦτα ἐθ*. 22. *ποιήσητε*. 23. *ἅπαντα ἐλ*. 24. *μέγιστα*. 31. *ἀλλὰ ὅσον*. 33. *δὲ ἄλλους*. p. 27, 1. *ἱππίας*. 2. *τὸ ἐλάχ*. 6. *ταχιῶν*. 9. *ἐπεὶ δ' ἂν* et *οἶμαι*. 12. *ἄνδρες* om. 13. *ὑμῖν*. 15. *τῷ* om. 16. *οὔτε ὑπέρογγον*. 17. *οὐδὲ παντελῶς*. 18. *δὲ* om. 20. *ποτὲ ἀκούω*.

21. Ἰφικράτης. 24. ἡμῶν. 25. δὲ αὐτά. 26. κατ' ἑαυτά. 27.
δὲ ἐχθροί. 30. πανταχοῦ. 31. ἐστιν. p. 28, 1. στρατιοτῶν.
3. ἐστὶν ὡς. 4. πράγμασι. 6. ἡμεῖς εἴπητε ἄν. 8. ταξιάρχους
δέκα transp. 8. 9. ἱππάρχους καὶ φιλάρχους δ. 10. πέμψητε.
14. φιλάρχους. 15. ἄνδρες om. 16. ἱππάρχους παρ' ὑμῶν om. XI
19. τῶν δὲ ὑπὲρ τῆς π., altero τῶν om. 20. ἀγονιζομένων.
32. τοιαῦτα ἕτερα. p. 29, 1. δὲ ἱππ. 4. τοῖς στρατευομένοις σιτη-
ρέσιον transp. 6. ὅτι ἂν τοῦτο γένηται, πρὸς ποριεῖ τὰ λ. 9. ὥστε
ἔχειν. 10. ἂν μὴ ταῦτα οὕτως. 12. ὑμῖν κελεύω γενήσεται.
ταῦτα ἤδη λέξω. Ante πόρου ἀπόδειξιν a manu secunda margini
adscripta sunt haec: ἐντεῦθεν Διονύσιος ἁλικαρνασεὺς ἑτέρου
λόγου εἶναι ἀρχήν. προοίμιον δὲ φησὶ οὐκ ἔχει. ἐπειδὴ δευτερολο-
γία ἐστί. ἐν αἷς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ εἰσὶ προοίμια. 13. ἄνδρες
om. 14. δὲ ἐπιχειροτονεῖτε. 15. 16. χειροτονήσαντες. 20. ἄν-
δρες om. 21. πολεμήσετε. 22. λογίσησθε. 24. τοὺς om. 25.
ἡνίκα ἂν et δυνάμεθα. 26. ἡμᾶς om. et ταῦτα ἐνθ. 27. μὴ
βοηθ' εἴ πολεμεῖν. 29. sq. ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆ-
σθαι τῇ δυνάμει omissa. p. 30, 2. καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς ἐν τ.
4. πάντα ὑπάρχειν. τὴν δὲ ὥραν. 10. δὲ ὑπάρξαι. 11. ταῦτα
ἐστίν. 11. 12. ἄνδρες om. 13. τὰ ἄλλα. 15. κατακλείτητε. 17.
γενόμενοι. 18. 19. παύσησθε ἀεί. 21. ἄνδρες om. 21. 22. τὸν
μέγ. τὸν ἐκείνου φόρον ἀφαιρ. 22. δὲ οὗτος. 28. ᾤχετο ἔχων. XII
30. δὲ εἰς Μ. 31. 32. ᾤχετο τριήρη, ἔχων om. 32. ὑμεῖς δὲ et
δύνασθε. 33. οὔτε εἰς et οὓς ἂν προελήλυθε. p. 31, 1. ἄνδρες
om. 2. τῶν Ἀθηναίων. 3. τὴν om. 4. γίνεσθαι et ἄν τε δεινοὶ
λέγωσιν om. 6. τοσαῦτα ἀναλ. et οὐδὲ εἰς. 7. τοσαύτην abs-
que cancellis. 8. οἶδα εἴ τις. 9. δὲ ἀποστ. 10. τὸν καιρόν.
12. προεῖδεν. 14. παρά του καὶ τί λαβόντα καὶ τί δεῖ π. 15.
οὐδὲν ἂν ἐξέταστον οὐδὲ ἀόρ. 16. περὶ om. 22. εἶτα αὐτούς.
23. εἶτα ἐν. 23. 24. μέλλετε προαπώλωλεν. 27. οὐκ ἀναμένουσι.
28. ἃς δὲ εἰς τὸν μ. 28. 29. οἰόμεθα ὑμῖν. 30. ὁ δὲ εἰς τοῦτο
ὕβρ. 31. ὥστε ἐπιστ. p. 32, 1. ἄνδρες om. 3. ἀλλὰ ἴσως. 4.
ὅσ' ἄν. 6. εἰ δὲ ᾖ. 7. γίνεται. 8. ἐστι et ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι
om. 9. καὶ πάντα ἀναβ. 10. μὴ δέ. 12. 13. ἀλλὰ αὐτούς.
15. ἀξιώσειέ τις ἄν. 16. 17. βουλευομένους ἡγεῖσθαι χρή, ἵν' ἃ
ἂν ἐκεῖνος δοκῇ. 17. πράττητε. 18. συμβαίνοντα. 19. ἄνδρες
om. 20. ὁπλίτας om. 22. δὲ ἀπολ. 26. 27. προβαλέσθαι δὲ
ἢ βλ. 27. οὔτε οἶδεν οὔτε ἐθ. 28. ἂν ἐν Χ. πύθεσθε. p. 33.
2. ἄνω καὶ ὑπο κάτω et ὑπὸ ἐκ. 4. πολέμου, οὗ, περὶ τῶν πρ.

III 5. *ἢ γιγνόμενον ἢ γεγενημένον* transp. 6. *δὲ ἴσως* et *ἔνην ποιεῖν.*
7. *ὥστε οὐκέτι ἐγχ.* 8. *ἄνδρες* om. 9. *γινομένοις.* 14. *ἀναν-*
δρείαν. 15. *δὲ ἐπιχ.* 17. *ἐκκαλέσαιτο ὑμᾶς.* 18. *αὐτῶν.* 19.
μηδὲ εἷς et *μήτε ἐνθ. μήτε ὀργ.* 20. *ἄνδρες* om. 23. *ἀπὸ Φιλ.*
25. *λύσῃ* et *τοῦτο ἀναμ.* 28. *ἀπὸ τοῦ δεῖνος* et *ἂν ἀποστ.* 27.
πάντα ἔχειν. 30. *πῃ δή.* 31. *ἄνδρες* om. p. 34, 3. *οὐδέποτε*
οὐδὲν ἡμῖν μὴ γέν. 7. *ὅπῃ.* 10. *γίνεται ἀλλὰ οἱ.* 12. 13. *οὐκ*
ἔστι ἕν' ἄνδρα δυνηθῆναι et *ταῦτα ὑμῖν.* 14. *ἅπαντα ὅσα βού-*
λεσθε, suprascr. *βούλεσθαι.* 17. *ἡγεῖται* et *ἀπομίσθων ἀθλίων*
transp. cum scholio hoc: *ἀπόμισθοι καὶ οἱ μὴ πεπληρωμένοι τὸν*
ὡμολογουμένον (scr. *ὡμολογημένον*) *μισθὸν καὶ οἱ διὰ κακίας καὶ*
δειλίας μὴ ἀξιούμενοι μισθῶν. 18. *οἱ δὲ ὑπὲρ.* 19. *ἐνθάδε ὦσιν.*
20. 21. *δὲ ἐξ* et *ὅ τι ἂν τύχῃ ῥαδίως ψηφίζεσθε, τὶ καὶ χ. π.*
22. *ἄνδρες* om. 25. 26. *οἴκαδε ἐλθ. τῶν εὐθηνῶν, οὐ γὰρ*
ἀκούειν ὑμᾶς μόνον τὰ ὑμέτερα αὐτῶν. 27. *ὁρᾶν δεῖ. νῦν δὲ*
εἰς τοῦτο ἥκει. 30. *οὐδὲ εἷς.* 32. *λωποδητῶν.* p. 35, 1. 2. *κρι-*
XIV *θέντα ἀποθ.* 3. *δὲ οἱ.* 4. *Φίλιππον φασὶ* transp. 6. *δὲ ὡς* et *δὲ*
ἐν. 8. *ἕκαστοι περιερχόμενοι. ἐγὼ δὲ οἶμαι.* 9. *ἄνδρες* om. 9. 10.
μεθύειν ἐκεῖνον om. 11. *τήν τε ἐρημ.* 12. *κωλυσάντων.* 13. *οὐ*
μέντοι μὰ Δία. 17. *ταῦτα ἐκεῖνο.* 18. *ἄνθρωπος.* 19. *πάντα*
ὅσα πώποτε ἠλπ. 20. *ὑπὲρ ὑμῶν καθ' ὑμῶν.* 22. *ἐνθάδε ἴσως.*
25. *ἀπηλαγμένοι.* 26. *ποτὲ ἔσται* et *ἀλλὰ ὅτι φαῦλα, ἂν μὴ πρ.*
28. *ἐθέλητε.* 29. *οὔτε ἄλλοτε.* 31. *νῦν δὲ ἃ γινώσκω πάντα*
ἁπλῶς. p. 36, 3. *νῦν δὲ ἐπὶ ἀδ.* 5. *ἂν πράξητε.* 6. *νικώη*
δὲ ὅ τι —.

Haec enotanda habuimus, suffectura, nisi egregie fallimur, ex quibus periti iudices codici Rehdigerano pretium suum statuant: quod utut ceciderit, semper tamen optandum, ut futuris Demosthenis editoribus eo uti liberalius quam bono Reiskio concedatur.

D. in alma litterarum universitate Vratislaviensi, d. XVIII. Octob. MDCCCXXI.

DE ORATIONUM OLYNTHIARUM ORDINE. 1

Dionysius Halicarnassensis in epistola ad Ammaeum cap. 4. p. 726. Reisk. haec scribit:

„Ἐπὶ δὲ Καλλιμάχου τοῦ τρίτου μετὰ Θέσσαλον ἄρξαντος τρεῖς
„διέθετο δημηγορικοὺς παρακαλῶν Ἀθηναίους βοήθειαν
„Ὀλυνθίοις ἀποστεῖλαι τοῖς πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου,
„πρῶτον μέν, οὗ ἐστιν ἀρχή· Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἰδεῖν ἄν τις,
„ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι. δεύτερον δέ· Οὐχὶ ταὐτὰ
„παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. τρίτον δέ·
„Ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων."

I.

DIONYSII COLLOCATIONI IAM PER SE MAIOREM FIDEM HABENDAM ESSE, QUAM POSTERIORIBUS.

Quamvis Dionysianus orationum ordo multum differat ab eo ordine, quo et a serioris aetatis scriptoribus orationes laudatae et ante Bekkerum in editionibus collocatae sunt; mirum tamen est, in tantum virorum doctorum dissensum quaestionem incidisse de vero earum ordine. Quum enim Dionysium nihil in vulgato harum orationum ordine mutasse, sed eum tantum, quem tradit, cognitum habuisse ex ipsius verbis appareat; haud veri- 2
simile est, vel ante Dionysium, vel ipsius aetate alio ordine orationes illas circumlatas fuisse. Neque enim credibile est, criticum illum, quum inquireret in oratoris indolem deque eius scriptis dissereret, latuisse aliorum de eodem scriptore sententias; quum ordinandis orationibus eum constet multum operae impendisse. Qua de re vide Dionysium ipsum de Dinarcho. Quod si hac in re dissensisset a τοῖς τοὺς ῥητορικοὺς πίνακας συντάξασι, id ipsum indicasset eadem diligentia, qua pag. 725. eius-

dem epistolae minoris etiam momenti notabat dissensum. Ibi enim de inscriptionis diversitate agitur, hic autem de orationum tempore. Quod discrimen cum per se est gravius, tum hac occasione nullo modo praetereundum erat. Philippicarum enim orationum ordinem pertractavit, quo demonstraret, non ex Aristotelis institutionibus Demosthenem artem suam hausisse. Ergo epistolae argumentum non permittit, tantae notandi incuriae eum accusare, sed post Dionysium demum veterem quandam manum a serie vulgata deflexisse statuamus, necesse est. [1]

Orationum vero nostrarum cum ea conditio sit, ut, nisi acerrimos adhibeas oculos, (quod ex hominum consuetudine tum demum fieri solet, ubi adversariorum subortus impetus suspicionem credulis iniecit) quonam loco Olynthia oratio tertia (vulg. II.) ponatur, perinde videri possit, quumque in iis certe, quae Dionysio sunt prima et tertia, idem fere argumentum eodemque modo tractetur; ne mirarer quidem, si quis pro suo quodam hac in re veri sensu eas transposuisset. At etiamsi non de con-
3 sulto id factum fuerit, tamen quod virorum doctissimorum exercere acumen et fallere poterat, etiam eiusmodi esse debet, ut librarii aut Graeculi occoecatam mentem facile fugerit. Alia inde ratio exoritur haud minus verisimilis. Nam quum tres exstent orationes Olynthiacae in singulis fortasse aliquando codicibus circumlatae aut dispersae, ubi collectae sunt, in exemplis nonnullis perverso ordine divulgabantur. Cuius rei hoc fuerit aliquod argumentum, quod in cod. Aug. II. (vid. Rüdigerum V. D. in prolegg. ad oratt. Olynth. p. 117.) secunda oratio e Dionysii collocatione inscripta est. Ex quo apparet, duas sensim sensimque collocandi rationes obtinuisse, quarum altera tandem paene evanuerit, altera autem ab interprete quodam defensa ita increbuerit, ut a plurimis retineretur.

Quid? Itane statim ab initio inde Dionysii collocationem veram esse iudicas? — Fateri sane non vereor, tum demum iuste iudicari de utraque opinione, ubi, qualis utriusque sit auctor, clare expositum fuerit. Nimirum si qua sententiarum auctoribus fides habenda est, hanc Dionysio tribuam cum plurimis annis propiori fontibus, quibus se usum esse ipse testatur, tum sedulitate atque iudicio minime destituto. Hoc saltem verisimile est, Dionysii sententiam esse antiquiorem.

Eorum igitur, qui ordinem vulgatum non addita ratione sequuntur, ut Libanius, fortasse magna non erit ratio habenda. Nam quod iste sententiae suae fontes non indicavit (quandoquidem illius aetatis homines in afferendis diversis sententiis minime parci sunt); argumento est, eum aut non legisse Dionysium, aut
4 plane oblitum fuisse sententiae eius, quum ὑποθέσεις suas scriberet. Quas cum bona fide suo orationum ordini adaptet, pro teste contra Dionysii auctoritatem non est habendus.

Quod si rationes eorum, qui contra Dionysium pugnaverunt, refutasse nobis contigerit, veritati iudicioque haud malevolo satisfecisse iure nobis videbimur. At quum ab alteris dissensum hac in re ignorantibus rationes proferre neglectum, ab alteris vero diligenter non quaesitum sit, quumque videre tutius sit, quam audita referre; consentaneum erit, ut, si adversarios refutaverimus, quae vestigia ex orationibus ipsis proferri possint, deinceps explicemus.

Et exstant inter Dionysii adversarios e veteribus grammaticis praeter eum, quem iam nominavimus, Libanium ceteramque turbam eorum, qui orationes hasce laudant [2], scholia Ulpiani; recentiorum vero ordinem vulgatum sequuntur Hier. Wolfius, Lucchesinius, Reiskius et Augerus. Quorum cum nemine certamen ineundum erit nisi cum iis, qui sententiam suam explicuerunt, cum Ulpiano et Lucchesinio; reliquos, quum vel in neutris partibus sint vel vulgati ordinis vinculo retineantur, quod hic fere nullum est, omittamus.

II.

ARGUMENTA, QUAE CONTRA DIONYSIUM PROLATA SUNT, EXAMINANTUR.

Argumentorum, quae contra Dionysium prolata esse novimus, ex antiquitate reservata nobis sunt ea tantum, quae in scholiis Ulpiani leguntur. Quae scholia quamvis interpolationum et ad- 5
ditamentorum corruptelis sciamus repleta esse (vid. Fabric. bibl. graec. tom. II. p. 380. Harl.); non videmus tamen, cur hanc animadversionem negemus ipsum Ulpianum habere auctorem. At sive ab Ulpiano scripta est, sive ex cuiuscumque rhetoris schola originem ducit; id constabit, eam non ex alius orationis scholiis huc esse translatam. Simulque intelligitur, sive librariorum incuriae, sive interpretum studio perversa debetur orationum collocatio, hanc increbuisse, priusquam Ulpianus scholium illud scripserit, propterea quod paucis verbis paucisque rationibus indicavit, cui sententiae faveret. Loquitur enim de ea re tanquam de lite tum temporis cognita, quam paucis at firmis quibusdam argumentis opinatur facile componi. Altius in hanc rem investigare vix licebit, neque id multum facit ad orationum historiam. — Transeamus igitur ad pensandum argumentorum momentum.

Duobus argumentis utitur Ulpianus in *ἐξηγήσει* ad orat. I. (vulg. II.) init.

1) *Ἡ μὲν ὑπόθεσις τοῦδε τοῦ λόγου καὶ τὰ κεφάλαια παραπλήσια τῷ πρώτῳ· διενήνοχε δὲ κατ᾽ ἐκεῖνο μόνον, ὅτι ἐν μὲν τῷ*

πρώτῳ ζητεῖται, εἰ χρὴ βοηθεῖν τοῖς Ὀλυνθίοις· ἐν δὲ τούτῳ τὸ μὲν βοηθεῖν ἤδη δέδεικται, τὴν δὲ ῥώμην ὀκνοῦσι τοῦ Μακεδόνος καὶ τὴν ἰσχὺν — —.

2) *δείκνυται δὲ ὢν δεύτερος οὗτος ὁ λόγος ἐκ τῶνδε· ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ περὶ τῆς τῶν θεῶν εὐνοίας ἀποδείξεις παρασχὼν, ἐνταῦθα ὁμολογουμένην παρέλαβεν.*

Quod ad primum argumentum attinet, orationem vulgo se-
6 cundam (nobis primam) propterea secundam esse debere, quod in ea opitulandi necessitas iam demonstrata sit, in prima vero (nobis tertia) eadem demonstretur; id facile poterit vinci, si causam, cur hoc factum sit, aliquanto consideratius praescrutati simus. Etenim verum est, in prima (nobis tertia) necessitatem demonstrari; at non eo consilio hoc fit, quo quis statim ab initio inde ad rem quandam perficiendam admonere solet; sed quod ultimum temporis spatium supersit, periculumque summum instet, nisi extemplo rem strenue aggrediantur [¹]; — id quod fusius infra explicabitur. — At si nos convertimus ad id, quod de altera oratione (nobis prima) contenditur ab Ulpiano, id apparebit haud verius esse. Demosthenes enim propterea paucis verbis usus est ad instigandos ad auxilia ferenda cives, quod rei necessitatem omnes perspecturos esse iure credebat. Quin ipsum orationis initium, quo hac bellandi occasione laetatur Demosthenes, satis id ostendit. Recte igitur in hac re exponenda brevior fuit orator, iis autem, quae maximi momenti erant, plurimum temporis operaeque tribuit; eandemque ob causam Ulpianus e verbis suis *τὴν δὲ ῥώμην ὀκνοῦσι* (scil. *οἱ Ἀθηναῖοι*) *τοῦ Μακεδόνος καὶ τὴν ἰσχὺν* ipse cognoscere poterat, cur obstacula removere maluerit orator, quam necessitatem ostendere, quae omnium in conspectu erat.

Lucchesinius vero in fine disputationis de orationum Olynthiarum ordine Ulpiani sententiam firmare frustra studet, argumento usus loco orationis I. (vulg. II.) p. 18. *ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν.* „Quis hic, inquit, initam quoque cum Olynthiis societatem non vi-
7 deat?“ — Comparat hunc locum cum Ol. III. (vulg. I.) pag. 11. init. *νυνὶ γὰρ, ὃ πάντες ἐθρυλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον.* Unde colligit, agi hoc loco de societate cum Olynthiis ineunda, quum paullo post Athenienses admoneantur, ut hanc feriendi foederis opportunitatem arripiant, quam iam pridem summopere desideraverint. — Sed videat, qui hoc loco aliquid evinci posse existimat, num in praecedentibus quidquam de foedere iam iungendo moneatur. In eo est Demosthenes, ut Atheniensium in bello gerendo augeat animum atque ostendat, Olynthios, quod ipsi non ab aliis permoti, sed sua maxime ira Philippum oderint, eo minus foedus esse rupturos. Quare non de foedere iungendo, sed de bello alacrius ex foedere gerendo sermo est. — Priorem vero locum

quin Lucchesinio eripiamus, ne tantilla quidem est dubitatio. Parata quidem est occasio, et cupiunt Olynthii, ut assumantur in societatem, sed offeruntur a fortuna; quo enim loco ab Atheniensibus eos instigatos esse legimus aut receptos? — Immo Demosthenes foedissimum esse ait occasiones eas non arripere. [4]

Sed priusquam ad secundum Scholiastae argumentum procedamus, Tourrelli ratio, quanquam Dionysiani ordinis veritatem probatura erat, removenda est. Mire enim accidit, ut eodem argumento, quo male usus est Ulpianus, in rem contrariam paullo inconsideratius usus sit Tourrellus (apud Rüdig. pag. 75.): „Namque initio eius Olynthiacae, quam ego primam facio, orator „Atheniensibus instat de foedere cito cum Olynthiis ineundo; „in duabus autem reliquis id foedus initum supponit, inque id „solum incumbit, ut ostendat, quam necesse sit, quae ex eo 8
tenebantur facere, ut faciant.“ Tourrellum vero propterea hoc loco nominavimus, quod eum Scholiastae maxime argumentatione putamus commotum esse, ut ea, quam protulit, fuerit usus. Eius enim argumentatio plane nulla est. Verum quidem est, si oratio illa, quam Dionysius primam facit, prima fuit, in ea ad foedus iungendum excitari. At quid, si non fuit prima? — Tunc eam, quae tertia est Dionysio, si nulla ibi reperiuntur vestigia foederis iam iuncti, primam habere per hoc argumentum licet. Atque ita omnino res se habet. Per totam enim orationem primam (Dionysii) nusquam commemoratur, foedus faciendum esse, certe non ita aperte, ut voluit Tourrellus. Dicit quidem orator p. 21. Reisk. lin. 23. Bekk. *Φημὶ δὴ, δεῖν ὑμᾶς βοηθεῖν*, sed idem etiam tum dicere poterat, ubi foedus iam initum erat. Quare de hac quidem oratione falsus est vir doctus. Ad secundam quod attinet, legitur ibi p. 29. init. *ὅπως τοὺς συμμάχους σώσωμεν* (sequor cum Rüdigero vulgatam; Bekk. *σώσομεν*); sed haec verba, sive secunda est, sive tertia ea oratio, nihil faciunt ad orationem primam. In tertia vero res plane eodem modo se habet atque in prima. Quare idem etiam nunc stabit iudicium, quod initio protulimus, verum quidem esse, quod Tourrellus contenderit, sed tum demum verum id esse apparere, ubi Dionysianae collocationis veritas aliunde iam comprobata fuerit. Bene etiam ante eum vidit Lucchesinius l. l. tali argumentatione se non repelli; versatur enim in circulo.

Redeamus ad Ulpianum; cuius quidem argumentum secun- 9
dum vix dignum est, quod refutetur: tamen ne quid intactum reliquisse videamur, inquiramus etiam in illud. — Scilicet orationem primam propterea debere secundam esse, quod in ea deorum benevolentiam reipublicae adesse ab omnibus iam concedatur, postquam adesse eam in prima (Dionysio tertia) probatum sit. Innuit haud dubie orationis primae initium, ubi orator diis gratias agit, quod bellandi occasio suis contigerit, et locum orationis tertiae p. 12. init., ubi benevolentiam deorum praedicat,

qui offerant hanc occasionem, qua si non utantur, vereri se,
ne eam contemnere videantur. — At primum id falsum est,
altero horum locorum magis comprobari quam altero, deorum
benevolentiam adesse. Eo differunt, quod in oratione prima
Demosthenes spe erigitur, fore, ut grato animo benevolentia
utantur, in tertia vero, timuisse eum, ne non utantur, apertius
est. Quae res omnino nostrae opinioni favet. Quo magis enim
strenue agere negligebant Athenienses, eo magis orator metuisse
suisque institisse putandus est. Idque non in prima, ubi sperare
licebat, sed in tertia recte fecit. — Denique autem ridiculum
est, si quis oratorem primo concertantem et litigantem cum mul-
titudine, an vere deorum gratia hac in re apparuerit, deinde
autem concessum ei hoc a turba et consensu firmatum sibi cogi-
tat. — Quare tantum abest, ut Scholiastes veri quid contra
Dionysium monuerit, ut nobis occasionem dederit inveniendi
nonnulla, quae Dionysio egregie favent.

Lucchesinius vero rationes contra Dionysium paullo quidem
10 graviores attulit, minime tamen insuperabiles. Dicit enim, quam
Dionysius tertio loco posuerit, eam primam esse debere: „in
„ista enim Demosthenes non solum cives inflammat ad ferendum
„Olynthiis auxilium, sed monet, ut illuc legatos mittant, qui
„huius spe confirment animos metu fractos. Quod consilium si
„orator providus ac solertissimus in tertiam concionem distulisset,
„eius profecto prudentia desideraretur. Deinde in hac ipsa
„oratione Philippi sordidos mores, illatasque tot tantisque gen-
„tibus iniurias singillatim recenset. At quam longe alienum esset
„a clarissimi oratoris sagacitate, si haec dicere in prima concione
„praetermisisset, quae omnium maxime ad causam faciunt?“

Miratur ergo Lucchesinius in tertia demum ad legatos mitten-
dos cives admoneri. Nam si tertia haec esset, auxilium feren-
dum esse suasisset orator, propterea quod foedus per legatos
haud dubie factum erat, ut colligi potest ex loco p. 29. (orationis
secundae) init. ὅπως τοὺς συμμάχους σώσωμεν, et auxilia iam
missa, ut ex eadem oratione apparet. Cur ergo iterum legati? —
At non tam periculosum est hoc argumentum, quam videtur.
Quidni enim praetermittat prioribus in orationibus legationis mit-
tendae mentionem? Nonne per se intelligebatur, quocum socie-
tatem inire vellent, ei hoc nunciandum esse? Quodsi ad auxi-
liandum suos commoverat, sponte eos sciebat legationem missu-
ros esse. — Igitur si in prima et secunda per se hoc sciebat
intelligi, num in tertia minus per se intelligebatur? inutile ergo
illud πρεσβείαν δὲ πέμπειν, ἥτις ταῦτ' ἐρεῖ, καὶ παρέσται τοῖς
πράγμασι; — Haud aegre ferrem ab oratore dicta quaedam,
11 quae per se sunt clara; multa enim, nisi hoc concessum, apud
optimos auctores resecanda essent. Sed ne opus quidem est hac
ratione. Summo in periculo versatos iam esse Olynthios cum ex
l. l., tum ex orationis fine discimus; quin illo loco rationem

orator addit, cur haec suadeat; scil. timendum esse, ne Philippus, cum Atheniensium nemo adsit, qui auxilium polliceatur, segnes eos et proditores apud Olynthios vocans hosce eo trahat, quo velit. Quam ob rem necessarium erat, ut legati quam celerrime nunciarent, exercitum esse venturum. Iam cum videa mus, cur in tertia oratione de legatione mittenda verba fecerit, in reliquis autem praetermiserit, refutatam putamus hanc Lucchesinii rationem.

At quod statim subnectit argumentum, exponendum fuisse oratori non in tertia, sed in prima de Philippi sordidis moribus et perfidia, id quomodo tanto viro excidere potuerit, non intelligo. Diu dubius haesitavi, utrum ego coecus sim, an ille vir. Nam quod Lucchesinius postulat, ut in prima fiat, id multo magis in ea reperitur, quae nobis est prima, quam in ea, quae illi. Perstringit quidem in oratione III. p. 10. Philippi perfidiam, sed plane ita, ut si fortuito tantum in hoc argumentum feratur. Etenim metum excitaverat civibus, ne facile Olynthii a Philippo commoverentur, ut pacem cum eo inirent; quam opinionem ut iustis finibus coërceret, statim subiecit, tam notam Philippi esse perfidiam, ut pacisci cum eo vix quisquam vellet. At conferatur illa indignatio cum primae orationis ira. Qualis in hac est pleno ex corde ille impetus! quantus ardor! — Ut paucis dicam: ibi, ut alios iratos contra eum ostendat, hic, ut suos exacerbet, in eum invehitur. Atque haec res omnino talis est, ut 12
Lucchesinium, quippe qui non ad singulos locos provocet, in mente locos eos confudisse ipsisque adversariis invitum arma tradidisse statuam. Namque argumentum eius, si vera sunt, quae de eo diximus, nostrae plane sententiae favet. — Apparet inde non satisfacere rationes, quibus Rüdigerus contra Lucchesinium pugnat: „si Noster omni dicendi vi et argumentorum „gravitate usus esset in oratione prima, num sperare potuit, „fore, ut, si in secunda et tertia minus acriter disputaret, animi, „quo vellet, perducerentur?“ Haec in universum vere quidem monuit Rüdigerus: sed Lucchesinii argumentorum nullum tangunt praeter hocce; quod quum statim appareat, non est, quod multis exponam.

Pergat Lucchesinius.

„In secunds vero quid sibi vult exordium illud calliditatis „atque artis plenum, quo conatur ostendere, plures adhuc virium nervos esse Reip., nisi commotos priori sermone cives „fuisse ad opem ferendam, sed timere, ne, cum minus potentia „valeant, id fieri possit?“

Hac igitur oratione postulari, ut praecesserit alia, qua Athenienses commoti fuerint ad bellandum. — Multas a Philippo iniurias sibi et illatas esse et instare, qui civium incorrupti erant, negare non poterant; Philippum autem puniri et reipublicae vires restitui gratum iis esse debebat non solum medio, sed ineunte

quoque bello. Quidni ergo in prima oratione non solum attenti fuerint ad rem novam audiendam, sed etiam laetati de bellandi
13 occasione? — At metuebant regis potentiam. — Quidni igitur orator iam in prima oratione id ipsum, quod maximam difficultatem obiiciebat, removeat? quidni summa utatur arte calliditateque ad celandam Philippi potentiam, ad extollendas reipublicae vires? quidni spem certissimam prae se ferat, fore ut vincant? Immo postularemus, si haec secunda esset, ut inveheretur in eos, quod fortunam sese offerentem neglexerint. Contra apparet, quam recte in prima spem magnam simulaverit, ut ab initio inde animum suis adderet. Praeterea valde probabile videtur, quod Iacobsius dicit in libro Demosth. Staatsr. p. 214. „*Es ist sehr wahrscheinlich, dass sich in den Gemüthern des Volks eine starke Neigung für das Bündniss gezeigt hatte.*“ Etenim hoc etiam illius aetatis proprium erat, ut, quod fortunae spe cupide arripuerant, cupide idem instante labore remitterent. Vere quoque monuit Rüdigerus: „quum de singulari divino beneficio, de imbecillitate opum Philippi, de mente sociorum a principe alienata et ipsorum civium desidia exponat, inprimis animos audientium ad rem ipsam convertere vult.“

Argumentationi ita finem imponit Lucchesinius:

„Tertia denique suo loco removeri nequit. Quippe parum isthic orator commoratur in suadenda opitulandi necessitate, sed veluti id iam fuerit constitutum, quempiam ita loquentem inducit: „quem nostrum fugit, iis opem ferendam esse? nec ferre utique recusamus. At quo consilio id a nobis curari possit, explanare opus est, atque isthuc nervos omnes intende.““ (pag. 31. init. Reisk.)

14 Negavit Lucchesinius, post hanc orationem aliam sequi posse, e qua recusasse cives auxilia doceamur. — At si post illam orationem nihil memoratu dignum gestum erat, nonne denuo nolle cives strenue rem gerere orator exprimere poterat atque debebat? Quare cum non mutaretur Atheniensium animus, necessarium erat, ut continuo Demosthenes ad bellum eos impulerit. Consilium vero, quomodo, quibusque opibus belligerandum sit, in tertia exponit eo uberius, quo magis ad singula quaeque descendit. Ergo etiam hac in re falsus est Lucchesinius. [5]

Superest difficultas, quam Iacobs. Demosth. Staatsr. p. 295. invenit in loco III. p. 10. l. 28. *πρὸς δὲ τὰς καταλλαγὰς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει.* Quo enim modo exspectandum erat, Philippum pacem cum Olynthiis compositurum esse tunc, ubi illi (si haec est tertia) ad incitas iam redacti erant; ubi minabatur Philippus, iam in eo rem esse, ut vel ipse Macedoniam, vel suam urbem Olynthii deserere debeant? (Dem. Phil. III. p. 113.) — Sed nexum si accurate inspexerimus, etiam ea dubitatio evanescet. Nam hac in oratione cum id ostendat, Athenienses suae maxime utilitati studere, si

Olynthiis auxilium mittant; terrorem quoque ipsis incutere vult, ne summa consilii Philippi sit, Athenienses, non Olynthios, hoc bello opprimere: propterea pacisci cum Olynthiis cupere eum dicit. — At videt, quod verbis praecedd. ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ — τρέψηται κ. τ. λ. contenderat, nisi celeriter legatos mitterent, metuendum esse, ne paciscerentur Olynthii cum Philippo, his verbis se dubitationem quandam excitare potuisse; poterat enim inde colligi, Olynthios ipsos per se non firmiter stare, sed facile in Philippi partes trahi. Quare idem h. l. iterum tangit: Quod ad Olynthios attinet, eius rei curam mittite; neque enim est, quominus illi constantes sint, siquidem succurritis, δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις κ. τ. λ. Ergo non nisi id, quod antea dixerat, ne perperam intelligatur, efficere studet. Succurrit etiam, quod Weisk. de hyperb. III. p. 32. protulit ad idem Iacobsii argumentum refutandum: „Nam oratorie illud magis, quam vere dicitur, quasi Philippus rebus iam bene gestis timeat continuatam cum Atheniensibus Olynthiisque iunctis contentionem."

16 DIONYSIANAM COLLOCATIONEM OMNINO VERAM ESSE.

Iam cum obstaculorum illorum ne unum quidem sit, quod Dionysio vere repugnet, sed reperta etiam plura, quae rationi eius plane faveant, progrediamur ad aliam partem, qua inquiramus in

III.

PHILOCHORI DE BELLO OLYNTHIACO NARRATIONEM.

Priusquam ad demonstrandam ex orationibus ipsis Dionysianae collocationis necessitatem nos accingamus, opus est, ut belli narrationem exponamus, quod tum demum apparebit, num quae externa orationum singularum causa quaerenda sit. At priorem Olynthi historiam si enarrare vellemus, rem ageremus, cuius non est arcta cum nostra disputatione necessitas. Quare nos eam historiae Olynthiacae partem tractandam eligimus, de qua vel nuperrime dubitatum est.

Philochorus apud Dion. Hal. ad Ammaeum VI. p. 734. Reisk. haec narrat:

*„Καλλίμαχος Περγασῆθεν. Ἐπὶ τούτου Ὀλυνθίοις πολεμου-
„μένοις ὑπὸ Φιλίππου καὶ πρέσβεις Ἀθήναζε πέμψασιν οἱ
„Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τε ἐποιήσαντο καὶ βοήθειαν ἔπεμψαν,
„πελταστὰς δισχιλίους, τριήρεις δὲ τριάκοντα τὰς μετὰ Χά-
17 „ρητος, ἃς καὶ συνεπλήρωσαν.“ Ἔπειτα διεξελθὼν ὀλίγα
τὰ μεταξὺ γενόμενα τίθησι ταυτί· „Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρό-
„νον Χαλκιδέων, τῶν ἐπὶ Θράκης, θλιβομένων τῷ πολέμῳ
„καὶ πρεσβευσαμένων Ἀθήναζε, Χαρίδημον αὐτοῖς ἔπεμψαν
„οἱ Ἀθηναῖοι τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτω-
„καίδεκα τριήρεις καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ
„πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἦλθεν εἴς τε Παλλήνην καὶ τὴν
„Βοττιαίαν μετ' Ὀλυνθίων καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησεν.“
Ἔπειθ' ὑπὲρ τῆς τρίτης συμμαχίας λέγει ταυτί· „Πάλιν δὲ
„τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ*

,,δεομένων, μὴ περιϊδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ
,,πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενι-
,,κὴν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων, ἔπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος
,,τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτακαίδεκα, τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας
,,δισχιλίους καὶ ἱππεῖς τριακοσίους ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρα-
,,τηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ στόλου παντός."

E Philochoro igitur, assentiente Dionysio, discimus, ter ab Olynthiis legatos Athenas missos esse, terque auxilium ab Atheniensibus latum; quam sententiam amplexi sunt Cel. Iacobsius et Bekkerus. Rüdigerus vero Philochori testimonium reiiciens nescio quomodo, orationum nostrarum alteram excipere alteram aut profectam esse ex altera, negat, sed suo quamque modo auditorum animos commovere. Qua in re quid sibi voluerit vir doctus, cogitatione comprehendere nequeo. Nam cum orationibus ipsis multa insunt, quae sententiam eius falsam esse probant; tum necessarium est, ut, nisi Demosthenem una serie omnes protulisse contenderis, alio quamque tempore, et nisi per intervallum cives vel tacuisse vel certe nihil egisse dixeris, alia quamque occasione habitam esse concedas. Porro necessarium est, ut altera 18
ex altera profecta sit, sive quid inde effectum sit, sive nil effectum. Unde hanc quaestionis partem iudicio parum severo a Rüdigero tractatam esse facile contenderim [6]. Quin Rüdigerum eorum, quae l. l. dixerat, postea poenituit p. 117., ubi plura ipse affert ad firmandum Libanii iudicium: Olynthiis succurrisse Athenienses, priusquam secunda (vulg. III.) oratio habita fuerit. At quum ne ibi quidem Philochori narrationem denuo examinet aut confirmet; par est, ut credamus, placuisse ei etiam tum rationes, quas contra Philochorum excogitaverat. Nam addit p. 117. Philochori verba, sed ea tantum, quibus de prima Charetis expeditione agitur. At quo iure hisce Philochori verbis magis crediderit, quam sequentibus, aut quidni Charidemum missum esse maluerit, de hac re ipsa iam videamus.

Et primum quidem obstaculum, quod ille monstravit, nullam orationibus mentionem insertam esse legatorum, quos ter miserint Olynthii, quamvis pulcherrime ea re uti potuisset orator ad instigandam suorum segnitiem; hoc ipse postea removisse videtur, quum p. 117. concedat, ante secundam orationem auxilia quaedam missa esse Olynthiis. Nam neque in illa oratione mentio fit legatorum iterum missorum; nec sane mirum; silentio enim ea praetermittuntur a Demosthene, quippe quae nota sint omnibus: aut cur omnino nuntios publice allatos repetat?

Deinde vero, quod Philochorus narrat, primo praesidio ab Atheniensibus misso praefuisse Charetem, alteri Charidemum, tertio iterum Charetem, id ei verisimile non videtur, quod Charetem 19
nuper res pessime gerentem cives experti fuerint. Sed exempla nobis suppetunt, quibus difficultatem hancce superabimus. Nam

Charidemus, quanquam Olynthiis olim Amphipolim contra Athenienses defendentibus operam suam navaverat, tantum tamen abfuit, ut hominem perfidum Athenienses punirent, ut eum non solum mercede conducerent, sed etiam iure civitatis, denique, quasi de republica optime meruisset, coronis donarent. (Vide programma scriptum a Rumpfio prof. Gissensi. 1815.) Docemur inde, haud veritum esse populum etiam honoribus eos cumulare, qui civitati male prospexerant. Quid? cum de Charete ipso, postquam mores eius libidinosos et sordidos perstrinxerat, Theopompus apud Athenaeum XII. p. 532. C. D. haec dicat? *Καὶ τῶν χρημάτων τῶν εἰσφερομένων εἰς τὸν πόλεμον τὰ μὲν εἰς ταύτην τὴν ὕβριν ἀνήλισκε, τὰ δ' αὐτοῦ κατέλιπεν Ἀθήνησι τοῖς τε λέγουσι καὶ τὰ ψηφίσματα γράφουσι, καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς δικαζομένοις· ἐφ' οἷς ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων οὐδεπώποτε ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἠγάπα τῶν πολιτῶν· καὶ δικαίως· καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἔζων.* Cuius loci habitum etiam si hyperbolicum quodammodo nominemus, non est tamen, quod rem abiiciamus; quippe quae non aliena sit ab illius temporis moribus. Vid. Iacobs. p. 4. et Ol. II. p. 38. l. 5. *ὅτι δὲ οἱ τοῦ δεῖνος νικῶσι ξένοι, ταῦτα πυνθάνεσθαι.* ubi recte Rüdigerus: „eos tangit, qui mercenariis praeerant, ut Chares, Charidemus, Diopithes aliique." [7]

Iam cum nihil supersit, quod impediat, quominus Charetem
20 primae ac tertiae expeditioni praefuisse putemus, videamus, anne Charidemo quoque ducis nomen vindicari possit.

Namque Theopompus apud Athenaeum X. p. 436. C. *ἐν τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ περὶ Χαριδήμου τοῦ Ὠρείτου διηγούμενος, ὃν Ἀθηναῖοι πολίτην ἐποιήσαντο, φησί· „τήν τε γὰρ δίαιταν ἑωρᾶτο „τὴν καθ' ἡμέραν ἀσελγῆ — — — καὶ εἰς τοσοῦτον προῆλθεν „ἀκρασίας, ὥστε μειράκιόν τι παρὰ τῆς βουλῆς τῆς τῶν Ὀλυνθίων αἰτεῖν ἐπεχείρησεν, ὃ τὴν μὲν ὄψιν ἦν εὐειδὲς καὶ χαρίεν, „ἐτύγχανε δὲ μετὰ τοῦ Δέρδου τοῦ Μακεδόνος αἰχμάλωτον γεγενημένον."* Liquet inde Charidemum Atheniensis exercitus ducem Olynthi commoratum esse, idque eo tempore, quo bellum Olynthii cum Macedone gerebant, quum in captivitate tenerentur Macedonum nonnulli.

Res igitur ipsa suadet, ut Philochori narrationem accipiamus. Qui quum non solum nostratibus, Hemsterhusio (ad Schol. Plut. 1003. p. 353.) et Heynio (ad Apollod. 3, 14.) impense laudetur, sed Straboni quoque (IX. p. 399. sqq. Tzschuck.) inter scriptores rerum Atticarum numeretur *τοὺς λόγου ἀξίους*, quumque propter *ἀκρίβειαν* laudetur a Dion. Hal. (tom. II. p. 123. Sylb. tom. VI. p. 721. sqq. Reisk. coll. Lenz. apud Siebelis. de Philoch. p. 5.); non est, cur soli Libanio credamus narranti in Argum. II. (vulg. III.): *ἔπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις οἱ Ἀθηναῖοι καί τι κατορθοῦν ἔδοξαν δι' αὐτῆς.* Neque enim e fontibus

haec videtur hausisse, sed aut finxisse ex orationis habitu, aut
obiter e memoria laudasse.

At repugnare Philochoro videtur locus quidam in Demosthenis
oratione de fals. leg. p. 426. Reisk. *μυρίοις δὲ ξένοις καὶ τριήρεσι
πεντήκοντα ὑμῶν βοηθησάντων αὐτοῖς καὶ ἔτι τῶν πολιτῶν τετρα-* 21
κισχιλίοις, οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἠδυνήθη σῶσαι. Quo nixus Luc-
chesinius in adnotatt. histor. p. 300. „quae quum Demosthenes
„referat, inquit, oculatus testis, *ὡς ἐν παρόδῳ* repudiandum est
„Philochori testimonium." Ut plura in Lucchesinii libro depre-
henduntur vestigia, quibus cupidius quaestionem nostram ab eo
tractatam esse proditur; ita hoc loco studium eius opinionem
praesumtam firmandi causa fuit, cur in errorem induceretur
Rüdigerus, cum Demosthenis verba nexumque minus accurate
respiceret. Rüdigerus enim de Demosthenis verbis ita loquitur:
„De auxiliis denuo missis nulla fit mentio, cuius quis neget hic
opportunissimum fuisse locum?" — At ipse Rüdigerus non ne-
gabit, auxiliis parvis ter missis multo minus socium adiuvari,
quam copiis illis omnibus in unum collectis et semel missis. Atqui
intererat illo loco Demosthenis, ut quam plurimum ab Athenien-
sibus Olynthiorum rem sublevatam esse ostenderet. Largitioni-
bus enim res maximas perdi probare studet; quod multis exem-
plis postquam ostenderat, Olynthiis idem accidisse dicit; eos
enim antea opibus multo minoribus Lacedaemoniis admodum
validis per longum tempus restitisse. Sed ubi auri cupido eos
incesserit, donaque singuli acceperint a Macedone, quamvis
duplicem virium magnitudinem nacti fuerint, magnisque copiis
Athenienses succurrerint, brevi tamen a Philippo eos victos
esse. — Quare par erat, ut numerum Demosthenes accurate
persequendo non imminueret, sed, quatenus poterat, oratoria
licentia augeret. Et sane id hoc loco statuendum est. Ergo
etiam id concedendum erit, auxilia tria cogitatione in unum ab
eo esse collecta, atque tantum abesse, ut Philochori testimonium 22
infringat, ut certissime illud confirmet. [8]

Verum omnino, etiam si Philochori testimonium nobis deesset, cuius narrationi etiam hoc affert auctoritatem et fidem, quod in exponendo copiarum numero ad singulos numeros accurate referendos descendit, vel ipsius Demosthenis numerum falsum esse iudicarem; Athenienses enim ea desidia, eaque, qua tunc erant, debilitate tantas illas copias una eduxisse vix censendi sunt.

Quare, quum ne unum quidem argumentum iure contra Philochorum prolatum sit, Philochorus autem Demosthenis mentione mire confirmetur; narrationem eius pro vera habeamus, necessarium est.

Ex hac autem quaestione quantum lucis disputationi de orationum ordine affundatur, exemplo demonstrare iuvat. Saepius quidem in sequentibus huc redeundum erit; sed exemplum illud cum ob argumenti gravitatem, tum ob transitum inde faciliorem

ad ostendendam ex orationibus ipsis Dionysianae collocationis veritatem, hoc loco exponere satius duximus.

Nam singulas has orationes habitas esse, postquam singulis vicibus Olynthiorum legati Athenas pervenerant, praeeunte Philochoro cum statuamus, necessarium est, ut tertiae orationi ea legatio causam dederit, qua *μὴ περιϊδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικὴν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων* Olynthii rogaverant, ut Philochorus tradit l. l. Iam in prima quidem oratione Demosthenes adhortatur suos, ut promtos se ostendant utque ipsi proficiscan-
23 tur. pag. 21. sub fin. *εἰσφέροντας, ἐξιόντας.* p. 25. fin. *εἰσφέρειν χρήματα, αὐτοὺς ἐξιέναι προθύμως,* et in fine orationis: *πάντας ἐξιέναι κατὰ μέρος.* Sed valde erraret, qui propterea hanc orationem tertio loco poneret; per mercenarios enim nihil frugi perfici aliunde satis persuasum habere poterat orator. Quid ergo mirum, si iam in prima cives adhortabatur, ut ipsi manus operi iniicerent, priusquam ab Olynthiis hac de re monitus erat? In secunda vero oratione (vulg. III.) rem illam innuit magis, quam apertis verbis suadet. p. 36. fin. *τὸ μὲν πρῶτον καὶ στρατεύεσθαι τολμῶν αὐτὸς ὁ δῆμος κ. τ. λ.* dum suae aetatis homines comparat cum maioribus. vide etiam p. 38. — At in tertia p. 10. sub fin. *καὶ αὐτοὺς ἐξιόντας καὶ μηδὲν ἐλλείποντας.* p. 16. init. *στρατευομένους αὐτούς.* Qua in re id praecipue nos offenderet, quod in oratione, quae nobis secunda est, si esset tertia, mentio vix fieret eius rei, quam tanquam summam Olynthii petierant, ut Philochorus docet. Iam propterea necessarium est, ut oratio, vulgo prima, tertio loco ponatur. Subvenit denique huic sententiae, quod in tertiae orationis fere initio collocatum est: *ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον.* Hinc sine ulla dubitatione colligitur, in id maxime, quod necessarium ipse iudicaverat, quodque nunc ab Olynthiis petebatur, Demosthenem voluisse civium animos intendere, quod non nisi hoc modo res peragi posset.

Qua ex re tantus inter Demosthenem et Philochorum consensus extorquetur, ut et Philochorus et Dionysius vere scripsisse videantur.

Sed veritas tunc maxime elucescet, ubi adversarios sibi ipsis
24 repugnantes viderimus. Atqui paucis verbis ostendamus Lucchesinium satisfacere sibi non potuisse, siquidem acumine paullo consideratius usus fuisset. Nempe Philochoro in conscribenda historia pro fontibus erant inter alia Demosthenis orationes auctore Dionysio ad Amm. tom. VI. p. 742. Reisk. Iam etsi falsa essent omnia, quae de Olynthiorum tribus legationibus missisque illis auxiliis disputavimus, fugere tamen Lucchesinium non debebat, etiam hac via Dionysianum ordinem vindicari. Etenim si Philochorus ex orationibus ipsis narrationem suam composuit, ex ea certe Olynthiorum rogationem: *πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικὴν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων,*

petiit, in qua maxime Demosthenes cives, ut ipsi stipendia facerent, adhortatus erat. Ergo necessarium est, ut Philochoro quoque, qui Ol. CXVII. (coll. Dion. Hal. tom. V. p. 636. Reisk.) floruit, eadem oratio, quae nobis, ultima fuerit.

Qua disputatione inventa iam externis rationibus veritate, hoc facilior progressus fit ad

DEMONSTRANDAM EX ORATIONIBUS DIONYSIANI ORDINIS VERITATEM.

Cum ob argumentorum ex orationibus ipsis petendorum nimiam multitudinem, tum ob rei ipsam conditionem necessariam aptissime in duas partes dividetur materia. Nam cum exstent rationes aliae, quae singulis quibusdam membris sententiisque continentur, aliae, quae toti orationis cuiusque indoli insunt; duplex item probandi genus exhibebimus: quorum posterius quomodo instituendum sit, suo loco videbimus; illud autem materia non eo ordine, quo in orationibus singula sese sequuntur, eno- 25
tanda commode absolvi existimo, sed colligendis singulis ad suas argumentationis partes: ita ut, nisi hoc praemonitum esset, primo adspectu disiecta omnia viderentur. Hac vero ratione aliquantum impeditur, quominus innumera recoquantur aut vi dicantur minori; nam prorsus evitari hoc non potuit. Utraque autem parte removenda quaedam sunt, quae speciem quandam prae se ferunt, ac si defendi iis possit ordo vulgatus, nondum quidem ab adversariis enotata, sed quae vix latebunt sedulum orationum lectorem.

IV.

ARGUMENTA E SINGULIS INDICIIS DESUMTA.

Quod si verum est, orationem eam, quae vulgo secunda est, primam esse, sic omnia dicta erunt, ut si nunc primum de legatorum Olynthiorum petitione deliberetur. Nam si secunda esset, opus esset, ut invenirentur nonnulla, quae nobis persuaderent, Athenienses bellum iam suscepisse.

Atque statim in orationis initio locus occurrit, quo dubitatio omnis tollitur. Nam si verum est, quod supra haud leviter nos evicisse putamus, statim post primam orationem auxilium Olynthiis missum esse et bellum susceptum ab Atheniensibus; non video, quomodo haec oratio secunda esse possit, qua gaudium Demosthenes exprimit, quod Olynthii contra Philippum bellum *gesturi sint.* p. 18. l. 10. τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας [9] Φιλίππῳ γεγενῆσθαι

καὶ χώραν ὅμορον καὶ δύναμίν τινα κεκτ. κ. τ. λ. Quin et si
26 falsa esset Philochori narratio neque auxilium latum esset post orationem primam; propter id ipsum, cum ordinem vulgatum sequeremur, vesanum concionatorem Demosthenem conspiceremus. Mentene captus est is, qui, postquam frustratus est primae orationis eventu, non fere desperat inque civium ignaviam invehitur, sed summo gaudio belli occasionem praedicat, quam spernere suos modo viderat? — At ea de re cum plura dicenda sint, ubi de totius orationis, si prima est, necessaria adumbratione disputabimus; removeamus difficultatem aliam ultro se offerentem. Possit enim esse, qui dubitet de huius loci vera lectione, quum *πολεμήσαντας* exhibuerit Wolf. ex uno codice. Nimirum molesta lectio *πολεμήσοντας* fuit ei, qui ordinem vulgatum sequebatur. Ratio enim, qua Rüdigerus Wolfii lectionem explicari posse putat, non erit omni ex parte probanda. Cur enim vertit: facti sint tales, ut *possint* bellum gerere? Ad Hermannum quidem provocat de emend. rat. gr. gr. p. 187. quod exempla ibi afferantur, quibus comprobetur, aoristi forma significari etiam *posse.* Sed alteris istis exemplis nonnisi *solere* aoristo exprimi docemur; ita ut, ubi hoc potest adhiberi, tum tantum illam significationem locus ferat: quod qui rem facere solet, etiam potest. Sed quod Olynthii soliti sint cum Philippo bellum gerere, id nec plus facit ad Demosthenis praesens gaudium, nec verius est, quam alterum, quod proponi possit, laetari Demosthenem, quod prius unquam cum eo bellaverint. [10] — Sed quum ex iis, quae diximus, satis appareat, non nisi ad tuendum ordinem vulgatum *πολεμήσαντας* receptum esse, acquiescamus
27 in lectione *πολεμήσοντας*, quam Bekkerus et Rüdigerus e libris optimis, Aldina utraque, Voss., Harl. in textum receperunt.

Aliud haud leve vestigium reperimus in hisce: p. 21. l. 25. *πρὸς δὲ Θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἣ τοὺς μὲν διδάξει ταῦτα, τοὺς δὲ παροξυνεῖ.* Quum in sequentibus adderet, Thessalos non contentos esse ea conditione, quae ipsis cum Philippo intercederet, spem inde in civibus excitare voluit, fore, ut illi quoque cum Atheniensibus sese coniungerent, si bellum contra Philippum ab his iam decretum esse audirent. Orator igitur supponit, ignotum Thessalis esse, contra Philippum Athenienses aliquid moliri. Sed post unamquamque orationem auxilium missum esse, supra demonstravimus. Quod si Olynthii auxilia iam petiissent et accepissent, quomodo Thessalis id ignotum esse poterat? Neque ergo oratio alia nostram antecessit, sed verus est Dionysianus ordo. Etenim fortasse nemo est, qui haec callide ab oratore conficta esse existimet, atque contendat, haud quidem fugisse Thessalos, foedus cum Olynthiis ab Atheniensibus iam iunctum et auxilium latum esse; sed, quum eventu secundo res caruerit, hoc Thessalis plane ignotum simulasse Demosthenem, quo nunc quidem strenue cives se gererent auxiliumque

promitterent. Nescio enim, qualis haec sit calliditas, qua negamus ea, quae omnes cognita habent. Demosthenes igitur vere locutus est, cum paullo post quidquam gestum esse negaret: p. 21. l. 29. σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις, ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύναι ἕξουσιν κ. τ. λ. Nam cives ne verba quidem Olynthiis hucusque dedisse, sequentia docent, quibus in universum 28
Athenienses propter loquendi pollicendique copiam vituperat, attamen ne verbo quidem idem nuperrime in Olynthios commissum esse queritur. Nemo vero negabit, Demosthenem hoc vix omissurum fuisse, siquidem iure fieri potuisset. — Quare haec oratio prima est, nisi oratorem temporis suique oblitum fuisse statuamus.

Subnectimus hisce propter materiae similitudinem ea indicia, quae de vulgati ordinis veritate persuadere possint iis, qui Philochori testimonium abiiciunt, nobis autem, quo iure illud amplexi sumus, eodem etiam primum locum orationi nostrae vindicare videntur. Nam cum certum sit e Theopompo apud Athen. XII. p. 532. C. D. multitudinem valde laetatam fuisse de victoria, quam reportasse Chares gloriabatur, comprehendi nequit, quomodo silentio praeterire orator potuerit, quod Athenienses multum se hoc bello perfecisse certe ipsi putabant. Quidni eos vituperavit, ut in oratione secunda (vulg. III.)? Atqui Demosthenem ipsum audimus asserentem, nihil plane hucusque ab Atheniensibus gestum esse. Cuiusmodi est, quod p. 24. l. 29. legitur: multo praestantiorem Philippi conditione Atheniensium fore statum, si καὶ κατὰ μικρὸν, ἃ προσήκει, peragere velint. Qua in re id primum animadvertendum est, etiam si respicitur ad oratoris hyperbolen, tanta fortuna Olynthiorum res adhuc contineri, ut vel parvis copiis servari possint. Id quod ab initio tantum dici poterat. Comparetur enim hoc cum severa admonitione, ut opem ferant, quae legitur in tertia, quo appareat, nostram post tertiam sequi non posse. Tum vero luce clarius inde fit, manum negotio eo usque cives non iniecisse; cuius rei 29
praeterea haec confer exempla: p. 24. l. 5. Οὐ δὴ θαυμαστόν ἐστιν, εἰ στρατευόμενος καὶ πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς, καὶ παρὼν ἐφ' ἅπασι καὶ μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν παραλείπων ἡμῶν μελλόντων καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων περιγίγνεται [11]. p. 24. l. 32. ἀλλ', οἶμαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. Neque enim vere e verbis hisce concludi potest, praemissam quidem esse orationem, fructu autem eam caruisse. Nimirum Demosthenes etiam illud tempus innuit, quod bello Olynthio antecesserat. Cf. enim p. 25. l. 22. εἰ μηδὲ εἷς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δύναται λογίσασθαι, πόσον πολεμεῖτε χρόνον Φιλίππῳ καὶ τί ποιούντων ὑμῶν ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν οὗτος. p. 25. l. 28. σχεδὸν ταυτὰ ἅπερ νυνὶ ποιούντων ὁ χρόνος ἅπας διελήλυθεν. Quae omnia Philo-

choro plane contraria essent, si orationem nostram de primo loco expellere conaremur.

Itaque e tribus hisce argumentis, 1) quod occasionem praedicat orator bellandi, quam tandem nacti sint sui, 2) quod ignota Thessalis esse ponitur Olynthiorum cum Atheniensibus de foedere contra Philippum iungendo deliberatio, 3) quod nihil hucusque ab Atheniensibus hoc bello tentatum esse ex oratione coniicere licet; hinc orationem nostram primam esse, satis constare puto.

Demonstrandum iam esset, secundam orationem (vulg. III.) nec primam esse posse, nec tertiam. Sed ubi de ceteris orationibus iudicium firmatum erit, haec in iustum locum per se trahetur. Neque enim disputatio de eius loco ex ea ipsa pendere potest,
30 quum omnes in eo consentiant, ut post primam (vulg. II.) ponatur; id quod facile patet ex orationis initio, unde docemur, de vindicta a Philippo repetenda cives iam cogitasse. Progrediamur igitur ad orationem tertiam, et quae ibi reperiri possunt singula natalis vestigia, ea examinemus.

Atque si tertia fuit haec oratio, necessarium est, ut, quo magis de bello strenue gerendo deque obstaculis removendis cogitare cives neglexerint, eo maiori orator hyperbola utatur, qua et pigritiam eorum perstringat, et, qui metus, quae spes supersit, instante periculo acerbior exponat. Qua in re si quid obscurius in prioribus orationibus narratum erat, id ab oratore intervallo magis edocto clarius exprimetur. Porro instantius ad bellum aggrediendum admonebit et viam, qua opes sibi parare possint, certius ostendet. Sed etiam huic rei inerunt quaedam, quorum antea iam facta erat mentio; quibus si nova quae adderet non habebat, verbo tantum rem tangere poterat: quod ex iis, quae prius dixerat, aperta erat eius sententia. Necessarium igitur est, ut haec oratio e praecedentibus demum intelligatur. Denique iustum est, ut in consilio de bello gerendo orator ad singula quaeque descendat magis, quam in prioribus factum erat, quoniam res ad extremum devenerat. — Apparet inde, quae via nobis ingredienda sit. Nam cum omnia, quae in tertia dicuntur, e prioribus orta atque aucta sint; huius orationis argumenta diligenter conferenda sunt cum singulis, quae in reliquis orationibus continentur, indeque belli progressus explicandi.

31 Videamus primum de illo argumento, quo de causis agitur, cur auxilii missi fructus omnino nullus fuerit; id quod ex eo intelligere licebat, quod Olynthiorum tertia legatio tertium auxilium petebat. Causarum novum quidem genus non affertur, sed de quo Demosthenes semper questus erat, socordia ac temeritate

rem male gestam esse, id etiam nunc affirmatur. p. 13. l. 20. τί οὖν, ἄν τις εἴποι, ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν; Ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε ἀμφότερα, καὶ τὸ προΐεσθαι καθ' ἕκαστον ἀεί τι τῶν πραγμάτων ὡς ἀλυσιτελές κ. τ. λ. Sed in modo ac tenore cernitur quaedam differentia; iure enim se eos reprehendere probare studet. Scil. mira videri possit civium interrogatio, cur talia obiiciat: quippe quae tum demum obiicienda fuissent, ubi oratoris spem plane irritam fecissent. Colligi inde posset, primam esse hanc orationem, quod de auxilio mittendo cives nondum rogati, itaque non reprehendendi fuerint. Tantam autem hyperbolam orator sibi non permittit, ut Athenienses auxilium tulisse omnino neget; hoc tantum dicit, cives sua vix tueri, Philippum autem, nisi nova acquirere possit, nihili aestimare ea, quae habeat. Nam vide, quam lepide Demosthenes, se quum defendat a civium indignatione, concedendo, esse quaedam quae gesserint, hoc acerbius eos vituperet. Etenim verbis: εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς ἀεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, ἐγνωκὼς ἔσται, ὑμεῖς δὲ, ὡς οὐδενὸς ἀντιληπτέον — τῶν πραγμάτων, addit istud ἐῤῥωμένως, quo concedit eos rem quidem aggressos esse missis contra Philippum auxiliis, sed talibus, a quibus sperari prorsus nihil potuerit. At ne uno tantum exemplo audacius res niti videatur, in memoriam revocentur, 32
quae supra in cap. III. fine monuimus de loco p. 9. l. 5. quo noster locus explicatur: ἐῤῥωμένως enim ibi erat αὐτοὺς ἀντιλαμβάνεσθαι. — Quae quum ita sint, haec oratio prima esse non potest. Etiam hoc intelligitur, cur auxiliorum, quae misisse cives mirum quantum gloriabantur, mentionem orator plane nullam fecerit. Est enim eadem hyperbole oratoria, quam notavit Weisk. P. III. p. 32. „Demosthenes dum mitti tandem auxilia „iubet, his more oratorio significat, pro nullis habenda esse, „quae adhuc miserint.“

Quibus peractis progrediendum est ad eam partem, qua, quid timendum vel sperandum sit, a Demosthene indicatur. Etenim quo plus temporis praeterierat, eo minor supererat spes, eo maior fiebat metus. Atqui Demostheni periculum in dies crescere videtur. p. 12. l. 4. Εἰ δὲ προησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους (τοὺς Ὀλυνθίους [12]), εἶτ' Ὄλυνθον ἐκεῖνος καταστρέψεται, φρασάτω τις ἐμοὶ, τί τὸ κωλῦον ἔτ' αὐτὸν ἔσται βαδίζειν ὅποι βούλεται; — innuit Athenas, ut rectissime monet Rüdigerus Nimirum hoc iam metuendum esse, nunquam ostenderat in praecedentibus orationibus. At quum crescente periculo ab Olynthiis legatos missos esse statuendum sit, plane perverse loqueretur, si maximum periculum initio monstraret, postea vero, ubi et res et legati instigabant, sileret. Nam ut cum Rüdigero (prolegg. p. 89.) ex hoc loco Olynthum obsidione tunc iam pressam fuisse suspicer, id efficit locus p. 14. l. 27. sqq. Εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων, ὑπομείνας

τοῦτο Ὄλυνθον παραστήσεται, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν ἀμυ-
33 *νεῖται, εἴτε βοηθησάντων μόνον ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον, ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι προσκαθεδεῖται καὶ προσεδρεύσει, περιέσται τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων.* Unde verisimile est, supponere Demosthenem, Olynthum obsidione iam cingi. Accedit, quod sub finem orationis nostrae p. 16. l. 1. sqq. optionem dari dicit orator Atheniensibus bellandi vel in sua patria, vel in Olynthiorum finibus. — Quibus omnibus in summo discrimine rem iam versatam esse, satis indicari iudico.

Eodem redeunt illi loci, quibus demonstratur, quae spes Atheniensibus supersit. Nam quum summo premente periculo facile fiat, ut animum despondeant homines, prudentis oratoris erat, spem excitare, quantum pro rebus fieri poterat. Sed tum spes fundamento haud admodum firmo niti solet, propter id ipsum, quod summum imminet periculum. Id quod huic orationi convenit. Quis enim Demostheni ad verbum credet, perturbatum fuisse Philippum, cum Charetis istius et Charidemi exercitus Olynthiis succurrerent? Aut quis putabit, Philippum horruisse Olynthiorum potentiam, quum oppida eorum vel diruisset vel in potestatem redegisset Olynthumque ipsam oppugnaret (vid. Rüdig. prolegg. p. 73.)? aut timuisse Thessalos, qui non per arma sed per legatos res repetebant? — Et sunt tamen haec Demosthenis verba: p. 15. l. 29. sqq. *Ἀλλ' ὡς ἐπιὼν ἅπαντα τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα ἀναιρήσεσθαι, κᾆτα διέψευσται. τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει παρὰ γνώμην γεγονός, καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτῷ παρέχει· εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν.* Sunt omnino haec talia commenta, quibus erigere studemus eos, qui periculo
34 oppressi de felici eventu iamiam desperant. — Hoc autem nemo nobis obiiciet — quanquam id parum infringeret praecedentis argumenti vim — oratorie Demosthenem rem futuram cogitatione praecepisse tanquam praesentem, ita ut *ταράττει* pro *ταράξει* dictum sit etc. Id enim vel idcirco non potest admitti, quod *ταράττει* etiam ad *τὰ τῶν Θετταλῶν* pertinet, quae res non futura, sed praesens erat. Nam vide verba Demosthenis ipsa p. 15. l. 5. sqq. cf. etiam Ol. I. p. 20. l. 24. et quae de iis locis postea monebimus. Quare illud *διέψευσται* vere perfectum et *ταράττει* ac *παρέχει* vere praesentia sunt. Deinde etiam hoc accedit, quod orationis indoli magis convenit tempus praesens et perfectum, quam futurum; nam quum desperantium animi erigendi essent, maioris momenti erat, eiusmodi res proferre, quibus perturbatum iam esse Philippum aliquis credere poterat, quam eas, quae adhuc gerendae erant, ita ut eum postea demum perturbatum fore sperari potuisset. — Quae si vere disputata sunt, duplex nobis argumentum tradunt. Animum despondebant Athenienses, quod minus facile ante operis cuiusdam initium fieri videtur, quam quum eventu parum secundo res iam tentata est; ergo haec oratio non in belli initium cadit. Deinde autem haud ob-

scure auxilium ab Atheniensibus iam latum esse ostenditur per *τοῦτο ταράττει αὐτόν*. Nam *τοῦτο* non solum ad ea refero, quae Olynthii, sed etiam ad ea, quae Athenienses hoc bello contra eum moliti erant. Neque enim propterea perturbatum Philippum aliquis nominare poterat, quod Olynthii ei resistebant; nam hac re parum Philippum impeditum esse orator ipse non negasset, idemque periculo, quod a Philippo imminere paullo post expo- 35
siturus erat, nimie contradixisset; sed propterea Macedonem metuere dicit, quod Athenienses rei se immiscuerant coniunxerantque sese cum Olynthiis, a quibus coniunctis oratorio sane modo Philippo dicit magnum timorem iniici. Cf. Weiskii verba, quae subiecimus capiti II. Porro si qui erant, qui e verbis p. 9. l. 9. *ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν* Lucchesinio *ἤδη* vertenti *nunc tandem* nimium confisi colligerent, nullas adhuc copias contra Philippum missas esse, eos pacatos videmus ab eodem Weiskio l. l. p. 32. not. Ergo haec oratio, si quid video, prima esse non potest, sed debet esse tertia.

Firmabitur iudicium nostrum, ubi verba, quae paullo post leguntur p. 15. l. 4. quibus de Thessalis agitur, contulerimus cum loco simili orationis primae. Namque Ol. I. p. 20. l. 14. Thessalos a Philippo deceptos esse narrat; ibid. p. 21. l. 25. legitur: *καὶ γὰρ νῦν εἰσὶν ἐψηφισμένοι Παγασὰς ἀπαιτεῖν καὶ περὶ Μαγνησίας λόγους ποιεῖσθαι.* Concedo equidem, legationem ad Thessalos, quam posteriore loco Demosthenes postulaverat, non esse missam, cum in oratione tertia de mittenda legatione ita loquatur, ut si nondum missa sit: sed usque ad tertiam concionem Demosthenem certiorem de rebus Thessalis factum esse iure accipimus. Nec sane obscure id latet in oratione tertia. Nam pro illo *λόγους ποιεῖσθαι* in tertia dicitur *κεκωλύκασι τειχίζειν*, quod quamvis recte quis de eadem re intelligendum esse censeat, tamen, cum distinctius expressum sit, posterius dictum esse aptius iudicamus. Etenim habuit etiam orator, quod ad priorem illam notitiam plane novum accesserat: *ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων, ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν αὐτῷ* 36
καρποῦσθαι, quae profecto ita dicta sunt, ut si novam famam accepisset. Etiam propterea haec oratio est tertia.

Venimus iam ad orationem, qua bellum gerendum esse docet. Nam cum ea, quae civibus commendaverat, neglecta viderit, et propter consilii inopiam male gesta ea, quae inceperant; ipsum tandem rectam viam verumque consilium aperuisse supponere possumus.

In oratione III. p. 16. l. 23. haec habemus: *Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντας ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα, καὶ πρεσβευομένους ἐφ' ἃ δεῖ, κ. τ. λ.* — Num sciebant, ad quos legati mittendi essent? — Scil. ad Olynthios, sciebant ex hac ipsa oratione p. 10. init. Sed plures civitates ipse in mente habuisse videtur, cum *ἐφ'*

ἃ δεῖ diceret, atque omnino ad plures mitti iubebat Atheniensium totiusque Graeciae status. At ipsum oratorem omisisse rem gravissimi momenti, quae maxime ei cordi erat, aut oculorum nutu tantum indicasse, num credibile est? — Omnino rem satis gravem iudico, quae altius repetatur. Ut ostendat, Philippum nunc quidem minime esse validum, inter alia hoc suis reputandum tradit, quam infirma conditione Philippi cum Thessalis iuncta amicitia nitatur. Deinde exhortatur suos, ut strenue res capessant legatosque mittant, ἐφ' ἃ δεῖ. Poterat quidem aliquis valde acutus inde coniicere, de legatione ad Thessalos mittenda sermonem esse; sed quid ceteri? — Iis non nisi in universum ad maiorem industriam excitare orator videri poterat, postquam spem adhuc reliquam ostenderat. Nam ut legatos ad Olynthios ad
87 foedus firmandum nunciandumque novi auxilii adventum iterum mitterent, id commemoratione satis dignum erat. (Vide, quae dicebamus ad refutandum primum Lucchesinii argumentum.) Ea igitur restat difficultas, quod sententiam imperfectam orator tunc protulisset. At quid? si oratorem eadem de re consilium aperuisse viderimus, nonne haec omnia intellectui satisfacient? Et profecto in oratione I. p. 21. l. 25. haec verba habes: πρὸς δὲ Θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἣ τοὺς μὲν διδάξει ταῦτα, τοὺς δὲ παροξυνεῖ. Hinc pulchre omnia procedunt: nam etiam hoc loco causam, cur illa suadeat, eam addit, quod Thessalos Philippo infestos esse sciat. Iam postquam in tertia oratione idem dixerat, statim exhortatio sequitur, ut legatos mittant ἐφ' ἃ δεῖ. Idem igitur sententiarum nexus hic idem suasit. Quare, nisi quis neget, pulchrius intelligi ea, quae verbo tantum tacta sunt, si praecesserit expressa et distincta rei enarratio, quam si non praecesserit; hoc argumento uno satis demonstrari puto, orationem nostram primam esse non posse.

Sed priusquam hoc argumentum relinquamus, removendus est error, in quem facile incidere aliquis possit. Solemus enim tunc in expositione aliquid omittere aut nutu tantum indicare, ubi res omnibus cognita esse ponitur, ideoque, ubi de eadem paullo antea disceptatum fuerat. Fortasse est, qui inde colligat, verba ἐφ' ἃ δεῖ non posse ad ea respicere, quae in prima concione dicta erant, quod haec remotior fuerit, sed ad ea, quae in concione ab alio quodam prolata fuerint, priusquam Demosthenes orationem suam habuerit; ita ut argumento illo, quod supra ex-
88 posuimus, non impediatur, quo minus hanc orationem primam faciamus. Sed manca haec est conclusio. Nam etiam si verba ἐφ' ἃ δεῖ non ad illa respicerent, quae in oratione prima dicta erant, sed ad concionatorum de eius rei utilitate deliberationes, tamen hasce ex orationis primae loco illo originem duxisse, consentaneum est. Praeterea quis ita suae salutis immemores credat Athenienses, ut vel eorum obliti fuerint, quos ad belli societatem incitare iussi erant?

Demosthenes deinde aliud consilium addit, quod si sequantur cives, sperat fore, ut vincant. Quod priusquam ipsi examinemus, perpendamus, quae Rüdigerus attulit: „Iam in hac (scil. „quam nos tertiam facimus) et in ea, quam Dionysius secundam „facit, disserit de pecunia theatrali in usum militarem adhiben„da, ita, ut Ol. II. 4, 1. dicat, *μὴ θαυμάσητε, ἢν παράδοξον* „*εἴπω τι τοῖς πολλοῖς, νομοθέτας καθίστατε.* Ol. III. 6, 4. videtur „eam rem iam tetigisse, quod apparet ex his verbis: *τί οὖν, ἄν* „*τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ᾽ εἶναι στρατιωτικά;*" [13] Recte quidem Rüdigerus his verbis aliquid inesse vidit, sed malim rem minus breviter tractasset. Quomodo enim e verbis *τί οὖν, ἄν τις εἴποι, κ. τ. λ.* sequi potest, Demosthenem eam rem iam tetigisse? Colligiturne id ex *ταῦτα*, an e tota sententia? — At consentaneum est, sententiam illam non respicere ad remotiora, sed ad propiora, itaque non ad orationem secundam, sed ad Ol. III. p. 14. l. 5. *ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά.* Est fortasse, qui nobis obiiciat, non nominasse Demosthenem pecunias eas, quae in *στρατιωτικὰ* mutari velit, itaque non apparere, quomodo cives 39
intelligere potuerint, non esse, nisi *τὰ θεωρικά*, quae *στρατιωτικὰ* iterum esse debeant, indeque postulari, ut illud *ταῦτα* non ad Ol. III. p. 14. l. 5. referatur, sed ad eiusmodi locum, ubi *τὰ θεωρικὰ* nominentur. Sed quis profecto contendet, civium quenquam fugisse, *τὰ θεωρικὰ* antea fuisse *στρατιωτικά;* Deinde Demosthenes ipsum hoc verum nomen rei tribuens reprehendit nomen et usum malum. Omnem denique dubitationem tollit ipse addendo: *ταῦτα δὲ ὑμεῖς οὕτως ὡς βούλεσθε λαμβάνετε. εἰ μὲν οὖν ταῦτα κ. τ. λ.* Quem, inquam, latere adhuc poterat, *θεωρικὰ* Demosthenem innuere? — Quare *ταῦτα* non ad illa orationis secundae verba referendum est.

Attamen verbis illis aliquid inest, quod in constituendo vero ordine nobis aliquod auxilium ferat, modo autem paullo diverso extorquendum. Nam pone, non esse tertiam nostram orationem, sed primam, eam vero, quae nobis secunda est, esse tertiam, ut vulgo volunt. Iam quum in oratione tertia iterum *τὰ θεωρικὰ* in *στρατιωτικὰ* mutari iubeat, sequitur, Athenienses Demosthenis consilium de pecuniis recte adhibendis, quod in oratione prima dederat, ante secundam non audivisse. Attamen in oratione secunda (nobis prima) de re tam gravi tamque necessaria ne verbum quidem legitur, sed in universum *εἰσφέρετε.* Iam quomodo orator, quod inter prima rei adminicula esse iudicabat, in oratione secunda praeterire poterat et reservare in occasionem futuram, ergo in concionem, si Diis placet, tertiam, cum non procrastinandum, sed tempore agendum esset? Urgente enim temporis angustia postulamus, ut augeatur cuique viro bono in consiliis dandis audacia, ita ut, quae unice salubria esse ducat, 40

proferre non veratur, periculum quamvis ei instet. Propter id ipsum vulgatus orationum ordo laborat.

Possit etiam id in sententiam nostram afferri, quod in secunda (vulg. III.) exponat, quo modo illa de theoricis lex abroganda sit (cf. p. 38. init.), in tertia autem (vulg. I.) a malevolorum criminationibus, qui cum ipsum legem illam abrogare divulgaverant, orator sese purgare videtur. Coniunctum est cum ea re, a qua fortasse haud procul Rüdigerus aberat, quod in oratione tertia res brevius vehementiusque tractatur, in secunda vero non solum eo loco, quem Rüdig. laudavit, sed etiam p. 37. fin. et pag. 38. fuse lateque de re tam gravi agitur. Inde demum explicatur, cur in tertia tam brevi esse ei licuerit.

Cum variae orationum occasiones ipsae postulent, ut consilia de bello gerendo Demosthenes pro vario rerum statu immutaverit, videamus etiam de loco Ol. III. p. 14. l. 20. ubi duplici exercitu, altero in Macedoniam profecturo, altero Olynthum defensuro bellum suscipiendum esse rationibus idoneis ostendit. Quod quum in hac oratione sola occurrat, iure nobis videmur interrogare, quid ad quaestionem propositam faciat. Etenim huius rei rationem aliam non conspicimus, quam prioris; quum profecto miraremur, si initio tantum consilium hocce orator dedisset, in reliquis autem orationibus praetermisisset, quanquam suos eam viam neglexisse videbat. Contra optime haec oratio tertio loco ponitur: initio enim sufficiebat, si animum firmare, metum eiicere contigerat ostendendo, satis adesse virium. Postea
41 vero, cum rem ab iis videret tentatam, modo autem parum idoneo, ita ut tota fere concideret, tum quam maxime oratoris erat, viam ostendere, qua ingrediendum esset, idque non in universum, sed eo melius, quo magis ad singula quaeque descendebat. Et sic fere fit in orationum nostrarum ultima.

V.

DIONYSIANA COLLOCATIO A TOTO ORATIONUM HABITU POSTULATUR.

Perlustratis momentis singulis, quae ad probandum Dionysianum ordinem seorsim tractari possunt, operam aliquam etiam ei argumentationi navemus, qua, si cum illis rationibus consenserit, nulla potest esse firmior, sed etiam debilior nulla, ubi in se sola nixa rem decernere ausa erit: eam dico, quae sensu quodam veri et tactu magis, quam visu reperitur. Quae ratio ut tum demum momentum facit, ubi ceteris rationibus accessit, ita saepe hoc tantum desiderari potest, ut illis non adversetur.

Neque enim, nisi cui acumen lynceum est, ad singula quaeque
descendere ita licet, ut ratio reddatur accuratissima, cur hoc,
non alio modo res expressa sit. Quare hanc partem sic absol-
vamus, ut orationes singulas itinere continuo peragremus, in iis
tantum commorantes, quae ad disputationem nostram videntur
aliquod momentum habere. Quod disserendi genus cum tale sit,
quo orationum quasi tota forma referatur, quatenus finis noster
ea tangitur; necessarium est, ut dubitationes illae reprimantur,
quas priori disputatione leviter tetigimus. Quas inter id praeci-
pue memorandum est, quod ex orationibus ipsis ter legatos ve- 42
nisse terque auxilium esse latum non possit perspici. Initium
fiat iterum ab oratione illa, quae Dionysio prima est.

OLYNTHIA PRIMA.

Praeclarum huius orationis initium, quo Demosthenes belli novi occasionem praedicat optatque, ut dignos tanto Deorum beneficio cives sese ostendant, quidni vel leviter inspicienti suspicionem moverit de vulgato ordine, vix mente comprehendas. Nam etiam si de voce *πολεμήσοντας* dubitatio erat, sola tamen illa oratoris spes persuadere debebat, hoc saltem bello nihil Athenienses omisisse, quod postulari ab iis iure poterat. Longe alium profecto oratoris conspiceremus animum, si huic concioni alia quaedam incassum praemissa fuisset. Cuius rei in argumentum sententias ex utraque de primo loco dubia concione afferamus simillimas. Namque postquam in primae initio bona spe exposuerat, Deorum magna erga Athenienses benevolentia Olynthios cum Philippo bellaturos, suosque eam occasionem occupaturos esse, in tertia, dum rem eandem tractat, his verbis utitur p. 10. fin. *οὐδὲ γὰρ λόγος οὐδὲ σκῆψις ἔθ' ὑμῖν τοῦ μὴ τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθέλειν ὑπολείπεται. νυνὶ γάρ, ὃ πάντες ἐθρυλεῖτε. ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον, κ. τ. λ.* Neminem esse existimo, quin sentiat, oratorem hic acriter eos pungere, quod rem eandem, quam ita magniloqui antea desideraverant, iam, ubi contigerat, pudenda segnitie negligant. Iam vide, quam male verba illa primae conveniant.

Sunt fortasse, qui dicant, quoniam postea in ipsa hac ora- 43
tione orator queratur de suorum desidia, tribuendum esse hoc
exordium arti cuidam oratoriae, ut se confisum civium voluntati
Demosthenes simulet benevolentiamque captet. Iis facile damus,
oratorem eiusmodi arte usum fuisse, qua cives, quos lentiores
fore aliunde satis suspicari poterat, suo bono animo firmaret
animumque pulchra spe augeret. Sed ea res cur primae ora-
tioni non conveniat, aut potius quomodo vulgatum ordinem ad-
iuvet, hoc edoceri velim.

Apte deinde orator procedit ad explicandos Philippi mores, recensens primum, quanta ille perpetraverit in Athenienses, tum, quanta in ceteras Graeciae civitates, perfidia et malitia usus summa. Qua in re cum suos exacerbare, tum ostendere voluit, quanto Philippus contemtu dignus sit. Etiam hinc videtur colligi posse, orationem hanc fuisse primam. Despiciendum enim proponit hostem puniendumque propter malitiam. Atqui ubi ira fastidioque instigare studemus, ibi res nondum eo processit, ut terrore ad stimulandum indigeamus. In sequentibus vero orationibus Demosthenes civitati iam metuit. Est ergo prima haec oratio.

Postquam explicuerat, Philippum populos, qui ipsius imperio pareant, fide vere sibi conciliare non posse, in ipsum Macedonis domum inquirit, nec magis fidos ei esse dicit domesticos et familiares, quam socios atque subditos. Quibus omnibus ut satis suos excitatos credit, se victores fore, subiicit, si quantulumcunque strenue se gerant et patrum fiant filii non dissimiles.

44 Finem denique orationi imponit ostendendo, cur prius contra Philippum omnia male gesta fuerint; quae qua ratione emendanda sint, in universum indicat.

Totius orationis igitur summam si contraxerimus, orator haec dicit: bellum contra Macedonem non repudiandum esse, sed propter arrogantiam atque perfidiam Deorum benevolentia faustoque omine quum rex *puniendus* nunc detur, hanc occasionem cupide arripiendam esse.

Iam animadvertendum est, Olynthiorum legationem hac in oratione verbis expressis nusquam commemorari, sed intactam eam rem Demosthenem reliquisse. Nec tamen negabitur, hac occasione optime legationis ab Olynthiis missae mentionem fieri potuisse, qua suos orator exhortaretur, ut strenue succurrerent. — Unde colligimus: 1) neque in ceteris orationibus necessarium fuisse, ut legatos iterum atque iterum missos esse enarraret, quoniam in prima non minor fuerat occasio, quam in illis; 2) nec quae, nec quoties auxilia missa, nec quae ab iis gesta fuerint, Demostheni commemorandum fuisse. Nam nisi de legationibus verba facere debebat, postulari non potest, ut exercituum missorum gesta expresse enarraret, quoniam arctissime hi nuncii cum legationum commemoratione cohaerebant. Nimirum, quod supra diximus, qua expositione id eget, quod omnium est in conspectu? Ergo commemoratio eodem iure, quo fieri poterat, poterat etiam non fieri. Repressam inde iudicamus Rüdigeri, quam supra notavimus, suspicionem, nec legatos, neque auxilia ter esse missa.

OLYNTHIA SECUNDA. 45

Videamus iam de illa oratione, quam nos cum Dionysio secundam facimus; in qua cuique statim occurret, quamquam innuitur magis, quam disertis verbis exprimitur, iam aliquid contra Philippum ab Atheniensibus gestum esse [14], sed eo modo, ut, quas inde laudes populus sibi vel ipse tribuerat, vel concionatores viles, Demosthenes eas immeritas esse comprobet. Inest quoque, quod orationem priorem primam esse clare evincat. Negat enim in secundae exordio, de ultione a Philippo sumenda cogitandum esse, sed cavendum, ne ipsi maius etiam damnum ab eo contrahant. Quod si haec contulerimus cum illis, quae primae orationis tanquam summam invenimus, puniendum esse Philippum, cui oculato haud persuasum erit, ultionem potius in prima locum habere, quam in sequentibus?

Queritur orator deinde de suorum ignavia, quae assentantium quorundam laudibus in dies augeatur, ita ut cives magna se perfecisse credant. Siculi priores occasiones socordia praetermiserint, ita nunc ignominiose perdi rempublicam. Postea vero, quum verba fecisset de opibus, quibus bellum gerendum esse censet, amaro sermone stultitiam eorum perstringit, qui verba factorum vice fungi putent, officiique neglecti, ubi ne ipsi quidem strenue se gesserint, duces accusare atque dulcia ante iusta eligere non vereantur. Finem denique huic orationis parti lucentem imponit comparando suae aetatis homines cum maioribus. At accidit hic idem nobis, quod paullo antea notavimus; quid 46 si comparamus huius orationis opprobria cum spe, qua in prima omnia sustinentur et eriguntur?

Claudit hanc orationem admonitione, ut omnes cum pecuniae tum militiae onus libenter subeant; quem in finem rerum publicarum mutationes nonnullas proponit, quibus facile res peragatur. Pulchre haec Dionysiano ordini conveniunt. Nam in prima huic rei tantum temporis non tribuit, quam in hac oratione; de tertia vero vide infra.

Quanquam de auxilio misso sermo in hac oratione non fit, sed e vestigiis quibusdam exercitum profectum esse colligi licet; tamen Philochori adversarii ipsi, Libanius, Scholiastes, Luechesinius et Rüdigerus copias quasdam Olynthum missas esse concedunt. Quare etiam ante orationem tertiam, quum in ea nec plura nec pauciora verba de auxilio fiant, quam in secunda, exercitum profectum esse cum Philochoro statuere licet. Vides igitur, orationes ipsas Philochori narrationi non repugnare; id quod postulavimus in cap. V. exordio.

OLYNTHIA TERTIA.

Superest, ut etiam tertiae orationis tenorem ita comparatum ostendamus, ut suo iure hunc locum obtineat.

Magna ab initio temperantia orator progreditur, diversa tamen ab ea, qua inchoat in prima. Sensisse enim ipsi videntur cives, auxilia necessaria esse, sed inter desidiam et voluntatem incerti fuisse (p. 9. l. 7. ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅν τινά μοι δοκοῦμεν
47 ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά.), cum a prioribus auxiliis, quibus officio molesto satisfecisse sese fortasse crediderant, per Olynthiorum legatos, nihil fere effectum esse, certiores fierent. Cui periculoso rerum statui orator ita mederi studet, ut, cum cives commotos esse videat, eos adhortetur, ut ipsi in castra proficiscantur utque nolint mercenarios quosdam procul ab urbe versari solitos ideoque segnitiae testibus carentes mittere, ut antea Charidemum. (Huc enim refero verba ὅπως ἐ ν θ έ ν δ ε βοηθήσετε καὶ μὴ πάθητε, ὅ περ καὶ πρότερον. l. l.) Metuendum enim esse, ne Philippus Atheniensium cunctationem iactitans Olynthiis persuadeat, eos omnino non subventuros esse. Tum modo aliquatenus simili, minime vero eadem laetitia, atque in prima, Philippi copias recenset, quas perfidia rex ipse imminuat, atque Deorum beneficium negligi demonstrat, si ista occasio non occupetur [15]. Sed illa utriusque orationis sententiarum similitudo minime contra nos facit. Neque enim videmus, cur in tertia alienius a re fuerit, ostendendo suorum vires Philippique infirmitatem tractando civium animos erigere, quam ignaviam obiiciendo hostiumque copias enumerando eos opprimere. Tamen neque haec oratio opprobriis caret gravissimis; cf. praeter ea, quae supra notavimus p. 13. l. 20. sqq. ibid. l. 10. sqq. ubi vehementius sane invehitur, quam initio aptum fuisset.

Adiicitur postea ipsius de belli gerendi ratione, de opibus comparandis et de ceteris in societatem advocandis sententia, qua de re supra uberius locuti sumus.

48 Iam subiicit orator, summum imminere periculum, nisi hoc ultimo temporis spatio res fortiter geratur: discernendum iam esse, utrum in hostico duobus exercitibus bellandum sit, an in patria ipsa. [16]

Quare, quum in prima de Philippo puniendo, in secunda de metu, ne quid detrimenti ab eo capiatur, in tertia denique de certamine sermo fiat, quo vel vincendum, vel summo patriae periculo pugnandum sit; inter omnes, Dionysianum ordinem verum esse, satis constare existimo.

EPIMETRUM. 49

[1] De Dionysii fide derogare videtur, quod pleraeque in epistola ad Ammaeum orationes Demostheni tribuuntur, quae Demosthenis esse nullo modo possunt. (Qua de re vide Rüdigerum in programmate acute scripto: De canone Philippicarum Demosthenis, Friberg. 1820., quod liberaliter V. D. mecum communicavit.) Sed iam animadversum est ab A. G. Beckero (in libro Dem. als Staatsm. u. Redn. p. 285.), quomodo a Grammaticis orationes illae in canonem recipi potuerint. Dionysius vero hac epistola, nec quae orationes verae, nec quae suppositiliae sint, ostendere voluit, sed quo quaeque tempore ponenda sit, canonem illum quam maxime secutus. Quem nisi sequeretur ubique auctoritate plurimum valentem, fortasse sciebat, forte plerosque, qui etiam de verarum orationum tempore dubitarent. Hoc ut statuamus, id ipsum nos commovet, quod alibi (vid. Rüdig. l. l. p. 9.) de eiusdem orationis de Hal. veritate dubitat, quam in epistola agnovit. Sciebat enim, canoni non omni ex parte credendum esse, sed mutare in hac re non potuit, nisi fusior, quam tunc ei licebat, in eadem epistola esse voluit. Quae quomodocunque se habeant, non obstant tamen, quo minus orationes Olynthias secundum canonem ab eo laudatas esse accipiamus.

[2] Veterum grammaticorum locos, quibus orationes nostrae laudantur, diligentissime collegit *Carol. Gustav. Eduard. Pinzger*, Hirschbergensis, Semin. Reg. Philol. Vratisl. sodalis, iuvenis mihi amicissimus, quocum una in certamine litterario, ad quod hac de 50
orationibus Olynthiis quaestione provocabat illustris Philosophorum Ordo, victoriae laudem retulisse magno mihi honori duco. Ea liberalitate, quae inter amicos intercedit, ille communicavit mecum ipsam scriptionem suam, e qua hauriam, quae dissertationi meae utilia reperiam. Quae, ne de auctore lectores incerti sint, littera P. designabo. Sed propterea quoque gratias ei debeo, quod disputationibus nostris fere quotidianis multa etiam in ceteris opusculi partibus distinctiora reddebantur et emendatiora. Amicus ad nostrum locum haec scribit:

„Ordinem orationum vulgatum sequuntur grammatici veteres „et scholiastae complures, quos laudare non abs re esse videtur.

„Scholiastes anonymus ad Hermogenis librum de inventione „p. 352. *Ἐν μέντοι τισὶ λόγοις καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ προοιμίοις χρησό„μεθα, δυσὶ μὲν, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν, „ὧν πρότερον μέν· Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι* (init. orationis II.

„secundum Dionysium), *δεύτερον δέ· Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς* „(p. 29, 5. R.). *τρισὶ δὲ, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ὀλυνθια-* „*κῶν, ὧν πρῶτον μέν· Ἐπὶ πολλῶν μέν* (p. 18, 1.), *δεύτερον δέ·* „*Τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄ. Ἀ., τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι* (p. 18, 16.), „*τρίτον δέ· Τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον καὶ ἄπιστον καλεῖν* (p. 19, 9.).

„Sopater ad Hermogenem p. 313, 6. *Δεῖ τὸν ἔμφρονα ῥήτορα* „*θαῤῥοῦντάς τε παρὰ τὸ δέον τοὺς συμβουλευομένους καταπλῆξαι,* „*φυλαττόμενον ἐν τούτῳ τὸ εἰς ἀθυμίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν· ὅπερ καὶ* „*ὁ ῥήτωρ ἐν τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν ἐκ προοιμίων ποιεῖ.* (respicit „p. 28, 4. R.) *καὶ πάλιν ἀθύμως διακειμένους ἐγεῖραι καὶ φρονήμα-* „*τος ἐμπλῆσαι, φυλάττοντα κἀνταῦθα, ὅπως μὴ παραχθῶσιν εἰς* „*καταφρόνησιν καὶ ῥαθυμότεροι γένωνται. τοῦτο δὲ πρῶτος μὲν* „*Ὅμηρος ἐποίησε — — Δημοσθένης δὲ καλῶς ἐζήλωσεν ἔν τε τῷ* „*προειρημένῳ τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν καὶ ἐναργέστερον ἐν τῷ περὶ* „*τῆς εἰρήνης κ. τ. λ.*

„Idem ad Hermog. p. 315. *Ἔστι κἀκεῖνο τῶν τελικῶν κεφαλαίων* „*τὸ ποτὲ μὲν καθολικοὺς ἀφορισμοὺς προθέντα πρὸ τῶν προκειμέ-* „*νων, οὕτως ἐπάγειν τὰς κατὰ μέρος ἀποδείξεις, ποτὲ δὲ ἐπὶ ταῖς*
51 „*μερικαῖς κατασκευαῖς ἐπάγειν τοὺς ἀφορισμούς. Καὶ πολλὰ τῶν* „*τοιούτων παρά τε τῷ Θουκυδίδῃ καὶ τῷ Δημοσθένει τὰ παραδεί-* „*γματα, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν προτάξας τὸν ἀφορι-* „*σμὸν ἐπάγει τὰς κατασκευάς· ἀλλ' οἶμαι παρόμοιόν ἐστι καὶ περὶ* „*τῆς τῶν χρημάτων κ. τ. λ.* cf. p. 12, 8. R.

„Apsines p. 707. circa finem ed. Ald. *Κέχρηται δὲ καὶ Δημο-* „*σθένης προσωποποιΐᾳ, πρόσωπον ὑποθεὶς τὸν καιρὸν αὐτὸς ἑαυτῷ.* „*Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου τῶν Ὀλυνθιακῶν τὸν καιρὸν* „*παρεισήγαγεν, καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ λόγου ἥρμοσεν ἂν παρεισαχθεὶς* „*εἰς τὴν ἀνάμνησιν τῶν εἰρημένων· ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς ταύτας* „*ἀφιεὶς ἐφάνη τὰς φωνάς.* Respicit p. 9, 10. R.

„Idem p. 696. circa finem: *Ὡς ἐν τῷ ά τῶν Φιλιππικῶν πε-* „*ποίηκεν ὁ Δημοσθένης — — εἰπών· πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς* „— *ἐναντίως ἔχει.* p. 10, 14. R. Prima oratio Philippica huic nihil „aliud est, nisi ea, quae vulgo prima Olynthiaca habetur. Idem „patet ex Harpocratione, de quo vid. Bremium in Symbolarum phi- „lol. Helvet. fasc. I. p. 27. nota, et A. G. Becker in libro germ. „Demosth. als Redn. und Staatsm. p. 266. not. 4. — Weiskius de „hyperbole dissert. III. p. 51. not. 21. dubitat, an non vera sit „lectio *πρώτῳ* in loco Harpocrationis, saepe enim in talibus errari. „At quum ab omnibus veteribus grammaticis, qui has orationes nu- „mero addito laudant, ordo vulg. observetur, ego Harpocrationi „quoque hoc relinquendum esse puto. Firmatur haec res, si modum „consideramus, quo Harpocration reliquas orationes Phil. laudare „solet. Cf. Bremius l. l.

„Syrianus ad Hermog. de invent. p. 316. ult. *τὴν δὲ διαφορὰν* „*ταύτην ἔδειξεν ἡμῖν ὁ Δημοσθένης ἐν ά Ὀλυνθιακῶν πρώτῳ. τὸ μὲν* „*συμφέρον ἐξετάζων ἔφη, ὅτι συμφέρει Ὀλυνθίοις βοηθῆσαι. εἶτα* „*ἡ ἔκβασις. τοῦτο γὰρ ἡμῶν ποιησάντων ἐν Μακεδονίᾳ ἔσται ὁ* „*πόλεμος, μὴ συμμαχησάντων δὲ τοῖς Ὀλυνθίοις, ἐλθὼν εἰς τὴν* „*Ἑλλάδα Φίλιππος πολεμήσει τὴν Ἀττικήν.* Respexit p. 16, 3. R.

„Scholiastes Hermogenis p. 586. circa finem: *Πολλοὺς γοῦν* „*παρά τε τῷ Ἰσοκράτει καὶ μάλιστα τῷ Δημοσθένει λανθάνοντάς τε* „*ἰάμβους τε καὶ χοριάμβους ἐστὶν εὑρεῖν διὰ τὴν ἐναρμόνιον συν-*
52 „*θήκην τῶν λέξεων. Ὡς εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν* „(pag. 10, 16. R.)

„*Δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι*
„*Νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους*

„τῆς χώρας κινδυνεύουσιν. — Illud εὐθὺς indicat, hunc schol. „primam Olynthiacam in fronte totius Demosthenis legisse.“ P.

Adde quos Rüdigerus exhibet in programmate supra laudato, pag. 10.

[3] „In oratione enim ipsi prima (nobis III.) nondum, num „omnino ferendum sit auxilium, quaeritur, sed quomodo celerrime „et optime fieri possit.“ P.

[4] Male Lucchesinius suae magis de orationum ordine opinioni, quam grammaticae regulis obsecutus locum Ol. I. p. 18. vertit: „— quibus *antea* potiebamur, — socios, quos nobis fortuna „compara*verat*;“ obque id merito in reprehensionem incurrit apud Weiskium de hyperb. III. p. 52.

[5] Haud parum laetati sumus, cum postea Weiskii libellum inspiceremus, atque illius viri docti cum argumentatione nostram plane consentire cognosceremus. Difficultatem ibi praebebant calami errores nonnulli. Nam p. 31. l. 7. pro *quae iisdem secunda est* lego *quae iisdem tertia est.* Peperit hoc, cum ad priorem locum respiceret Weiskius, idem vitium l. 14., ubi pro *vulgo secundam* lege *vulgo tertiam.* Denique pro *tertia autem oratione* Weiskius scripsit *secunda autem oratione.*

Iuvat hic Weiskii verba, quibus nostra firmantur, repetere.

„Non vidit (Lucches.), oratione ea, quae a Dionysio fertur
„estque prima, oratorem prudenti gravique amplificatione et pristi-
„nam in illis locis potestatem Atheniensium, et praesentem Olyn-
„thiorum in eos benevolentiam (Dem. 18, 14 — 16.) ipsiusque
„populi Ath. augere studia, quasi ultro expetentis id ipsum, quod
„suadet orator; tertia autem oratione, dum mitti tandem auxilia
„iubet, his eum, more item oratorio, significare, pro nullis ha- 53
„benda esse, quae adhuc miserint, in quo sane hyperbolicum ali-
„quid latere videtur. Nam non aliud dicit, nisi hoc, pergendum
„esse intentis viribus.“

[6] Necessarium erat, ut quaestionem eam paullo intentius tractaremus. Quod nisi faceremus, metuendum erat, ne de orationum ordine ex orationibus ipsis nihil plane concludi posset. Ipsius enim Rüdigeri argumentum, quod a theoricorum duplici commemoratione desumtum est, periret, si sententia eius vera esset.

[7] „Ipse Chares victoriam se reportasse gloriabatur, et Athe„nienses libenter ipsi credebant, ut apparet e secundae orationis „initio, ad quem locum Ulpianus p. 40. B. ed. Hier. Wolf. ἐν ᾧ „γὰρ ἐπηρμένον τὸν δῆμον καὶ μέγα φρονοῦντα τῇ νίκῃ συστέλλει „καὶ πρὸς φόβον καθίστησι.“ P.

[8] Mirum tamen videri possit, Demosthenem minorem navium numerum indicare. Hanc rem plane expedire vix licebit, nisi accipiamus, Demosthenem plenum numerum L navium praetulisse numero vero LXV navium, ut plenum haberet, eadem oratoria licentia, qua copiarum terrestrium numerum auxerat.

[9] *Πολεμήσοντας* illud Philochori verbis *Ὀλυνθίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Φ.* quamvis contradicere videatur, revera tamen non contradicit. Etenim Philochorus historiam Atticam non scripsit, sed chronica Attica, eaque non copiosiora. Qua ratione istas inter Philippum atque Olynthios actiones, quae bello *τῷ κατ᾽ ἐξοχὴν* praecesserant, singillatim non recenset, sed has ipsas iam ad bellum refert. Hoc enim facile nobis dabitur, Olynthios auxilia petiisse ab Atheniensibus, cum bellum immineret, non cum iam praesens esset.

[10] „Participium aoristi proprie significationem rei perfectae „habet, ita ut fere idem sit, quod part. perf. cf. Buttm. gr. gr.
54 „§. 124, 6. Porro si sic, ut Rüdigerus, interpreteris, χώραν ὅμο„ρον κεκτημένους est subiectum, τοὺς πολεμήσοντας autem praedi„catum, quod fieri non debere articulus demonstrat ante πολεμή„σοντας collocatus; γεγενῆσθαι κεκτημένους iungendum est, et sign. „i. q. κεκτῆσθαι. *Eos, qui bellum inferre volunt Philippo, possidere „regionem finitimam.*" P.

[11] „Cum in ea oratione, quae Dionysio est prima, Libanio „cum reliquis secunda, cap. VIII. §. 4. legatur: *Οὐ δὴ θαυμα„στόν ἐστιν, εἰ στρατευόμενος καὶ πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς, καὶ παρὼν „ἐφ᾽ ἅπασι καὶ μηδένα καιρὸν μηδ᾽ ὥραν παραλείπων ἡμῶν μελλόν„των καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων περιγίγνεται.* et cap. IX. „§. 1. *νυνὶ δ᾽ ὀκνεῖτε καὶ μέλλετε εἰςφέρειν ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων αὐ„τῶν κτημάτων*, ex his locis Libanius conclusisse videtur, Demo„sthenem, cum populus decretum differret auxilium, hac oratione „voluisse incitare civium animos. Sed male intellexit hos locos. „Priori enim loco in universum orator dicit, se non mirari, Philip„pum ipsum omnibus rebus praesentem Athenienses, qui ex statu „reipublicae suae de omnibus rebus consilia capere (ψηφιζ.) deberent, „praevertere. De ope procrastinata h. l. sermonem non esse, vel ad„iecta verba ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων demonstrant. Alterum „ad locum autem quod attinet, sensus eius est: Miror, vos, qui alio„rum causa maximos fecistis sumtus, nunc, ubi vestra ipsorum res „agitur, nil facere velle. Iam diu enim vos decebat Philippo, cum „Pydnam, Potidaeam, Methonen, Pagasas al. expugnaret, bellum „inferre. Cf. Olynth. III, 3. §. 2. — Libanii igitur auctoritatem „non est quod diutius moremur." P.

[12] Ratione enim parum sufficiente Iacobs. vertit: *auch diese Gesandtschaft.* Respicit καὶ in verbis καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους potius ad ea, quae p. 11. a lin. 25. inde dicuntur; multas civitates ab Atheniensibus hucusque esse neglectas; ergo etiam hic Olynthiorum civitas subintelligenda est.

[13] Huc quum pervenerimus, haud abs re esse videtur, senten-
55 tiam nostram proferre de loco varie tentato Ol. III. p. 14. l. 13. ubi Weiskius priorum interpretum rationes recte quidem reiecit, ipse autem viam iniit, quae non est probanda. Contendit enim (collato loco Olynth. II. p. 38.), Demosthenem cives adhortari, ut pecuniam illam bello στρατιωτικὴν, pace tantum θεωρικὴν faciant. Bene quidem. Sed lectio, quam inde profert: καὶ ταῦτ᾽ εἶναι καὶ εἶναι στρατιωτικά, ea difficultate laborat, quod omnes, ni fallor, praeter Weiskium fugiet, exprimi per ταῦτα, pecuniae divisionem pace retinendam esse. Contra optima est Bekkeri lectio, qua praeeuntibus libris duobus ταῦτ᾽ omissum est. Demosthenes enim amaro ludibrio non contendit, τὰ θεωρικὰ debere esse στρατιωτικά, sed opus esse στρατιωτικά, videant, unde sumant. Quisquis enim intelligebat, verum fontem, unde stratiotica hauriri deberent, esse theorica. — Accedit, quod huic lectioni faveat perspicuus librarii error; nam e verbis superioribus σὺ γράφεις ταῦτ᾽ εἶναι στρατιωτικά huc ταῦτ᾽ repetebatur.

[14] Id enim non solum ex huius orationis initio (coll. Ulpian.), sed ubique fere docemur. p. 30. l. 26. εἰ γὰρ μὴ βοηθήσετε παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν. Tulisse quidem opem cives, sed segniter, inde colligam. Videntur enim illud καὶ κατὰ μικρόν in Ol. I. p. 24. l. 29. nimis ad verbum intellexisse. Simile quid, nisi obstinate quis contendat, respici tantum ad tempus ante bel-

lum Olynth., invenimus in loco p. 29. l. 29. *ἵνα τὰ λοιπὰ βελτίω γένηται.*

[15] p. 12. l. 16. *τὸ μὲν γὰρ πολλὰ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον κ. τ. λ.* — „*Τὸν πόλεμον* referri debere ad bellum Olyn- „thiacum, iam oppositio *τοῦ πάλαι* ostendit. Igitur non est, cur „cum Hoogeveenio ad Viger. p. 296. de eiiciendo articulo cogitemus. „Is enim ex eorum opinione stans, qui hanc orationem primam „esse putant, dicit: „Quo bello? At nondum susceptum erat.“ „Meminisse debebat, rectius hanc orationem tertio loco poni, et „inceptum iam bellum cogitari debere.“ P.

[16] Male enim dubitat Ulpianus, an non vera fuerit Demosthe-
nis sententia, cum hoc consilium daret. Verba eius haec sunt: *Καὶ* 56
ἔμοιγε δοκεῖ καὶ τὸν περὶ τῆς διπλῆς παρασκευῆς λόγον διὰ τοῦτο πεποιῆσθαι, οὐχ ἵνα δύο δυνάμεις ὄντως ἐξαποστείλωσιν — — — ἀλλ' ἵνα φοβηθέντες τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἀναλωμάτων, εἰ ἀνάγκη γένοιτο ἐκ τῶν οἰκείων ἐκφέρειν, πάσῃ γνώμῃ καὶ παντὶ τρόπῳ τῶν θεωρικῶν ἀποστῶσιν. Nimirum Demosthenis non ea mens est, Olynthios servandos esse, ut theorica abrogentur, sed haec abroganda esse, ut illi serventur; duplicique tantum exercitu eos servari potuisse, quis non videt?

[Bremii quae sequuntur Observationes Philologicae et Criticae in Demosthenis Philippicas, suo quamque loco Annotationibus ceterorum Interpretum inseruimus.]

ANNOTATIONES AD EPISTOLAM LIBANII.

Titulus ei praescriptus hic est in Bavarico et Augustano secundo, qui solus Augustanorum hunc prologum tenet, *Λιβανίου ὑπόθεσις τῶν λόγων Δημοσθένους*. REISK.

P. 1. v. 4. *περιδέξιος*] *ἀμφιδέξιος* margo Parisinae, tacito auctore. REISK. Eustathius ad Homer. Il. XXI. 163. explicat *περιδέξιος* per *ἀμφιδέξιος*, unde fortasse hoc in marg. Lut. fluxit. RUEDIGER. *περιδέξιος* Libanius scripsit. Alterum est glossatoris. SCHAEFER.

P. 1. v. 9. *ἐβουλήθης*] *ἠβουλήθης* scripsi ex Ald. ita Wolf. et Auger. Quum Libanius p. 3. v. 9. *ἠδυνήθη* et p. 4. v. 22. *ἐδυνήθη* scribat, patet, eum in hac scriptura fluctuasse. RUEDIGER. Talibus in rebus Atticistam fluctuasse parum probabile est, arbitrorque etiam Libanium formam praetulisse quam Grammatici Atticis vindicarunt. SCHAEFER.

P. 2. v. 2. *τοσοῦτον*] *τοσούτων* margo Parisinae sine auctoritate. REISK. Pro *τοσοῦτον* dedi *τοσούτων*, quod habent codd. M, U, Y, Nn, et ed. Par. ad marg. AUGER. Secuti sunt Bekkerus et Rüdigerus. Bene: nam vulgata laborat scabritie constructionis. SCHAEFER.

P. 2. v. 2. *μνημονεύσαντες*] *μνημονεύοντες* Bav. Aug. REISK. *μνημονεύοντες* etiam Bekkerus. *μνημονεύσαντες* Augerus et Rüdigerus. Non probo. Nec tamen nostrum a Libanio profectum puto. Scrib. *μνημονεύσοντες*, quod in *μνημονεύσαντες* errore uno omnium frequentissimo depravatum est. Etiam quod antecessit *διεξιόντες* vim futuri habet. Thucydides V. 65. f. *ἐστρατοπεδεύσαντο ὡς ἰόντες ἐπὶ τοὺς πολεμίους*. Xenophon Anab. I. 3. 6. *ὡς ἐμοῦ οὖν ἰόντος, ὅπῃ ἂν καὶ ὑμεῖς, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε*. SCHAEFER.

P. 2. v. 5. *πατὴρ ἦν*] *πατὴρ μὲν ἦν* Aug. REISK. *μὲν* addidi ex cod. Aug. secundo. AUGER. Omiserunt Bekkerus et Rüdige-

rus. Mallem insertum: nam aptius nectit narrationem cum sequentibus. SCHAEFER.

P. 2. v. 7. *πατὴρ μὲν ἦν*] Auger. et Rüdig. *πατὴρ ἦν*. Rectius, opinor. Cum enim Libanius sequentia Aeschinis verba de materno Demosthenis genere non citaverit, videtur etiam particulam vincientem omisisse. SCHAEFER.

P. 2. v. 8. *Παιανιεὺς*] Ad *Παιανιεὺς* adscriptum est in Bav. hoc scholium: *Διττοὶ δῆμοι τῆς Πανδιονίδος φυλῆς εἰσι, καὶ ὁμοίως ἑκατέρου τοῦ δήμου τὸν δημότην καλεῖσθαί φασι Παιανιέα.* REISK. V. Photii Lexic. c. 268. SCHAEFER.

P. 2. v. 14. *ἀγομένου*] Duabus litteris iteratis scribendum *ἀγαγομένου*. Edidit etiam Bekkerus, quem Rüdigerus sequi debebat. Quis credet Libanium dedisse *ἀγομένου*, qui ante dederit *φυγόντος*, non, quod per Graecitatem licebat, *φεύγοντος*? SCHAEFER.

P. 2. v. 17. *οὖν*] Addidi e Bav. et Aug. REISK. Item Bekkerus. Auger. et Rüdiger. spreverunt. Non laudo. In talibus librarii multo saepius omittendo quam addendo peccant. SCHAEFER.

P. 2. v. 22. *Βάτταλος*] Bav. et Aug. constanter uno τ exhibent voc. *Βάτταλος*. REISK. Bekkerus hic et in sequentibus uno τ, quomodo Reiskius p. 288, 17. 22. Utrumque videtur dictum esse: *Βάταλος* ab iis, qui Demostheni *τὸ μαλακόν*, *Βάτταλος* ab iis, qui *τὸ τραυλόφωνον* exprobrabant. SCHAEFER.

P. 2. v. 24. *ὑποδήμασι*] *ἐσθήμασι* Aug. REISK.

P. 2. v. 27. *λέγεται δὲ —σχεῖν*] Verba sic ordinata dat Bavaricus, paulo concinnius: *λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν ἐπὶ τοὺς λόγους ὁρμὴν ἐντεῦθεν σχεῖν.* REISK. Codices omnes quos mihi inspicere licuit sic verba ordinant: *λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν ἐπὶ λόγους ὁρμὴν ἐντεῦθεν σχεῖν.* AUGER. Melius Bav. cum articulo *ἐπὶ τοὺς λόγους*. Sic p. 3. v. 6. *πρὸς τοὺς λόγους*. SCHAEFER.

P. 3. v. 3. *αὐτῷ*] *αὐτὸν* Aug. REISK. *αὐτὸν* dant codd. M. et Aug. secundus. AUGER. Aut sic legam, aut facta transpositione *συγχωρῆσαι αὐτῷ παραβαλεῖν τῇ δίκῃ*. SCHAEFER.

P. 3. v. 6. *θέσθαι. διδασκάλῳ — ἐγγραφεὶς*] Male Auger. *θέσθαι, διδασκάλῳ γε χρησάμενος — ῥήτορι. εἰς ἄνδρας δ' ἐγγραφεὶς —*. Hoc modo si Libanius narrationem continuare voluisset, scripsisset: *ὥστε — θέμενος διδασκάλῳ χρήσασθαι Ἰσαίῳ κ. τ. λ.* SCHAEFER.

P. 3. v. 8. *ἐνεστήσατο*] *ἀνεστήσατο* Bav. REISK.

P. 3. v. 9. *ἀπολώλεκε*] Recte Bekkerus *ἀπολωλέκει*. SCHAEFER.

P. 3. v. 13. *τὸ*] Deest Bav. REISK.

P. 3. v. 15. *διωρθῶσθαι*] *διορθοῦσθαι* Bav. Aug. REISK. Hoc non magis ferendum, quam v. 9. *ἀπολώλεκε*. Utroque loco miror iudicium Rüdigeri. SCHAEFER.

P. 3. v. 21. *σοφιστεύειν*] sophistam agere, id est, rhetoricam docere. AUGER.

P. 3. v. 25. ἀτονώτερος] ἀτονώτερον Aug. REISK.

P. 4. v. 8. καταβοάς] Vox a Thucydide usurpata, sed a Dionysio Hal. relata inter γλωσσηματικὰς et ἀπηρχαιωμένας T. VI. p. 794. R., ubi Reg. 2. veram scripturam Reiskio frustra obtulit, nuper redditam Rhetori a doctissimo Krügero. Haec glossematica et obsoleta tantopere placuerunt posteriorum Sophistis temporum, ut iis tanquam gemmis orationem suam distinguerent. Ipse Dionysius v. καταβοή in opere historico aliquoties usurpavit. SCHAEFER.

P. 4. v. 16. καὶ μὴν ὅτι τε ὕδωρ] Nemo semel monitus dubitabit scribere: καὶ μὴν ὅτι γε ὕδωρ —. Conf. Porson. ad Eurip. Phoen. 1638. SCHAEFER.

P. 4. v. 18. τῆς ὀροφῆς] ὀροφὴ hic non tectum exterius, ut vulgo, sed tectum interius, ut aliquando: gallice *plafond*. AUGER.

P. 4. v. 25. τά τε τῶν Ἑλλήνων καὶ] Omissa in nonnullis editionibus ob homoeoteleuton. SCHAEFER.

P. 4. v. 28. αὐτοὺς] αὐτοῖς Bav. unde αὐτοὶ effeci, et sic distinxi: νικήσαντες, αὐτοὶ παρῆλθον. REISK. Vulg. νικήσαντες αὐτοὺς, παρῆλθον: pro αὐτοὺς accepi ex Fel. αὐτοὶ mutando interpunctionem. AUGER. Recte factum; deditque etiam Bekkerus. Nihilominus Rüdigero placuit vetustam scripturam revocare. SCHAEFER.

P. 4. v. 28. παρῆλθον] Ed. Paris. in marg. προῆλθον. Probat Rüdigerus. Vellem recepisset. Ipse Libanius Rüdigero citatus p. 7, 4. εἰς δύναμιν προῆλθε μεγάλην, et p. 201, 12. εἰς ἰσχὺν προελθόντας. SCHAEFER.

P. 5. v. 1. ἔθνος ὅμορον τῇ Εὐβοίᾳ] Recte observat Wolfius, Phocidem fuisse Boeotiae quam Euboeae propiorem. Unde ed. Par. dat ad marg. τῇ Βοιωτίᾳ. AUGER.

P. 5. v. 4. οἱ Ἀθηναῖοι] Augerus et Bekkerus articulum deleverunt, ut probabile est, codicum Parr. auctoritate. SCHAEFER.

P. 5. v. 10. Λακεδαιμονίων δὲ] Λακεδαιμονίων dant vulgatae, sine particula, sive δὲ, quam de meo addidi, sive καὶ, quam Aug. et Bav. praeponunt. REISK. καὶ Λακεδαιμονίων: ed. Par. et Ald. omittunt καὶ, quod ego reperi in codicibus quos mihi adire licuit, et in Fel. AUGER. Bekkerus καὶ Λακεδαιμονίων, Rüdigerus Λακεδαιμονίων sine particula. καὶ addendum esse, nemo dubitabit, qui meminerit, copulam millies elisam esse per antecedens ς. V. quae congessi ad Schol. Apollon. Rh. p. 307. 664. SCHAEFER.

P. 5. v. 15. πρεσβύτερος] Legendum puto πρεσβύτατος. Toties confusi sunt comparativi et superlativi, ut, uter quoque loco gradus ponendus sit, magis e loci sensu quam e librorum auctoritate iudicari oporteat. Causa autem huius confusionis est magna compendiorum, quibus ambo gradus scribuntur, simili-

tudo. Conf. Bastii Comment. Palaeogr. p. 790. sq. Praevideo fore qui me enallages graduum admoneant. Sed talia confutare piget. SCHAEFER.

P. 5. v. 20. ἄρ'] Addidi ex Aug. et Bav. REISK. ἄρ' addidi, quod et addunt omnes quos inspexi codices. AUGER. Addidit etiam Bekkerus, non item Rüdigerus, cui ex interpretamento ortum videtur. Mira vero ratio: quid enim hic obscuri fuerit, quod glossator addito ἄρα interpretaretur, nemo intelligat. Atticistae dici vix potest quantopere hac particula delectentur, ut passim nausea oboriatur legentibus. SCHAEFER.

P. 5. v. 25. τρόπον] Post h. v. Augerus signum defectus posuit, adscripta hac nota: „Post τρόπον videtur deesse alterum phraseos membrum, in hunc ferme sensum: sed quia hoc expedire suis rebus existimabat, et ut clementiae laudem assequeretur." Rüdigerus: „Ipse scriptor pro ingenio suo videtur, quod desideratur, omisisse." Si haec vituperatio est, vereor ne Libanio iniuria fiat. Mihi quidem Augerus videtur rectius iudicasse. SCHAEFER.

P. 6. v. 1. *ΠΕΡΙ — ῬΗΤΟΡΙΚΗΣ*] Titulum hunc ex Aug. addidi. REISK. Augerus e cod. M. addidit titulum: *Εἴδη τῆς ῥητορικῆς.* SCHAEFER.

P. 6. v. 2. καὶ] Deest Aug. et Bav. REISK.

P. 6. v. 4. καὶ συμβουλευτικοῦ] καὶ τοῦ συμβουλευτικοῦ Bav. REISK. Addidi τοῦ ex cod. Bav. AUGER.

P. 6. v. 15. τοῦ Φιλίππου] Desunt Aug. et Bav. REISK. Hae duae voces absunt a vulgata: has assumpsi ex ed. Par. et Reiskio, necessarias certe, sed ignorans unde assumptae sint. AUGER.

ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM OLYNTHIACAE PRIMAE.

P. 6. v. antep. τῶν ταύτῃ] Vulg. etiam Bekk. ταύτῃ τῶν. SCHAEFER.

P. 7. v. 5. προῆλθε] ἦλθε simplex dat Gonvillianus. REISK.

P. 7. v. 5. ὑπερεῖχεν] ἐπῆρχεν Bav. quod equidem praeferam. REISK. Recte praetulit Bekkerus. Strabo T. IV. p. 23. Tzsch. ἡ δὲ Χαλκὶς (συνῴκισε) τὰς ὑπὸ Ὀλύνθῳ. Interpres: *Chalcis Olyntho vicinas.* Verius: *Chalcis Olyntho subiectas.* SCHAEFER.

P. 7. v. 6. τι] Deest Pariss. 5. et 7. REISK.

P. 7. v. 11. Ὀλυνθίοις] Principio in Olynthiacis et Philippicis non ita multa discrepare comperi. Nam quae ipse Aldus

adiectis asteriscis annotavit, diversitatem lectionum indicans, ea cum nostri exemplaris lectione fere consentiunt. Quarum ergo orationum diversitas iam ante ab Aldo demonstrata est, eam minime annotare visum est, ne in re ante acta supervacue occupati lectoribus pro thesauro carbones offeramus. Nam multum operae et studii in re prius facta ponere et supervacuum habetur et stolidum. Caeterum quae nos animadvertimus, ea fere sunt. Primum in argumento Libanii primae Olynthiacae, ubi Aldus habet ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος Ἀθηναίοις παρέδωκεν, legendum est *Olynthiis.* Nam Potidaeam, quae sub initium ad Atheniensium ditionem pertinebat, Philippus expugnatam Olynthiis, sociis suis, concesserat, ut ex argumento liquet. OBSOP.

P. 7. v. 17. συνετέθειντο] Ald. συνετέθειτο. Nostrum habebat συνετέθειντο, *pacti erant:* haud dubie rectius, OBSOP. συνετέθειντο in plurali Parisinus 5. et 7. Bav. Aug. codex Obsopoei, ipso probante, et editio Feliciani. REISK. Multi codd. habent συνετέθειτο, impersonaliter, *inter eos convenerat.* AUGER. Sic impersonaliter dici potuisse, Rüdigerus negare non debebat: satis enim certus hic usus passivorum est. V. Wolf. ad p. 8, 4. et quae notavi in Ind. Gr. ad Eurip. Hec. ed. Pors. tert. s. v. Λεώφιλος. Sed pluralem praefero. SCHAEFER.

P. 7. v. 20. προφάσεως — δεόμενος] V. Lennep. ad Phalar. p. 195. sq. SCHAEFER.

P. 7. v. 26. ἀσφάλειαν τῶν Ἀθηναίων εἶναι] Nostrum legebat ἀσφάλειαν εἶναι τῶν Ἀθηναίων, permutatis nonnihil verbis. Sed hunc locum non eram ascripturus, nisi semel lectorem monere in animo esset, me data opera ab eiusmodi annotandis abstinuisse, quod infiniti propemodum se obtulerint, cum non ita magni referat, quo ordine verba sint disposita, modo lectio consentiat, tametsi alia sit alia concinnior et modulatior. Veluti rursus p. 8, 14. ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, nostrum habebat λυπεῖσθαι τῷ ἀναλώματι· quod certe sonat suavius et cadit numerosius. OBSOP. Bekk. ἀσφάλειαν εἶναι τῶν Ἀθηναίων. SCHAEFER.

P. 8. v. 1. γένοιτο] γένηται Pariss. 2. 3. 5. 7. γενήσεται Gonv. REISK. Auger. et Rüdig. γένηται. Difficilis electio. SCHAEFER.

P. 8. v. 3. δύσμαχον] Est etiam in texto Aug. verum margo dat γρ. δυσμάχητον. Atque hoc refert margo Morellianae e Pariss. 5. et 7. Legitur etiam in utraque Aldina, ubi codex Lessing. superscriptum dat μᾶλλον· quod quid sibi velit, quisque pro se coniectato. δυσμάχητον item est in ed. Feliciani, quam sequi decuerat. REISK. Auger. Bekk. et Rüdig. δυσμάχητον. Noster si Oratorem pressius secutus est, dedit δύσμαχον. V. Demosth. p. 10, 9. SCHAEFER.

P. 8. v. 4. οὕτως ὑπείληπται] Legendum οὐχ ὡς, non οὔ-

τως. Sed in exemplari quodam, sive Romano, sive Florentino, (est enim ἀνώνυμον) paucarum Demosthenis orationum legitur: φησὶ δὲ μὴ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον οὕτως, ὡς ὑπείληπται. Quibus in verbis tametsi οὕτως abesse potest, ferri tamen idem etiam potest, ut sententia sit, esse quidem potentem Philippum, sed non invictum. WOLF. οὐχ ὡς οὕτως ὑπείληπται Gonvill. quae est egregia lectio. non quasi sic censeret orator, hoc agens, ut Athenienses fiducia impleat atque inflammet adversus eum. οὐχ ὡς ὑπείληπται editio Feliciani. ὡς ὑπείληπται dat Ald. Lessing. οὕτως ἐπείληπται Aug. REISK. Auger. dedit φησὶ δὲ μὴ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον οὕτως ὡς ὑπείληπται, adscripta hac nota: „Vulg. habet φησὶ δὲ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον, οὐχ ὡς ὑπείληπται· sic et Fel. quod ego emendavi partim ex meo, partim ex libris fere universis, qui dant οὕτως sine ὡς et οὐχ. Solus cod. Y. addit ὡς ad οὕτως. Cod. U. legit οὕτως γὰρ ὑπείληπτο. In nonnullis codd. exhibetur δύσμαχον.“ Bekker. φησὶ δὲ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον οὐχ ὡς ὑπείληπται. Eodem modo Rüdig., commate posito post οὐχ. Malim, facta vocum transpositione: φησὶ δὲ οὐχ ὡς ὑπείληπται δύσμαχον εἶναι τὸν Φίλιππον. SCHAEFER.

P. 8. v. 4. ὑπείληπται] Scilicet ὁ Φίλιππος, quam existimetur: ab ὑπολαμβάνομαι. ut in Busiride Isocratis: οἱ μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν ὑπολαμβανόμενοι, quorum maior est existimatio, quam merentur. Potest etiam ὑπείληπται capi impersonaliter, ut λέγεται etc. WOLF.

P. 8. v. 6. αὐτὰ ποιῆσαι] Rüdig. ποιῆσαι αὐτὰ ex Ald. et Wolf. SCHAEFER.

P. 8. v. 11. τόπον] Articulus abest a Pariss. 2. 3. Bav. Aug. edd. Feliciani et Aldi. REISK. Ad τόπον multi codd. adiiciunt τόν. AUGER. Rüdig. τὸν τόπον. Nollem factum: talia enim sine articulo dicuntur. Schol. ad Aristoph. Pac. 876. T. I. p. 691. ed. Dind. οἱ γὰρ θέλοντες θεωρεῖν προκαταλαμβάνουσιν ἑαυτοῖς τόπους. Sic dicitur sine articulo καταλαμβάνειν θέαν, κ. σκηνήν. V. Commentar. in Aristoph. T. IV. p. 537. Libanius mox, item sine articulo, θέαν ἔχειν. SCHAEFER.

P. 8. v. 14. καταβαλόντα] βαλόντα simplex dant Gonvill. Aug. Pariss. 2. 3. 5. Aldina utraque. βάλλοντα Bavar. καταλαβόντα Parisinus 7. καταβαλόντα primus dedit Felicianus, et corrector Lessingianus. REISK.

P. 8. v. 15. τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι] Bekk. λυπεῖσθαι τῷ ἀναλώματι. V. Obsop. ad p. 7. v. 26. SCHAEFER.

P. 8. v. 17. προῆλθε — ἐλάμβανον] Ubi Aldus legit, προῆλθε δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο μόνον ἐλάμβανον, nostrum sic habebat, προῆλθε δὲ εἰς τοῦτο, ὥστε οὐκ εἰς τόπους μόνον. eo vero haec pervasit licentia, ut non pro locis solum conducendis sumerent, etc. OBSOP. Pro οὐκ εἰς τοῦτο alia exemplaria habent οὐκ εἰς τόπους, sed nihil refert. WOLF. Pro τοσοῦ-

τον Pariss. 2. 3. 5. Bav. Aug. Obsop. τοῦτο. REISK. εἰς τοῦτο, nempe εἰς τοὺς τόπους, quod ultimum extat in multis codicibus. Cod. U. sic, οὐχ ἕνεκα τούτου μόνον. AUGER. Bekk. προῆλθε δὲ εἰς τοῦτο, ὥστε οὐκ εἰς τοὺς τόπους μόνον ἐλάμβανον. SCHAEFER.

P. 8. v. 20. περὶ τὰς στρατείας] circa expeditiones, in expeditionibus, vel, ad expeditiones obeundas. Quanquam dubito, an pro περὶ legendum sit ἐπὶ vel πρός. WOLF. Sic Demosthenes p. 138, 25. πρὸς τὰ τοιαῦτα ὀκνηρῶς διακεῖσθαι. Sed περὶ non solicitem. SCHAEFER.

P. 8. v. 21. μισθὸν] Mercedem, id est stipendium, pecuniam, quae numerabatur militibus. Nam cibaria etiam data esse militibus, quae σιτηρέσιον appellarentur, e Philippicis et oratione πρὸς Πολυκλέα videtur posse colligi, ut alio loco indicabimus. Est et apud Caesarem frequens, metiri frumentum militibus. WOLF.

P. 8. v. 25. νόμον ἔθεντο] θεῖναι νόμον est legem ferre, rogare: θέσθαι νόμον, iubere, sancire, comprobare. Hoc populus fecit, illud legislator Eubulus. τῷ θέσθαι contrarium est τὸ λῦσαι καὶ καταψηφίσασθαι, abrogare, improbare, repudiare legem. WOLF.

P. 8. v. 26. ἀπειλοῦντα] ἐπαπειλοῦντα Pariss. 5. 7. REISK.

P. 8. v. 27. ταῦτα] Pro ταῦτα in vulg. accepi τε αὐτὰ ex codd. D. L. M. V. Dd. et Ee. Habent τε ταῦτα B. O. R. X. et Rr. AUGER. τε αὐτὰ etiam Bekk. et Rüdig. SCHAEFER.

P. 8. v. 27. διὸ — εὐλαβῶς] Ald. διὸ καὶ Δημοσθένης εὐλαβῶς. Nostrum διὰ τοῦτο καὶ Δημοσθένης etc. OBSOP.

P. 8. v. 28. καὶ ὑπερωτήσας — ἐπιφέρει] Ubi Aldus sic habet, καὶ ὑπερωτήσας ἑαυτὸν ὅτι σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά; ἐπιφέρει etc., nostrum sic: καὶ ὑπερώτησεν ἑαυτὸν, ὅτι σὺ γράφεις, ταῦτα εἶναι στρατιωτικὰ καὶ ἐπιφέρει. Licet Aldina lectio sit paulo succinctior, tamen nec posterior reiicienda. OBSOP.

P. 9. v. 1. ὑπερωτήσας] Praetuli ἐπερωτήσας, quod dat cod. U. AUGER. Sed ita notio modestae interrogationis tollitur. RUEDIGER. Fallitur Rüdigerus ὑπερωτᾷν de modesta interrogatione intelligens. Est *prius interrogare*: quapropter sequitur ἐπιφέρει. Hunc usum verbi ὑπερωτᾷν Lexicographi nostri parum curarunt. De aliis compositis, in quibus ὑπό est i. q. πρό, v. not. ad Schol. Apollon. Rh. p. 163. SCHAEFER.

P. 9. v. 2. τοσαῦτα — θεωρικῶν] Ald. ταῦτα μὲν περὶ τῶν θεωρικῶν. Nostrum τοσαῦτα μὲν περὶ θεωρικῶν. OBSOP. Alia exemplaria ταῦτα μέν. Subintelligitur εἰρήσθω. Atque haec de theatrali pecunia, scilicet dicta sint. WOLF. τοσαῦτα profectum est a Feliciano. habet Obsop. quoque. ταῦτα dat Aldina utraque, Pariss. 2. 3. Bav. REISK. Legunt ταῦτα multi codd. AUGER.

P. 9. v. 5. φησι] Sic etiam Gonvill. ἔφη dant Aldina utraque, Feliciana, Bav. Aug. REISK. Ob hanc scripturae diversita-

tem non erat quod Rüdigerum movere deberet, ut φησι tanquam spurium uncis includeret. SCHAEFER.

P. 9. v. 5. *τὰ πράγματα*] Scilicet *τὴν ἡγεμονίαν*. Apud Xenophontem *ἔῤῥει τὰ καλά*, perierunt bona, id est, res nostrae sunt afflictae, mutata est fortuna reipubl. WOLF.

ANNOTATIONES AD ORATIONEM OLYNTHIACAM I.

Ab initio mutilus est codex Augustanus primus. Incipit a verbis *ἡμᾶς πλεῖν* p. 4, 11. ad p. 6, 5. *τὶς οὕτως*. Tum est lacuna ad p. 14, 17. ubi folium rursus est a *κοπτόμενοι* usque ad *ὀκνεῖτε ἐξιέναι* p. 17, 4. Tum rursus est lacuna usque ad p. 25, 14. ubi a *κατέλιπον* sunt duo folia procedentia ad p. 30, 15. Hae paucae supersunt reliquiae vetustae manus in prima parte operum Demosthenicorum. Supplevit autem deficientia pleraque, scil. a p. 5, 8. inde usque ad p. 35, 7., recentior manus decem foliis. Ab hac nova manu exarata appellare soleo *Supplementum Augustani primi*, ut, quae vetusta manus exaravit, nude *Aug.* 1. appello. A p. 35, 7. inde vetusta manus reliqua omnia, quae in illo codice supersunt hodie, exaravit. REISK.

P. 9. v. 1. *Ἀντὶ πολλῶν ἂν κ. τ. λ.*] Citat h. l. Scholiastes Thucydidis p. 26. ult. ed. Duker. Comparatio Philippicarum Dem. cum reliquis eiusdem orationibus Plutarch. Opuscul. p. 810, 31. ed. Wechel. Lucianus Iovis Tragoedi cap. 15. T. II. p. 658. scurriliter traducit initium Olynthiacae primae. *Οὕτω καὶ Δημοσθένης μόνῳ τῷ συμφέροντι τοὺς Ὀλυνθιακοὺς λόγους ἐξετέλεσε.* Schol. in Aphthonium p. XIV, 12. ed. Ald. *Κρίσιν δὲ δικαστῶν. οἷον, Ἀντὶ πολλῶν ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει. τῷ γὰρ παρ' αὐτοῦ ῥηθήσεσθαι μέλλοντι τὴν τῶν ἀκροατῶν συμπεριέλαβε κρίσιν.* Schol. ad Hermogenem p. 384. REISK. Exordium citatur in Anecd. Bekk. p. 127, 20. In aliquot eius voces brevissima scholia leguntur ibid. p. 1095. Citat etiam Rufus p. 78. ed. Boisson. ubi quod editor doctissimus post *γένοιτο* vult commate interpungi, ut *τὸ μέλλον συνοίσειν* a verbo *ἑλέσθαι* pendeat, non assentior. Primaria enim notio non est *τὸ μέλλον συνοίσειν*, sed *ἡ τούτου φανέρωσις*. Hic cardo totius orationis. SCHAEFER.

P. 9. v. 1. *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*] Non uno in loco in antiquo exemplari comperi tantum simpliciter scriptum *ὦ Ἀθηναῖοι*.

Quamvis non magni istae minutiae faciendae sint, quas si omnes colligere et annotare voluissem, multas sane paginas complevissem. OBSOP. ἄνδρες ab α. ε. ϑ. et codice Obsopoei abest, quem codicem interdum Pannonicum appello cum Obsopoeo, item Harleiano. In enotandis hisce minutiis aliqua sum usus, non acerrima tamen, diligentia circa Augustanum primum, circa caeteros nulla. E. c. nusquam annotavi, in Augustano quinto semper legi ὦ Ἀϑηναῖοι sine ἄνδρες. Inutilis et molesta et putida est diligentia, quae in huiusmodi nugis ponatur, melius ad res maioris momenti conferenda. REISK. At, o boni, si talia superciliose contemnimus, quid de tota Critica fiet? Sint nugae: non repugno: sed hae nugae, si quis iis callide utatur, haud raro ad seria ducunt. SCHAEFER.

P. 9. v. 4. περὶ ὧν] id est ἐν τούτοις, περὶ ὧν. REISK. Sic etiam Auger. Parum recte: est enim i. q. περὶ τούτων, ἃ ν. σ. SCHAEFER.

P. 9. v. 4. ὧν νυνὶ σκοπεῖτε] Sic Parisina. Semel monuisse sufficiat, me primo loco Parisinae editionis lectionem ponere, tum varietates aliorum librosum. ὧν etiam in texto Bavarici est, sed superscriptum est οὗ. In Paris. nono et Harleiano est ὧν ὑμεῖς νυνὶ σκ. In appendice Francofurtana etiam οὗ est annotatum. REISK.

P. 9. v. 4. ὅτε — ἀκούειν] Ad parisosin exemplis illustrandam, quae fuit περιεργία illorum Technicorum, citat Tiberius p. 52. ubi v. Boisson. SCHAEFER.

P. 9. v. 5. οὐ γὰρ μόνον κ. τ. λ.] Citat hunc locum Hermogenes de Ideis p. 287, 1. et pro ἥκει dat ἥκοι in optativo. Editionem Crispini cito. REISK.

P. 9. v. 6. ἥκει] Dubitari potest, an legendum sit ἥκοι, per οι, aut ἥκῃ, per η. Quamquam enim saepe indicativis utuntur Graeci subiunctivorum loco, aut optativorum, ea res tamen non raro librariis accepta referri potest. Quid enim facilius, (indoctis praesertim, aut parum attentis atque petulantibus) quam vocales, diphthongos, accentus, distinctiones inter se permiscere, crucemque figere (ut Virgilius dicere solebat) grammaticis? WOLF. γρ. ἥκοι Paris. 9. REISK. Praetuli ἥκοι, quod dat Hermogenes. Cod. N. habet ἥκοι scriptum supra ἥκει. AUGER. Non debuit praeferre. Demosthenes ut de re certa loquitur haec dicens: εἴ τι — ἥκει τις· nam se ipsum intelligit. Conditio autem, ad quam refertur ἂν λάβοιτε, latet in participio ἀκούσαντες, quod est positum pro εἰ ἀκούσαιτε. V. Melet. Crit. p. 57. SCHAEFER.

P. 9. v. 6. τοῦτ᾽ ἂν] τοῦτον Laud. REISK.

P. 9. v. 7. ἀλλὰ καὶ — εἰπεῖν] Citantur in Anecd. Bekk. p. 127, 22. SCHAEFER.

P. 9. v. 7. ὑμετέρας] ἡμετέρας η. Aug. secundus. REISK. Perdifficilis et anceps in talibus electio: sed fateor me huc inclinare, ut illud ἡμετέρας h. l. praeferam. Passim gloriatur Orator bona

Atheniensium fortuna, quam longe longeque praefert fortunae Macedonis. Quidni igitur hic etiam partem huius felicitatis sibi vindicet? Conf. p. 24, 15. SCHAEFER.

P. 9. v. 9. *ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν*] *ἂν* hic significat *nonnumquam, haud raro.* Aliis locis reddi potest *saepe, plerumque:* mitigat, et hac significatione omnibus modis verbi additur, e temporibus inprimis aoristo. p. 114. l. 17. sqq. [Bekk. p. 123, 15. R.] *ἀκούω Λακεδαιμονίους — ἐμβαλόντας ἂν — ἀναχωρεῖν ἐπ' οἶκον πάλιν.* Cf. Wyttenbach. Biblioth. Crit. Vol. III. P. IV. p. 33. s. Porson. ad Phoen. 412. Interdum librarii offenderunt, ut apud Isocr. Areop. 20. *οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τῆς θεωρίας, ὧν ἕνεκά τις ἦλθεν, ἀσελγῶς οὐδ' ὑπερηφάνως, ἀλλὰ νουνεχόντως ἐποίουν,* ubi H. Wolfius eumque secutus Augerus recte scripserunt, *ὧν ἕνεκ' ἄν τις ἦλθεν.* BREMI. Impeditissimum negotium τὸ *κατάρατον ἄν·* quod Criticos toties ludificatum est ac porro ludificabitur. Viri quidem doctissimi ratio vereor ut his tenebris multum lucis affundat: nam ut ei concedamus, multorum sensum locorum sic quadamtenus reddi posse, tamen obscurum manet, quo vinculo hae similesque interpretationes, inter se satis discrepantes, e vi nativa particulae *ἄν*, quae ubique una eademque est, necti possint. Mihi omnia huiusmodi loca *ὑποθετικῶς* intelligenda videntur. Quod quo melius appareat, ubi oratio obliqua est, obliquam convertamus in rectam. Velut hoc loco facta conversione habemus: *ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς ὑμετέρας τύχης, ὡς ὑπολαμβάνω, πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν ἐπέλθοι εἰπεῖν.* Subaudi, si placet, *εἰ τύχοι. multa, si forte, in mentem veniat dicere.* SCHAEFER.

P. 9. v. 9. *ὥστ' ἐξ ἁπάντων — γενέσθαι*] Hermogenes p. 302. circa fin. *βεβηκὼς γίνεται ῥυθμὸς, εἰ ἅμα τῇ ἐννοίᾳ πληρουμένῃ καὶ μέρος λόγου τι μακρὸν καὶ εἰς μακρὰν τὴν τελευταίαν καταλῆγον συλλαβὴν, οἷον· ὥστ' ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν γενέσθαι.* REISK. *βεβηκὼς ῥυθμὸς,* rhythmus firme insistens, qualis est stabilium spondeorum. Dionysius Hal. de C. V. p. 338. Sch. explicans: *ἐν ἕδρᾳ — βεβηκέναι πλατείᾳ τε καὶ ἀσφαλεῖ.* Ibid. p. 340. *τῶν περιόδων τὰς τελευτὰς — βεβηκυίας. σύνθεσις στιβαρὰ καὶ βεβηκυῖα* ap. eund. Iudic. de Thucyd. p. 129. Krüg. SCHAEFER.

P. 9. v. 10. *ἐξ ἁπάντων*] scilicet *τῶν λεχθέντων, τῶν συμβεβουλευμένων.* WOLF.

P. 9. v. 10. *αἵρεσιν*] Sicut dicimus *αἱροῦμαι ἐξ ἁπάντων τὸ συμφέρον,* sic *αἵρεσις τοῦ συμφέροντος ἐξ ἁπάντων.* Postea coniunges *γενέσθαι ὑμῖν ῥᾳδίαν·* non, *τοῦ συμφέροντος ὑμῖν,* quanquam hoc quoque tam sententia quam constructio patitur. WOLF. Fallitur vir eximius, cuius notas, in summa brevitate utilissimas, quod Rüdigerus contemnit, videat ne in talem heroem, quem perpauci nostrorum hominum satis norunt, contumeliosior habeatur. Wolfiana ratio si vera esset, Demosthenes

scripsisset *ῥᾳδίαν ὑμῖν τ. τ. σ. α. γ.* Iungenda igitur *τοῦ συμφέροντος ὑμῖν·* quomodo supra Orator scripsit *τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει.* SCHAEFER.

P. 9. v. 11. *ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς*] *Κέχρηται δὲ καὶ ὁ Δημοσθένης προσωποποιΐᾳ, πρόσωπον ὑποθεὶς τὸν καιρὸν αὐτὸς ἑαυτῷ. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου τῶν Ὀλυνθιακῶν τὸν καιρὸν παρεισήγαγεν. καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ λόγου ἥρμοσεν ἂν παρεισαχθεὶς εἰς τὴν ἀνάμνησιν τῶν εἰρημένων. ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς ταύτας ἀφιεὶς ἐφάνη τὰς φωνάς· ὅτι τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἐκείνων ἀντιληπτέον ἐστίν· ὅτι ἡ τῆς πόλεως τύχη βελτίων τῆς Φιλίππου· ὅτι πολλὰ πρὸς τὸ νικᾶν ὑμῖν ἐστι πλεονεκτήματα· ὅτι ἀσθενῆ τὰ Φιλίππου παντάπασιν· ὅτι, ἀναιρουμένων Ὀλυνθίων, ἐν τῇ ὑμῶν αὐτῶν ἀμυνεῖσθε τὸν βάρβαρον. οὕτως ἀνέμνησεν ἂν διὰ τῆς προσωποποιΐας τὰ κεφαλαιωδῶς.* Apsines p. 707. c. fin. ed. Ald. *Ἡ προσωποποιΐα δέ ἐστι προσώπου διάπλασις, ἤτοι τὴν ἀρχὴν μὴ γενομένου πώποτε, ἢ γενομένου μέν, οὐκ ἔτι δὲ ὄντος. τοῦ μὲν* [prioris nempe generis] *παράδειγμα τὸ Δημοσθενικόν· ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς. οὐχ ὑφεστηκὸς γὰρ πρόσωπον, τὸν καιρὸν αὐτὸν* [f. *λέγοντα* deest] *εἰσάγει.* Alexander de figuris p. 32. ed. Norm. REISK. In Apsinis loco ante *κεφαλαιωδῶς* videtur deesse *εἰρημένα·* in Alexandri *αὐτὸν* ante *εἰσάγει* mutem in *αὐτὸς*, scil. *Δημοσθένης*, quod latet in antegresso *Δημοσθενικόν.* — Haec ut *προοίμιον ἀπὸ χρόνου λαμβανόμενον* citat Rufus p. 80. SCHAEFER.

P. 9. v. 11. *ἄνδρες*] Abest ab *α.* et *η.* Harlei. Lock. REISK.

P. 9. v. 12. *ἐκείνων*] Quarum? *τῆς τῶν Ὀλυνθίων συμμαχίας, ἢ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς.* Si *ἐκείνων* ad Olynthios refertur, respicit non ad praesentem deliberationem, sed ad situm urbis: alioqui *τούτων* dicendum fuisset. WOLF. rerum, quae illic, apud Olynthum puta, geruntur. REISK. Recte Reiskius, erravitque Wolfius, cum et hic et post de *τῇ τῶν Ἑλλήνων ἀρχῇ* cogitari posse putaret. Item fallitur Rüdigerus *ἐκείνων* referens ad ipsos Olynthios: referendum enim ad res Olynthiorum. SCHAEFER.

P. 9. v. 14. *ὑπὲρ*] *περὶ* Ulpianum in praefatione comment. dare, annotavit Taylor. REISK. *ὑπὲρ* satis tutatus est Buttmannus ad Midianam p. 26. SCHAEFER.

P. 9. v. 14. *αὐτῶν*] *αὐτῶν* si tenui spiritu legatur, subintelligi potest *πραγμάτων*, ut referatur sive ad conservationem principatus Graeciae, sive ad defensionem Olynthiorum, ut sit sententia: si rei bene gerendae occasionem non vultis amittere. Sed malo *αὑτῶν* cum aspiratione, ut de ipsis Atheniensibus intelligatur ac pro *ὑμῶν αὐτῶν* accipiatur. WOLF. Correxi *αὑτῶν* cum spiritu aspero, id est *ὑμῶν αὐτῶν.* Sic Bav. REISK. Dedi ex Fel. et Bav. *αὑτῶν.* AUGER. V. Brem. ad p. 52, 16. SCHAEFER.

P. 9. v. 14. *ἡμεῖς δ' οὐ οἶδ' — αὐτά*] *Ἐπειδὴ λυπηρόν ἐστι τὸ λέγειν, εἰ δὲ μή, ἀπολεῖτε τὰ πράγματα, περιέπλεξεν, εἴπερ*

ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε. καὶ πάλιν παρὰ πόδας ἔνεστί γε περιπλοκὴ μετὰ συλλήψεως, ἡμεῖς δὲ, ὑπακούεται, ἀμελοῦμεν. ἀλλὰ τοῦτο λυπηρόν ἐστι τοῖς Ἀθηναίοις. πῶς οὖν; περιέπλεξεν. [Malim *πῶς οὖν περιέπλεξεν;* SCHAEFER.] *οὐκ οἶδ', ὅντινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά.* Hermogenes *π. μ. δ.* p. 412. Citat h. l. quoque Thomas M. v. *δοκῶ* p. 214. REISK. p. 246. Bern. ubi ordine inverso *τρόπον ἔχειν.* Talem *περιπλοκὴν*, h. e. vituperationem involutam vestitu specioso, videtur cogitasse Taylorus, cum in Schedis ad Reiskium missis (Praefat. ad Annotatt. p. 116.) hic adscriberet: „orat. pro corona *εὐηθες ᾠήθης.*" Locus est p. 228. extr. Scilicet nulla illic *περιπλοκή.* SCHAEFER.

P. 9. v. 15. *δὴ*] *δὲ* Paris. 8. Ald. Taylori. REISK. *δὲ* legas etiam in Libello de Constr. Verb. edito ab Hermanno p. 389., ubi citantur verba *ἔστι — ταχίστην.* Utrum praeferendum sit, facile apparet. *δὲ* enim est simpliciter connectentis et transeuntis: *δὴ* ordientis quod inprimis attendi oporteat. p. 556, 11. *δεῖ δὴ τούς γε βουλομένους κ. τ. λ.* Adverte etiam particulam *γε*, quae neutrubi sua vi caret. Add. p. 14. v. 5. SCHAEFER.

P. 9. v. 17. *παρασκευάσασθαι*] Hoc etiam in texto Bav. est, sed eadem manus super *σα* scripsit *ζε*, ut sit *παρασκευάζεσθαι.* REISK.

P. 9. v. 17. *ἐνθένδε*] *ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως·* hinc mittendis civibus, non alibi mercenario milite conscribendo. WOLF.

P. 9. v. 17. *βοηθήσητε*] *βοήθειαν πέμψητε, ἤγουν πολιτικὴν δύναμιν, ἀλλ' οὐ ξένους.* Miserunt tandem Athenienses Olynthiis auxilio, ut in oratione Falsae Legationis auctor est Demosthenes, decies mille conductitios, quater mille cives, quinquaginta triremes: quae tamen eis omnia proditorum scelere nihil profuerunt. WOLF. Bekker. *βοηθήσετε.* V. Bremius ad p. 28, 6. SCHAEFER.

P. 10. v. 1. *ταὐτὸν*] *ταὐτὸ* Barocc. REISK.

P. 10. v. 1. *πρότερον*] Conf. p. 29, 20. sq. REISK.

P. 10. v. 1. *πρεσβείαν δὲ πέμπειν*] ad Olynthios puta. REISK.

P. 10. v. 2. *ταῦτ' ἐρεῖ*] scil. *αὐτοῖς τὰ ἐγνωσμένα παρ' ὑμῶν.* REISK.

P. 10. v. 2. *παρέσται τοῖς πράγμασιν*] quae ibi apud Olynthum gerantur, et invigilet bello copiisque vestris et ipsis imperatoribus, atque exsecutioni consiliorum et mandatorum vestrorum intersit, eamque urgeat atque gubernet. REISK.

P. 10. v. 3. *μὴ πανοῦργος ὢν*] Locum hunc cum altero Oratoris, qui p. 206, 3. legitur, comparat Hermogenes de Ideis tomo secundo, capite *περὶ ἐπιεικείας*, his verbis p. 341. *δῆλον δ' ἐστὶ τοῦτο ἐκ τῶν κατὰ Φιλίππου ῥηθέντων, ἐναντίως τῇ ἰδέᾳ ταύτῃ λέγοντος τοῦ ῥήτορος, οἷον· μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος. πρῶτον μὲν γὰρ πανοῦργος φησὶν, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς*

δεινός. σφοδρότερον δὲ τὸ πανοῦργος ὄνομα τοῦ δεινὸς δήπουθεν. ἔπειτα οὐδὲ δοκεῖν αὐτῷ πανοῦργον τὸν Φίλιππον εἶναι ἔφη, οὐδ' ἐνεδοίασεν, ὥσπερ ἐκεῖ [p. 206.], ἀλλ' ἀπεφήνατο. ἔπειτα οὐκ ἐοικέναι πανούργοις ἢ δεινοῖς, ὥσπερ τοὺς Λακεδαιμονίους, ἔλεγεν, ἀλλ' αὐτὸν εἶναι τὸν Φίλιππον καὶ δεινὸν καὶ πανοῦργον. οὐκοῦν ταῦτα μὲν καὶ σφοδρὰ καὶ τραχέα, ἐκεῖνα δὲ [p. 206.] ἠθικὰ καὶ ἐπιεικῆ, καὶ σαφῶς ὑφιέντος τὴν σφοδρότητα τοῦ ῥήτορος. Ad istum locum Hermogenis Scholiastes eius p. 408. c. fin. istaec annotavit vocab. πανοῦργος declaraturus: ὁ πανοῦργος κυρίως μὲν ὁ πᾶσιν ἔργοις ἐπιβάλλων, ὁ δραστήριος καὶ ἐνεργός. κατεχρήσαντο δὲ τῇ λέξει οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ ἐν κακοῖς νοήμασι καὶ ἔργοις ἐπιβούλου. REISK.

P. 10. v. 3. ἄνθρωπος] Φίλιππος Paris. nonus, Harl. REISK. Cod. N. dat in textu Φίλιππος et proponit ad marg. ἄνθρωπος. AUGER. Bekker. ἅνθρωπος, spiritu aspero vicem fungente articuli. Secutus est Rüdigerus. V. Brem. ad p. 42, 25. SCHAEFER.

P. 10. v. 4. ἡνίκα ἂν] Bekker. melius ἡνίκ' ἂν. Quis credat, os Atticum tam foedos hiatus tolerasse? Neque in talibus librorum ulla est auctoritas: ut vehementer mirer iudicium Wunderlichii de elisionibus Reiskianis tantas tragoedias excitantis in praefat. ad Orat. pro Cor., quasi homo capital fecerit. Longe verius iudicium Bremii, qui hiatus in Demosthene ut molestos aversatur ad p. 44. v. 13. Conf. Buttmann. ad Midianam p. 141. Omnino Reiskium aures habuisse satis teretes, vel hinc discas, quod passim in scenicis poëtis rhythmos instinctu quodam naturali (nam fuit metrorum et imperitissimus et incuriosissimus), metricis mirantibus, felicissime restituit. Conf. Porson. ad Eurip. Orest. 412. SCHAEFER.

P. 10. v. 4. τύχῃ] τύχοι ε. θ. REISK.

P. 10. v. 4. ἀξιόπιστος] Consentit textus Bav. sed adscripsit eadem manus in margine ἀξιόπιστα. REISK.

P. 10. v. 5. εἰκότως] V. Taylor. in praefat. Reiskii ad Annotatt. p. 116. ubi quid sibi velint addita „7. q. glossa", non exputo. SCHAEFER.

P. 10. v. 6. δρέψηται] Pro τρέψηται in Ulpiano legitur τρέψῃ, activa, non media voce. Quod si rectum esset, legendum putarem τρέψῃ τε καὶ παρασπάσῃ τι. Sed parum refert et παρασπάσηται sonum habet ampliorem. τρέψηται, scilicet τὶ vel τὰς γνώμας τῶν Ὀλυνθίων, vertat ac mutet aliquid, avertat animos Olynthiorum a nostra societate. WOLF. τρέψηται vulgatae, sed rectius videtur aut καταστρέψηται, aut, quod praetuli, δρέψηται per delta, a δρέπεσθαι. Sed oblitus sum distinctionem vulgarem item emendare, id quod fieri decebat. Scilicet ita distinguendus est locus: τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων, tum infamando nos, καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν δρέψηται, nostramque absentiam veluti defloret, carpat, metat, vindemiet, h. e. nostrae a locis, quibus insidiatur, absentiae fructus auferat. Sin autem κατα-

στρέψηται malis, manebit vulgaris distinctio, et haec exibit sententia: calumniis, falsis criminationibus ad amicos nostros suspectos nos reddens, malitiosae desertionis insimulando, quasi gauderemus ipsorum malis eosque perditos vellemus, data opera cunctantes, non autem necessitate temporisque adversitatibus et necessitatibus constricti, sociorum nostrorum aut ditionis nostrae nonnihil sub potestatem suam redigat. REISK. Bekkerus infelix Reiskii commentum iure repudiavit. Secutus est Rüdigerus', cui tropus huius locutionis, *τρέπεσθαι καὶ παρασπᾶσθαι*, videtur desumtus ab iis, qui, quum ad aras confugiunt, inde abstrahuntur: quod vereor ut cuiquam probaturus sit. *δρέψηται* confutavit etiam Bremius ad p. 41, 1. Sed, ut medium *παρασπᾶσθαι* hic recte et ordine positum est, ita usus medii *τρέπεσθαι* me quidem haud parum offendit: quod enim sciam, Graeci solo activo *τρέπειν* sic utuntur. Nam etsi Reiskio *τρέπεσθαι* p. 1262, 10. pro medio posse haberi videtur, nemo, opinor, dubitabit, quin passive dictum sit. Arbitror igitur, Ulpianum genuinam Oratoris manum servasse scribendumque esse *τρέψῃ τε καὶ παρασπάσηταί τι τ. ὅ. π. ται* et *τε* quoties confusa sint, quid attinet dicere? Si quis tamen requirat exempla huius confusionis, dabit Iacobsius ad Anthol. Pal. p. 37. et 215. SCHAEFER.

P. 10. v. 6. *τῶν ὅλων πραγμάτων*] Demosthenes appellat hic loci similibusque aliis in locis *τὰ πράγματα* id, quod nos appellamus *das Interesse des Staates*, id omne, de quo agitur, et super quo certatur, ut conservetur, ut salvum atque sospes populo alicui maneat, aut etiam amplificetur atque increscat, opes atque maiestas reip., sive sunt locorum possessiones, sive sociorum, sive numi, sive copiae militares, sive naves, sive arma, sive commerciorum cum exteris agitationes, sive annonariae copiae, et quaecunque bello gerendo inserviunt, quae salva esse multum interest. Sic Latini quoque voc. *res* usurpant, ut apud Livium 25, 37. *Si coeptis successisset, se res afflictas recepturum.* REISK. Compares Latinum, *summa res*, *summae res.* SCHAEFER.

P. 10. v. 7. *ἐπιεικῶς*] ferme, plerumque, potissimum, creberrime. Citat h. l. Hermogenes p. 364. *ἔννοιαι τῆς τοιαύτης δεινότητος αἱ παράδοξοι καὶ βαθεῖαι, καὶ ὅλως αἱ περινενοημέναι, οἷον· οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς* etc. REISK. Etymol. M. c. 359, 35. *Ἐπιεικῶς. τὸ ἐπίῤῥημα τοῦτο σημαίνει τὸ πάνυ· σημαίνει καὶ τὸ παραδόξως καὶ παρ' ἐλπίδα* —. Qui *παραδόξως καὶ παρ' ἐλπίδα* significare putarunt, videntur talia, quale hic habemus, respexisse. SCHAEFER.

P. 10. v. 9. *ὃ δυσμαχώτατον*] *ὅπερ δυσμ.* Aug. secundus, Ald. Felic. sed *ὃ* ex Harleiano et Lockerano annotavit Taylor. REISK. *ὅπερ* praeferam. SCHAEFER.

P. 10. v. 10. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* ε. η. ϑ. REISK. Hoc malim. SCHAEFER.

P. 10. v. 10. *τὸ γὰρ εἶναι κ. τ. λ.*] Malim *τῷ γὰρ* in dativo: nam *προέχει* manifestum est ad Philippum redire. *praestat in eo vobis atque potior multis partibus est, quod —. er hat darin viel vor euch voraus.* Durum tamen hoc est, quod *ἐναντίως ἔχει* non ad Philippum redit, sed subauditur *τοῦτο αὐτῷ. hoc ei contra habet seu adversatur.* REISK. Etiam Valckenarius Orat. de Phil. Maced. p. 250. *τὸ* in *τῷ* mutandum censuit: quod ipsa syntaxis convincit, quandoquidem non nominativi, ut tunc oportebat, sequuntur, sed accusativi, *ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον — στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν — αὐτόν.* Taceo alia. SCHAEFER.

P. 10. v. 10. *ἐκεῖνον*] *ἐκείνων* Bav. sed super duabus postremis litteris scripsit eadem manus *ον*. Variantes omnes Bavarici codicis cum exaratae sint ab eadem manu, quae reliqua exaravit, satis habebo in posterum dicere, superscriptum sic esse, nulla de *eadem manu* commemoratione facienda, nisi ubi usu veniat, ut aliena manus aliquid addiderit; quod locis quibusque nominatim indicabo. REISK.

P. 10. v. 12. *πρὸς μὲν τὸ — ἐναντίως ἔχει*] Colon hoc citat Hermogenes p. 296. ut exemplum antistrophae. REISK.

P. 10. v. 12. *τὸ*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 10. v. 14. *πολλῷ*] *πολὺ η*. Bavar. sed correctum id in hoc est *πολλῷ*. REISK.

P. 10. v. 15. *πρὸς δὲ τὰς καταλλαγὰς κ. τ. λ.*] Citat h. l. Apsines p. 696. circa finem: *ἐνίοτε δὲ καὶ μὴ θέντες ἀντίθεσιν τὰς λύσεις αὐτοῦ* [lege *αὐτῆς*] *τίθεμεν. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν ᾖ πάνυ βαρύνῃ ἡμᾶς ἡ ἀντίθεσις ἐκ προφανοῦς τεθεῖσα, καὶ δεῖ* [l. *δέῃ*] *αὐτὴν προανελεῖν λεληθότως. ὡς ἐν τῷ ά τῶν Φιλιππικῶν πεποίηκεν ὁ Δημοσθένης. τίς γὰρ ἦν ἡ πάνυ βαρύνουσα αὐτὸν ἀντίθεσις; ὅτι ἄπιστοι ἡμῖν οἱ Ὀλύνθιοι. τοῦτο τοίνυν μὴ θεὶς ἐκ προφανοῦς λέλυκεν εἰπών· πρὸς δὲ τὰς καταλλαγὰς, ἃς ἐκεῖνος ποιήσεται ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει. καὶ γάρ ἐστι τύραννος Φίλιππος, καὶ ἐχθρὸς φύσει τοῖς δημοκρατουμένοις· καὶ ὑπὲρ μεγάλων Ὀλυνθίοις ὁ κίνδυνος, εἰ πεισθήσονται. καὶ ἐκ παραδείγματος· καὶ ἴσασιν ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν, καὶ Πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους. ταῦτα τίνος ἐστὶ συστατικά; τοῦ ἀπίστους μὲν αὐτοὺς μένειν Φιλίππῳ, ἡμῖν δὲ πιστούς. ὁρᾷς, πῶς μὴ θεὶς τὴν ἀντίθεσιν τὰς λύσεις τέθεικεν.* REISK.

P. 10. v. 15. *τὰς καταλλαγὰς*] *διαλλαγὰς*, quod magis est proprium, sed illud sonantius. *καίτοι οὐ τὰ νομίσματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ φιλίαι καὶ αἱ ἔχθραι καταλλάττονται. reconciliationem, pacificationem.* Nam Philippum Olynthiis intulisse bellum docet Libanius. WOLF.

P. 10. v. 15. *ἃς ἂν*] *ὡς ἂν* Bav. sed vulgata superscripta est. REISK.

P. 10. v. 15. *ποιήσηται*] *ποιήσεται* Bav. sed in margine annotatum est sic: *γρ. ποιήσαιτο.* quod idem etiam in Weimarano

et Felic. reperi. Nunquam, quod obiter hic semel admonendum duco, posthac non iteraturus, de me γρ. addidi, sed, sicubi exhibeo, tenendum est, me id sic scriptum in ipso codice reperisse. ποιήσαιτο cum dedisset Wolfiana, ex Harleiano et Lockerano annotavit Taylor. ποιήσηται. REISK. Auger. Bekker. et Rüdig. revocarunt optativum, qui solus hic obtinet. Reiskiana scriptura sensum prorsus pervertit: neque enim Orator dicit, rem illam adversari foederi, *quodcunque* Macedo *inierit* cum Olynthiis, sed adversari foederi, *quod iniret*, si Olynthii eum audire vellent. Non θετικῶς loquitur, sed ὑποθετικῶς. SCHAEFER.

P. 10. v. 16. δῆλον γάρ ἐστι κ. τ. λ.] Citat h. l. Minucianus p. 138. ed. Norm. τῶν ἐπιχειρημάτων τὰ μέν ἐστι παραδειγματικά, τὰ δ' ἐνθυμηματικά. παραδειγματικὰ μὲν, ὅσα ἐξ ἱστορίας καὶ ὁμοιώσεως τῶν ἤδη πεπραγμένων λαμβάνομεν. οἷον· οὐ πιστεύουσιν Ὀλύνθιοι Φιλίππῳ. οὐ γὰρ περὶ μέρους χώρας, οὐδὲ περὶ δόξης, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος ὁ κίνδυνός ἐστιν αὐτοῖς. καὶ εἰς τοῦτο παράδειγμα· καὶ ἴσασιν, ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν etc. Citat item, sed etiam ob causam, Scholiastes Hermogenis p. 386. c. fin. τινὲς ῥητορικὴν ἔμμετρον τὴν [fort. τινα*)] κωμῳδίαν ἐκάλεσαν. πολλοὺς γοῦν παρά τε τῷ Ἰσοκράτει καὶ μάλιστα τῷ Δημοσθένει λανθάνοντας ἰάμβους τε καὶ χοριάμβους ἔστιν εὑρεῖν διὰ τὴν ἐναρμόνιον συνθήκην τῶν λέξεων. ὡς εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν· δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι [est merus et plenus senarius] νῦν οὐ περὶ δόξης, οὐδ' ὑπὲρ μέρους [habes senarium postremo pede mutilatum] τῆς χώρας κινδυνεύουσιν. οὐχ ὡς ῥητόρων κινδυνευσάντων καὶ ἔμμετρα λέγειν, ἀλλότριον γὰρ τοῦ πολιτικοῦ λόγου τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' αὐτοφυῶς εἰς μέτρον ἀπενεχθείσης τῆς φράσεως. REISK.

P. 10. v. 17. οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους — πατρίδος] Post ἀλλὰ, ἢ, ὡς, praepositio frequenter non repetitur: quod interdum viris doctis corrigendi libidinem movit. Hic autem inprimis id notandum, quod post ἀλλὰ prior, non secunda, antecedentis enuntiationis praepositio repetenda sit. Nec enim, opinor, recte dicitur πολεμεῖν ὑπὲρ ἀναστάσεως de cive, qui pugnat, ne patria pessumdetur, sed περὶ τῆς ἀναστάσεως. Patebit hoc, ni fallor, si de discrimine praepositionum περὶ et ὑπὲρ in huiusmodi locutionibus paullo accuratius disputaverimus. Nolo longus esse in aliorum opinionibus refellendis. *Περὶ* latius patet, ὑπὲρ artius est circumscriptum. περὶ significat aliquid fieri ratione habita ad rem, quae nobis sive in bonam sive in malam partem magni momenti est, cuius vel studio et amore, vel odio et aversione tenemur. Fieri igitur potest, ut eam vel parare et tenere, vel abiicere et repudiare cupiamus. Ὑπὲρ autem tum nonnisi ponitur, quum res in bonam partem magni nobis est

---

*) Fallitur. *Comoedia a nonnullis dicta est Rhetorice metris adstricta.* SCHAEFER.

momenti, quum eam vel acquirere nobis vel non amittere studeamus. Ex quo negavi dici posse *πολεμεῖν ὑπὲρ ἀναστάσεως* de cive (nec enim quisquam bonus voluerit patriam suam everti), sed *πολεμεῖν περὶ ἀναστάσεως*, ne excidium patriae fiat; neque sanae mentis homo *πολεμεῖ ἢ κινδυνεύει ὑπὲρ τοῦ θανάτου*, sed *περὶ τοῦ θανάτου*, ut eam avertat; contra *πολεμεῖ ὑπὲρ τοῦ βίου*, ut vitam servet. Id quidem intelligitur, *περὶ* poni posse, ubi *ὑπὲρ* accuratius fuerit: quod viris etiam doctissimis interdum imposuit. Sic legimus Eurip. Alcest. 178. *ἀνδρὸς, οὗ θνήσκω περί:* pro quo Valckenaerius ad Phoen. 1336. suspicabatur *οὗ θνήσκω γ' ὑπέρ*, quod nemo probabit, etiam si praepositio aptior sit. Lysias *πρὸς Σίμωνα* p. 161. R. *ἵνα ἐπίστησθε, ὅτι πολὺ ἂν δικαιότερον αὐτὸς περὶ θανάτου ἠγωνίζετο, ἢ ἑτέρους ὑπὲρ τῆς πατρίδος εἰς κίνδυνον καθίστη*, ubi Marklandus *περὶ τῆς πατρίδος* coniicit, vim praepositionis *ὑπὲρ* nimium circumscribens. Contra non opus erat, ut idem vir doctus, sequente Reiskio, p. 123. scriberet *οὐ μόνον ὑπὲρ* (vulgo *περὶ*) *τῆς αὑτῶν σωτηρίας κινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πολεμίων ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν:* nam in ipsa praepositionum varietate magna vis inest. Interdum nonnisi variandi caussa altera alteram excipit: *κατ' Ἀριστοκρ.* p. 621. l. 7. sqq. *ὑπὲρ τοῦ Χεῤῥόνησον ἔχειν ὑμᾶς ἀσφαλῶς — περὶ τούτου μοι ἐστὶν ἅπασα ἡ σπουδή.* BREMI. Viri doctissimi disputatio vide ne subtilior quam verior sit. Ut enim post *ἀλλ'* repetatur, non propius quodque continuo nexu cohaeret *ὑπὲρ*, sed remotius *περὶ*, per syntaxeos rationem non puto fieri posse. Atque *ὑπὲρ*, non *περὶ*, repetiit Lexicographus, cuius fragmentum edidit Hermannus. *Ἀνάστασις λέγεται*, inquit p. 343., *καὶ ἡ ἀνέγερσις καὶ ἡ ἀναστάτωσις, ὡς παρὰ Δημοσθένει, ὡς τό, οἱ Ὀλύνθιοι ὑπὲρ ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος πολεμοῦσι.* Omnino parum intelligo, quid Bremium moverit, ut vim praepositionis *ὑπὲρ* arctius circumscriberet, quam alterius. Mihi ambarum significatio videtur latissime patere, quippe in universum indicantium rationem respectumque rei. Id unum interest, quod *περὶ* usu frequentissimo teritur, multo rarius usurpatur *ὑπέρ:* quod ipsum discrimen inter Latinas praepositiones *de* et *super* locum obtinet. Sed Demosthenes a vulgari usu sic deflectit, ut passim ponat *ὑπέρ*, ubi assuetus consuetudini positum malit *περί*. V. Buttmann. in Ind. ad Midianam p. 188. Infra p. 11. v. 6. *βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτοὺς ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν ἔχειν.* Si recte dicitur *ἔχθρα ὑπὲρ τούτου, ὅ τις φοβεῖται*, quidni recte dicatur *πολεμεῖν ὑπὲρ ἀναστάσεως*, quo sensu hic dictum est? SCHAEFER.

P. 10. v. 17. *πολεμοῦσιν*] *πολεμήσουσιν* Paris. 8. 9. REISK.

P. 10. v. 18. *ἀναστάσεως*] Citat h. l. Pollux 3, 91. ad docendum, vocabulum hoc h. l. non emigrationem, sed abductionem e patrio solo in peregrinum, *ἀναστάτωσιν*, significare. Verum hoc vocabulo, *ἀναστάτωσις*, quod sane ad rem docendam per-

opportune excogitatum est, nemo utitur. REISK. Imo est *eversio*. SCHAEFER.

P. 10. v. 18. *ἅ τ'*] *ἅττ'* Paris. 1. 5. *ἅτε* 9. REISK. *ἅττ'* genuinum videtur. p. 54, 24. *οὐ γὰρ ἅττα ποτ' ἔσται δεῖ σκοπεῖν*. p. 438, 25. *ἅττα — ἐδημηγόρησεν, αὐτὸς ἂν εἰδείη*. SCHAEFER.

P. 10. v. 18. *ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν — ὑποδεξαμένους*] Solet dici, *τε* esse traiectum. Collocandum enim est post vocabulum, quod primum partitionis membrum inchoat, hic post *Ἀμφιπολιτῶν*: quem ad morem vindicandum Heindorfius ad Platon. Phaed. 80. 88. ait, *centies, sexcenties τε traiici*, aliique id repetierunt. Contra quod nuper Schaeferus in editione Poëtarum Gnom. Gr. p. 73. atque in indice s. v. *τε* affirmavit, vere, ni fallor, in hac collocatione aliquid repetendum esse ad *καί*, quo repetito suum utraque particula locum obtineat, v. c. hic *ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε — — καὶ ἃ Πυδναίων* cet. BREMI. Si *ἅττ'* genuinum est, apparet, meam illam innumerabiles encliticae traiectiones convellentis rationem huic quidem loco non posse adhiberi. Interim laetor consensu hominis tam docti et acuti. Multa exempla huius generis (sane sunt *τόσα, ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε*) congessit etiam Elmsleius ad Eurip. Iphig. Aul. 508. p. 192. ed. Dind. et ad Heracl. 622.: sed cum de expedienda constructione taceat, videtur et ipse pro traiectionum exemplis habuisse. Xenophon Memor. IV. 2. 40. *ἅ τε ἐνόμιζεν εἰδέναι δεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν κράτιστα εἶναι*. Schneiderus: „Heindorfio *καὶ ἃ — κράτιστα* scribendum videtur, cum quo sentio.“ Haec plena foret oratio: sed elliptica optime habet. Quam late autem haec ratio pateat, ut plerosque, ita Siebelisium ad Pausan. T. I. p. 188. fugit. SCHAEFER.

P. 10. v. 20. *αὐτῷ*] Deest Harlei. REISK.

P. 10. v. 21. *ἄπιστον κ. τ. λ.*] Locum hunc citat Stobaeus Gesn. p. 344, 16. REISK.

P. 10. v. 12. *πολιτείαις*] Ad hunc similemve alium locum respexit Harpocration in v. *πολιτεία* his verbis: *Πολιτεία. ἰδίως εἰώθασιν οἱ ῥήτορες τῷ ὀνόματι χρῆσθαι ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, ὥσπερ Ἰσοκράτης τε ἐν τῷ πανηγυρικῷ καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς*. REISK. Fere eadem habet Photius c. 324. extr. SCHAEFER.

P. 10. v. 24. *πάντα*] Abest ab Aug. sec. REISK.

P. 10. v. 27. *τὰ*] Abest ab Ald. REISK.

P. 10. v. 28. *ἐθρυλλεῖτε*] *ἐθρύλλουν* Paris. 8. *ἐθρύλλουν τέως* Paris. 9. Harlei. Videtur hoc idem voluisse Bavarici quoque librarius, qui in margine annotavit *γρ. ἐθρύλλουν τε*. REISK. V. not. ad *δεῖ* p. 11. v. 1. Bekker. et Rüdiger. *ἐθρυλεῖτε*. V. not. ad Dionys. Hal. de C. V. p. 112. et Ind. ad Mel. Crit. p. 153. b. SCHAEFER.

P. 11. v. 1. ἐκπολεμῶσαι] Citat Harpocration in hoc eodem vocabulo, et Minucianus p. 162. fine, ubi pro ἐθρυλλεῖτε dat ἐθρύλλουν. REISK.

P. 11. v. 1. δεῖ] Sic Paris. 1. 9. Ald. P. Manut. ed. Wolf. Aug. secundus. Sed δεῖν adscripsit Taylor. ex Harleiano. REISK. Videndum ne Orator dederit ὃ πάντες ἐθρύλλουν τέως, Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖν Φιλίππῳ. Plane sic de eadem re p. 30, 20. ὃ πάντες ἐθρύλλουν τέως. Hesychius: Θρυλλεῖ, ταράσσει, ὀχλεῖ. Photius c. 74.: Θρυλλεῖ, λαλεῖ (coll. Anecd. Bekk. p. 51, 3.), κυκᾷ. Apparet, non mitissime locutum esse, qui diceret aliquem θρυλλεῖν. Videtur igitur Demosthenes, ut coronae parceret auribus, tertia persona uti maluisse. SCHAEFER.

P. 11. v. 2. ταῦτα] τοῦτο Par. 5. 9. τοῦθ' ὡς appendix Francofurtana, Aldina Taylori, Harlei. REISK. ταῦθ' Bekker. et Rüdiger. bene tollentes hiatum. Sed magis placet τοῦθ' ut paulo significantius. SCHAEFER.

P. 11. v. 2. ὑμῖν] ἡμῖν Par. 8. 9. Aug. sec. Harlei. REISK. Perpetua talium confusio, ut in neutram partem ausim pronuntiare, nisi orationis ipsius series litem dirimat. Hic tamen malim ἡμῖν. SCHAEFER.

P. 11. v. 2. γὰρ] Abest ab Aug. 3. REISK.

P. 11. v. 2. ἡμῶν] ὑμῶν α. ed. Wolf. Aug. secundus. Sed ἡμῶν Taylor. ex Harlei. annotavit. REISK. ὑμῶν Auger. et Bekker. ἡμῶν Rüdiger.: melius, opinor. SCHAEFER.

P. 11. v. 3. μέχρι του] μέχρι του, i. e. μέχρι τινός, *aliquatenus, quodammodo*. Gallice, *jusqu' à un certain point*. AUGER. Μέχρι et ἄχρι interdum minuentis sunt, ita ut μέχρι του significet *mediocriter, non tantum, quantum vel oportet vel opus est*. p. 109. l. 11. ἄχρι τοῦ θορυβῆσαι καὶ ἐπαινέσαι σπουδάζοντες. Nostrum μέχρι του interdum corruptum fuit, et Reiskius bene meruit veram lectionem restituendo, ut κατὰ Ἀριστοκρ. p. 660. s. R. ἄχρι του καὶ φιλεῖν, οἶμαι, χρὴ καὶ μισεῖν, μηδετέρου τὸν καιρὸν ὑπερβάλλοντας. περὶ Μεγαλ. p. 208. l. 11. ὅτι τὰ μὲν δίκαια πάντες, ἐὰν καὶ μὴ βούλωνται, μέχρι τού γε αἰσχύνονται μὴ πράττειν. BREMI. Non dicam μέχρι et ἄχρι minuentis esse: vis enim minuendi tota formula μέχρι του continetur. Neque h. l. μέχρι του vertam *mediocriter*, quippe non modum, sed tempus significans: nam opponitur βεβαία ἔχθρα, *duratura inimicitia*. Recte comparat Krügerus Ind. ad Dionys. Hal. Historiogr. p. 484. b. cum ἕως τινός, vertitque *aliquamdiu, eine Zeit lang*. SCHAEFER.

P. 11. v. 5. ταῦτ'] τοῦτ' Pariss. 5. 8. 9. Harlei. Malim ταὐτὰ ἂν. Subaudi ὑμῖν. eadem ipsis fuisset, quae vobis, sententia, concordes vobis iisdemque studiis dediti fuissent. REISK. Non opus. Saepe facilitas mutandi ταῦτα in ταὐτὰ Criticos movit, ut hoc illius in locum nullo ad sensum fructu substituerent. SCHAEFER.

P. 11. v. 5. ἐκ τῶν πρὸς αὑτοὺς ἐγκλημάτων] ob crimina illata sibi a Philippo, qui eos, ut perfidos et foedifragos, criminatur, ob pacem vobiscum factam. Si non πρὸς αὑτοὺς, sed πρὸς αὐτὸν legeretur, sententia esset, propter iniurias, quibus se ab eo affectos esse queruntur. WOLF. Id est ἐκ τῶν προσκρουμάτων Φιλίππου, πρὸς ἑαυτοὺς γεγενημένων. exosi sunt Philippum propter offensiones, quibus ipsi ab eo laesi sunt, aut, quae ab eo ad se profectae sunt. ἔγκλημα est facinus, de quo quereris, aut querendi causam tibi esse autumas. REISK. Vulgo αὐτοὺς. Legi αὑτοὺς cum spiritu aspero. AUGER. Eodem modo Bekker. et Rüdiger. Reiskius in textu αὐτοὺς, in notis αὑτοὺς dederat, quorum hoc in textum quoque nostrae editionis, nescio consulto an casu, transiit. „Difficile admodum est ubique pronuntiare inter formam reflexivam αὑτόν et simplicem αὐτόν." Buttmannus ad Midianam p. 140. initio Excursus *De formis αὑτόν et αὐτόν* lectu perdigni. SCHAEFER.

P. 11. v. 6. εἰκὸς] εἰκότως Aug. secundus. REISK. Mirum in Eurip. Orest. 727. εἰκότως legi, ubi εἰκὸς exspectes: sed illud metrum satis tuetur. Quod si h. l. pluribus in libris adverbium occurrat, vix ausim dicere librariorum errorem. Conf. quae notavi ad Orest. l. c. in tertia Lips. Euripidis Porsoniani. SCHAEFER.

P. 11. v. 6. αὑτοὺς] Abest a Paris. 8. REISK.

P. 11. v. 9. παραπεπτωκότα] V. Taylor. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 116. SCHAEFER.

P. 11. v. 9. οὐδὲ δὴ παθεῖν] Addidi δὴ e ϑ. Notabile est discrimen, quod h. l. in diversis exemplis editionis Parisinae conspicitur. Duobus utor eiusdem exemplis, quae cum in plerisque modis conveniant inter se omnibus, paucis tamen quibusdam locis discrepant, nescio qui: ut hic in eo, quod Ioannis Benenati librarii nomen in titulo thyrsumque angue circumvolutum praefert, lego δεῖ, in altero, quod Michaelis Sonnii nomen cum alio quodam insigni minus liberali praefert, lego δὴ. Locos huic similes, si qui postmodum occurrent, annotabo. Iudicent peritiores, qui potuerint eiusmodi discrepantiae in eandem prorsus editionem irrepere. REISK. Potuerunt irrepere, quod aut inter imprimendum, nondum absoluto exemplarium numero, editor correctorve aliquid mutandum censeret, aut, absoluto numero, una aut altera plagula plagulaeve pars variis de causis iterum imprimenda esset. Utrumque mihi obvenit per hos quadraginta annos, quibus typothetarum speciminibus corrigendis, negotio uni omnium aerumnosissimo, cum summo visus detrimento insudavi. — Auger. Bekker. et Rüdiger. bene revocarunt priorum scripturam editionum οὐδὲ παθεῖν. Certe δὴ locum non habet. Sed si quis pertendat, legendum esse οὐδὲ δεῖ παθεῖν, ut gravius, quod opponam vix reperio. δεῖ et δὴ librarii passim confuderunt. SCHAEFER.

P. 11. v. 9. ταὐτὸν] Ubi in Aldino legitur οὐδὲ παθεῖν ταυτὸν, nostrum habuit οὐδὲ παθεῖν ταὐτό. OBSOP. ταὐτὸν Paris. 3. Meermann. Ald. Paul. Manut. ed. Wolfii: quod ob concursum cum vocali dedi. Sed ταῦτα ἅπερ dat Lokeran. Aldina Taylori et Barocc. appendix Francofurt. ταυτὸ dat, et illa quoque ὃ πολλάκις. REISK. V. Taylorus in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 116. SCHAEFER.

P. 11. v. 10. πρότερον] Abest ab Aug. 2. REISK.

P. 11. v. 10. εἰ γὰρ, ὅθ' ἥκομεν κ. τ. λ.] Citat hunc locum Hermogenes, Aristides et Apsines: ille de formis libro 1. p. 287. τὸ κατὰ συστροφὴν σχῆμα σφόδρα ἐμπερίβολόν ἐστι. οἷον· εἰ γὰρ, ὅθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσι —. Aristides de dictione simplici 2, 13. οὐ μὴν οὐδὲ πολλὰ δεῖ περιλαμβάνειν πράγματα ἐν τῷ ἀφελεῖ λόγῳ, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐποίησεν [nimis ille multa uno complexus ambitu]· εἰ γὰρ, ὅθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες· ἀλλ' ἐν ὀλίγοις, ὡς ἂν εὐπαρακολούθητος ᾖ σοι ὁ λόγος. Apsines denique p. 707, 11. dictum hoc ait esse κατὰ συστροφὴν καὶ τόνον. Theophilus Corydaleus item in expositione rhetorica, edita a Fabricio B. Gr. T. XIII. p. 663. 11. hunc locum proponit in documentum argumentationis ab exemplo, et id quidem secundum primam speciem, qua demonstratur res praesens a re simili olim gesta. Opusculum hoc Theophili paucis annis ante una cum typis epistolicis et Aphthonio recusum fuit Halae Magdeburgicae, edente familiari quondam nostro Ambrosio Peperis, hieromonacho, in 8. 1768. REISK.

P. 11. v. 10. ἥκομεν — βεβοηθηκότες] veniremus auxiliati, scilicet pulsis Thebanis. Vide in oratione Chersonesitana concionem Timothei. Nisi forte intelligendum est de Macedonibus auctore Demosthene pulsis, cuius rei Plutarchus meminit in vita nostri auctoris. WOLF. Non *veniremus*, sed vertendum *venissemus*, *rediissemus:* quo temporis articulo, modo finita expeditione Euboica, Athenienses paratas habebant copias, quibus sine ulla mora Amphipolin tenere possent. SCHAEFER.

P. 11. v. 11. παρῆσαν Ἀμφιπολιτῶν κ. τ. λ.] Citat h. l. Harpocrat. v. Ἱέραξ. Legi malim παρῆσαν [subaudi πρὸς ἡμᾶς ἐνταῦθα] παρ' Ἀμφιπολιτῶν. REISK. Facile caremus praepositione. SCHAEFER.

P. 11. v. 11. παρῆσαν — ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα] Suspicabar olim παρῄεσαν, quum praesertim παριέναι sit verbum proprium oratorum, qui suggestum ascendunt (vide Sluiteri Lectt. Andoc. p. 194. s.), idemque dubitanter quidem proponit Heindorfius ad Platon. Theaet. §. 136. Sed mutatione opus non est. Si παρεῖναι construitur cum praepositione, quae motum ad locum significat, adest confusio duarum notionum. In praepositione inest motus ipse ad locum, in verbo id, ut sis in loco, ut eo perveneris. Exempla praeter alios habent Valckenarius ad Herod. I, 23. Seidlerus ad Eurip. El. 1275. BREMI. Xenophon

Cyrop. VIII. 1. 5. *παρῶμεν — ἐπὶ τόδε τὸ ἀρχεῖον.* Anab. VII. 4. 6. *παρῆσαν ἐπὶ τὰς κώμας,* ut bene Schneiderus e Paris. comparans Cyrop. I. 4. 6. *εἰς τὰς ἑαυτῶν χώρας ἕκαστοι πάρεισιν,* et II. 4. 21. *παρεῖναι πρὸς αὐτόν.* SCHAEFER.

P. 11. v. 12. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* Pariss. 5. 8. 9. Aug. 1. *ὑμᾶς* dat Bav. in texto, sed super prima litera superscriptum est *ἡ.* REISK. Bekker. et Rüdiger. bene *ἡμᾶς.* SCHAEFER.

P. 11. v. 12. *πλεῖν*] *ἐκπλεῖν* Aldina utraque et Felic. Harlei. et Lock. dant simplex *πλεῖν.* REISK. *ἐκπλεῖν,* quum Demosthenes saepius in simili locutione adhibeat, recipiendum putavi. RUEDIGER. Recepit etiam Augerus: bene. Saepissime librarii in compositorum verborum locum simplicia substituunt. Ammonius quoque *ἐκπλεῖν* praelaturus erat. V. Grammaticum p. 113. SCHAEFER.

P. 11. v. 14. *τὴν πόλιν*] Subaudi *αὐτῶν.* Amphipolin puta. REISK.

P. 11. v. 14. *παρειχόμεθ'*] Citat h. l. Ammonius de differentiis vocc. p. 108. ed. Valck. v. *παρέχειν.* REISK. Citat etiam Lexicon ineditum Paris. ap. Osann. ad Philemon. p. 253. SCHAEFER.

P. 11. v. 14. *παρειχόμεθ' — εἴχετ'*] Non decernam, utrum verbum simplex et compositum oppositum consulto sit. Eiusmodi allitterationibus vel paronomasiis, ut appellantur, veteres grammatici et rhetorici inprimis delectabantur, easque etiam Demostheni tanquam ornatum et elegantiam tribuebant, locis, quibus Demosthenes hunc honorem vehementer deprecaretur. Sic nobis scribit Hermogenes, respiciens ad verba p. 96. l. 22. *μέλλει — μέλει: Τὸ καθ' ὁμοιότητα λέξεως ἐμφαίνει τινὰ δριμύτητα. οἷον· „μέλλει πολιορκεῖν· τοὺς Ἕλληνας ἐκδίδωσι. μέλει γάρ τινι τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκούντων;" ἐγὼ μὲν σφόδρα εὐλαβῶς εἶχον θεῖναι ὡς παράδειγμά τινος δριμύτητος. ἐπεὶ δὲ τῶν σφόδρα εὐδοκιμησάντων τινὲς κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἀνθρώπους καὶ νῦν εὐδοκιμούντων ἐπὶ θεωρίᾳ λόγων, ἐν οἷς ἀπολελοίπασι βιβλίοις, οὕτω τεθεωρήκασι καὶ τοῦτο καὶ τεθείκασί γε ὡς παράδειγμα δριμύτητος τοιαύτης, εἰρήσθω καὶ ἡμῖν. καίτοι τάχ' ἴσως οὐδ' ἡ τοιαύτη δριμύτης, εἴπερ οὕτω γένοιτο, ἐκφεύγει τὴν ψυχρότητα.* Hermogenes summum profecto ius habet contra suos sine iure celebres decessores. Bonus etiam Reiskius, cuius ceteroqui summa virtus elegantia non erat, haec notat: „Certus sum, Demostheni numquam in mentem venisse tam frigidae et umbratilis puerilitatis, ut in vocabulis *μέλλει* et *μέλει* luderet." — Quamquam ne Demosthenes quidem hanc figuram, quae suo loco adhibita vim et subtilitatem orationi tribuit, non prorsus reiecit. p. 13. l. 2. *πάλιν ῥαΐσας οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινεν:* illud de corpore, hoc de animo et mente, respiciens ad bonam illius et malam huius significationem. p. 94. l. 10. *τί δ', ἂν ἀπελθὼν ἐκ Θρᾴκης καὶ μηδὲ προσελθὼν Χεῤῥονήσῳ — —*

— *ἐπὶ Χαλκίδα ἢ Μέγαρα ἥκῃ;* p. 100. l. 16. *πάνθ᾽ ὅσα πραγματεύεται καὶ κατασκευάζεται νῦν, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν παρασκευάζεται.* p. 31. l. 21. *μὴ σκοπεῖτε, τίς εἰπὼν τὰ βέλτιστα ὑπὲρ ὑμῶν ὑφ᾽ ὑμῶν ἀπολέσθαι βουλήσεται.* Sed in his rebus Demosthenes perquam sobrius est, nec, ut Isocrates, harum elegantiarum avidus; sed plerisque omnibus in locis fieri non posse videtur, ut sententia aliis quam his ipsis verbis exprimatur. BREMI. Talia Demosthenes nunquam, opinor, quaesivit, quemadmodum Isocratem quaesivisse constat: sponte oblata non repudiavit. SCHAEFER.

P. 11. v. 14. *καὶ*] Abest ab Aug. 1. Bavar. Harlei. REISK. Delevit Bekkerus: quod cur fecerit, Rüdigerus videre se negat. Mihi videtur recte fecisse: nam hic quidem particula locum suum vix obtinet; obtineret posita post *ἥνπερ*. Nata est, ut toties, ex antecedente littera. V. Ind. ad Schol. Apollon. Rh. p. 664. b. SCHAEFER.

P. 11. v. 14. *ὑπὲρ*] *περὶ* Aug. 3. REISK. Haec scripturae diversitas utrum ad prius *ὑπὲρ*, an ad posterius, an ad utrumque referenda sit, non dicam. SCHAEFER.

P. 11. v. 15. *ὑπὲρ τῆς Εὐβοέων σωτηρίας*] Ubi in Aldino legitur *ὑπὲρ τῆς τῶν Εὐβοέων σωτηρίας*, nostrum *ὑπὲρ τῆς Εὐβοέων σωτηρίας* habebat, altero articulorum omisso. Caeterum harum minutiarum non parum omisimus, ne lectori essemus taedio. Sicut et eiusmodi locos multos sciens praeterii: *παραγνώμην* pro *παρὰ γνώμην*, et *ὅντινουν* pro *ὅντινα οὖν*, et *μηδοτιοῦν* pro *μηδ᾽ ὅ τι οὖν*, et *δηλονότι* pro *δῆλον ὅτι*, et *τοκαταρχὰς* pro *τὸ κατ᾽ ἀρχάς·* qui omnes coniunctim apud Aldum offeruntur, in nostro disiunctim. OBSOP. *τῆς τῶν Εὐβοέων* Par. 8. August. secundus, Ald. Felic. Posteriorem articulum omisit Harlei. dans *ἥνπερ τῆς Εὐβ.* REISK. *τῆς τῶν Εὐβοέων* etiam Lexicographus Paris. Osanni citatus ad v. 14. Bene, ut opinor. Bastius ad Gregor. Cor. p. 360.: „librarii, ubi duo articuli deinceps ponuntur, alterum saepius omittunt." Concursus duarum vocum, *ἥνπερ ὑπὲρ*, non mirer, si cuius delicatioris aures offendat. Sed cum alia non suavioris soni occurrunt, tum quod simillimum est *εἴπερ ὑπὲρ*, de quo v. Buttmann. ad Midianam p. 26. SCHAEFER.

P. 11. v. 16. *καὶ πάντων — πραγμάτων*] *καὶ πάντων ἂν ἦτε τῶν μετὰ ταῦτα ἀπηλλ. πρ.* Harl. REISK. Bekker. *καὶ πάντων ἂν ἦτε τῶν μετὰ ταῦτ᾽ ἀπηλλαγμένοι πραγμάτων*, aliquanto suavius ad aurium sensum. SCHAEFER.

P. 11. v. 17. *πραγμάτων*] *ἀσχολιῶν, λυπῶν, δαπανῶν, πολέμων.* Amphipolitanum bellum constitisse Atheniensibus mille ducentis talentis, docet Ulpianus, plus sexta parte aestimationis agri Attici, quae fuit, ut in oratione *περὶ συμμοριῶν* legimus, *ἑξάκις χιλίων ταλάντων.* Illud igitur vere fuit hamo aureo piscari, quod et nostra aetate factum meminimus. Demosthenes

Olynthiaca secunda 1500 ταλάντων meminit τῶν μάτην ἀνηλωμένων. Bellum autem illud fuisse tam Philippo quam Atheniensibus grave, tum ex Demosthene constat, tum ex Isocratis etiam nostri Philippica. WOLF.

P. 11. v. 19. *Μεθώνη, Παγασαὶ*] E Philippicis citat Photius c. 186. et 267. SCHAEFER.

P. 11. v. 19. τἄλλα] Bekkerus, ut ubique solet, τἆλλα. Wolfius praef. ad Hom. Il. p. LV. ed. a. 1817.: „τἄλλα, non τἆλλα aut τᾶλλα, scribendum esse docui in Analectis Vol. I. p. 431. sqq.“ Cum Bekkero facit Elmsleius ad Eurip. Med. 888. p. 236. ed. Dind. Ego Wolfio assentiar. SCHAEFER.

P. 11. v. 19. ἕκαστα] ἕκαστον ε. August. tert. sed hic e correctione. Videtur ab antiquiore manu venisse ἕκαστα. Sed iunior ultimam literam cum ον mutavit. REISK.

P. 11. v. 20. ἐνὶ τῷ πρώτῳ] ἐνί τῳ (enclitice) πρ. Paris. octavus. REISK. Bekkerus ἐνί τῳ πρῶτον. In hac scriptura quid πρῶτον, antegresso τότε, sibi velit, parum intelligo. τῷ πρώτῳ compares cum vernaculo *dem ersten bessten*. SCHAEFER.

P. 11. v. 21. αὐτοὶ] h. e. πολιτικῇ δυνάμει. SCHAEFER.

P. 11. v. 21. ῥᾴονι — Φιλίππῳ] Citat Thomas Mag. p. 778. sq. *faciliore debellatu et multo debiliore nunc uteremur Philippo:* ne de animo Philippi intelligas. SCHAEFER.

P. 11. v. 22. ἂν] Abest ab Ald. et Laudiano. Sed addit Weimaranus ex eo libro, nescio quo, quem tertium appellare voluit. Etiam in Lessingiano additum reperi, et in Aldino Tayloriano, nec non Feliciano. REISK.

P. 11. v. 22. νυνὶ] Sic ε. η. θ. Aug. 1. Harlei. REISK. Vulgatum olim νῦν iure revocarunt Auger. Bekker. et Rüdiger. Sic semper dicitur νῦν δὲ, nunquam νυνὶ δέ. De usu huius formulae συλλογιστικῶς, non χρονικῶς, adversativo accurate egit Devarius in libro nunc fere neglecto, sed utilissimo, quemque tirones pervelim creberrimo usu terant, p. 239. sq. ed. Reusm. Est nostrum *nun aber*. SCHAEFER.

P. 11. v. 24. αἰεὶ] Sic Paris. sec. REISK. Olim ἀεὶ, quod bene restituerunt Auger. Bekker. et Rüdiger. Utram formam Attici praetulerint, docent etiam composita cum ἀεὶ ab illis usurpata, quae semper habent ἀει —, nunquam αἰει —. SCHAEFER.

P. 11. v. 24. αὐτόματ'] Alii αὐτόματα. Sed quisquiliae hae chasmodicae indignissimae sunt, quae enotentur; perdiditque Wunderlichius otium et chartam, cum elisionum Reiskianae catalogo aerumna miserabili contexto plures paginas oppleret. SCHAEFER.

P. 11. v. 25. καὶ ηὐξήσαμεν] Copulam omittunt Paris. 8. 9. Bavar. August. primus, secundus et tertius, Harlei. Locker. Detraxi particulam copulantem. REISK. καὶ abest ab universis fere codicibus quos consului. AUGER. V. not. ad p. 11. v. 14. SCHAEFER.

P. 11. v. 26. κατεστήσαμεν] καθεστήκαμεν Locker. REISK. Librarius fortasse voluit καθεστάκαμεν. V. p. 117, 26. Proprium hoc fere posteriorum scriptorum, qui ubi talia vi activa ponunt, fere η in ᾱ mutant. V. not. ad Dionys. Hal. de C. V. p. 331. sq. et Ind. ad Melet. Cr. p. 154. a. Videndumque ne omnibus his locis pro η poni oporteat ᾱ. SCHAEFER.

P. 11. v. 26. οὐδείς πω βασιλεὺς] Sic etiam Bav. in texto dat, sed superscriptum est οὐδεὶς πώποτε β. Hoc idem dat Aug. tertius quoque. οὐδείς ποτε dat Paris. pr. Lock. Ald. Tayl. REISK. οὐδείς πω Auger. Melius οὐδείς πώ ποτε Bekker. et Rüdiger. Hic citat p. 22. v. 20. et p. 58. v. 12. SCHAEFER.

P. 11. v. 27. νυνὶ δὲ] νυνὶ δὴ Bavar. νῦν δὲ δὴ Locker. REISK. νυνὶ δὲ δὴ, ut significantius, genuinum videtur. νῦν δὲ δὴ in graviori oratione saepe iunguntur. V. Xenoph. Anab. VII. 6. 31. SCHAEFER.

P. 11. v. 27. νυνὶ — Ὀλυνθίων] Alii sic distinguunt, ἥκει, τίς οὗτος; ὁ —. Alii, ἥκει τὶς, οὗτος ὁ —. quae haud scio an rectissima sit. Nescio enim quomodo hic interrogatio mihi asperior videtur. τὸ τὶς idem quod οὐκ εὐκαταφρόνητος. WOLF. Cum in Wolfiana ita sit distinctum, τίς; οὗτος — annotavit Taylor. in Lockerano sic esse distinctum, τίς οὗτος; REISK. Auger. νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει. τίς; οὗτος ὁ —. Bekker. νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει τις οὗτος, ὁ —. Rüdiger. νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει τίς; οὗτος ὁ —. Mihi Bekkeri ratio, iam Wolfio probata, unice placet, ita tamen ut non post οὗτος, sed post τὶς interpungatur. Interrogatio hic non modo asperior est, sed orationem etiam hiulcam et scabram reddit, quippe divellens quae arctissime cohaerent, νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει τις αὐτόματος τῇ πόλει. οὗτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων parenthetice interserta sunt. Post αὐτόματος cur Bekkerus commate interpunxerit, non perspicio. Denique v. Taylor. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 116. SCHAEFER.

P. 11. v. 28. ὃς οὐδενὸς — προτέρων] Ubi in Aldino legitur, ὃς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν προτέρων, nostrum habebat, ὃς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν πρότερον, quod magis videtur Atticum et Demosthenicum. OBSOP. πρότερον Paris. pr. codex Obsopoei. Dat idem Felic. et in Bavarico superscriptum est. Teste Mountenio idem est in Vossiano et Laudiano. REISK. Auger. πρότερον. „Plurimi codd." inquit „et Ald. habent προτέρων." Etiam Rüdiger. πρότερον. Melius Bekker. προτέρων. Illud si Demosthenes maluisset, scripsisset alio verborum ordine, sed numeris aliquanto peioribus, ἐκείνων τῶν πρότερον. P. 20. v. 1. recte habet πρότερον. SCHAEFER.

P. 11. v. 29. δοκεῖ] δοκοῖ Harlei. REISK.

P. 12. v. 1. ὑπηργμένων] ὑπηρετημένων Bavar. in texto, sed vulgata superscripta est. Eadem lectio ὑπηρετημ. est in appendice Francofurtana et Aldina Taylori. REISK.

P. 12. v. 2. ὅμως] Deest Harlei. REISK.

P. 12. v. 3. τὸ μὲν γὰρ κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes de ideis t. 1. p. 293. διακόπτει τὰς παρισώσεις κατ' ἐπεμβολὰς οὕτως· τὸ μὲν γὰρ πολλὰ — τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, (καὶ ἡ ἐπεμβολὴ) πεφηνέναι τέ τινα ὑμῖν — βουλώμεθα χρῆσθαι· εἶθ' οὕτως ἀπέδωκε τὸ ἴσον κῶλον τῷ ἐξ ἀρχῆς· τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην. ad quem Hermogenis locum ita commentatur eius Scholiastes: ἡ μὲν παρίσωσις οὕτως ἂν ἐγένετο· τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη, τὸ δὲ μὴ πάλαι τοῦτο πεπονθέναι τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν θείη. [Annotari hic velim, Scholiasten in tertia persona θείη efferre, non in prima, ut est in texto et Demosthenis et Hermogenis.] πάρισον γὰρ τὸ ἀπολωλεκέναι τῷ πεπονθέναι, τὸ δὲ θείη τῷ θείη. ἡ δ' ἐπεμβολὴ διέκοψε τὴν παρίσωσιν. REISK.

P. 12. v. 3. πολλὰ ἀπολωλεκέναι] πολλὰ ἁπλῶς ἀπολωλεκέναι Aug. secundus. REISK.

P. 12. v. 3. τὸν] Abest ab α. ε. η. θ. Aug. secundo, Harlei. REISK. Hoogeveenus, deceptus vulgari ordine Olynthiacarum, articulum delendum censet ad Viger. V. 11. 8. p. 296. ed. Herm. Sed recte tuentur Rüdiger. et Pinzger. in Rauchenstein. Dissert. p. 55. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 12. v. 6. πάλαι] πάλιν α. August. secundus, Locker. REISK.

P. 12. v. 6. τέ] δέ Ald. Tayl. REISK.

P. 12. v. 6. ὑμῖν] Abest a Meermanniano. REISK.

P. 12. v. 7. βουλώμεθα] Cum in Wolfiana esset βουλόμεθα (Francofurtana certe), annotavit Taylor. in Lockerano esse βουλώμεθα (in coniunct.). REISK. βουλώμεθα dant plures libri tum impressi tum manuscripti. AUGER.

P. 12. v. 8. ἀλλ', οἶμαι, παρόμοιον κ. τ. λ.] Sopater ad Hermogen. p. 315. ἔστι κἀκεῖνο τῶν τελικῶν κεφαλαίων, τὸ ποτὲ μὲν καθολικοὺς ἀφορισμοὺς προθέντα πρὸ τῶν προκειμένων οὕτως ἐπάγειν τὰς κατὰ μέρος ἀποδείξεις, ποτὲ δὲ ἐπὶ ταῖς μερικαῖς κατασκευαῖς ἐπάγειν τοὺς ἀφορισμούς. καὶ πολλὰ τῶν τοιούτων παρά τε τῷ Θουκυδίδῃ καὶ τῷ Δημοσθένει τὰ παραδείγματα, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν προτάξας τὸν ἀφορισμὸν ἐπάγει τὰς κατασκευάς· ἀλλ', οἶμαι, παρόμοιόν ἐστι καὶ περὶ τῆς τῶν χρ. κτ. etc. ubi has ferme lectionum discrepantias insigniores deprehendi: versu 15. ὡραίως pro ὀρθῶς. 17. tria istaec vocabula, ὡς τὰ πολλά, desunt exemplo Sopatri Aldino. 19. legitur in eodem ὑμᾶς ἀνθρώπων φροντίσαι. REISK.

P. 12. v. 10. χρημάτων] κτημάτων η. REISK. V. Dorvill. ad Charit. II. 7. p. 320. ed. Lips. Utrum praeferendum sit, nemo facile ambigat. Graeci dixerunt χρημάτων κτῆσις, κτημάτων χρῆσις. SCHAEFER.

P. 12. v. 10. ἂν μὲν γὰρ κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 296, 10. REISK.

P. 12. v. 11. καὶ] *etiam. si, quam acceperit, eam etiam conservarit.* WOLF.

P. 12. v. 11. ἔχει] ἔχῃ Aug. tert. REISK.

P. 12. v. 12. ἂν δ' ἀναλώσας — τὴν χάριν] Citat Tiberius p. 45. ed. Boiss. SCHAEFER.

P. 12. v. 12. συνανάλωσε] συναναλώσεται η. συνανήλωσε Bav. sed super η̄ scriptum est ᾱ. REISK. V. Bremium ad p. 93. v. 1. SCHAEFER.

P. 12. v. 12. τὸ μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ] τῇ τύχῃ Bekker. omisit: uncis inclusit Rüdiger. praetereaque dedit τῷ μεμνῆσθαι, „quum sensus non sit: consumit *memoriam gratiarum*, sed *una cum memoria beneficiorum ipsas gratias.*" quod falsum esse, ipse particulae καί positus arguit. Ad συνανάλωσε subaudi τοῖς χρήμασι. μεμνῆσθαι τὴν χάριν, ut p. 1478. v. 14. μνημονεύειν τὰς χάριτας. SCHAEFER.

P. 12. v. 14. περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως] περὶ, *quod attinet ad*, quo sensu etiam Latini simpliciter dicunt *de*. Sic v. 10. περὶ τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως. V. Bremium ad p. 14. v. 18. — οὕτως, subaudi ἔχει, si, ut vulgo factum, post οὕτως interpungas. Sed praestat cum Bekkero haec sequentibus continuare. SCHAEFER.

P. 12. v. 14. οἱ μὴ χρησάμενοι κ. τ. λ.] V. Taylor. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 116. SCHAEFER.

P. 12. v. 15. παρὰ] περὶ Aug. primi supplem. Saepissime ab ignaris et oscitantibus librariis hae duae praepositiones inter se permutantur. REISK. V. Bastii Commentat. Palaeogr. p. 830. SCHAEFER.

P. 12. v. 16. ἕκαστον — κρίνεται] Ubi Ald. ἕκαστον τῶν προϋπαρξάντων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται habet, in nostro legitur ἕκαστον τῶν πρὶν ὑπαρξάντων κρίνεται. Quae lectio videtur esse emendatior καὶ γνησιωτέρα. OBSOP. τῶν ὑπαρξάντων Harl. τῶν πρὶν ὑπαρξάντων Barocc. Par. 8. Locker. Ald. Tayl. et codex Obsopoei. REISK.

P. 12. v. 17. ὡς τὰ πολλὰ] Verba haec absunt a Locker. et Bavarico, sed in hoc superscripta sunt super κρίνεται, ut dubites, omissane sint per incuriam, an scholium sint. REISK. Vid. not. ad v. 8. Uncis inclusit Rüdigerus. „Quum notio multitudinis" inquit „insit in ἕκαστον, illa interpretis esse existimo." Quî potuerint pro interpretamento haberi, vehementer miror. ὡς τὰ πολλὰ est formula usu trita frequentissimo, significans *plerumque, ut plurimum.* V. p. 74. v. 5. Recte autem additum esse nemo non intelligit. SCHAEFER.

P. 12. v. 18. ἡμᾶς] ὑμᾶς α. β. γ. θ. Aug. 1. 2. Bavar. Sed ἡμᾶς esse in Harlei. et sibi magis placere annotavit Taylor. REISK. Hoc quidem loco satis patet, utrum praeferendum sit: nam sequitur ἀποτριψώμεθα. Nihilo secius Rüdigerus, secutus Wolfium et Augerum, ὑμᾶς dedit. SCHAEFER.

P. 12. v. 18. φροντίσαι] φροντίζειν β. et in texto Bavar. sed vulgata supra scripta, item Aug. 2. REISK.

P. 12. v. 18. ταῦτ'] τὰ ἠμελημένα, *correctis iis, quae neglecimus.* Nisi quis malit ταῦτα referre ad τὰ λοιπὰ, et ἐπανορθώσασθαι interpretari pro κατορθοῦν, *rite administrare:* in quo et ipso nihil sane est incommodi. WOLF. ταῦτ', nempe τὰ ἠμελημένα. AUGER.

P. 12. v. 20. ἐπὶ] περὶ Ald. Tayl. REISK.

P. 12. v. 20. ἀποτριψώμεθα] ἀποτρεψώμεθα Harlei. REISK.

P. 12. v. 21. προησόμεθα — καταστρέψεται] Non inprobo hanc lectionem, sed malim subiunctivo per ω̄ et η̄, προησώμεθα, καταστρέψηται. Suspecta enim mihi est inscitia et oscitantia librariorum, qui τὰ χαρακτηριστικὰ γράμματα modorum non observant, ο̄, ε̄, εῑ, οῡ indicativi, οῑ, αῑ optativi, ω̄, η̄ subiunctivi: qui certe modus hic requiritur, ὑποθετικῶς λεγομένων τούτων, ἀλλὰ μὴ ἀποφαντικῶς. Neque necesse est ad χρόνων ἐναλλαγὴν confugere. WOLF. Malim iuxta Wolfium προησώμεθα et καταστρέψηται, quia orator hypothetice loquitur. Cod. A. legit προησώμεθα et codd. D. et Kk. καταστρέψηται. AUGER. Vulgatam nemo solicitabit. προησώμεθα ne Graecum quidem est. SCHAEFER.

P. 12. v. 23. κωλῦον] Reiskiana cum ceteris, excepta Bekkeriana, κωλύον. In talibus minutiis ab exemplo meo deflectere non dubitavi, graviorum vitiorum, quae ei inhaerent innumerabilia, expurgationem futuri temporis otio, si deus annuerit, reservans: nam in hac trepidatione plura moliri temerarium fuisset, nec per alias rationes, quas commemorare non attinet, mihi licuit. SCHAEFER.

P. 12. v. 23. ὅποι βούλεται] *quo vult.* κατ' εὐφημισμὸν, ne male ominetur, si dicat, cum etiam in Atticam ire et velle et posse. WOLF. ὅπου varietas Wolfiana. ὅπη Paris. 5. REISK. Rüdigerus: „Innuit Athenas.“ Conf. Rauchenstein. Dissertat. p. 32. ed. Lips. Sic iam Tiberius hunc locum citans p. 32. interpretatur. Ἔμφασις δέ ἐστιν, inquit, ὅταν μὴ αὐτό τις λέγῃ τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ἐμφαίνῃ, οἷον· „τί τὸ κωλῦον αὐτὸν ἔσται βαδίζειν ὅποι βούλεται;“ ἐμφαίνει γὰρ, ὅτι, κωλύειν αὐτὸν οὐδενὸς βουλομένου, τῆς Ἀττικῆς ἐπιβῆναι δυνήσεται. Ad Demosthenica egregius Rhetoris editor e cod. Vat. hanc scripturae diversitatem enotavit: τί τ. κ. ἐστὶν αὐτὸν ὅπου βούλ. βαδ. SCHAEFER.

P. 12. v. 24. γε] Abest ab Aug. tertio, sed supra versum est scriptum ab ea manu nova, quae scholia adscripsit; abest item a Barocc. REISK.

P. 12. v. 24. ὑμῶν] ἡμῶν Harlei. Locker. REISK.

P. 12. v. 25. δι' οὗ] Sic, ut correxi, Aug. primi supplementum, sed vulgata [δι' ὃν] superscripta. REISK. Reiskium secutus est Augerus. Bekkerus et Rüdigerus vulgatam olim scri-

pluram revocarunt. Ad sensum vix quidquam refert: sed plerorumque librorum auctoritas praevalere debuit. SCHAEFER.

P. 12. v. 25. ὧν] Sic correxit Lessingianus ὧν Ald. REISK.

P. 12. v. 25. τὸ κατ' ἀρχὰς] Reiskiana ductu continuo τοκαταρχάς. Auger. Bekker. et Rüdiger. diductis vocibus, ut ego dedi. Hoc quoque est ex illis minutiis, de quibus dixi ad v. 23. SCHAEFER.

P. 12. v. 25. Φίλιππος] ὁ Φίλιππος Aldina Taylori, Aug. prim. et eius supplem. REISK.

P. 12. v. 26. τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβὼν κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 309. τὸ κατ' ὄνομα κομματικὸν, οἷον· Ἀμφίπολιν, Πύδναν, Ποτίδαιαν, Παγασὰς, Μεθώνην. καὶ αἱ πυκναὶ καὶ δι' ἐλαχίστου ἐξαλλαγαὶ, οἷον· τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβὼν etc. REISK.

P. 12. v. 27. Μεθώνην] καὶ Μεθώνην August. secundus. REISK. Sic male turbatur asyndeton. SCHAEFER.

P. 12. v. 28. Φερὰς] Φεῤῥὰς August. 2. REISK.

P. 13. v. 1. τρόπον] Num τόπον? REISK. Bona vulgata. SCHAEFER.

P. 13. v. 1. εἰς] Bekker. ἐς. SCHAEFER.

P. 13. v. 1. εἶτ'] Abest a Paris. tertio. REISK.

P. 13. v. 1. ἐκβαλὼν] ut Terem et Cersobleptem, ut apparet ex Philippi literis. WOLF.

P. 13. v. 2. καταστήσας] Fuerunt etiam alii duo, ut ex Aristocratea oratione apparet, Ἀμάδοκος καὶ Βηρισάδης: quibus, an vero aliis, regna confirmarit, ego affirmare propter historiae ignorationem non possum. Sitalci tamen regnum confirmasse videtur. WOLF.

P. 13. v. 2. πάλιν ῥαΐσας] Citat h. l. Harpocrat. v. ῥαΐσας. REISK.

P. 13. v. 2. ῥαΐσας — ῥᾳθυμεῖν] V. Bremium ad p. 11. v. 14. SCHAEFER.

P. 13. v. 4. τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides in l. de dictione civili p. 232. αἱ μὲν κατ' ἀρχὰς γίνονται παραλείψεις, οἷον· Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Ἀπολλωνίαν. αἱ δ' ἐπὶ τέλει· τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας αὐτοῦ, καὶ ὅποι τις ἂν εἴποι, παραλείπω στρατείας. Hic Arymbae nulla facta est mentio. REISK.

P. 13. v. 5. Ἰλλυριοὺς] Ἰλλυρίας Aldina Taylori. REISK.

P. 13. v. 5. πρὸς Ἀρύμβαν] Citat h. l. Harpocr. v. Ἀρύμβας. REISK.

P. 13. v. 5. Ἀρύμβαν] Alii Ἀρύββαν, ut Pausanias, non per μ, sed per duo ββ. Scribunt nonnulli u, ut parum a μ distet. Fuit patruus, θεῖος πρὸς πατρὸς, Olympiadis, uxoris Philippi, Epiri princeps. Plutarchus Ἀρύβαν uno β scribit, eique tribuit filium Aeaciden, nepotem Pyrrhum. Frater Arym-

bae fuit Neoptolemus, Olympiadis pater. WOLF. Ἀρύββαν Aug. 1. et supplem. eiusdem, item Bavar. sed hic super primo β erat μ scriptum. Ἀρύβαν Harlei. REISK.

P. 13. v. 6. ὅποι] ὅπη Ald. P. Manut. et cum in Wolfiana quoque ὅπη sit, annotavit Taylor. in Harlei. et Lock. esse ὅποι. REISK. Auger. ὅπη. Utrum ab Oratore profectum sit, vix ita definias, nihil ut dubitationis relinquatur: nam ambo idem valent. SCHAEFER.

P. 13. v. 6. εἴποι] εἴπῃ Aug. primi supplem. REISK. Hoc non spernam. V. not. ad p. 18. v. 21. SCHAEFER.

P. 13. v. 6. παραλείπω] παραλείψω Aldina Taylori. παραλίπω Locker. REISK.

P. 13. v. 6. τί οὖν κ. τ. λ.] V. Rauchenstein. Dissertat. p. 31. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 13. v. 6. ἄν τις εἴποι] τις ἂν εἴποι Bavar. Meerm. Ald. Felic. Sed Aldina Taylori, appendix Francofurt. et Harl. dant vulgatam. εἴπῃ Locker. REISK. Auger. τὶς ἂν εἴποι. Sive sic legas, sive ut vulgo editum est, apparet, Demosthenem τί — εἴποι uno tenore vocis pronuntiasse: ut post οὖν interpungi non oporteat. Sic etiam p. 14, 24. aliisque locis. SCHAEFER.

P. 13. v. 9. αἰεί] Bekker. ἀεί. Rüdiger. αἰεί, quod omnes hoc libri tueantur. Idem tamen mox v. 14. ἀεί, quippe repertum in Ald. et nonnullis codd. Pariss.: quasi vero in talibus libri antestandi sint, non sequendus constans usus Atticorum. SCHAEFER.

P. 13. v. 10. καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην] Subaudi e praemissis ὡς ἔστιν ἡμῖν ἀλυσιτελές τι. Valde tamen vereor, ne desit aliquid h. l. ὡς ἀγαθὸν, vel ὡς πολυωφελὲς, quod illi ὡς ἀλυσιτελὲς e contrario respondeat. REISK. Rectius Augerus: „Subaudi γνῶτε οἷα ἐστίν." Sed prorsus nihil subaudiri praestat. SCHAEFER.

P. 13. v. 10. πρὸς ἅπαντας] Absunt ab Pariss. 1. 2. 5. 8. 9. Bavarico, Aug. primo et eiusdem supplemento, ab Aug. secundo et tertio, Barocc. Meermanniano, ab indice Aldi, Harlei. et Locker. item Aldina Taylori. REISK. Omiserunt Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 13. v. 11. ᾗ συζῇ] cum qua vivit, id est, quae individua eius comes est, in qua omne suum studium et aetatem consumsit. συμβιῶναι idem valet, quod συζῆν, ut in oratione de Corona: ἐγὼ μὲν δὴ τοιαύτῃ συμβεβίωκα τύχῃ. WOLF. Wolf. (T. VI. p. 138. ed. Herwag.) pro varia lectione, tacito auctore, affert συτῇ, quod quid sibi velit, si non συνῇ significat, haud intelligo. Appellabo in posterum hanc Wolfianam varietatem *indicem Herwagianum*. REISK. V. Ind. ad Gregor. Cor. p. 1030. b. SCHAEFER.

P. 13. v. 12. εἰ δ' ὁ μὲν κ. τ. λ.] V. Rauchenstein. Dissertat. p. 31. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 13. v. 14. *αἰεὶ*] *ἀεὶ α. θ.* Ald. REISK. Bekker. et Rüdiger. *ἀεὶ.* SCHAEFER.

P. 13. v. 14. *τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν*] *τ. ὑ. δεῖν πρ.* Aldina Taylori, Barocc. Paris. octavus, Aug. secundus. *τ. ὑ. ὅτι δεῖ πρ.* August. primus et eiusdem supplementum. Unde colligitur, in codd. quibusdam fuisse *τῶν ὑπαρχόντων οἷ* (id est *αὐτῷ*) *δεῖ πράττειν.* In appendice Francofurt. est *ἔτι δεῖ.* REISK. *οἷ* in libris nonnullis fuisse non puto: nam *ὅτι* illud natum videtur ex *ἔτι. ἔτι* et *ὅτι* passim confusa sunt. V. not. ad Gregor. p. 483. 484. SCHAEFER.

P. 13. v. 15. *ὑμεῖς*] *ἡμεῖς* Aug. primus et secundus, Bavar. *ἡμῖν* index Aldinus, manus vetusta in Herwagiana Taylori. *ὑμῖν* index Herwag. REISK.

P. 13. v. 15. *ἐῤῥωμένως*] Omisit Aristides p. 234. REISK.

P. 13. v. 16. *σκοπεῖτε*] Nostrum *σκοπεῖσθε* habet. OBSOP. *σκοπεῖσθε* manus vetusta in Herwag. Taylori, Pariss. primus, secundus, tertius, quintus, septimus, octavus, Bavaricus, Augustanus primus, eiusdem supplementum, Aug. tertius, Pannonicus Obsopoei, Meermannianus, Aldina posterior, cui Weimar. annotator adscripserat vulgatam, quae est in Aldina prima. Vulgatam appello lectionem, quam exhibet editio Parisina. *σκοπεῖσθε* quoque dat Felic. Sed appendix Francofurtana dat *σκοπεῖτε.* REISK. *σκοπεῖσθε* Auger. Bekker. et Rüdiger. Non infrequens activi mediique v. *σκοπεῖν* confusio in libris Demosthenicis. SCHAEFER.

P. 13. v. 16. *τελευτῆσαι*] *τελευτήσειν* Aug. primi supplementum. REISK. Miror, Reiskium, aliis similibus locis offensum, hic nihil monuisse de aoristo post *ἐλπίς*, praesertim quum Aug. pr. legat *τελευτήσειν.* Nempe dici solet, post verba, quae futuri quid involvant, aut futurum infinitivi, aut *ἂν* cum aoristo infinitivi poni. Id, si rem in universum spectes, verum est. Sed iam hoc accuratius definiendum. Nempe si aoristus vel etiam praesens infinitivi cum *ἂν* ponatur, solet esse hypothesis vel expressa vel supplenda, v. c. p. 48. l. 20. sqq. *Δοκεῖτε δέ μοι πολὺ βέλτιον ἂν περὶ τοῦ πολέμου καὶ ὅλης τῆς παρασκευῆς βουλεύσασθαι, εἰ τὸν τόπον τῆς χώρας, πρὸς ἣν πολεμεῖτε, ἐνθυμηθείητε*, aut, si nulla sit hypothesis, particula *ἂν* simpliciter id indicat, quod fieri possit. Futurum autem ponitur de re futura in se, sive sit conditio, sive non. At etiam praesens et aoristus infinitivi loco futuri, ut sic dicam, ponitur. Hic iam Homerus praeivit Od. II, 280. *ἐλπωρή τοι ἔπειτα τελευτῆσαι τάδε ἔργα.* III, 319. s. *ὅθεν οὐκ ἔλποιτό γε θυμῷ ἐλθέμεν.* In Herodoto nimium hoc festinanter tractarunt viri docti, v. c. ad L. I, 10. 50., cautius Petrus Horreus Observv. Critt. in scriptores Graecos historicos, Herodotum praecipue p. 20. De Thucydide docte et subtiliter nuper egit Ern. Fr. Poppo Observv. Critt. in Thucyd. p. 149. sqq. Philosophos et oratores tetigit Heindorfius

ad Platonis Phaedon. §. 32. et Protag. §. 19. et magnus exemplorum numerus est in uno Xenophonte. Ne tragicos omittamus, laudamus Brunckium ad Aeschyli Pers. v. 737., quem correxit Wunderlichius Observv. Critt. in Aeschyli tragoedias p. 174., et inprimis G. Hermannum ad Sophoclis Ai. v. 1061. In nostro scriptore Reiskius interdum particulam ἄν addidit, interdum vulgatam lectionem reliquit. Addidit v. c. κατὰ Τιμοκράτους p. 722. l. 12. οἴομαι δὴ πάντας ἂν ὑμᾶς ὁμολογῆσαι. περὶ Συμμορ. p. 179. l. 6 — 9. Mss. plurimi et optimi suadent lectionem ἡγοῦμαι — — τοὺς Ἕλληνας — καὶ συμμαχῆσαι καὶ μεγάλην χάριν ἔχειν. Sed quum recentiore tempore scriptorum nemo saepius mutatus fuerit, quam Isocrates, cavebo, ut is in posterum nihil simile patiatur. Primo loca adducam, tum quae mutationem effugerint, tum quae nemo facile mutaverit; dein vindicabo, quae perperam mihi mutata esse videantur. Paneg. 39. ἐλπίς ἐστιν ἕτερον ἀποστῆναι, ubi miror neminem coniecisse ἕτερον ἂν ἀποστῆναι. Archid. 43. ἔστι δ' οὐδὲν ἀνέλπιστον, ἐκ τῶν νυνὶ παρόντων συμβῆναί τι τῶν μὴ παρόντων ἡμῖν. Panath. 39. τὴν Ἀσίαν ἅπασαν ἤλπισαν κατασχεῖν. πρὸς Καλλιμ. c. 15. οἶμαι δὲ αὐτὸν ὀδύρεσθαι καὶ λέγειν. Panath. 87. νῦν δ' οἶμαι πάντας ὁμολογῆσαι. Cf. Archid. 28. Panath. 98. His se tuebuntur sequentia. Paneg. 15. βιάσασθαι προσδοκήσας, ubi Coray atque Orellius in Antid. Mori coniecturam βιάσεσθαι receperunt, Spohnio vulgatam iure revocante. Archid. 31. οἱ δὲ κομίσασθαι προσδοκῶντες, ubi Coray contra codd. κομίσεσθαι dedit, quod vel si in codd. esset, scrupulum moveret. in Euthyn. 10. ἐλπίσαι πράξασθαι Coray de sua coniectura πράξεσθαι. Symmach. 29. ἄρχειν προσεδόκησαν ante H. Wolfium, ubi nunc ἄρξειν. Trapez. 9. οἰόμενος ἐκ τῶν λοιπῶν ἐπανορθώσασθαι, ubi ex Augeri coniectura iam editur ἐπανορθώσεσθαι. περὶ Ἀντιδόσ. p. 39. Or. οἰόμεθα — — διαπράξασθαι, ubi recentissimi διαπράξεσθαι. ibid. p. 78. οἶμαι γὰρ ὑμᾶς ἀκούσαντας μισῆσαι, quod quidem Orellius in Add. p. 305. corrigere vult in μισήσειν. πρὸς Φίλ. 35. δοκῶ συμβουλεύειν. Coray συμβουλεύσειν. Ep. IV. p. 733. ἀλλὰ γὰρ Διόδοτον αὐτὸν οἶμαί σε μάλιστα προτρέψασθαι πρὸς τὸ φροντίζειν ἑαυτοῦ, Auger. et Coray προτρέψεσθαι. et sic porro. Quod si quis Hermanni notam, quam laudavi, accurate perpenderit, rationem plerumque inveniet, cur aoristus loco futuri usurpatus fuerit. Equidem etiam hoc addo. Si aoristus ponitur, res quamvis futura cum fiducia certi ponitur, ut, qui ita loquatur, significet, tam certo sibi de futurae huius rei veritate persuasum esse, ut si vel hoc ipso tempore fiat, vel facta iam sit. Similia monuit Io. Chr. Held Act. Monac. T. II. P. I. p. 63. Corayi in Plutarcho similiter corrigendo libidinem tangens. BREMI. Add. not. ad Theocrit. XXVII. 60. et Elmslei. ad Eurip. Med. 750. p. 205. sq. ed. Dind. ubi hic ipse Demosthenis locus citatur. Auger.: „ad τελευτῆσαι sub.

ἄν." Fallitur: ita enim conditio aut sola possibilitas indicaretur, ut in locis, quos citavi ad Sophocl. Philoct. 629. et in Ind. ad Hom. Odyss. p. 156. Post τελευτῆσαι typotheta noster male posuit signum interrogandi. SCHAEFER.

P. 13. v. 16. τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν] τίς οὕτως ἐστὶν εὐήθης ὑμῶν supplem. Aug. pr. ἡμῶν Locker. REISK. Bekker. ἐστὶν εὐήθης. Malim ἡμῶν. SCHAEFER.

P. 13. v. 17. ἀγνοεῖ] ἀγνοεῖται Harlei. REISK.

P. 13. v. 17. τὸν — ἥξοντα] Plena, h. e. ad λογικὴν ἀκρίβειαν exacta, oratio haec foret: τὸν ἐκεῖ πόλεμον ἐκεῖθεν δεῦρο ἥξοντα. Nunc vide vim attractionis, qua factum, ut idem et brevius et rotundius diceretur. Utitur hoc Demosthenico exemplo Buttmannus in Grammaticae Gr. parte syntactica, ad cuius finem de attractione, insigni linguae Graecae idiomate, quod vulgo parum sciunt quam late regnet, breviter sed egregie disputatur. Similia Xenophontea dedi in Melet. Crit. p. 73. sq. Noli igitur his in locutionibus cogitare de enallage adverbiorum et praepositionum, quam a priorum grammaticis temporum ad ravim decantatam nostra studia non amplius ferunt. Idque in genus dictum esto. Euripides Heracl. 142. νόμοισι τοῖς ἐκεῖθεν ἐψηφισμένοις θανεῖν. Vir egregius: „ἐκεῖθεν pro ἐκεῖ. Ita Aesch. Suppl. 395. δεῖ τοί σε φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν." Quid impedit, quo minus Euripideum interpretemur ἐκ τῶν ἐκεῖ, h. e. ὑπὸ τῶν ἐκεῖ, similiterque Aeschyleum, ut opponantur νόμοι ἄλλοθεν ἐπακτοί? SCHAEFER.

P. 13. v. 18. ἂν] ἐὰν Paris. quintus. REISK.

P. 13. v. 18. ἀμελήσωμεν] ἀμελήσομεν Aug. sec. REISK.

P. 13. v. 19. ὥσπερ] Possit etiam legi ὅνπερ. WOLF. ὅνπερ supplem. Aug. pr. Ald. Taylori. REISK. Pro ὥσπερ posset legi ὅνπερ, quod habent codd. E. N. et suppl. Aug. Cod. A. dat ὥσπερ in textu et ὅνπερ ad marg. AUGER. Bene habet ὥσπερ. Sic p. 51. v. 16. τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ — οὕτω —. V. Bremius ad p. 93. v. 15. SCHAEFER.

P. 13. v. 20. ῥᾳδίως] Non vulgari sensu dictum, sed quo dicitur ῥᾳδιουργεῖν cum similibus compositis. Docet quod in sequentibus respondet ἐρρᾳθυμηκότες. V. Weisk. de Hyperb. III. p. 4. SCHAEFER.

P. 17. v. 3. πρὸ τοῦ] πρὸ τούτου, Amphipolitanum: in quod, auctore Ulpiano, 1200 talenta sunt impensa. WOLF. Vulg. πρὸ τοῦ: praetuli cum Aldo et multis codd. προτοῦ. AUGER. προτοῦ etiam Rüdiger. Praefero Reiskianam rationem, quae etiam Bekkero placuit. Quod Reizius de Accent. Inclin. p. 15. scripsit, προτοῦ Grammaticis omnibus probari, non videtur usquequaque verum esse. Certe in Etymol. M. c. 756. in. legas: πρὸ τοῦ, ὃ δὴ καὶ πρὶν λέγεται. Ceterum etiam hic ponitur pro πρίν: nam fallitur Wolfius, si πρὸ τούτου interpretans τούτου de bello quod nunc instat intellexit. SCHAEFER.

P. 17. v. 3. δεδαπάνησθε] δεδαπάνηται index Herwag. August. secundus, et quia hoc etiam in Wolfiana est, ideo Taylor. ex Harlei. δεδαπάνησθε annotavit. δεδαπάνησθαι Bavar. sed ε super extrema syllaba superscripto. δεδαπάνητε Aldina prior. δεδαπάνησθε posterior, Harl. Lock. REISK. Pro δεδαπάνηται in vulg. legi δεδαπάνησθε, quod habent libri fere omnes, tum manuscripti, tum impressi. AUGER.

P. 17. v. 5. δὴ] Abest a Parisino octavo, Harlei. et a supplem. Aug. primi. REISK.

P. 17. v. 5. καὶ] Addidi καὶ ex appendice Francofurtana. REISK.

P. 17. v. 5. πόσα — ζημιωθήσεσθαι;] Ubi legitur πόσα χρὴ νομίσαι ζημιωθήσεσθαι, nostrum habebat πόσα ζημιωθήσεσθε. OBSOP.

P. 17. v. 5. νομίσαι] νομίζειν Parisini primus, septimus, octavus, Harlei. REISK.

P. 17. v. 5. ζημιωθήσεσθαι] ζημιώσεσθαι Aug. 1. supplem. Ald. Tayl. ζημιωθήσεσθε codex Obsopoei, manus vet. in Herwag. Tayl. ζημιώσεσθαι Bavar. sed ε super extrema diphthongo exarato. REISK.

P. 17. v. 6. καὶ πρόσεσθ'] Aldus πρόσεσθ' sine καὶ legit. Ac omitti καὶ mihi non displicet: malim tamen προσέσται futurum, quam πρόσεστι praesens. WOLF. προσέσθ' [id est προσέσται] Parisinus primus. προσέσται P. Manut. καὶ primum abest ab Al-

dina, quod omitti Wolf. ait sibi non displicere: malit tamen προσέσται. Adscripsit καὶ Lessingianus. REISK. Vulg. προσέσθαι, mendum evidens: voluit certe προσέσται. Ald. et multi codd. optimae notae habent προσέσθ', quod admisi. AUGER. Etiam Bekker. et Rüdiger. προσέσθ'. Probarem, si meminissem exemplorum elisae αι in Demosthenicis. Sed non video, cur praesens displicuerit. *huc accedit, adde.* SCHAEFER.

P. 17. v. 6. ἡ] ἡ primum abest a Parisinis primo et octavo, item ab Harlei. et Aug. primi supplemento. Posterioris ἡ loco dat Ald. Taylori γε. REISK. Notatu dignum illud γε: ut suspicer, Oratorem dedisse καὶ ἔτι γ' ἡ τ. π. α. Nam hoc omnium gravissimum esse debuit hominibus gloriosissimis: quod ipsum significat illud γε, maius quid addi indicans. Euripides Heracl. 636. Matth. καὶ πρός γ' εὐτυχεῖς τὰ νῦν τάδε. SCHAEFER.

P. 17. v. 6. ἡ ὕβρις] Scilicet ἡ τῶν πολεμίων, protervitas et petulantia illa militaris: quod genus hominum ingluviem suam explesse non contentum (ut de stupris et caedibus taceamus) vinum effundit, frumentum in viam abiicit, instrumentum et supellectilem dissipat, segetes conculcat, arbores frugiferas succidit, villas incendit, omnibus denique modis declarat, se pestem et perniciem esse humani generis rerumque a deo nostris usibus conditarum, summaque contentione id agit, ut ferocissimarum belluarum superet immanitatem. ὕβριν hic non significare contumeliam aut dedecus, quod suscepturi sint Athenienses, vel ex Ulpiani Προλεγομένοις intelligitur, cuius (ut nos quidem restituimus) haec verba sunt: τίνα δὲ ἐργάσονται οἱ πολέμιοι καὶ ἀναγκαίως καὶ ὑβρίζοντες τὴν χώραν. Idem in oratione περὶ παραπρεσβείας, ubi de Phocensium agitur excidio, ἔχει δὲ, inquit, καὶ τῆς ὕβρεως τῶν πολεμίων ἔμφασιν· ἡ γὰρ κατασκαφὴ περιεργότερον εἶδος τῆς συμφορᾶς. WOLF.

P. 17. v. 6. καὶ ἔτι] atque insuper rerum pudor, id est, rei male gestae atque ignaviae et socordiae dedecus. Hoc iam ad Athenienses pertinet. ὕβρις est τῶν ποιούντων, οὐχὶ δὲ τῶν ὑπομενόντων. WOLF. Sic et Rüdigerus: „ἡ ὕβρις, protervitas et petulantia militaris." Sed quidni ὕβρις sit etiam τῶν ὑπομενόντων? Ego quidem malim h. l. ὕβρις passivo sensu intelligere. Pariter Augerus: „ἡ ὕβρις, nempe παρὰ τῶν πολεμίων στρατευομένων, contumeliae ab hostibus illatae." Sic melius iungitur ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη. Conf. p. 296, 21. φοβερωτέρας ἡγήσεται τὰς ὕβρεις καὶ τὰς ἀτιμίας, ἃς ἐν δουλευούσῃ τῇ πόλει φέρειν ἀνάγκη, τοῦ θανάτου. SCHAEFER.

P. 17. v. 7. ζημίας] Sic Parisini primus et octavus, Aldinae ambae, Felic. In Bavarico est ζημία, sed super extrema litera est ας superscriptum ab alia manu. Vulgata est quoque in appendice Francofurtana. Praetuli ζημίας in genitivo pro vulgari ζημία. REISK. Vulgatam ζημία non omnino reiecerim. RUEDIGER.

Cum ζημία dicatur de detrimento rei familiaris, facile intelligitur, genitivum iure praelatum esse. SCHAEFER.

P. 17. v. 8. συνιδόντας] συνειδότας Parisini quintus, septimus, octavus, Aug. primi supplem. Harlei. Locker. REISK.

P. 17. v. 8. ἐκεῖσε] εἰς Μακεδονίαν. WOLF.

P. 17. v. 10. ὧν] ἃ Harlei. Paris. quintus, sept. octav. Aug. 1. supplem. Aldina Taylor. appendix Francofurt. Utramque lectionem repraesentat Bavaricus. REISK.

P. 17. v. 10. καλῶς ποιοῦντες] *bene facientes.* Ego hic non accipio pro εὐτυχεῖν, quod Latini nonnunquam dicunt *facillime agitare*, sed formulam esse puto, qua exprobrationis et invidentiae suspicionem deprecetur, quasi dicat: quas opes equidem eis non invideo; id quod paupercula plebecula facit, divitibus obtrectare solita, sine quorum ope tamen vivere non potest, tranquillo reipublicae statu. Sic Cicero in Verrinis aliquoties, quum clari viri mentionem facit, hac parenthesi utitur: *quem, ut eius virtus meretur, honoris causa nomino.* Est interdum approbationis, ut apud Lucianum in laudatione Demosthenis: καὶ καλῶς γε, ἔφη, ποιοῦσιν Ἀθηναῖοι, Χάρητα μὲν καὶ Διοπείθην καὶ Πρόξενον καὶ τοιούτους τινὰς ἀποδεικνύντες στρατηγεῖν, *recte faciunt, qui duces creent.* Philippica quarta: μετὰ ταῦτ᾽ ἡ τύχη καλῶς ποιοῦσα πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά. Qua ratione Livius, *Remp.*, inquit, *benignitate deûm esse gratiae referendae.* Ibidem paulo post: ἔρχονται μεθέξοντες τούτου, καὶ καλῶς ποιοῦσιν, hoc est, in quo nihil delinquunt. WOLF. Reddidi latine una cum Wolfio *benignitate deûm*; sed cum eodem arbitror formulam esse, qua exprobrationis et invidentiae suspicionem orator deprecetur. AUGER. Vere arbitratur. p. 304, 26. ὑμεῖς καλῶς ποιοῦντες τοὺς καρποὺς κεκόμισθε. quem locum etiam Rüdigerus citavit. V. Hoogeveen. ad Viger. VI. 4. 4. et Reisk. Ind. Gr. v. ποιεῖν. SCHAEFER.

P. 17. v. 11. μικρὰ — ἀδεῶς] Citat Grammaticus in Anecd. Bekk. p. 149, 24. pro καρπῶνται dans καρποῦνται: credo, de industria, ne sensus suspensus sit. SCHAEFER.

P. 17. v. 11. καρπῶνται ἀδεῶς] ἀδεῶς καρπῶνται Aug. primi supplem. Harlei. REISK.

P. 17. v. 11. τοὺς — ἐν ἡλικίᾳ] Respexit Photius c. 54. med. SCHAEFER.

P. 17. v. 12. ἐμπειρίαν] ἐμπορίαν Paris. octavus. REISK.

P. 17. v. 12. τοῦ] Abest a Parisinis primo, tertio, quinto, octavo, ab Harlei. Aug. primi supplem. ab Aug. secundo et tertio, a Bavar. et Meerm. REISK. τοῦ deleverunt Bekker. et Rüdiger. Non assentior. Quid moverit librarios, ut alterum articulum omitterent, facile intelligas: non item, cur articulum iterarint. V. not. ad p. 15, 21. SCHAEFER.

P. 17. v. 13. τῆς οἰκείας ἀκεραίου] Ne quis hoc habeat pro exemplo epitheti sine articulo postpositi, sciat, ἀκεραίου h. l. legitime subiici. Explica: ἀκεραίου οὔσης, ἕως ἀκέραιός ἐστι. SCHAEFER.

P. 17. v. 14. αἵ] ἐκ Paris. primus. REISK.

P. 17. v. 14. πεπολιτευμένων] πολιτευομένων Paris. quintus. REISK.

P. 17. v. 15. εὐθύναι] Bekker. εὐθῦναι. Sed Boeckhius in Oecon. polit. Athen. T. I. p. 205. scribi iubet προπαροξυτόνως, in singul. εὔθυνα, in plur. εὔθυναι, formam εὐθύνη putans esse serioris Graecitatis. In Anecd. Bekk. p. 187. in. singularis est properispomenos, εὐθῦνα. In Photio turbatur: nam c. 30. quidem singularis legitur εὔθυνα, sed c. 29. pluralis, non εὔθυναι, sed εὐθύναι, quod, utrocunque modo accentum in singulari ponas, vitiosum est. *) SCHAEFER.

P. 17. v. 15. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. septimus. REISK.

P. 17. v. 16. καὶ] Abest a Parisinis primo, quinto, septimo et octavo, item ab Aug. primi supplem. Aldina Tayl. REISK. Pertinet ad omnem enunciationem: τοιοῦτοι καὶ κριταί. RUEDIGER. Fallitur: καὶ enim non potest nisi ad proxime sequens τῶν πεπραγμένων referri. Mihi καὶ, quod sensui huius loci magis obest quam prodest, ex antegressa syllaba natum videtur. V. Ind. ad Schol. Apollon. Rh. p. 672. SCHAEFER.

P. 17. v. 17. παντὸς] Scilicet ἀνθρώπου, τῶν πλουσίων, τῶν ἐν ἡλικίᾳ, τῶν λεγόντων. Utinam divites liberaliter tributa conferant, adolescentes strenue militent, oratores rectissimo consilio meo non adversentur. Nam ut in exordio ad dicendum invitavit omnes, sic a contraria sententia dicenda nunc eosdem deterret. WOLF.

P. 17. v. 17. παντὸς ἕνεκα] μηδενὸς κωλύοντος καὶ ἐμποδὼν ὄντος, ἀλλὰ πάντων συμπροθυμουμένων. Habet τὸ ἕνεκα perelegantem saepe usum, de quo alibi dicemus, nunc ad τὴν τοῦ λόγου οἰκονομίαν transituri. Nam caetera, quae hic omisimus, partim ex Ulpiano, partim e Lexicis, partim e grammaticis praeceptionibus sunt petenda. WOLF.

P. 17. v. 17. εἵνεκα] Post εἵνεκα sic erat in Bavarico exaratum: Ὀλυνθιακὸς Α. ΗΗ|ΔΠ. quod videtur significare, huius orationis στίχους fuisse olim numeratos 265. REISK.

---

*) Recte Photius c. 30. Εὐθῦναι, ὄνομα ἀρχῆς παρὰ Ἀθηναίοις. Scilicet singulariter ille magistratus dicitur etiam εὐθύνης. Erravit igitur Lobeckius, cum in Schleusneri Cur. Noviss. c. 481. ad h. l. scriberet: „Legendum Εὔθυναι." SCHAEFER.

ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM OLYNTHIACAE SECUNDAE.

P. 17. v. 3. *δεδιόσιν — παρελθὼν ὁ*] Vulg. *δεδίασιν* et *παρελθὼν δ' ὁ*. Universi libri, quos quidem viderim, legunt, ut nos legimus. AUGER.

P. 17. v. 3. *ὄντος*] Abest a Bavar. Aug. sec. appendice Franc. Gonvilliano, qui etiam *δεδιόσιν* dat, in dativo plur participii. *ὡς δυσπολέμητον τὸν Φίλιππον* dat Locker. REISK. Participium Rüdigerus uncis inclusit, nimis ille liberalis uncorum, quibus typi foedantur. Quod si quid pro spurio habemus, quidni plane deleamus? SCHAEFER.

P. 17. v. 3. *παρελθὼν ὁ Δημοσθένης*] Sic etiam Gonvill. nam Wolf. dederat *παρ. δ' ὁ Δ.* Lockeranus autem dat *παρελθὼν δὲ Δημοσθένης*. REISK.

P. 17. v. 5. *ὕποπτον αὐτὸν*] Invertit Gonvill. REISK.

P. 17. v. 6. *ἰδίαν*] Pro *κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν* in nostro *οἰκείαν*, eodem tamen sensu manente, scriptum inveni. OBSOP. Codd. L. M. Dd. et Ee. *οἰκείαν*. AUGER. Bekker. *οἰκείαν*, quod mihi quoque unice placet, quippe aliquanto magis definitum: significat enim opes Macedoniae proprias. Sane hae opes fuerunt Philippi *ἴδιαι*: sed ille *πάντα τὰ ὑπὸ χεῖρα σφετερισάμενος* habuit *ἰδίας* etiam alias, quae *οἰκεῖαι* eius dici non possent; de solis autem *οἰκείαις* h. l. agi, ostendunt quae sequuntur, *τοὺς γὰρ Μακεδόνας ἀσθενεῖς εἶναι καθ' ἑαυτούς*. Demosthenes p. 22. in. *τὰ τῆς οἰκείας ἀρχῆς καὶ δυνάμεως*. SCHAEFER.

ANNOTATIONES AD ORATIONEM OLYNTHIACAM II.

In secunda Olynthiaca nihil fere diversitatis comperi praeter ea, quae ab Aldo stellulis indicata sunt. OBSOP. Orationis ipsius in titulo pro *Ὀλυνθιακὸς* dedit Parisinus septimus et Harlei. *Ὀλυνθιακῶν*. In Augustano secundo illa oratio, quae orditur a verbis *Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταται*, inscribitur *Ὀλυνθιακὸς δεύτερος*,

quae est in vulgatis nostris libris tertia; et contra, quae in aliis secunda est, in hoc Augustano secundo est tertia, incipiens a verbis *'Επὶ πολλῶν μέν.* In argumentis tamen mutatum nihil est. Argumentum *Προσήκαντο μὲν* praescriptum est orationi incipienti a verbis *Οὐχὶ ταὐτὰ*, et argumentum *"Επεμψαν βοηθεῖν* praescriptum est orationi incipienti a verbis *'Επὶ πολλῶν.* REISK.

P. 18. v. 2. *'Επὶ πολλῶν μὲν κ. τ. λ.*] Recitat hunc locum bis Aristides in Arte. p. 166. *ἔνδοξά ἐστι πρῶτα μὲν τὰ τῶν θεῶν, οἷον ὅταν εἰς τὰ θεῖα ἐπανάγῃς τὰς ἐννοίας, θεῶν εὔνοιαν, τύχης χρηστότητα. οἷον· 'Επὶ πολλῶν ἄν τις ἰδεῖν δοκεῖ μοι —.* et p. 206. ubi *περιβολῆς* seu amplificationis genus ait esse, ut ab infinito ad finitum transeatur. *καὶ τρίτον παράδειγμα· 'Επὶ πολλῶν μὲν ἄν τις — γενομένην τῇ πόλει. εἶτα ἡ ἐπὶ τὸ ὡρισμένον ἀπαγωγή· οὐχ ἥκιστα δ' ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι.* Scholiastes anonymus Christianus ad Hermogenis l. de inventione p. 352. *ἐν μέντοι τισὶ λόγοις καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ προοιμίοις χρησόμεθα. δυσὶ μὲν, ὡς ὁ Δημοσθένης —. τρισὶ δὲ, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν 'Ολυνθιακῶν, ὧν πρῶτον μέν· 'Επὶ πολλῶν μὲν —· δεύτερον δέ* [18, 17.]*· τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄ. 'Α., τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι· τρίτον δέ* [19, 9.]*· τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον καὶ ἄπιστον καλῶν* etc. REISK. Rufus hoc prooemium sic citat p. 77.: *'Επὶ πολλῶν ἄν τις ἴδοι, ὦ δικασταὶ, τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν τῇ πόλει φανερὰν γιγνομένην, οὐχ ἥκιστα δ' ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασιν.* Mirus Technici error illud, *ὦ δικασταί.* SCHAEFER.

P. 18. v. 3. *παρὰ*] *περὶ* Ald. Sed in Weimarano et Aldino Lessingiano, et in eo Aldino, quo quotidie utor, e Bibliotheca Senatus Lipsiensis mutuo sumto, correctum est *παρά.* Duae hae praepositiones inter se creberrime permutantur. *περὶ* est quoque in appendice Francofurtana. REISK.

P. 18. v. 3. *γενομένην*] *γινομένην* Parisini primus, septimus et octavus, Harlei. *γιγνομένην* Bavar. Aug. secundus, appendix Francofurt. REISK. Bekker. *γιγνομένην.* Hoc etiam Rufus legit; multumque praestat vulgatae. Nam Orator hoc praedicat ut rem fieri solitam, quae et antea facta sit, et nunc fiat, et post futura fit. SCHAEFER.

P. 18. v. 4. *τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας — κεκτημένους*] *τὸ τοὺς πολεμήσοντας* (alii *πολεμήσαντας*) *γεγενῆσθαι κεκτημένους. τουτέστιν, ὅτι οἱ πολεμήσοντες κέκτηνται· ἢ ἀνάπαλιν μᾶλλον, ὅτι οἱ κεκτημένοι καὶ χώραν ὅμορον καὶ δύναμίν τινα πολεμήσουσι Φιλίππῳ.* WOLF. Egit de hoc loco Rauchensteinius in Dissertat. p. 25. sqq. et 53. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 18. v. 4. *πολεμήσοντας*] Sic alios habere annotavit Wolf., qui ipse dedit e Feliciana *πολεμήσαντας.* Isti alii a Wolfio designati sunt Aldina utraque, item Morelliana, de quibus ei constare potuit. Accessere postmodum Voss. Harlei. Locker. REISK.

Vulg. πολεμήσαντας. Dedi πολεμήσοντας, quod dant ceteri libri, tum manuscripti, tum impressi, praeter Fel. AUGER. Locum hunc sic interpretor: *Quod enim extiterunt qui cum Philippo bellaturi sint, iique tales, qui et regionem finitimam possideant, neque opibus careant*, etc. Aliter Pinzgerus in Rauchensteinii Dissertat. p. 54. ed. Lips. Quod illi placuit, si Orator voluisset, scripsisset sic: τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας Φιλίππῳ καὶ χώραν — κεκτῆσθαι, καὶ — ἔχειν. SCHAEFER.

P. 18. v. 5. χώραν] Sic correxit Lessingianus pro χόραν Ald. REISK.

P. 18. v. 6. τὸ μέγιστον] ὃ μέγιστον Aug. primi supplem. τὸ δὴ μέγιστον Aldina Tayl. REISK. τὸ δὴ μέγιστον vide ne Demosthenes scripserit: paulo enim gravius est. SCHAEFER.

P. 18. v. 9. ἑαυτῶν] αὐτῶν Harl. REISK.

P. 18. v. 10. εἶναι] Abest a Barocc. et Parisino primo. REISK.

P. 18. v. 11. αὐτοὺς] ἡμᾶς Aldina Taylori. REISK. Hoc genuinum puto. *Oportet nos considerare.* non: *Oportet ipsos considerare.* Nulla enim hic oppositio est. SCHAEFER.

P. 18. v. 12. εἶναι δόξωμεν] δόξωμεν εἶναι Aug. sec. δόξομεν in fut. 1. indicat. Laud. appendix Francofurt. REISK. Bekker. recte δόξομεν. Idem placuerat Fr. A. Wolfio ad Leptin. p. 266. Contra vulgatam tuetur Bremius ad p. 28, 6. ὅπως μὴ δόξωμεν vertens, ut vulgo, *ne videamur.* Non meminerat, opinor, vir egregius, ὅπως proprie significare non *finem*, *ut quid fiat*, sed *rationem*, *qua quid fieri possit* vel *futurum sit.* Conf. Euripid. Med. 1095. sqq. Pors. (1067. sqq. Elmsl.) ἐσορῶ μελέτῃ κατατρυχομένους —, ὅ π ω ς θ ρ έ ψ ο υ σ ι καλῶς, βίοτόν θ' ὁ π ό θ ε ν λ ε ί ψ ο υ σ ι τέκνοις. Num ibi revocabimus quod libri habent θρέψωσι? Minime gentium. Bene Elmsleius: „Ὅπως hic non significat ἵνα, sed ὅτῳ τρόπῳ." Idem nostro loco significat. Conf. Georg. Lecapen. in Matthaei Lectt. Mosqu. T. I. p. 73. SCHAEFER.

P. 18. v. 12. τῶν ὑπαρχόντων] id est, τῆς τύχης, τοῦ καιροῦ, τῆς θείας εὐεργεσίας. utendum occasionibus et fortunae benignitate: divina liberalitas amplectenda est. WOLF. Orator vocat τὰ ὑπάρχοντα occasiones fortunae benignitate oblatas. AUGER.

P. 18. v. 13. ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes de formis l. 2. p. 353. ἔτι ἐνδιάθετον σχῆμα καὶ ἡ τοιαύτη ἐπιδιόρθωσις, ἡ αὐξήσεως ἕνεκα παραλαμβανομένη. οἷον· ὀψὲ γάρ ποτε — ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην. καὶ πάλιν· ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων. REISK.

P. 18. v. 15. φαίνεσθαι προϊεμένους] φανερῶς προϊεσθαι. WOLF. V. Excerpta ex Grammatica Georgii Lecapeni in Matthaei Lectt. Mosq. T. I. p. 77. sq. SCHAEFER.

P. 18. v. 15. *προϊεμένους*] id est *προέτας*. Participium substantivi locum obtinet more latino. Ut *amans dei*, ita *προϊέμενος καιρῶν*, *omittens opportunitatum*, pro socorde, opportunitates dimittente: nam *προϊέσθαι* alias accusativum adsciscit. Caeterum citat h. l. Aristides in Arte p. 236. *ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπιμερισμοὶ* (particulares distributiones) *περιβολὴν ἐργάζεσθαι δύνανται. οἷον· οὐ μόνον τόδ' ἐποίησας, ἀλλὰ καὶ τόδε. μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων* [editio Aldina dat *τόπου*] — *συμμάχων τε καὶ καιρῶν*. REISK. Egregia Reiskii de participiis substantivorum locum obtinentibus animadversio, quae quam late pateat quantumque lucis affundat multis locis vel perperam intellectis vel temere solicitatis, plurimos adhuc fugit. Rem eandem obiter tetigi in Porsoniani Euripidis tertia editione Lipsiensi, quae nunc ipsum sub prelo sudat. Sed Reiskius ut assentientes habuit Augerum et Rüdigerum, ita adversarios nactus est aliquot, quorum rationes dignae sunt quae expendantur. Primum Matthiae in Gr. Gr. §. 368. p. 493. ut constructionem participii *προϊεμένους* cum genitivis *πόλεων, τόπων, συμμάχων, καιρῶν* explicet, sumit verbum *προϊέσθαι* raro quidem, sed tamen legitime genitivum adsciscere. Non repugnarem, si vir doctissimus exempla huius constructionis dedisset. At uno nostro loco nititur. Secutus est Elmsleius ad Euripid. Med. v. 11. p. 65. ed. Dind., qui cum Aem. Porto huius loci structuram habet pro exemplo attractionis. Demosthenes, inquit, „*πόλεις καὶ τόπους* dixisset, nisi inter haec verba et *φαίνεσθαι προϊεμένους* interposuisset *ὧν ἦμέν ποτε κύριοι*.“ Haec constructionis expediendae ratio sic satis procederet, nisi sequerentur alii genitivi, *τῶν ὑ. τ. τ. π. συμμάχων τε καὶ καιρῶν*. An cuiquam persuadebitur, eam esse vim attractionis, ut fines, quibus est circumscripta arctissimis, tam late evagari possit? Denique Weiskius in Parte III. libri de Hyperbole p. 31. non a participio *προϊεμένους* substantive posito illos genitivos pendere arbitratur, sed esse partitivos, subaudirique oportere *τινάς*. Hoc qui probat, *πόλεις, τόπους, συμμάχους καὶ καιροὺς* in universum intelligere debet de urbibus, terris, sociis et opportunitatibus, quae Athenienses unquam habuerint. At hoc noster locus nullo modo patitur. Urbes enim et terras a Philippo Atheniensibus ereptas intelligi non obscurum est: clarius etiam ob articulum additum patet, *συμμάχους* esse unos Olynthios, *καιροὺς* unam *τὴν νῦν τοῦ Φιλίππου ἀκαιρίαν*. Quae cum ita sint, Reiskii rationem, ut unam omnium huic loco explicando accommodatam, solam probandam censeo. SCHAEFER.

P. 18. v. 16. *ὑπὸ*] *ἀπὸ* Ald. Tayl. REISK.

P. 18. v. 16. *τε*] abest ab Aug. sec. REISK.

P. 18. v. 17. *τὸ μὲν οὖν κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes p. 235. ad docendum, quod sit filum huius periodi multis inter-

polationibus distractae. De eodem admonet p. 284. et idem affert exemplum, addens, id non solum *περιβεβλημένον*, sed etiam *μεστὸν* esse. Locos ipsos Hermogenis relegat, quemcunque iuvat. Scholiastae verba ad p. 235, 12. hic referam e p. 389, 6. *ἐνταῦθα δι' ὅλου τοῦ χωρίου τῇ καλουμένῃ μεστώσει χρησάμενος ὁ ῥήτωρ, ἐπεμβολάς τε συμπλέξας ἐπεμβολαῖς, εἰκότως ἐδεήθη τοῦ εὐκρινῆσαι τὸν λόγον αὐτῷ* [f. *διὰ τοῦ*] *τοῦτ' αὐτῷ δυναμένου σχήματος, τῆς ἐπαναλήψεως, καὶ ταύτης οὐ μιᾶς, ἀλλ' ἤδη καὶ δευτέρας διὰ τὸ μῆκος τῶν ἐπεμβολῶν. εἰρηκὼς γὰρ, ταῦτα οὖν παραλείψω, καὶ πάλιν κατασκευάσας, αὖθις ἐπανέλαβεν εἰπὼν, τοῦτον οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν, καὶ οὕτως τὸ ἐπαγόμενον τῇ προτέρᾳ προτάσει ἀπέδωκε. μέστωσις δέ ἐστι λόγος πλειόνων καὶ μακροτέρων ἐννοιῶν ἐπεμβολὰς περιέχων.* REISK.

P. 18. v. 18. *προτρέπειν τὰ δέοντα*] *προτρέπειν μάλιστα τὰ δέοντα* Aldina Taylori, item Pithoeanus, teste Mounteneio. REISK. Videtur genuinum. SCHAEFER.

P. 18. v. 21. *εἴποι*] *εἴπῃ* Ald. P. Manut. Sed vulgatam Taylor. ex Harlei. annotavit. REISK. Auger. *εἴπῃ*. Melius, opinor. *omnia, quaecunque quis his de rebus dicat.* V. not. ad *εἴποι* p. 13. v. 6. SCHAEFER.

P. 18. v. 21. *ὑπὲρ τούτων*] Fortassis *ὑπὲρ τούτου* vel *ὑπὲρ τῶν Φιλίππῳ πεπραγμένων*: ut non ad verba, sed ad sensum referatur constructio. WOLF. Vere dicit, ad sensum referri constructionem: ut mireris, cur aliter scriptum maluerit. V. mox Bremium. Taylorus ap. Reiskium in praefat. ad Annotatt. p. 117. ad *ὑπὲρ* adscripsit *περὶ*. Si coniectura est, frustra coniectavit. SCHAEFER.

P. 18. v. 21. *ὑπὲρ τούτων — φιλοτιμίαν*] *Φιλοτιμία* hic non est *κενοδοξία*, ut opinatur Rüdiger., sed simpliciter sensus est, *ἐξεῖναι αὐτῷ φιλοτιμεῖσθαι ἐπὶ τούτοις*, *haec esse ipsi gloriosa.* Pluralis *ὑπὲρ τούτων* habet, quod pudore afficiat Athenienses. Multa Philippo gloriosa, Atheniensibus turpia sunt. H. Wolfium non oportebat coniicere *ὑπὲρ τούτου*. Pluralis *ταῦτα* saepe de una re ponitur *). Tota autem enuntiatio artis est plena, egregia *παράλειψις*, ut rhetores dicunt. Dum enim silentio se rem praetermissurum affirmat, loquitur de ea paucis quidem sed gravissimis verbis, ut non posset non Athenienses pudere suae agendi rationis. BREMI. De v. *φιλοτιμία* v. ad p. 22, 22. SCHAEFER.

P. 18. v. 21. *ἐκείνῳ μὲν ἔχειν φιλοτιμίαν τινὰ*] *ἐκείνῳ μέν τινα ἔχειν φιλοτιμίαν* Harlei. Aug. primi supplem. appendix Fran-

---

*) V. not. ad Dionys. Hal. de C. V. p. 80. sq. et Ind. ad Melet. Cr. p. 161. a. it. Boisson. ad Aristaenet. p. 436. sq. SCHAEFER.

cofurtana, Aldina Taylori. τινὰ abest a Parisino primo et a Barocciano. μὲν et τινὰ absunt a Locker. REISK.

P. 18. v. 22. ἡμῖν δ' οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι] εὐφήμως, ἀντὶ τοῦ, ἀτιμίαν καὶ ἀδοξίαν ἡμῖν προξενῆσαι. Propositio praeteritionis: Non hortabor vos exemplo Philippi. Ratio: quod ea oratio illi honorifica, nobis ignominiosa est. Hanc rationem προσαποδόσει eleganti illustrat et ἀντιθέσει. WOLF. Post ἡμῖν δ' videtur ὄνειδος [aut ὑπόμνησιν, aut ἔλεγχον, aut tale quid] τοῦ οὐχὶ καλῶς — deesse. nobis autem afferunt ea dedecus, vel documentum, res a nobis non esse praeclare gestas. REISK. Potest hoc utcumque intelligi, nempe sic mente supplendo: κατ' αὐτὰ δὲ ταῦτα δοκεῖ οὐχ ἡμῖν καλῶς πεπρᾶχθαι, *in his vero ipsis non videtur a nobis bene factum fuisse*, quod scilicet passi fuerimus in tantam potentiam excrevisse Philippum. Sed malim cum Reiskio ita legi hunc locum: ἡμῖν δὲ ὄνειδος τοῦ οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι, *nobis autem id afferunt dedecoris, quod res a nobis non sint praeclare gestae.* AUGER. Hoc cogitavit Orator, sed ab initio lenius dixit. Verissime Wolfius. SCHAEFER.

P. 18. v. 22. ἡμῖν] ὑμῖν Parisinus octavus, Augustanus secundus, Harlei. index P. Manutii. REISK. ἡμῖν verum: nam lenius est. SCHAEFER.

P. 18. v. 22. οὐχὶ καλῶς] οὐχ ἱκανῶς Parisinus octavus. REISK.

P. 18. v. 22. ὁ μὲν γὰρ — ὠφλήκατε] Citat h. l. Hermogenes p. 183. ἐκείνη δὲ ἡ παρὰ τῷ Δημοσθένει καὶ χιασθῆναι δύναται· ὁ μὲν γὰρ Φίλιππος, ὅσῳ πλείονα — αἰσχύνην ὠφλήκατε. REISK.

P. 18. v. 23. αὐτοῦ] αὑτοῦ Parisinus quintus, P. Manut. ἑαυτοῦ Aldina Tayl. Paris. septimus et octavus. REISK.

P. 18. v. 23. θαυμαστότερος] θαυμασιώτερος Aug. secundus. REISK.

P. 19. v. 1. οὖν] Abest a Paris. octavo et Harlei. REISK.

P. 19. v. 2. σκοποῖτο] σκοπεῖται Parisinus octavus, Harlei. REISK.

P. 19. v. 2. ἐνθένδ' ἂν αὐτὸν ἴδοι μέγαν γεγενημένον] Sic esse in Harlei. et Locker. annotavit Taylor., quoniam Francofurtana sic dat: ἂν μέγαν αὐτὸν ἴδοι, ut est in Aldina et Paul. ἐνθένδ' ἂν αὐτὸν μέγαν ἴδοι γεγ. Aug. secundus. REISK.

P. 19. v. 2. ἐνθένδ'] hinc, id est, ἐκ τοῦ βήματος καὶ τῆς ἐκκλησίας. Nostrae conciones eius opes auxerunt: mercenariis oratoribus et oscitantibus ac ignavis auditoribus acceptam referre debet potentiam tantam, non suae virtuti atque industriae. WOLF. ἐνθένδε eodem modo p. 19, 25. Fallitur Reiskius in Ind. Graec. Sensus est: παρὰ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ πεπολιτευμένων, ut mox dicitur. SCHAEFER.

P. 19. v. 3. αὔτου] αὐτοῦ Parisini secundus, tertius, quintus, P. Manut. REISK.

P. 19. v. 3. ὧν οὖν ἐκεῖνος κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 178. ult. et 182, 1. REISK.

P. 19. v. 3. ὧν οὖν ἐκεῖνος κ. τ. λ.] ὧν ὀφείλει χάριν, ὧν λαβεῖν δίκην, pro ὑπὲρ ὧν, δι' ἅ. WOLF.

P. 19. v. 3. οὖν] Deest Ald. Tayl. REISK.

P. 19. v. 3. τοῖς — πεπολιτευμένοις] Posset intelligi passive: sed multo praestat active. In Demosthene utrumque legitur, et οἱ πεπολιτευμένοι, et τὰ πεπολιτευμένα. SCHAEFER.

P. 19. v. 4. ὑμῖν] ἡμῖν Aug. tertius. REISK.

P. 19. v. 4. ὑμῖν δὲ δίκην προσήκει λαβεῖν] Non satis bene concordat haec constructio cum superiori. Ego equidem post ὑμῖν δὲ δίκην nihil amplius desiderem. *vobis autem poenas debet Philippus.* Aut redundant insequentia, aut sic leg. est: ἣν ὑμᾶς νῦν παρ' αὐτοῦ προσήκει λαβεῖν. Quarum itaque rerum causa Philippus illis quidem, qui consiliis orationibusque suis causam eius penes vos ornarunt atque secundarunt, gratiam debet, vobis autem poenas, quas ab eo poenas sumere vos nunc decet, eas res commemorandi tempus nunc non video satis opportunum. REISK. Erravit, cum non attenderet positum particularum μὲν et δέ. In vulgata nihil nec redundat, neque addi oportet. Sensus: Pro quibus igitur rebus ille quidem iis inter nos, quorum perfidiâ crevit, gratiam debet, vos autem decet poenas sumere, eas dicendi nunc non video tempus opportunum. SCHAEFER.

P. 19. v. 4. λαβεῖν τούτων, οὐχὶ] λαβεῖν ὑπὲρ τούτων, οὐχὶ Ald. Tayl. Parisinus octavus, supplem. Aug. primi, Bavaricus, Harlei. Etiam Mounteneius ὑπὲρ e Pithoeano addidit. Est quoque ὑπὲρ in appendice Francofurtana. Augustanus secundus, Aldina utraque, Felic. sic distinctum dant locum hunc: λαβεῖν, τούτων οὐχὶ —. Vossianus, teste Mounteneio, dat τοῦτον. REISK. τοῦτον habet etiam Scholiastes Hermogenis citatus ad p. 18. v. 17. Patet post λαβεῖν interpungendum esse. SCHAEFER.

P. 19. v. 5. τούτων — λέγειν] ἀντὶ τοῦ, τοῦ λέγειν ταῦτα τὸν καιρὸν οὐχὶ ὁρῶ νῦν ὄντα. WOLF. τούτων — λέγειν videtur recte habere, neque opus esse, ut ὑπὲρ cum Mounteneio addatur, quamquam auctoritate codicum complurium munitum. Idem est ac si dixisset, οὐχ ὁρῶ νῦν καιρὸν τοῦ ταῦτα λέγειν. REISK. Vulg. τούτων οὐχὶ — sine ὑπὲρ, potuit intelligi, quasi diceretur, οὐχ ὁρῶ νῦν καιρὸν τοῦ ταῦτα λέγειν: verum addidi ὑπὲρ cum codd. L. N. et aliis, qui a Reiskio commemorantur. AUGER. Vulgatam tuetur Rüdigerus, quod „hac structurae: καιρὸν τούτων et καιρὸν τοῦ λέγειν ταῦτα sint confusae.“ Probe novi, constructiones inter se discordantes a classicis, quorum syntaxis Technicorum regulis tanquam pedicis nondum esset constricta,

passim confusas esse: sed factum id est parce et sobrie. Nunc, si quid insoliti in illorum scriptis offertur, haec aetas protinus ad confusionem structurarum fingendam tam licenter, tam temere ruit, ut parum cautus parumque intelligens, qui figmenta ista quotidie uberius ac portentosius pullulantia contempletur, facile credat, veteres non scripsisse nisi ebrios. Longe subtilius de nostro loco disputavit Philologus eximius, Car. Fr. Heinrichius, in Epimetro addito Aug. Twesteni Commentationi Criticae de Hesiodo (Kiliae, 1815.). Qui cum de Latina constructione *mos dierum per menses digerendi* a Twesteno usurpata docte disseruisset, „Ratio [huius constructionis] est," inquit p. 73. sq., „quod in hoc duplici genitivo alter, nominis, sit obiecti, alter, verbi, explicando obiecto. Nec supervacaneum erit, simul eius structurae originem monstrare; quae quidem est penes Graecos, quippe primos auctores argutae cuiusvis structurae in sermone Latino. Demosth. Olynth. II. p. 19, 3. *ὧν οὖν ἐκεῖνος μὲν ὀφείλει τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπολιτευμένοις χάριν, ὑμῖν δὲ δίκην προσήκει λαβεῖν, τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν.* Hic valde turbant nimirum et descriptores et editores, inque his nuperus Parisinus, Augerus: Reiskium feliciter sensus aliquis, non ratio vel scientia, permovit, ut quosdam audiret incorruptos Codd., quibus accedit Hafniensis unus bibliothecae Regiae, nobis collatus docta opera Thorlacii V. C. Nihil sane vulgato rectius esse potest ac magis Atticum; quod itidem Latini exprimunt: *eorum nunc non video esse tempus dicendi.* Atque hoc animadvertere non solum interest Demosthenis editorum et interpretum: ne in libris quidem doctiorum Grammaticorum nostrorum potui adhuc ullam eius constructionis notitiam reperire." Neque ego reperi, omninoque requiro alia exempla eiusdem constructionis. Quo magis optandum, ut Critici huic rei diligenter attendant dataque opera investigent, sicubi in Graecis scriptoribus talia lateant obscurata per malam fraudem librariorum aut editorum. Hac investigatione si nihil nostro loco par aut simile inventum fuerit, sane cogemur, posthabita Wolfii Reiskiique auctoritate, cum Augero *ὑπὲρ* ante *τούτων* inserere. SCHAEFER.

P. 19. v. 5. *καὶ χωρὶς τούτων*] *τῶν περὶ τῶν φιλιππιζόντων ῥητόρων καὶ τῶν πεποιημένων τῷ Φιλίππῳ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ.* WOLF.

P. 19. v. 6. *ἔνι*] Post *ἔνι* addit appendix Francofurtana *λέγειν*, nec non exemplum Aldinae Tayloranum, quorum amborum idem fons est, exemplum Pithoei. REISK. Mallem additum, cum mox sequatur *ἀκηκοέναι.* — Rarior usus huius *ἔνι*, quo Orator utitur etiam p. 24, 21. 46, 12. Hesychius T. II. c. 1597. *Ὡς ἔνι. ὡς ἔστιν, ὡς ἐγχωρεῖ.* SCHAEFER.

P. 19. v. 6. *καὶ βέλτιστόν ἐστιν*] *διὰ τὸ ἀναθαῤῥῆσαι δήπου καὶ τὸν φόβον ἐκβάλλειν ὑμᾶς.* Attentionis et benevolentiae ca-

ptatio. Grata enim et iucunda erat Atheniensibus criminatio Philippi, nec minus extenuatio virium illius. Haec enim duo se facturum proponit. WOLF.

P. 19. v. 6. *βέλτιόν*] *βέλτιστόν* Ald. P. Manut. Wolf. Laudianus, teste Mounteneio, qui vulgatae suffragari ait Pithoeanum, Vossianum et Baroccianum. Suffragatur item Lockeranus et Harlei. et append. Francof. REISK. *βέλτιστόν* etiam Auger. et videtur praeferendum esse. SCHAEFER.

P. 19. v. 7. *μεγάλα — ὀνείδη*] *ἐπιορκία καὶ ἀπιστία.* WOLF.

P. 19. v. 7. *φαίνοιτ' ἂν*] *φαίνοιντ' ἂν* Ald. Tayl. REISK.

P. 19. v. 8. *δοκιμάζειν*] *γρ. δικάζειν* Parisini primus et secundus. REISK.

P. 19. v. 10. *τὰ*] Abest a Meermanniano. REISK.

P. 19. v. 10. *δεικνύναι*] Auger. *δεικνῦναι,* quomodo centies in his infinitivis errarunt ancipitis ignorantes mensuram. V. not. ad Schol. Apollon. Rh. p. 12. et Ind. p. 677. a. Sed hac regula novissimus Luciani editor in Addend. ad T. IV. non debebat tueri *δῦναι, διεκδῦναι,* quae Dindorfius, harum rerum callentissimus, summo iure correxerat. *δῦναι* enim, ut praesentis infinitivum, nemo unus Graecorum usurpavit. *δῦμι,* ut tot alia obsoleta aut *τῆς διδασκαλίας χάριν* conficta, in solis Grammaticorum scriptis reperitur. SCHAEFER.

P. 19. v. 11. *τις ἂν*] *ἄν τις* Ald. Tayl. Pithoeanus. *ἂν* abest a Vossiano. REISK.

P. 19. v. 11. *φήσειε κενήν· δικαίως*] *φήσειε δικαίως κενήν* Aug. tertius. Pro secunda voce dat Aug. secundus *κοινήν. λοιδορίαν ἂν εἶναι φήσειέ τις κενήν.* Locker. REISK.

P. 19. v. 11. *τὸ δὲ πάνθ' ὅσα κ. τ. λ.*] Verba sic ordinanda sunt, mutato propter relativum pronomen participio in verbum: *τὸ διεξιέναι πάντα, ὅσα Φίλιππος ἔπραξε πώποτε, καὶ ἐλέγχειν αὐτὸν ἐφ' ἅπασι τούτοις, συμβαίνει καὶ δεῖσθαι λόγου βραχέος, καὶ ἡγοῦμαι συμφέρειν εἰρῆσθαι ἕνεκα δυοῖν.* Hyperbolica propositio, referenda tantum ad *ἐπίορκα καὶ ἄπιστα ἔργα,* quorum tria tantum, sed magna recenset, deceptos Athenienses, Olynthios, Thessalos. WOLF. Vides iam illos interpretes oratoriarum in Philippi rebus hyperbolarum curiosos fuisse. Res per vitium naturae humanae tam late patet, ut in vita cuiusvis rebus gestis clari viri, quem illustravit historia, cumulus hyperbolarum utramque in partem facile congeri possit. SCHAEFER.

P. 19. v. 12. *πάνθ', ὅσα*] Miror sic etiam in Bekkeriana interpungi; in aliis non miror. Recte Auger. *πάνθ' ὅσα.* Sed talia non amplius tangam. SCHAEFER.

P. 19. v. 12. *πώποτ'*] *ποτε* Paris. primus, Vossianus, Baroccianus, Locker. REISK.

P. 19. v. 12. *τούτοις ἐλέγχειν*] Est etiam in texto Bavarici, sed superscriptum est *γρ. τοιοῦτον ἐλέγχειν.* Quae lectio si admittitur, addendum erit *ὄντα.* REISK.

P. 19. v. 13. *δυοῖν ἕνεκα*] *δυεῖν ἕνεκα* Harlei. Parisinus primus, supplem. Aug. primi. *δυεῖν εἵνεκα* Parisinus octavus. *εἵνεκα* Ald. Tayl. REISK. *δυεῖν* Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 19. v. 13. *ἡγοῦμαι συμφέρειν*] *συμφέρειν ἡγοῦμαι* Bavaricus, Augustanus secundus et tertius. REISK. Adscivit hunc alterum ordinem Bekkerus: et videntur infinitivi melius disiungi, item melius iungi *δυοῖν ἕνεκα συμφέρειν.* SCHAEFER.

P. 19. v. 15. *τοῦ τ' ἐκεῖνον — φαίνεσθαι*] Hermogenes p. 287. *εἴ γε βραχεῖαι εἶεν αἱ ἐπεμβολαὶ, ἀλλὰ μὴ μακραὶ, μᾶλλον γοργὸν ἢ περιβεβλημένον ποιοῦσι τὸν λόγον. οἷον· τοῦ τ' ἐκεῖνον, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει, φαῦλον φαίνεσθαι. ὁρᾷς, πῶς εὐκίνητος καὶ γοργὸς ὁ λόγος ἐστίν. ἐγένετο δὲ διὰ τὴν ἐπεμβολὴν τὴν οὖσαν βραχεῖαν· ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει.* REISK.

P. 19. v. 16. *τοῦ*] Omittit Harlei. REISK.

P. 19. v. 17. *διεξελήλυθεν*] *τὸ διεξιέναι καὶ διελθεῖν ἢ διεξελθεῖν* alias est *τὸ λέγειν καὶ διηγεῖσθαι:* hic vero *τὸ διαπορευθῆναι κατὰ μεταφορὰν καὶ καταναλῶσαι πάσας τὰς πανουργίας καὶ δεινότητας.* WOLF. *διεξελήλυθεν* hic idem ac *διεπορεύθη, praeterrecta sunt*, i. e. consumpta sunt. AUGER. Intransitive hic et p. 153, 7. intelligendum esse Buttmannus in Ind. ad Midianam p. 169. ita docuit, ut ego quidem viro egregio assentiri non dubitem. Adde quod sic paulo melius congruit *καὶ πρὸς αὐτὴν ἥκει κ. τ. λ.* Rüdigerus cum Wolfio et Reiskio transitive intelligit. SCHAEFER.

P. 19. v. 18. *παρακρουόμενος*] Ad hunc aliumve similem locum respexit Harpocr. v. *παρακρούεται.* REISK.

P. 19. v. 18. *μέγας νῦν ηὐξήθη*] *οὕτως ηὐξήθη τῷ παρακρούεσθαι, ὥστε νῦν εἶναι μέγαν αὐτόν.* Supra *μέγαν γεγενημένον.* WOLF. Recte interpretatur locutionem creberrime frequentatam, *μέγαν αὐξάνεσθαι.* Similiter Xenophon Sympos. 2, 25. *ὀρθά τε αὔξεται καὶ θάλλοντα ἀφικνεῖται εἰς τὴν καρπογονίαν.* Nec discerpat quod infra p. 20, 8. legitur, *ἤρθη μέγας.* De usu hoc adiectivorum, proleptico mihi dicto, qui syntaxi Graecae proprius gravem gignit brevitatem orationis, v. not. ad Theocrit. VII. 70. et ad Sophocl. Aiac. 402. SCHAEFER.

P. 19. v. 18. *νῦν*] Abest ab Aug. tertio, Harlei. Bavarico, sed in hoc superscriptum est *καὶ νῦν.* REISK.

P. 19. v. 18. *ηὐξήθη*] Laudianus et Baroccianus *ηὐξύνθη.* REISK. Ind. ad Aesopum Furiae: „*Αὐξύνω.* — Vox — dubia est.“ Dubiam non dixerim: sed est labentis Graecitatis. Quare passim in codicibus, sed nullo ad criticen fructu, offertur. SCHAEFER.

P. 19. v. 18. καὶ πρὸς αὐτὴν — αὐτῷ] ὅτι τὰ πράγματα ἥκει αὐτῷ πρὸς τὴν τελευτὴν, id est, ὅτι ἡ ἐπιορκία καὶ ἡ ἀπιστία αὐτοῦ οὐδένα ἂν ἔτι παρακρούσαιτο καὶ ἐξαπατήσειε. Sententia huius loci est: nulla fore posthac Philippi incrementa: nullos eum sibi socios adiuncturum: consumtos esse omnes eius dolos. Haec propositio est. WOLF.

P. 19. v. 20. αὐτῷ] αὐτοῦ Parisini primus et secundus, August. secundus, Aldina Tayl. Barocc. Meermann. Pithoeanus, Bavaricus (sed huic superscriptum αὐτῷ) et indices Aldorum et Felic. REISK. Praestat αὐτῷ. Dicas dativum incommodi. SCHAEFER.

P. 19. v. 20. ἐγὼ μὲν γὰρ κ. τ. λ.] Locum hunc citat Apsines in Arte p. 691, 38. REISK.

P. 19. v. 20. ἐγὼ μὲν γὰρ κ. τ. λ.] Confirmatio, tractata ἐκ θέσεως καὶ ἀναιρέσεως. Argumenti summa est, Philippi imperium male partum non fore diuturnum, ducti a causis efficientibus et illustrati contentione contrariorum et similitudine. WOLF.

P. 19. v. 20. μὲν] Abest ab Aug. primi supplemento, ab Augustano secundo, a Laudiano, a Bavarico, ab Aldi et P. Manutii exemplis: verum in Aldi indice repraesentatur. Mounteneius ex Aldino affert ἐγὼ μὲν οὖν. Sed in eo, quo utor, est ἐγὼ γάρ. Aut ergo ille erravit, aut aliud ei exemplum Aldinum ad manus fuit a nostro discrepans. REISK. Addidi μὲν, quod abest a vulg., et quod addunt plurimi et quidem optimae notae codices. AUGER.

P. 19. v. 21. καὶ αὐτὸς] Absunt ab Aug. primi supplemento. Solum αὐτὸς abest a Parisino octavo. ἡγοῦμαι Aldina Taylori. REISK.

P. 19. v. 21. εἶναι] Abest a Parisino quinto, ab Aug. primi supplemento, a Bavarico et Meermann. καὶ αὐτὸς φοβερὸν τὸν Φίλιππον καὶ θαυμαστὸν [sine εἶναι] Harlei. Locker. REISK.

P. 19. v. 21. καὶ θαυμαστὸν τὸν Φίλιππον] Sic Ald. P. Manut. Laudianus, Aldina Tayl. REISK. Vulg. τὸν Φίλιππον καὶ θαυμαστὸν revocarunt Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 19. v. 22. αὐτὸν] Abest a Bavarico et Augustano secundo. αὐτὸν ἑώρων (sic structa vocabula) dat Harlei. REISK.

P. 19. v. 23. εὑρίσκω τὴν μὲν ἡμετέραν εὐήθειαν κ. τ. λ.] Difficilior locus; proinde verba in primis simpliciter ordinabimus: εὑρίσκω (scilicet τὸν Φίλιππον) προσαγόμενον (προσαγηοχέναι) τὴν ἡμετέραν εὐήθειαν (ἡμᾶς εὐήθεις ὄντας) τὸ κατ' ἀρχὰς (πρῶτον), ὅτε τινὲς ἀπήλαυνον ἐνθένδε (ἀπὸ τοῦ βήματος καὶ τῆς ἐκκλησίας) Ὀλυνθίους βουλομένους ἡμῖν διαλεχθῆναι. Quomodo προσαγηοχέναι? τούτῳ, scilicet τῷ φάσκειν παραδώσειν Ἀμφίπολιν καὶ κατασκευάσειν τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἐκεῖνο ἀπόῤῥητον. τὴν δὲ Ὀλυνθίων φιλίαν, scilicet εὑρίσκω προσαγό-

μενον etc. Video, Philippum nobis stultis os sublevisse primum, cum quidam Olynthios apud nos verba facturos hinc repulerunt, hac fraude, quod iactabat, se nobis Amphipolim traditurum et confecturum arcanum illud, quod aliquando iactabatur: invenio item, cum Olynthiorum amicitiam sibi conciliasse etc. Nunc ad partes veniamus. *καὶ τὸ θρυλλούμενον.* Hic vero locus obscurus est, et haud scio, an quisquam sit, qui eum a se plane intelligi affirmare ausit. Causa obscuritatis est, primum ignoratio historiae, cuius fit mentio. Deinde *ἀπόῤῥητον* et *θρυλλούμενον* pugnare videntur. Postremo ambiguum est, *ἀπόῤῥητον* sitne ad *θρυλλούμενον*, an vero ad *κατασκευάσειν ἐπιῤῥηματικῶς* referendum. Ac quod ad historiam attinet, credamus sane Graeco interpreti Ulpiano. Deinde *θρυλλούμενον* intelligi potest non id modo, quod omnium sermone celebratur, sed quo de inter eos verba fiunt, quorum negotium agitur, aliis ignotum. Ita unum et idem Atheniensibus et Philippo *θρυλλούμενον*, Pydnaeis, Potidaeatis et Amphipolitanis *ἀπόῤῥητον* esse potuit. Potuit etiam fieri, ut Philippus pollicitaretur, se collaturum quoddam in Athenienses beneficium, quod tamen ob adiunctum periculum vulgandum nondum esset: sicut Pericles in referendis rationibus ad populum dixit, se aliquot talenta *εἰς δέον ἀνηλωκέναι*, id est, utiliter et tempestive insumsisse, quibus Lacedaemonios quosdam corruperat. Postremo *κατασκευάζειν τι ἀπόῤῥητον* pro *ἐν ἀποῤῥήτῳ* vel *ἀποῤῥήτως* usitata et plana constructio est. Haec si cui non satisfaciunt, is planiora et certiora quaerat. Socrates Scholasticus Ecclesiasticae Historiae lib. I. locutionem habet non dissimilem admodum: *ἦν δὲ ὁ διωγμὸς θρυλλούμενος ἐν ταυτῷ καὶ ἀπόῤῥητος· ἐκρύπτετό τε τῷ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἦν φανερός.* WOLF. Socratem a Demosthene locutionem mutuatum esse noli dubitare: sed cum rei suae accommodaret, in usu eius ab Oratore deflexit. Nam iactatum fuisse apud veteres *τὸ θρυλλούμενον ἀπόῤῥητον* Demosthenis Lexicographorum testimonio satis compertum habemus. Vide Photii locum, quem ad v. 27. adscripsi. SCHAEFER.

P. 19. v. 23. *ἡμετέραν*] *ὑμετέραν* Locker. REISK.

P. 19. v. 25. *τοκαταρχὰς*] *τὸ κατ᾽ ἀρχὰς* P. Manut. V. Obsopoei annotationem ad p. 11, 15. REISK. Dedi diremtis vocibus. Et sic Auger. Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 19. v. 26. *βουλομένους*] *βουλομένοις* Bav. appendix Francofurtana. REISK.

P. 19. v. 26. *ἡμῖν*] *ὑμῖν* Parisini secundus et tertius, Locker. Aug. primi supplem. Bavar. Meermann. Aldina Taylori. REISK.

P. 19. v. 27. *τῷ τὸ*] *τὸ* dant Aldinus Lessingianus, Paris. primus, secundus, quintus, septimus, octavus, item Weimaranus, Augustani primi supplem. et Aug. secundus atque tertius, nec

non Bavaricus et Pithoeanus, item ed. Wolfii. Sed τῷ dat appendix Francofurtana. Ego utrumque copulavi. τῷ θρυλλούμενόν ποτε τὸ ἀπόῤῥητον Ald. Tayl. REISK. Plures codd. et editt. habent καὶ τῷ sine τὸ: ego ad Reiskii mentem utrumque copulavi, et addidi τῷ, quod abest a vulgata. AUGER. Etiam Photius loco mox citato solum τὸ agnoscit. Bekker. et Rüdiger. τῷ deleverunt. Recte factum: quod magis etiam intelligetur, si mox vicero, pro κατασκευάσαι legendum esse κατασκευάσειν. SCHAEFER.

P. 19. v. 27. τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἀπόῤῥητον ἐκεῖνο] Quod fuerit *arcanum illud olim iactatum*, ignoratur, et de hoc plane silet historia. AUGER. Arcanum illud satis cognitum habemus beneficio Theopompi. Photius c. 431. sq.: *Τί ἐστιν τὸ ἐν τοῖς Δημοσθένους Φιλιππικοῖς,*) καὶ τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἀπόῤῥητον ἐκεῖνο, Θεόπομπος ἐν λά δεδήλωκε. φησὶ γάρ· καὶ πέμπει πρὸς Φίλιππον πρεσβευτὰς Ἀντιφῶντα καὶ Χαρίδημον, πράξοντας καὶ περὶ φιλίας. οἱ παραγενόμενοι συμπείθειν αὐτὸν ἐπεχείρουν ἐν ἀποῤῥήτῳ συμπράττειν Ἀθηναίοις, ὅπως ἂν λάβωσιν Ἀμφίπολιν, ὑπισχνούμενοι Πύδναν. οἱ δὲ πρέσβεις οἱ τῶν Ἀθηναίων εἰς μὲν τὸν δῆμον οὐδὲν ἀπήγγελλον, βουλόμενοι λανθάνειν τοὺς Πυδναίους ἐκδιδόναι μέλλοντες αὐτούς· ἐν ἀποῤῥήτῳ δὲ μετὰ τῆς βουλῆς ἔπραττον.* Igitur τὸ ἀπόῤῥητον, quod machinabantur, huc redibat, Atheniensibus ut traderetur Amphipolis, Pydna cederet Macedoni. SCHAEFER.

P. 19. v. 27. θρυλλούμενόν] Bekker. et Rüdiger. θρυλούμενόν. Hoc arcanum cuiusmodi esset, cum vulgus Atheniensium ignoraret, sciret tamen, novi quid strui, alius aliter de eo ἐθρύλλει, ἐλάλει, *fabulabatur*. Quis non agnoscit vulgi, in primis illius, ingenium? Hic etiam significantissimum verbum θρυλλεῖν. SCHAEFER.

P. 19. v. 28. κατασκευάσαι] κατασκευάσειν Aldina Taylori, Laudian. Parisini primus, secundus, quintus, Weimaranus, Meermannianus, Aug. tertius a nova manu, vetustior enim aliud nescio quid, erasum, dederat, item Pithoeanus et Felic. Sed appendix Francof. dat vulgatam, item Harlei. In Bavarico est vulgata, sed recentior manus duas obliquas parallelas virgulas ειν repraesentantes super αι adscripserat. Vulgatam esse in Vossiano, Laudiano et Barocciano, testatur Mountenejus. κατασκευάσαι bene habet, eo quod argutis strophis clandestinisque amicorum, quos Philippus Athenis alebat, molitionibus effecit hoc, ut fides haberetur illi quondam celebri, vulgi crebris sermonibus iactato arcano. κατασκευάζειν est imposturam quasi compaginare, commachinari et, ut vocabulum graecum sonat, convasare, h. e. comminisci, consuere. REISK. Vulg. κατασκευάσειν.

---

*) Hoc enim modo vitiosa editionis interpunctio corrigenda est. SCHAEFER.

Dedi *κατασκευάσαι*, quod dant permulti et optimi codices. AUGER. Dederunt etiam Bekkerus et Rüdigerus. Sed si vel omnes codices aoristum tuerentur, ego censerem legendum *κατασκευάσειν*. Relege illa Theopompi, videbisque, non Philippum *κατασκευάσαι*, *struxisse*, illud *ἀπόῤῥητον*, sed legatos Atheniensium, quando *αὐτὸν ἔπειθον συμπράττειν Ἀθηναίοις*. Quorum conditiones cum e re sibi fore intellexisset, quid fecit? *ἔφασκε τὸ ἀπόῤῥητον κατασκευάσειν*, h. e. *συμπράξειν Ἀθηναίοις, ὅπως ἂν λάβωσιν Ἀμφίπολιν*, non simpliciter, sed Pydnâ mercedis loco sibi depactâ. Ut paucis complectar: Atheniensium legati fuerunt *οἱ κατασκευάσαντες*, Philippus *ὁ κατασκευάσων*. Iam apparet, nec *κατασκευάσαι* ferri posse, nec *τῷ* ante *τὸ*, quippe *κατασκευάσειν* pariter ut *παραδώσειν* regitur a *φάσκειν*. SCHAEFER.

P. 19. v. 28. *προσαγόμενον*] *προσαγαγόμενον* appendix Francofurtana, Laud. REISK. Bene Bekker. et Rüdiger. *προσαγαγόμενον*. *sibi conciliasse, fecisse ut rebus suis inserviret*. P. 20. v. 7. eodem sensu *προσλαμβάνων*. SCHAEFER.

P. 19. v. 29. *φιλίαν*] Post *φιλίαν* videtur *ἐξαρτώμενον* vel tale quodpiam deesse. Dicas, e praemissis facile repeti oportere *προσαγόμενον*. Ego vero dubito, num bene graece dicatur *φιλίαν τινὸς προσάγεσθαι* pro *προσάγεσθαί τινα*. REISK. *φιλίαν*, sicut et paulo inferius *Θετταλοὺς*, refer ad *προσαγόμενον*, quod praecessit. AUGER. Recte Augerus, erravitque Reiskius. SCHAEFER.

P. 19. v. 19. *ὑμετέραν*] Pro *τῷ Ποτίδαιαν οὖσαν ἡμετέραν* in nostro *ὑμετέραν* reperi. OBSOP. *ὑμετέραν* Paris. primus et secundus, Locker. Aug. primi supplem. et secundus, Pannonicus Obsopoei, Bavaricus, Meermann. REISK. Malim *ἡμετέραν*, quod etiam Augerus dedit. Post *ἐξελεῖν* nescio qua incogitantia mea accidit ut coli signum ineptissime positum non delerem; haec enim cum sequentibus arctissime cohaerent. SCHAEFER.

P. 20. v. 1. *καὶ τοὺς μὲν — ἀδικῆσαι*] Alterius membri summa est: Philippus Olynthios ad suam amicitiam pellexit. Quomodo? Potidaeam, nostram civitatem, vi captam abstulit, (in quo fidem societatis violavit, et vanis pollicitationibus nos circumvenit,) Olynthiis tradidit. Nullus scrupulus reliquus est, modo intelligas, eo tempore, quo ista facta sunt, Philippum fuisse Atheniensium socium. In epistola certe quidem sua scribit: *ἵν' ἐμμείνωμεν τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς ὁμολογίαις* etc. Sed chronologia fortasse repugnat. Post *τὸ ἡμᾶς* asteriscus additus indicat, dubitatum esse de lectione. Quid si *ἡμῶν*? ut de Potidaeatis intelligatur, sociis Atheniensium. Sed cum *Ποτίδαιαν οὖσαν ἡμετέραν* praecedat, fortasse parum convenit, eosdem et *ὑπηκόους* et *συμμάχους* dici. Sed haec hactenus. WOLF.

P. 20. v. 1. *πρότερον*] *προτέρους* Parisinus octavus, Harlei. REISK. V. not. ad p. 11. v. 28. SCHAEFER.

P. 20. v. 1. ἡμᾶς] ὑμᾶς Parisini secundus et tertius, Locker. Aug. primi supplem. Bav. Meerm. Aldus (cuius index voluit vulgatam exhibere), index P. Manutii. REISK. Rüdiger. ὑμᾶς. Non probo. SCHAEFER.

P. 20. v. 1. ἀδικῆσαι] Eripuit enim nobis Philippus, sociis, qui tum eramus, suis, civitatem nostrae ditionis, quo iura societatis violavit. REISK.

P. 20. v. 2. δὲ ἐκείνοις] Scribendum, quamvis repugnante Wunderlichio, δ' ἐκείνοις. Sed talia non amplius tangam. SCHAEFER.

P. 20. v. 2. ἐκείνοις] Olynthiis puta. REISK.

P. 20. v. 2. Θετταλοὺς δὲ] Nam et hi non minus, quam Thebani, templi Delphici defensionem susceperant. WOLF. Ut intelligas vim accusativi Θετταλοὺς, compara cum his quae de Atheniensibus et Olynthiis dicta sunt. Philippus abusus est Atheniensium simplicitate, Olynthiorum amicitia. Num qua re Thessalorum abusus est? Imo vero ipsis Thessalis, quippe δεδουλωμένοις. V. v. 17. SCHAEFER.

P. 20. v. 3. πόλεμον ὑπὲρ αὐτῶν πολεμήσειν] πόλεμον πολεμήσειν ὑπὲρ αὐτῶν etiam Harlei. et Locker. Sed πόλεμον ὑπὲρ αὐτῶν πολεμήσειν Aldus, P. Manutius. Pro futuro dat aoristum πολεμῆσαι Parisinus primus. REISK. πόλεμον πολεμήσειν ὑπὲρ αὐτῶν Bekker. Hunc olim vulgatum verborum ordinem etiam Rüdigerus revocare voluit, sed oblitus est Reiskianum mutare. Mihi quoque placet iungi πόλεμον πολεμήσειν: talia enim Graeci continuare amant. SCHAEFER.

P. 20. v. 7. αἰεὶ] Sic Parisini secundus et tertius, item Bavar. REISK. Bekker. et Rüdiger. revocarunt ἀεί. SCHAEFER.

P. 20. v. 7. προσλαμβάνων] V. not. ad προσαγόμενον p. 19, 28. SCHAEFER.

P. 20. v. 8. ὥσπερ οὖν — ἐξελήλεγκται] Citat Rufus p. 89. SCHAEFER.

P. 20. v. 8. ἤρθη μέγας] V. not. ad p. 19, 18. SCHAEFER.

P. 20. v. 10. ἑαυτοῖς] αὐτοῖς Parisinus quintus. REISK.

P. 20. v. 10. ὀφείλει διὰ] ὀφείλει νῦν διὰ Ald. Tayl. REISK. νῦν non damnem. SCHAEFER.

P. 20. v. 11. καὶ καθαιρεθῆναι] Particulam Rufus l. c. non agnoscit. Neque ea opus est. SCHAEFER.

P. 20. v. 11. ἐπειδὴ] Rufus l. c. ἐπεὶ. Perpetua harum particularum commutatio. SCHAEFER.

P. 20. v. 12. καιροῦ μὲν δὴ — πρὸς τοῦτο] τὰ πράγματα πάρεστι Φιλίππῳ πρὸς τοῦτο καιροῦ, id est, τοιοῦτος καιρὸς τῶν Φιλίππου πραγμάτων ἐστί. Fortassis etiam παρέστη a παρίστημι legi possit. Res adstiterunt ad hoc temporis, pro, huc deductae sunt. WOLF.

P. 20. v. 12. καιροῦ] καιρὸν Aug. secundus. Forte voluit καιρῶν. REISK.

P. 20. v. 13. πρὸς τοῦτο παρέστη] πρὸς τούτῳ Harlei. Sed ad πάρεστι, quod est in Wolfiana pro παρέστη, Taylor. nihil annotavit. παρέστη ex Aug. secundo praetuli vulgari πάρεστι. cum ad locum devenerunt res Philippi. REISK. Idem in Ind. Graec. p. 388.: „nisi potius περιέστη." Elegans coniectura dignaque librorum auctoritate, siquidem περιστῆναι proprie dicitur de rerum conversione, sed non necessaria. πάρεστι revocarunt Auger. Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 20. v. 15. ὑμῖν] ἡμῖν P. Manut. REISK.

P. 20. v. 15. ταῦτ' ἐγὼ λέγω] ταῦτα λέγω Aug. secundus sine ἐγώ. REISK.

P. 20. v. 16. ἢ ὡς] Verba ab hoc ἢ ὡς ad alterum, quod est versu 17., absunt per librarii errorem a supplem. Aug. primi. REISK.

P. 20. v. 16. πιστεύσουσιν] Sic Laudianus, Pithoeanus, Augustanus secundus, Bavaricus, Meermann. Felic. Sed appendix Francofurtana vulgatam dat, forsitan ex Aldo, item Harleianus. πιστεύσουσιν in futuro praetuli vulgari πιστεύουσιν. REISK. Futurum placuit etiam Tayloro. V. Reisk. praef. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

P. 20. v. 16. αὐτῷ, ἢ ὡς] αὐτῷ et ὡς absunt a Parisino octavo. αὐτῷ abest a Bavarico, sed in margine annotatum est cum signo γρ. REISK.

P. 20. v. 17. παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν] praeter dignitatem suam, indignis modis, contra quam exspectarant. ἀξίαν, id est, dignitatem, hic tribuit Thessalis, quos priore oratione ut perfidos criminatus est, ut ostendat, Thessalos, quanquam improbos, tamen Philippo esse meliores et digniores, qui eidem imperent, quam serviant. *) Quantae autem opes Thessalorum fuerint, in Oratione de pace exposuit Isocrates: et in Philippica minime cum hoc loco Demosthenis consentit, cum sic scribit: οὐ Θετταλοὺς μὲν τοὺς πρότερον ἐπάρξαντας Μακεδονίας οὕτως οἰκείως πρὸς αὐτὸν διακεῖσθαι πεποίηκεν, ὥσθ' ἑκάστους αὐτῶν μᾶλλον ἐκείνῳ πιστεύειν, ἢ τοῖς συμπολιτευομένοις; et Epistola 2. ἐνθυμοῦ δὲ, ὅτι πολλοῖς καλῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖς, ὅτι δικαίως κέχρησαι Θετταλοῖς καὶ συμφερόντως ἐκείνοις, ἀνδράσιν

*) Neque hoc voluit hic ostendere, neque illic (p. 15, 15.) ut perfidos criminatus est. Utroque enim loco causae suae velificatur, illic docens, Macedonem Thessalis, quippe hominibus fidei sublestioris, non posse confidere, hic arguens, Thessalos iugum inique et perfide (hoc enim est παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν) sibi impositum prima quaque occasione excussuros esse. Iam supra ad p. 16, 1. hunc Wolfii errorem vidimus. SCHAEFER.

P. 24. v. 22. *μή τί γε*] *μή τοί γε* Harl. Locker. Aug. secundus et tertius, sed in hoc e correctione, nam vetustior manus dederat *μή τέ γε*. REISK. Phrasis est proprie elliptica: *μή τί γε δὴ ὑπολάμβανε ἐξεῖναι τοῖς θεοῖς ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὑτοῦ τι ποιεῖν*. „Nequaquam opineris, a diis postulandum esse, ut quidquam pro nobis faciant:" quam sententiam hic et alibi breviter exprimere licet *nedum diis*. Interdum haec locutio apud Demosthenem, ut apud alios, invenitur. Infra p. 96. l. 20. *ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι δώσοντι δίκην, μή τι ποιήσαντί γε. κατὰ Μειδ.* p. 525. l. 25. sqq. *ἀλλ' οὐδὲ καθ' αὑτὸν στρατιώτης οὗτός γε οὐδενός ἐστιν ἄξιος, μή τί γε τῶν ἄλλων ἡγεμών. κατὰ Ἀνδροτ.* p. 607. l. 10. *ἃ οὐδ' ἂν, εἰ παρ' ἑαυτοῦ δοίη τις ὑμῖν, λαβεῖν ἄξιον, μή τί γε ἐφ' ᾧ ἑτέρους εἰσπράττειν.* p. 609. l. 21. s. *ὃν οὐδ' ὑπὲρ ἑαυτοῦ δίκην λαμβάνειν ἐᾷ τὰ πεπραγμένα καὶ βεβιωμένα, μή τί γε ὑπὲρ τῆς πόλεως.* Quod si Hermannus ad Vigerum p. 803. ubique *μή τοί γε* reponere vult, non assentior. Etsi enim nullum poëtae locum in promtu habeam, in quatuor tamen, quos attuli, nulla lectionis varietas notatur, et *οὔ τι* apud poëtas saepe ponitur, ubi exspectaveris *οὔτοι*. Vide Valckenaer. ad Hippol. v. 41. BREMI. Adde quod Hesychius T. II. c. 597. et Photius c. 197. *μή τί γε* interpretantur, de altero tacent: nimirum quod tali significatione solum *μή τί γε* poni crederent. Quae etiam Devarii sententia fuit, quem vide de utraque formula bene disputantem p. 230. sqq. ed. Reusm. In his omnibus rebus veteres Grammaticos tamdiu audio, donec illos errasse non commentis sed certis rationibus demonstretur. Polybius XII. 9. extr. T. III. p. 400. *οὐδ' ἂν — διανοηθῆναι, μή τι δὴ καὶ γράφειν τολμῆσαι τοιοῦτον.* Schweighäuserus: „*μή τι δή*. Sic cod. Peiresc. quod in *μή τοι δὴ* mutavit Valesius. Si quid mutandum, *μή τι δή γε* malim." Recte spernit Valesii *τοι*. Sed scribendum *μή τί γε δὴ*, si *γε* oportet addi: quod mihi quidem nondum liquet. SCHAEFER.

P. 24. v. 22. *δὴ*] *δὲ* Paris. primus et septimus. REISK.

P. 24. v. 22. *τοῖς θεοῖς*] Rursus articulum omittit Dionysius. REISK.

P. 24. v. 23. *οὐ δὴ θαυμαστόν ἐστιν κ. τ. λ.*] Locum hunc Hermogenes Crispini (num in Aldino reperire nequeo) sic exhibet: *οὐ δὴ θαυμαστὸν, εἰ στρατευόμενος ἐκεῖνος καὶ παρὼν ἐφ' ἅπασιν ἡμῶν μελλόντων καὶ ῥαθυμούντων περιγίνεται.* Veruntamen p. 177, 13. Hermog. rursus recitatur hic idem locus vulgatis convenienter. REISK. *μελλόντων καὶ ῥαθυμούντων* memoriae

lapsu Reiskius intulit in Ind. Gr. p. 836. Ceterum de h. l. v. Rauchenstein. Dissertat. p. 29. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 24. v. 23. οὐ δὴ θαυμαστόν] οὐδὲ δὴ θαυμ. Harl. REISK.

P. 24. v. 25. μηδένα] μηδὲ Bavar. Sed margo dat μηδὲ καιρὸν μηδένα μηδ' ὥραν. REISK.

P. 24. v. 26. ἡμῶν] ὑμῶν Paris. quintus, Aldus, Felic. P. Manut. Sed Harlei. et Locker. ἡμῶν. REISK.

P. 24. v. 27. οὐδὲ θαυμάζω — περιῆμεν] Tiberius sic contracta citat p. 37.: οὐ δὴ θαυμάζω τοῦτ' ἐγὼ, εἰ μηδὲν ποιοῦντες ἡμεῖς τοῦ πάντα ποιοῦντος ἃ δεῖ περιῆμεν. SCHAEFER.

P. 24. v. 27. οὐδὲ] Sic Parisinus primus, Aug. secundus. REISK. Auger. et Rüdiger. vulg. οὐ δὴ revocarunt. Perperam. οὐ δὴ recte positum v. 23. SCHAEFER.

P. 24. v. 28. ἂν] Abest ab Augustano primo. Sed addi a Lockerano annotavit Taylor. ad Wolfianam, cui ἂν etiam deest, de Harleiano nil commemorans. Verba ἂν ἦν absunt ab Aug. secundo. θαυμαστὸν δὴ, εἰ μηδὲν Ἀθηναῖοι ποιοῦντες Parisinus quintus. REISK.

P. 24. v. 28. εἰ μηδὲν ποιοῦντες κ. τ. λ.] Citat Hermogenes p. 177, 25. REISK.

P. 25. v. 1. ἀλλ' ἐκεῖνο — ἀντήρατε] Sic citantur a Tiberio p. 37.: ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω, εἰ Λακεδαιμονίοις ποτὲ ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων ἀντήρατε. SCHAEFER.

P. 25. v. 2. ἐκεῖνο] ἐκεῖνα Aug. tertius. REISK.

P. 25. v. 3. ἀντήρατε] Anecd. Bekk. p. 26, 8. Ἀνταίρειν: ἀντανίστασθαι. Δημοσθένης. SCHAEFER.

P. 25. v. 3. ἰδίᾳ] ἴδια Ald. Felic. unde nata est Wolfii ad h. l. annotatio haec: „Lego ἰδίᾳ." REISK. Auger. ἴδια. Male. SCHAEFER.

P. 25. v. 4. πολλάκις] Abest ab Aldina Taylori. REISK.

P. 24. v. 4. ὑμῖν] ἡμῖν Parisinus septimus. REISK.

P. 25. v. 4. ἐξὸν] ἐξῆν Aldina Tayl. REISK.

P. 25. v. 4. ἀλλ', ἵν' οἱ ἄλλοι κ. τ. λ.] Citat h. l. Schol. Hermog. p. 315. ubi pro ἐν Ὀλυνθιακῶν οὖν ταῦτά φησι legest ἐν Ὀλ. δευτέρῳ ταῦτά φ. REISK.

P. 25. v. 4. οἱ] Abest a Parisinis primo et septimo, item ab Augustano tertio. REISK. Recte οἱ ἄλλοι. Mox τοὺς ἄλλους. SCHAEFER.

P. 25. v. 8. πάντας] Malim καὶ πάντας. REISK. Velim cum Reiskio addi καὶ ante πάντας. AUGER. Non opus addi. SCHAEFER.

P. 25. v. 8. καθ' ἕνα αὐτῶν ἕκαστον] Sic praeter alios etiam Lock. et Harl. Horum vocabulorum secundum cum tertio abest Felic. et Paul. tertium autem cum quarto abest a Parisino quinto. REISK.

P. 25. v. 11. εἰ μηδὲ εἷς ὑμῶν κ. τ. λ.] V. Rauchenstein. Dissertat. p. 29. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 25. v. 11. μηδὲ εἷς] μηδεὶς Bavar. Aug. secundus, Harl. Lock. Ald. Tayl. REISK. Voluerunt μηδ' εἷς. Utrum Demosthenes scripserit, non dicam: nam in μηδὲ εἷς et οὐδὲ εἷς Attici hiatum non fugerunt. Qui vero ignorat, quantum inter se differant μηδεὶς et μηδ' εἷς, consulat quae Indici Graeco ad Porsoni Hecubam s. v. Οὐδ' εἷς in edit. tert. inserui. SCHAEFER.

P. 25. v. 13. Φιλίππῳ] τῷ Φιλίππῳ Meermann. REISK.

P. 25. v. 13. ἅπας ὁ χρόνος] Vulg. ὁ χρόνος ἅπας. Sic etiam Harl. Lock. ἅπας ὁ χθόνος Ald. posterior, quod correctum est in Weimarano et Lipsiensi Aldino ἅπας ὁ χρόνος, quomodo ipse Aldus in editione prima dederat. REISK.

P. 25. v. 13. διελήλυθεν] ἐλήλυθεν Parisinus septimus. REISK.

P. 25. v. 15. ὑμῶν] Bekker. αὐτῶν. Bene. Sic enim oratio fit gravior: ὑμῶν autem nemo desideret, cum idem modo praecesserit. SCHAEFER.

P. 25. v. 17. σχεδὸν ταὐτά, ἅπερ κ. τ. λ.] V. Rauchenstein. Dissertat. p. 29. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 25. v. 17. ταὐτά] Sic correxi pro vulgari ταῦτα. REISK. Idem voluit Taylorus. V. Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. Auger. servavit ταῦτα, sic tamen, ut cum Reiskio mallet ταὐτά. SCHAEFER.

P. 25. v. 17. ἅπερ καὶ νυνὶ] ἅπερ καὶ νῦν Parisinus octavus. Ad ἅπερ νυνὶ addidi particulam copulantem. REISK. Vulg. ἅπερ νυνὶ Auger. revocavit. Sic etiam Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 25. v. 17. ποιούντων] ποθούντων dat textum Bavarici. Sed margo dat vulgatam cum γρ. REISK.

P. 25. v. 17. ὁ χρόνος ἅπας] ἅπας ὁ χρόνος Aug. sec. Bavar. Harl. REISK.

P. 25. v. 18. ἀγνωμόνως] Anecd. Bekk. p. 329, 30. Ἀγνωμόνως: ἀνοήτως. SCHAEFER.

P. 25. v. 20. ἐκ χρηστῶν] ἐκ τῶν χρηστῶν Parisini primus, quintus et septimus, Ald. Tayl. REISK.

P. 25. v. 20. γέγονε τῆς πόλεως] Sic Ald. Felic. P. Man. τῆς πόλεως γέγονε etiam Harlei. REISK. τῆς πόλεως γέγονε Bekker. SCHAEFER.

P. 25. v. 21. διὰ τῶν αὐτῶν τούτων ἐλπίζετε πράξεων] διὰ τούτων ἐλπίζετε τῶν αὐτῶν πράξεων Aug. secundus et Bavar. Sed in huius margine vulgata est adscripta. Pro extremo vocabulo dat Parisinus septimus τάξεων. REISK. διὰ τούτων ἐλπίζετε τῶν αὐτῶν πράξεων Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 25. v. 22. αὐτὰ] αὖ τὰ ad h. l. Taylorus adscripsit. V. Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. Si ita coniecit, erravit. SCHAEFER.

P. 25. v. 22. ἐστὶ] Abest ab Harl. REISK.

P. 25. v. 23. ῥᾶον] Malim ῥᾴω in plurali. πάντα πέφυκε ῥᾴω φυλάττειν τοὺς ἔχοντας idem est ac si dixisset πέφυκεν οὕτω φύσει τοὺς ἔχοντας δύνασθαι πολὺ ῥᾶον φυλάττειν. — Citat h. l. Stobaeus p. 328, 36. REISK. ῥᾶον cur Reiskio displicuerit, non intelligo. SCHAEFER.

P. 25. v. 25. νυνὶ] νῦν Paris. primus, quintus, septimus et octavus, Bavar. Aug. secundus. REISK.

P. 25. v. 25. φυλάξομεν] Sic (in indicat.) in Harlei. et Lockerano a manu prima esse, annotavit Taylor., quia Wolfiana in coniunct. dat φυλάξωμεν. REISK. Coniunctivum male revocavit Auger. SCHAEFER.

P. 25. v. 26. τῶν πρότερον] Post haec videtur ὑπαρξάντων deesse. REISK. Nihil deest. SCHAEFER.

P. 25. v. 26. αὐτῶν οὖν ὑμῶν] αὐτῶν μὲν οὖν ἡμῶν Paris. secundus, tertius, octavus. Etiam in Bavarico, Aug. tertio et Meerm. est ἡμῶν. REISK. ἡμῶν Bekker. SCHAEFER.

P. 25. v. 27. ἔργον τοῦτο ἤδη] Sic et Harl. Locker. τοῦτο ἔργον ἤδη Ald. Felic. P. Manut. REISK. τοῦτ' ἔργον ἤδη Auger. SCHAEFER.

P. 26. v. 1. ἀπ' αὐτῶν] ἐπ' αὐτῶν Aug. secundus, Laud. REISK.

P. 26. v. 1. κρίναντας] κρίνοντας Parisinus quintus. REISK.

P. 26. v. 2. ἐπαίνου] ἐπαίνων Parisinus quintus et septimus. REISK.

P. 26. v. 3. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. quintus et septimus. REISK.

P. 26. v. 4. πικρῶς — πέπρακται — ὑπάρξῃ] In vocabb. πικρῶς, πέπρακται, ὑπάρξῃ aliquid momenti inesse existimo. RUEDIGER. Quid momenti insit, vellem nos docuisset. SCHAEFER.

P. 26. v. 5. ἡμῶν] Sic Paris. septimus, Lock. REISK. ὑμῶν Auger. Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 26. v. 5. πρώτων] Sic de meo dedi pro vulg. πρῶτον, et nunc ab Harleiano confirmatum reperio. REISK. Recepit etiam Auger. πρῶτον bene revocarunt Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 26. v. 6. φεύγειν] ἐκφεύγειν Ald. Tayl. REISK.

P. 26. v. 7. ἰδίους] ἰδίᾳ Paris. tertius et octavus, Meermann. Barocc. Aldus, cuius index tamen videtur vulgatam repraesentare voluisse, Felic. P. Manutius, cuius index vulgatam exhibet, ed. Wolfii, sed appendix Francofurt. vulgatam dat, item Lock. REISK. ἰδίᾳ Auger. restituit. Conf. Porson. ad Eurip. Hec. 1002. SCHAEFER.

P. 26. v. 7. εὑρίσκειν] non forte oblata, sed studio quaesita: i. q. ἐξευρίσκειν. Xenophon Cyrop. IV. 5. 25. σὺ μὲν οὖν εὑρὼν σκηνὴν δὸς αὐτῷ. SCHAEFER.

P. 26. v. 11. κἂν] Hoc etiam in Locker. et Harlei. esse annotavit Taylor., quia Wolfiana merum ἂν exhibet. Aut κἂν cum ἂν est mutandum, aut sic leg. ὑμέτερα. *praemia belli vestra sunt.* Hic desinit sententia. Tum incipit nova: οἷον ὑμετέρα Ἀμφίπολις. *E. c. vestra est Amphipolis*, h. e. vos eam iure ut vestrae civitatem ditionis reposcitis. κἂν ληφθῇ —. *atque si recuperetur, statim vos eam auferetis.* REISK. Reiskiana, ut vulgo, post ὑμέτερα habet signum coli, quod ego sic, ut vides, mutavi. Sed etiam post Ἀμφίπολις debebam eodem modo interpungere: nam Ἀμφίπολις refertur ad τὰ ἆθλα, ut v. 15. Λάμψακος, Σίγειον, τὰ πλοῖα ad τὰ λήμματα. Sic nihil hic intricati est, simulque apparet, unice probandum esse κἂν, pro quo Auger. ineptum ἂν revocavit. „Libri universi" inquit „legunt κἂν. Wolfius emendavit tacitus ἂν, quod retinui." SCHAEFER.

P. 26. v. 11. αὐτὴν] Abest a Parisino octavo, Harlei. et a texto Bavarici, sed eius margo dat γρ. καὶ αὐτὴν ὑμεῖς: ubi copula non est oratori obtrudenda, sed annotatori imputanda. REISK. Sic enim solet ille annotator. V. not. ad p. 21. v. 15. SCHAEFER.

P. 26. v. 12. ἐφεστηκότων] ἀφεστηκότων Aug. tertius: sed paulo post facit cum vulgata. REISK.

P. 26. v. 13. λήμματα] Opponitur τοῖς ἄθλοις, quae ut quis accipiat, summa opus est contentione. RUEDIGER. Parum intellexit vim oppositionis. ἆθλα (*Kampfpreis*) sunt praemia belli honesti, λήμματα (*Profit*) quaestus belli inhonesti, τῆς λῃστείας. λῆμμα enim fere dicitur sensu deteriori. SCHAEFER.

P. 26. v. 15. στρατιωτῶν] στρατιωτικῶν Ald. Tayl. REISK.

P. 26. v. 15. Σίγειον] Citat h. l. Harpocr. hac in voce. REISK.

P. 26. v. 16. τὸ λυσιτελοῦν αὐτοῖς ἕκαστοι χωροῦσιν] τὸ λυσιτελοῦν ἕκαστος αὐτῶν χωροῦσι Aldina Taylori. REISK.

P. 26. v. 16. αὑτοῖς] Reiskiana, ut ante editum erat, αὐτοῖς, quomodo etiam Bekker. et Rüdiger. Augerus mecum αὑτοῖς. SCHAEFER.

P. 26. v. 18. δόντες] δόντος Aug. tertius ab antiqua manu, sed iunior vulgatam superscripsit; quae utique praeferenda est, tametsi etiam δόντος ferri et exponi possit subaudiendo τινός. *cum imperatorum vestrorum aliquis rationem rerum a se gestarum vobis reddiderit.* Nam διδόναι λόγον potest tam ille dici, qui repetit rationem, eiusque reddendae facit copiam, quam qui reddit postulatam. REISK.

P. 26. v. 18. τὰς] Abest a Parisino quinto. REISK.

P. 26. v. 20. ταύτας, ἀφίετε] Malo τούτους, τοὺς στρατηγοὺς, ἀφίετε. WOLF. ταύτας dant Parisini primus, tertius, quintus, septimus, octavus, item Vossianus, Augustanus secundus et tertius, Bavaricus, Meermann. Aldus, index Felic. et P. Manutii. Sed Lessingianus et Weimaranus τούτους adscriptum habent, quod etiam Wolfio placuit. Aldina prior dat ταῦτα, posterior ταῦτας cum circumflexo. Olim sic erat: τὰς ἀνάγκας ἀκούσητε, τούτους ἀφίετε. Ego cum distinctione lectionem mutavi. *ubi necessitates illas audieritis, dimittitis reos.* REISK. Utraque Ald., qua ego utor, praebet ταύτας, nec, quod Reiskius dicit, prior ταῦτα. RUEDIGER. Quod olim erat, Augerus revocavit. Unice verum ταύτας. Quod autem Rüdigerus dicit, per hoc pronomen contemtum exprimi, multum errat. Non enim sunt leves aut fictae necessitates, sed verae et gravissimae, ortae per culpam ipsorum Atheniensium. SCHAEFER.

P. 26. v. 20. περίεστι] περιέσται Aug. secundus. REISK.

P. 26. v. 20. ἡμῖν] ὑμῖν Harlei. Lock. Parisinus octavus, Aug. secundus, Aldus, index P. Manut. Vulgatam dat index Aldi. Utramque Bavaricus, ὑ super ἡ scripto. REISK. Recte ὑμῖν Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 26. v. 22. ἔχειν] ἔχει Parisini quintus et octavus. REISK.

P. 26. v. 22. πρότερον μὲν γὰρ — πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας] Citat h. l. Thomas M. p. 728. v. πολιτεύομαι. REISK. Conf. p. 172. in. SCHAEFER.

P. 26. v. 23. νυνὶ] νῦν Parisini primus, quintus et octavus. REISK. V. Oudendorp. ad Thom. M. l. c. SCHAEFER.

P. 26. v. 23. πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας] Acerbus sarcasmus. Cum antea κατὰ συμμορίας pecunia vestra civitatem iuveritis, nunc κατὰ συμμορίας res scilicet administratis, h. e. omnia turbatis. SCHAEFER.

P. 26. v. 25. ῥήτωρ] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 26. v. 25. ἡγεμὼν] V. Photius c. 49. et Zonaras c. 973. SCHAEFER.

P. 26. v. 25. ἑκατέρων] ἑκατέρῳ Aug. secundus. REISK.

P. 26. v. 25. τούτῳ] γρ. τούτοις Paris. tertius, item Aug. tertius a vetusta manu, sed nova fini vocis ῳ superscripsit. REISK.

P. 26. v. 25. βοηθησόμενοι] Hervagiana prior editio habet βοηθησόμενοι, *adiuturi*, pro βοηθήσοντες, ut puto: nisi passive accipiatur, *adiuvandi*, qui praesidia oratorum ambiunt, ut, restinctis bellis, conferre tributa et instruere triremes non cogantur. τὸ βοησόμενοι est durum et, ut puto, mendosum. Mallem βοηθοὶ ἐσόμενοι. WOLF. βοησόμενοι Feliciana, Parisini primus, secundus, quintus, septimus, octavus, Harl. Bavaricus, Augustani secundus et tertius, item Aldina posterior et appendix

Francofurtana: nam Aldina prior dat βοηθησόμενοι. REISK. Universi codd. praeter R. dant βοησόμενοι. Cod. R. Wolfius et ed. Par. legunt βοηθησόμενοι, quod idem est hic ac βοηθήσοντες. Retinui βοηθησόμενοι. AUGER. Item Cod. Dorvill. βοησόμενοι. V. Animadvers. in Chariton. p. 624. ed. Lips. βοησόμενοι etiam p. 172, 3. Idem Bekkerus dedit. Utrum praeferendum sit, ipsa docet ratio grammatica. Nam βοῶ habet futurum βοήσομαι, βοηθῶ futurum βοηθήσω. Moeris p. 106. Βοήσεται, Ἀττικῶς. βοήσει, Ἑλληνικῶς. ad q. l. v. Pierson. Xenophon Anab. VII. 4. 19. Σεύθης δὲ ἧκε βοηθήσων. Hellen. III. 5. 14. ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀδικουμένων βοηθήσομεν. et mox §. 17. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ὡς βοηθήσοντες. Aeschines p. 225. R. βοηθήσειν τοῖς ἰδίοις. De clamore autem concionali βοᾷν h. l. intelligendum esse, cum per se patet, tum magis etiam intelligitur ex altero loco, ubi plenius est: οἱ βοησόμενοι μεθ' ἑκατέρων τριακόσιοι. In toto hoc loco Orator indignationis suae habenas effundit. SCHAEFER.

P. 26. v. 26. οἱ τριακόσιοι] Trecenti, qui clamitent scilicet, ὑπὸ τῷ ῥήτορί εἰσι. De locupletissimis civibus hoc docet Ulpianus esse intelligendum, quorum alii aliis factionibus faveant. WOLF. Citat Pollux VIII. 100. οἱ abest a Parisino secundo, tertio, quinto et octavo, item ab Augustanis secundo et tertio, a Bavarico et Meermann. item Vossiano et Harl. Aldina prior caret articulo, quem posterior dat. REISK. Delendum esse non dubito, mirorque tamdiu, etiam a Bekkero, toleratum. Conf. p. 172, 3. s. SCHAEFER.

P. 26. v. 26. τριακόσιοι] γρ. τετρακόσιοι Paris. tertius. REISK.

P. 26. v. 26. οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε] οἱ λοιποὶ πολῖται ἐν προσθήκης μέρει ἐστὲ, οὐ ψηφίσοντες καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ τὰς τῶν ῥητόρων καὶ στρατηγῶν καὶ τριακοσίων ἐπιψηφίζοντες γνώμας. WOLF.

P. 26. v. 26. προσνενέμησθε] προσενενέμησθε (in plusquamperf.), quod Wolfiana dat, in nullo reperi. Est ergo inventum ipsius Wolfii. REISK.

P. 26. v. 27. δὴ] δὲ Parisinus septimus. REISK.

P. 26. v. 27. ὑμῶν] ἡμῶν Parisinus quintus. REISK.

P. 26. v. 28. βουλεύεσθαι] βούλεσθαι Parisini primus et tertius, item Meermann. Lock. et Barocc. συμβουλεύεσθαι Pithoeanus, Aldina Taylori. REISK.

P. 26. v. 29. τοῖς μὲν — ἀποδώσετε] Verborum nonnihil insolentius traiectorum haec est sententia, ac si dixisset: τοῖς μὲν ὑμῶν ἀποδώσετε μόνον τὸ ἐπιτάττειν, ὥσπερ ἔχουσιν ἐξουσίαν τυραννικήν. REISK. Add. Ind. Gr. s. v. τυραννίς. SCHAEFER.

P. 26. v. 29. ἐκ τυραννίδος ὑμῶν ἐπιτάττειν] Suspecta lectio est. Quid si ἡμῖν ἐπιτάττειν? Sin τυραννίδος ὑμῶν recte scribitur, sensus est: quasi vos tyrannidem illis decrevissetis. For-

tassis τὸ ὑμῶν redundat. WOLF. Lambinus vult ὑμῖν. REISK. ὑμῶν cohaeret cum τοῖς, *aliis vestrum*. AUGER. Idem ante ὥσπερ et post τυραννίδος commate interpunxit. Ego Lambinum sequar. SCHAEFER.

P. 27. v. 1. ἀποδώσετε] Lambinus vult simplex δώσετε. V. Wolf. et Mounteneium p. 320. REISK. Lambinum ne audias. V. Reiskii Ind. Graec. s. v. ἀποδιδόναι b. SCHAEFER.

P. 27. v. 3. μηδοτιοῦν] Melius Bekker. μηδ' ὁτιοῦν. Sic dare h. l. oblitus sum: alibi dedi. SCHAEFER.

P. 27. v. 5. ὑμῖν] Hoc ex Harlei. annotavit Taylor., quia in Wolfiana est ἡμῖν. REISK. ἡμῖν Auger. SCHAEFER.

P. 27. v. 5. αἰεὶ] Sic pro vulg. ἀεὶ Paris. secundus et tertius, Bavar. P. Manut. REISK. ἀεὶ Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 27. v. 6. εἶθ'] Est in εἶτα notio indignationis. RUEDIGER. Non puto. SCHAEFER.

P. 27. v. 6. περιέσται] ἐξέσται Parisini secundus et tertius, Bavar. (sed ei superscripta est vulgata), August. tertius, Meerm. Aldina Taylori, index Aldi. REISK. Multum praestat περιέσται. V. p. 26. v. 20. SCHAEFER.

P. 27. v. 7. λέγω δὴ κεφάλαιον] ὃ δὲ τούτων κεφ. Paris. octavus, Harl. REISK.

P. 27. v. 7. λέγω — εἰσφέρειν] φημὶ δεῖν εἰσφέρειν. κεφάλαιον, κεφαλαιωδῶς, ὡς ἐν κεφαλαίῳ. WOLF. Recte Wolfius interpretatur φημὶ δεῖν εἰσφέρειν, modo ne δεῖν putes subaudiendum esse: ipsum enim per se λέγω est i. q. κελεύω, quo sensu etiam Latini *dico* pro *iubeo* usurpant. SCHAEFER.

P. 27. v. 7. δὴ] Pro δὴ in nostro δὲ erat. Caetera cum Aldino concordarunt. OBSOP. δὲ margo Lutetianae ex Obsopoeo et Lock. REISK.

P. 27. v. 7. ὧν] ὅσων Parisinus octavus, Augustani primi supplem. Harlei. In Bavarico idem est superscriptum. REISK. ὅσων Bekker. et Rüdiger. Hic: „[ὅσων] convenit sequenti τὸ ἴσον." Cur magis conveniat, quam ὧν, non intelligo. SCHAEFER.

P. 27. v. 7. τὸ ἴσον] ὁ μὲν πένης ἀπ' ὀλίγων ὀλίγα, ὁ δὲ πλούσιος ἀπὸ τῶν πολλῶν πολλά· οὕτω γὰρ ἂν ἴσα γίγνοιτο τὰ τῆς εἰσφορᾶς. WOLF. *aequum*, *iustum*, quod quemque par est pendere pro modo facultatum. Sic etiam Boeckhius in Oecon. polit. Athen. T. II. p. 73. SCHAEFER.

P. 27. v. 8. στρατεύσησθε] στρατεύησθε Bavar. sed cum vulgata superscripta, item Harl. REISK.

P. 27. v. 10. παριοῦσι] παροῦσι Paris. septimus. REISK.

P. 27. v. 11. αἱρεῖσθαι] αἱρεῖσθε supplem. Aug. primi et Bavar.: sed ei vulgata est superscripta. REISK.

P. 27. v. 11. ἃ] Abest a Paris. primo et octavo et Barocc. REISK.

P. 27. v. 11. ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα] De homine certo, sed quem nominare aut non possumus aut nolumus. Compares cum τὸν καὶ τὸν, τὸ καὶ τὸ et similibus. In Midiana p. 560, 18. τὰ καὶ τὰ πεπονθὼς ὁ δεῖνα. Nihil in talibus incerti: quod ipse articulus indicat. Erraret si quis ὁ δεῖνα cum τὶς compararet. SCHAEFER.

P. 27. v. 11. εἴπῃ] εἴποι suppl. Aug. primi. REISK.

P. 27. v. 11. ποιῆτε] ποιήσητε Aug. primi supplem. Aldina Taylori, appendix Francof. REISK.

P. 27. v. 12. ἐπαινέσεσθε] ἐπαινέσεσθε in medio pro ἐπαινέσετε in activo. AUGER. ἐπαινέσω ut futurum in classicis scriptoribus aliquanto rarius quam ἐπαινέσομαι legere memini. V. Plato de Republ. L. II. p. 379. extr. 383. in. L. IV. p. 426. med. HSt. SCHAEFER.

P. 27. v. 13. ὑμῖν] Sic pro vulg. ἡμῖν Paris. primus, tertius, quintus, septimus, octavus, Aug. primi suppl. Aug. secundus, Bavaricus, qui clausulam dat hanc: Ὀλυνθιακὸς β. ΗΗΔΔΔΔ. Videntur itaque veteres huic orationi στίχους 240 tribuisse. In August. tertio reperi has notas ηνΔΔΔΔ, id est 190. REISK.

ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM OLYNTHIACAE TERTIAE.

P. 27. v. 1. ΤΡΙΤΟΥ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ] Reiskiana ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ ΤΡΙΤΟΥ, ut supra p. 17. ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ. Soloecismum correxi. V. Ind. ad Gregor. Cor. p. 1048. SCHAEFER.

P. 27. v. 2. Ἔπεμψαν βοήθειαν κ. τ. λ.] V. Rauchenstein. Dissertat. p. 20. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 27. v. 2. καί τι] Pro καί τι nostrum habebat καί τοι modico sane discrimine. OBSOP. καί τι καὶ Ald. Tayl. καίτοι καὶ Gonvill. REISK. Verum puto καί τι καὶ. SCHAEFER.

P. 27. v. 3. ὁ δὲ δῆμος] Nostrum ὅ τε δῆμος habebat. OBSOP. Etiam Aldina Taylori. REISK. Recepit Augerus e codd. L. M. Dd. et Ee. me non improbante. SCHAEFER.

P. 27. v. 4. οἵ τε ῥήτορες] καὶ οἱ ῥήτορες appendix Francofurtana et Aldina Taylori. REISK.

P. 27. v. 4. παρακαλοῦντες] παρακαλοῦσιν Parisinus quintus et Aug. primi supplem. appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK. Recepit Augerus e codd. L. M. Dd. et Ee. SCHAEFER.

P. 27. v. 4. τιμωρίαν] Nostrum τιμωρίαν legit. OBSOP. τιμωρίᾳ Bavar. Aldus. Sed codex Obsopoei, item Aldina Taylori consentit cum vulgata. REISK. τιμωρίᾳ non magis probandum, quam in simili locutione ξενίᾳ pro ξενίαν s. ξένια. SCHAEFER.

P. 27. v. 4. Φιλίππου] τοῦ Φιλίππου Paris. quintus. REISK.

P. 27. v. 5. ὁ δὲ Δημοσθένης δεδοικὼς] Pro hoc in nostro legebatur δέδοικε τοίνυν ὁ Δημοσθένης, haud dubie melius et rectius. OBSOP. δέδοικε τοίνυν ὁ Δημοσθένης appendix Francofurtana, Aldina Taylori, Paris. quintus et supplem. Aug. primi. REISK. Idem dedit Auger. e codd. L. M. Dd. et Ee. Item Bekker. Recte, ut puto. Nostrum si Rhetor scripsisset, διὰ τοῦτο ante παρελθὼν omisisset. SCHAEFER.

P. 27. v. 7. ὀλιγωρήσωσι] Pro ὀλιγωρήσωσι in nostro legebatur ὀλιγωρήσουσι. OBSOP. ὀλιγωρήσουσι Bavar. Aldina Taylori. REISK. Codd. L. M. Dd. et Ee. dant ὀλιγωρήσουσι. AUGER.

P. 27. v. 7. διὰ] καὶ διὰ Paris. septimus. REISK.

P. 27. v. 7. ἐπικόπτει] Pro ἐπισκώπτει in nostro erat ἐπικόπτει, *praecidit*, quod profecto magis quadrare videtur sententiae. Nusquam enim deridet Athenienses Demosthenes, sed quum nihil actum sit, indicat, ne in utramvis aurem, quasi superato Philippo, dormiant, etsi nonnihil misso Olynthiis auxilio expedierint. OBSOP. ἐπικόπτει Bavar. Augustani primi supplem. et Feliciani editio, unde Wolfius in farragine repetiit, hanc lectionem probans. REISK. Retinui ἐπικόπτει, quamvis multi libri, et quidem optimi, habeant ἐπισκώπτει. AUGER. Rüdigerum miror revocasse ἐπισκώπτει. Unice verum ἐπικόπτει, *retundit.* Haec verba passim confunduntur. SCHAEFER.

P. 27. v. 8. σώφρονα] σωφρονεῖν Aug. secundus. F. voluit καὶ τὸ σωφρονεῖν. REISK.

P. 27. v. 8. τὴν γνώμην μεθίστησι, λέγων] Haec quatuor verba absunt a Bavarico. Verba duo priora etiam a Parisino quinto absunt. REISK. τὴν γνώμην abest a cod. Ee. et potest abesse salvo sensu. AUGER.

P. 27. v. 10. νῦν] Abest ab Aug. 1. suppl. REISK.

P. 28. v. 13. περὶ δὲ τὸ] περὶ δὲ τοῦ Aldina Taylori, supplem. Aug. primi, app. Francof. REISK. Codd. D. M. V. et Rr. περὶ δὲ τοῦ. AUGER.

P. 28. v. 15. σπουδάζουσιν] φροντίζουσιν Ald. Tayl. Gonvill. REISK.

P. 28. v. 15. δὲ] Habet et Gonvill. Omisit Wolf. secundum Felicianeam. REISK. Revocavi δὲ, quod in libris fere omnibus comparet. AUGER.

P. 28. v. 15. ἐν δὲ — θεωρικῶν] Pro ἐν δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τῆς περὶ τῶν θεωρικῶν sic in nostro scriptum reperi: ἐν δὲ τοῦτο τῷ λόγῳ καὶ τῆς περὶ θεωρικῶν. OBSOP.

P. 28. v. 15. *καὶ τῆς περὶ τῶν*] *καὶ περὶ τῆς τῶν* Aug. 1. suppl. codex Obsopoei. REISK. Codd. M. U. et X. *καὶ περὶ τῆς τῶν*. Cod. B. omittit *τῶν*. AUGER. Quod Reiskius de codice Obsopoei scripsit, repugnat notae ipsius Obsopoei. SCHAEFER.

P. 28. v. 17. *ἐπιτιθέντας*] *ἐπιθέντας* Aug. secundus. REISK.

P. 28. v. 18. *γράψασιν*] *γράψουσιν* Aug. primi supplem. Ald. Taylori. REISK. Dedi cum codd. M. et U. *γράψουσιν* pro *γράψασιν* in vulg. AUGER. Male dedit. Puniebatur, non qui scripturus esset, sed qui scripsisset. SCHAEFER.

P. 28. v. 18. *ἄδεια ᾖ*] *δεήσῃ* Bavar. Dedi de meo *ἄδεια ᾖ*. REISK. Vulg. *δειχθῇ*. Emendavi cum Reiskio *ἄδεια ᾖ*. Cod. Bav. habet *δεήσῃ*, quod propius accedit ad emendationem Reiskianam. AUGER. Multum praestat, quod Bekker. et Rüdiger. dederunt, *ἵν' ἀδεὲς ᾖ*. SCHAEFER.

P. 28. v. 18. *τοῦ*] Vulg. *τὸ* cur Reiskius in *τοῦ* mutarit, satis apparet. Hunc sequi debebat Augerus, cum Reiskianum *ἄδεια ᾖ* adscivisset: sed servavit *τὸ*. Restituerunt Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 28. v. 19. *καὶ*] Abest ab Aug. secundo, Aldina utraque. REISK. Omisit Augerus, uncis inclusit Rüdigerus. SCHAEFER.

P. 28. v. 19. *ὅλως*] Sic Aug. secundus et Bavaricus. REISK. Codd. U. V. X. et ed. Par. *ὅλους* pro *ὅλως*, male. AUGER.

P. 28. v. 20. *ἀναστῆναι*] *διαναστῆναι* appendix Francofurt. Aldina Taylori. REISK. Vulg. *ἀναστῆσαι*. Correxi *ἀναστῆναι*, in quod libri universi consentiunt. AUGER.

P. 28. v. 21. *πολλῇ*] Abest a Bavarico et Aldina Taylori. REISK.

P. 28. v. 21. *τέως*] Vere Bekker. et Rüdiger. *τε ὡς*. SCHAEFER.

ANNOTATIONES AD ORATIONEM OLYNTHIACAM III.

P. 28. v. 1. *Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι κ. τ. λ.*] *ἕτερα ὑπολαμβάνω καὶ φρονῶ, ὅταν τὰ πράγματα σκοπῶ, ἢ ὅταν ἀκούω τῶν λόγων*. Oratorum verba cum rebus consentire mihi non videntur. Sic M. Cato in Catilinario, verba Demosthenis Sallustio pene interpretato, Longe, inquit, mihi alia mens est, P. C., quum res atque pericula nostra considero, et quum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. Exordium reprehensione aliorum attentionem captat, et a periculo. WOLF. Locum hunc reci-

tat Scholiastes Hermogenis in prolegom. ad libr. περὶ εὑρέσεως p. 352. ἔν τισι λόγοις καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ προοιμίοις χρησόμεθα. δυσὶ μὲν Δημοσθένης ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν, ὧν πρότερον μέν· Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι —. δεύτερον δέ [p. 29, 6.]· ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς —. REISK.

P. 28. v. 2. εἰς] πρὸς Harlei. Aldina Taylori, Aug. primi supplem. et Bavaricus in texto, sed vulgata superscripta. πρὸς etiam appendix Francofurtana dat. REISK.

P. 28. v. 2. τὰ] Abest ab Aug. tertio. REISK.

P. 28. v. 2. ἀποβλέψω] Taylorus videtur ἀποβλέπω maluisse. V. Reiskii praef. ad Annotatt. p. 117. Frustra. Conf. p. 26, 17. SCHAEFER.

P. 28. v. 2. πρὸς] εἰς Paris. primus, quintus, septimus, Aldus, P. Manut. REISK. Sic etiam Augerus. Recte, opinor. Conf. p. 26, 17. Certe alterutrum probandum, ut bis ponatur aut πρὸς aut εἰς: nam mihi Rüdigerus non persuasit, Demosthenem consulto variasse praepositionem, ut „per εἰς accuratior rei consideratio, sed per πρὸς levior intuitus denotaretur." Imo et τὰ πράγματα et τοὺς λόγους Orator accurata consideratione digna habuit: qui si vel leviter indicasset, τοὺς λόγους negligentius se considerasse, nimirum τοῖς ἀντιπολιτευομένοις cavillandi sui occasionem daturus erat. SCHAEFER.

P. 28. v. 3. τοὺς μὲν γὰρ λόγους κ. τ. λ.] Sopater ad Hermogenem p. 313, 6. δεῖ τὸν ἔμφρονα ῥήτορα θαῤῥοῦντάς τε παρὰ τὸ δέον τοὺς συμβουλευομένους καταπλῆξαι, φυλαττόμενον ἐν τούτῳ τὸ εἰς ἀθυμίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν, ὅπερ καὶ ὁ ῥήτωρ ἐν τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν ἐκ προοιμίων ποιεῖ, [designat h. l. p. 28, 3.] καὶ πάλιν ἀθύμως διακειμένους ἐγεῖραι καὶ φρονήματος ἐμπλῆσαι, φυλάττοντα [sic] κἀνταῦθα, ὅπως μὴ παραχθῶσιν εἰς καταφρόνησιν καὶ ῥαθυμότεροι γένωνται. τοῦτο δὲ πρῶτος μὲν Ὅμηρος ἐποίησε —. Δημοσθένης δὲ καλῶς ἐζήλωσεν ἔν τε τῷ προειρημένῳ τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν καὶ ἐναργέστερον ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης ἐκ προοιμίων [p. 57, 1.]· Ὁρῶ μὲν — τὰ παρόντα πράγματα πολλὴν δ. ἔ. etc. REISK.

P. 28. v. 5. γινομένους] γιγνομένους Bav. Ald. P. Manut. Sed haec neque supra annotavi, neque postmodum annotabo. REISK. γιγνομένους Auger. Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 28. v. 5. δὲ] Abest ab ed. P. Manut. REISK.

P. 28. v. 5. προήκοντα] Scholium in Anecd. Bekk. p. 1095. recte interpretatur προεληλυθότα. *) SCHAEFER.

---

*) Ἥκω illud, formâ praesens, significatione perfectum, si quis cum perfecto ἧκα componat, de quo Lobeckius in Parergis ad Phrynich. p. 744., facile in suspicionem adducatur, non ἧκα ab ἥκω, quod viro doctissimo placuit, sed contra ἥκω ab ἧκα derivari

P. 28. v. 6. πεισώμεθα] πεισόμεθα Paris. octavus, August. secundus. REISK. Lectio vulgata erat πεισώμεθα, quam Bekkerus recte mutavit [in πεισόμεθα], perperam Rüdigerus revocavit. Uterque tamen in sua ratione ultra modum excedit. Dawesius scilicet canonem edixit, ὅπως μὴ cum coniunctivo nonnisi aoristi primi passivi et aoristi secundi omnium formarum, non autem cum aoristi primi coniunctivo formae activae et mediae coniungi: quem canonem recentiores etiam ad ὅπως extenderunt, eosque secutus est Bekkerus; Rüdigerus autem hunc canonem reiicit; merito. Nam quod de simili professus est Hermannus ad Soph. Ai. 557., idem me de hoc profiteri oportet: „Mihi canon iste, ut idonea ratione carens, numquam visus est verus esse." Quamquam enim librariorum vel incuriae vel perversitati multa tribuimus, caussam tamen non videmus, cur in aliis locis iisque vicinis futurum indicativi toleraverint, in aliis temere mutaverint. Quid? quod aoristus primus formae passivae veniam impetraverit, ceterarum non item? Nimirum quia ille correctioni non improbabili prorsus resistebat. Rem vero perversitatis convincit id, quod soloecismi adeo oriantur et metrum obstet praecepto, quod recentiores secuti sunt. Cf. Heindorf. ad Platonis Protag. 12. Accedit, quod, si subtilius attendamus, non eadem vis est aoristi et futuri. Aoristus enim rem iamiam instantem et praesentem, futurum rem futuram indicat. — Quae quamquam ita sint, tamen non temere ubivis aoristus coniunctivi tolerandus est, sed tum demum, quum eum constet in usu fuisse. Sic v. c. aoristus ἐπεισάμην a πάσχω non fuit in usu, sed ἔπαθον. *) Necessario igitur πεισόμεθα erat scribendum, etiam si falsissimus sit canon Dawesii; idque etiam ipsa sententia confirmatur. Iam loca indicabimus, in quibus Bekkeri mutationem reiicimus. p. 45. l. 21. sine dubio proba est lectio vulgata: καὶ ὅπως μὴ ποιήσητε, ne faciatis. p. 18. l. 11. s. ὅπως μὴ — δόξωμεν, ne videamur. p. 29. l. 1. s. προλαβεῖν ἡμῖν εἶναι τὴν πρώτην, ὅπως τοὺς συμμάχους σώσωμεν. p. 9. l. 17. παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, ὅπως ἐνθένδε βοηθήσητε. p. 99. l. 14. s. καὶ ὅπως, ὥσπερ ἐρωτῶσι προθύμως, οὕτω καὶ ποιεῖν ἐθελήσωσι. p. 99. l. 26. s. καὶ

---

debere, qua ratione Dorica dialectus plura praesentia a perfectis derivavit. Quod si verum est, (neque enim rem praestare ausim,) ἧκα videtur vetustissimae linguae proprium fuisse, cumque post obsolevisset, per labentis Graecitatis scriptores revixisse. Infinitivum ἡκέναι reperi in Galeno T. V. p. 93. ed. Lips. SCHAEFER.

*) Plato Alcibiad. II. in. ὅπως μὴ λήσῃ τις —. Vere Buttmann. λήσει. „λήσῃ" inquit „coniunctivus esset aoristi primi, qualem de hoc verbo non formarunt antiqui." Barbarum λήσαντα nuper demum Poppo expulit e Xenophontis Cyrop. I. 6. 1. qui vellem simul delevisset ἂν manifesto natum e litteris proximis. Xenophon enim nec dubitanter neque hypothetice, sed ut de re certa loquitur. SCHAEFER.

σκοπεῖ μᾶλλον οὐδὲ ἓν τῶν πάντων ἢ ὅπως ταύτην καταλύσῃ (τὴν πολιτείαν). p. 125. l. 9. s. ὅπως μὴ δουλεύσωσιν οἱ πολῖται, πράττοντες. p. 130. l. 10. s. καὶ ὅπως μηδὲν αὐτὸς ποιήσῃ, σκοπῶν. — Recte mutavit p. 60. l. 20. ὁρᾶν, ὅπως μὴ προαξόμεθα. Nam aoristus προαξώμεθα non est in usu, sed προαγάγωμεν. Recte videtur mutasse p. 103. l. 2. s. ἃ δέδοιχ' ὅπως μή ποθ' ἡγήσεσθε ἐπὶ πολλῷ γεγενῆσθαι: haec enim res per longum tempus futurum manebit. Nolo longior esse. Sed haec fundamenta videntur lectionis constituendae; nec ulla editio hac una in re perfecta est. BREMI. Conf. not. ad p. 18, 12. 21, 17. De nostro loco v. etiam Lobeck. ad Phrynich. p. 720. SCHAEFER.

P. 28. v. 7. δέον] Melius mihi videtur legere δεῖν quam subaudire εἶναι. SEAGER. *Diar. Classic.* LII. p. 235. Vulgata si recte habet, notanda est constructio, cuius alia exempla legere non memini. Sed conf. Dorvill. ad Charit. p. 610. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 28. v. 7. οὐδὲν οὖν ἄλλο κ. τ. λ.] Sic ordinanda sunt verba: οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες δοκοῦσί μοι οὐδὲν ἄλλο ἁμαρτάνειν, ἢ τὴν ὑπόθεσιν οὐχὶ τὴν οὖσαν, περὶ ἧς βουλεύεσθε, παριστάντες ὑμῖν, pro, ἢ ὅτι οὐ παριστᾶσι. Qui igitur talia dictitant, non in alio delinquere mihi videntur, nisi quod a scopo totius vestrae deliberationis aberrant. vel: nihil aliud facere, quam errare mihi videntur, cum a totius vestrae deliberationis scopo aberrent. τὴν ὑπόθεσιν οὐχὶ τὴν οὖσαν, id est, οὐ τὴν ἀληθῆ, περὶ ἧς βουλεύεσθε: proponunt vobis argumentum non verum illud, de quo deliberatis. Erat autem ἡ οὖσα, ut Olynthii strenue iuvarentur: quo clamosi oratores omisso ad Philippum ulciscendum hortabantur. Sic in Chersonesitana: ἡ μὲν οὖν σπουδὴ περὶ τῶν ἐν Χερσονήσῳ πραγμάτων ἐστὶ, καὶ τῆς στρατείας, ἣν ἑνδέκατον μῆνα τοῦτον ὁ Φίλιππος ἐν Θρᾴκῃ ποιεῖται· τῶν δὲ λόγων οἱ πλεῖστοι περὶ ὧν Διοπείθης πράττει καὶ μέλλει ποιεῖν. Hic quoque oratores τὴν ὑπόθεσιν οὐχὶ τὴν οὖσαν, περὶ ἧς ἐβουλεύοντο, παρίστασαν. Quid autem stultius, quam, ignorato scopo deliberationis, dare velle consilium? Vere hoc est ἄσκοπα τοξεύειν, et a ianua aberrare, ac potius toto coelo errare. Quod ne contingat, teneatur praeceptum Philonis in libello ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος· καταλαβόντες, περὶ οὗ ὁ λόγος, τὰς ἀποδείξεις εὐσκόπως ἐφαρμόττωμεν. Quod prima Olynthiaca suasit, et Olynthios defendendos, et Macedoniam vastandam bipertitis copiis, non videtur obtinuisse. Cum autem exercitus et minor esset, quam ut dividi posset, et sine Olynthiorum clade alio transferri nequiret, periculum ipsis Atheniensibus imminere affirmat, si turbulentis oratoribus obtemperetur. Sed haec e Libanio et Ulpiano petantur. WOLF. Recte posterius: nihil aliud facere, quam —; non item prius. SCHAEFER.

P. 28. v. 11. αὐτῆς] αὑτῆς (cum leni) Paris. secundus, quintus, septimus. REISK.

P. 28. v. 11. *μάλ' ἀκριβῶς*] *μεγάλ' ἀκρ.* August. tertius e correctione. REISK. Sic, *μάλ'*, Reiskius in annotatt., ut etiam in textu dare voluisse videatur: eodemque modo Bekkerus et Rüdigerus. Bene, quamvis repugnante Wunderlichio. SCHAEFER.

P. 28. v. 12. *οὐχὶ πάλαι*] *οὐ πάλαι* August. secundus, Bavaricus in texto, sed vulgata superscripta. REISK.

P. 29. v. 1. *νῦν μέντοι πέπεισμαι κ. τ. λ.*] Verba sic ordina: *πέπεισμαι μέντοι προλαβεῖν τὴν πρώτην* (scilicet *ὁδὸν*, *τουτέστι τὸ πρῶτον*, *ἐπιῤῥηματικῶς*) *τοῦτο*, *ὅπως σώσωμεν τοὺς συμμάχους, εἶναι νῦν ἱκανὸν ἡμῖν.* Haec est propositio Demosthenis: Olynthii nunc sunt defendendi. WOLF.

P. 29. v. 1. *προλαβεῖν*] *κατεργάσασθαι πρὸ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον.* WOLF.

P. 29. v. 1. *εἶναι ἡμῖν*] *ἡμῖν εἶναι* Aug. primi supplement. P. Manut. *ὑμῖν εἶναι* Aug. secundus, indices Aldi, Feliciani, P. Manutii, item Harl. REISK. *ἡμῖν εἶναι* Auger. Bekker. et Rüdiger., ad aurium sensum meliori verborum ordine. SCHAEFER.

P. 29. v. 2. *τὴν πρώτην*] *τὴν πρώτην*, scilicet *ὁδὸν*, idem valet ac *τὸ πρῶτον.* AUGER. Bene docet secutus Wolfium ad v. 1., idem valere ac *τὸ πρῶτον*. De ellipsi, si cui non placet subaudire *ὁδὸν*, alia eligat: optio enim est liberrima plurimorum. V. L. Bos. Ellips. p. 43. 578. 914. Mihi quomodo intelligendum videatur, alibi dixi: nec muto sententiam. SCHAEFER.

P. 29. v. 2. *σώσωμεν*] *σώσομεν* Aug. 2. P. Manut. Felic. REISK. Bekker. *σώσομεν*, Rüdiger. *σώσωμεν*. Idem probant Bremius ad p. 28, 6. et Rauchenstein. in Dissertat. p. 8. edit. Lips. Neque ego refragor. *ut servemus.* SCHAEFER.

P. 29. v. 3. *τρόπον*] *τρόπον* in Aug. tertio stat post *ἐκεῖνον*, item in Aldina Tayllori et Meermann. Index Aldinus exhibet *τότε καὶ περὶ τοῦ τίνα τιμωρήσεταί τις καὶ ὃν τρόπον, ἐξέσται σκοπεῖν.* quae eadem lectio etiam in texto Bavarici est, sed vulgata in margine cum *γρ.* annotata. REISK. *τρόπον* post *ἐκεῖνον* posuit Rüdiger., quod nemo, opinor, imitabitur. Bonum foret *τίνι* — *ἐκεῖνον τρόπῳ.* SCHAEFER.

P. 29. v. 4. *ἐξέσται*] Scholium in Anecd. Bekker. p. 1095. interpretatur *ἐξουσία ἔσται.* SCHAEFER.

P. 29. v. 4. *τὴν ἀρχὴν*] *τὴν τῶν Ὀλυνθίων σωτηρίαν.* WOLF.

P. 29. v. 4. *ὀρθῶς*] *ὅμως* Paris. septimus. REISK.

P. 29. v. 5. *τῆς τελευτῆς*] *τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον.* Hanc enim hypothesin thesis includit. WOLF.

P. 29. v. 7. *καὶ νῦν*] Absunt a Bavarico et Aug. secundo. REISK. Uncis inclusit Bekkerus: mallem plane delevisset. Ad *εἴπερ ποτὲ* subaudi *ἔδει φροντίδος καὶ βουλῆς.* Rüdigeri *καὶ νῦν* tuentis rationem non intelligo. SCHAEFER.

P. 29. v. 7. φροντίδος] κορροντίδος in texto Bavarici est, vulgata ad modum scholii superscripta. Sed istud non intelligo, mendosum sine dubio. REISK.

P. 29. v. 7. δεῖται] Etiam in Bavarici texto sic est, sed superscriptum est γρ. δείκνυσιν, quod non magis, atque illud superius, intelligo. REISK.

P. 29. v. 8. χαλεπώτατον] χαλεπώτερον Paris. quintus, appendix Francofurtana, Aldina Tayl. REISK.

P. 29. v. 12. ὑμᾶς] ἡμᾶς Bav. sed ὑ superscripto. REISK.

P. 29. v. 13. βούλεσθαι] βουλεύεσθαι Aldina Taylori. REISK.

P. 29. v. 14. ἂν] Sic Paris. primus et septimus, August. primi supplem. REISK. Adscivit Reiskius pro vulg. ἐὰν. SCHAEFER.

P. 29. v. 15. ὑπομένειν, τοῦτο θεωροῦντας] Augustanus secundus ita dat distinctum: ὑπομένειν τοῦτο, θεωροῦντας —. REISK.

P. 29. v. 16. ὡς] Abest a Parisino quinto: quod ferri potest, si pro πᾶν optetur πόσον. REISK.

P. 29. v. 17. πᾶν] πόσον Paris. quintus et octavus, Aug. primi supplem. Harlei. REISK.

P. 29. v. 18. πράγματα] Abest a Bavarico. REISK.

P. 29. v. 18. ἀναγκαῖον — ὑπομνῆσαι] p. 704, 21. ἀνάγκη δὲ πρῶτον ὑπομνῆσαι τοὺς χρόνους ὑμᾶς καὶ τὸν καιρόν. SCHAEFER.

P. 29. v. 20. ὅτ'] ὅταν Aug. primi supplem. REISK.

P. 29. v. 21. τρίτον — πολιορκῶν] Citat haec Zonaras c. 1745. SCHAEFER.

P. 29. v. 21. τρίτον — τουτὶ] *ante hos tres quatuorve annos.* Accusativi usus in talibus solennis: rarior dativi. Photius c. 445. Τρίτῳ καὶ τετάρτῳ ἔτει, ἀντὶ τοῦ πρὸ τριῶν καὶ τεσσάρων ἐτῶν. οὕτως Ἀντιφάνης. imo, ut D., Ἀντιφῶν. Conf. Ruhnken. Opusc. T. I. p. 174. 180. SCHAEFER.

P. 29. v. 22. Ἡραῖον τεῖχος] Latine: Iunoniam munitionem aut castrum. Sed haud scio, an praestet Graecum relinqui: Heraeum tichos. Nam et Solinus Heretum in Italia a Iunone habere nomen; Suidas Ἡραῖον τεῖχος castellum aut oppidum Thraciae esse scribit, a Samiis conditum: de cuius deae cultu et Virgilius. WOLF.

P. 29. v. 22. μὲν] Abest a Meermann. REISK.

P. 29. v. 22. Μαιμακτηριὼν] Sic Aug. primi supplem. Bavaricus cum scholio Αὔγουστος, Ald. P. Manut. REISK. Olim Μεμακτηριὼν. V. Photius c. 177. 178. SCHAEFER.

P. 29. v. 23. γιγνομένου] γιγνομένων Harl. Paris. octavus. γενομένου Aug. primi supplem. REISK. Cod. N. legit γιγνομένων, quum ceteri legant γιγνομένου vel γινομένου. AUGER. Recte

Bekkerus γενομένου. Rüdigerus vulgatam ratione mira tuetur. SCHAEFER.

P. 29. v. 25. μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν] V. nos ad Lysiam p. 127. TAYLOR.

P. 29. v. 27. τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου] τούτου abest a Parisino octavo et Harl. REISK. Nec tenor orationis desiderat. SCHAEFER.

P. 29. v. 28. Ἑκατομβαιὼν, Μεταγειτνιὼν, Βοηδρομιὼν] Ad v. Ἑκατομβαιὼν adscriptum est in Bavar. Ἀπρίλιος: ad Μεταγειτνιὼν, Μάϊος: ad Βοηδρομιὼν, Ἰούνιος. REISK. Post Βοηδρομιὼν Reiskiana habet coli signum, quod mutari non debebat. Retinuit etiam Rüdigerus. Auger. et Bekker. post B. plene interpunxerunt. In temporis notatione Orator familiaris sermonis simplicitatem passim exprimit. SCHAEFER.

P. 29. v. 28. τούτου τοῦ μηνὸς] καὶ τούτου τοῦ μηνὸς Aug. 2. REISK.

P. 30. v. 1. μόγις] Pro μόλις μόγις, qua tamen idem significant, habebam. Et paulo superius pro ἑξήκοντα et infra pro πέντε literis numerus notatus erat, ut in aliis quoque locis, nempe ξ et ε. Sed ea quoque in aliis non imprudens praeterii. OBSOP. μόλις Parisini tertius et octavus, Aug. primi supplem. Bavar. Meermann. Ald. P. Man. Sed Obsopoei codex facit cum vulgata. REISK. μόλις Auger. μόγις vulgo Atticum habetur. V. Gregor. Cor. p. 65. Georgius tamen Lecapenus in Matthaei Lectt. Mosq. T. I. p. 71. [μόλις] γράφεται καὶ μόγις. ἀττικῶς δὲ ἀεὶ διὰ τοῦ λ. Tam parum certi his in rebus est. Conf. Porson. ad Eurip. Phoen. 319. SCHAEFER.

P. 30. v. 1. ἔχοντα Χαρίδημον κενὰς] ἔχοντα κενὰς Χαρίδημον Bavaricus, Augustani secundus et tertius. REISK.

P. 30. v. 2. Χαρίδημον] Est hic Charidemus Orita, quem hominem turpem Demosthenes in or. advers. Aristocrat. describit, et cuius res gestas accuratissime digessit Rumpf, Prof. Giss., in Progr. 1815. edito. RUEDIGER.

P. 30. v. 2. κενὰς] i. e. πολιτικῆς δυνάμεως κενάς. Nam cives Athenienses, quum Philippum vel aegrotum vel mortuum audissent, periculo iam se defunctos rati, et propterea conscendere ipsi nolentes, naves Charidemo militibus alibi complendas tradiderunt. SEAGER. *Diar. Class.* LII. p. 235. Opponitur αὐτοὺς ἐμβαίνειν p. 29, 26. SCHAEFER.

P. 30. v. 2. ἀργυρίου] ἀργύρου Parisinus septimus. REISK. Male. De discrimine inter ἄργυρος et ἀργύριον v. Boeckh. de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 25. T. II. p. 213. SCHAEFER.

P. 30. v. 2. γὰρ] Hoc etiam Bav. dat in texto, sed superscriptum δὲ. REISK.

P. 30. v. 3. Φίλιππος] ὁ Φίλιππος Bavar. REISK.

P. 30. v. 3. ἢ] καὶ Ald. Felic. Sed appendix Francofurt. vulgatam dat, item Ald. Lessingianus et Ald. Taylori. REISK. Auger. καί. SCHAEFER.

P. 30. v. 3. ἦλθε] Raro usu de nuntiis. SCHAEFER.

P. 30. v. 4. ἀφήκατε] ἀφεῖτε Aug. primi supplem. ἀφίετε Bavarici textum, sed margo vulgatam dat cum γρ. νομίσαντες ἀφεῖτε τὴν ἀποστολὴν Ald. Tayl. intermediis omissis. REISK. ἀφεῖτε Bekker. SCHAEFER.

P. 30. v. 5. τὸν ἀπόστολον] τὴν ἀποστολὴν Aug. primi supplem. REISK. Interpretamentum videtur vulgatae. Zonaras c. 236. Ἀπόστολοι δὲ αἱ τῶν νεῶν ἐκπομπαί. οὕτως Δημοσθένης. Minus recte de ipsa classe Reiskius in Ind. Gr. interpretatur. SCHAEFER.

P. 30. v. 6. ἐβοηθήσαμεν] ἐβοηθήσατε Parisini quintus et septimus. REISK.

P. 30. v. 6. ἐψηφισάμεθα] ἐψηφίσασθε Paris. quintus. REISK.

P. 30. v. 6. οὐκ ἂν ἠνώχλει — σωθείς] Citantur in Anecd. Bekk. p. 135, 26. SCHAEFER.

P. 30. v. 7. νῦν ἡμῖν] Absunt ambo haec vocabula ab Augustano tertio. Posterius abest ab Augustano secundo. In Parisino quinto est ὑμῖν. REISK.

P. 30. v. 7. τότε] Abest a Bavarico, sed superscriptum est minoribus literis, tanquam scholium. REISK.

P. 30. v. 8. οὐκ ἂν ἄλλως — ἥκει] Videtur ita distinguendum atque legendum esse: οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι νῦν. *iam facile non mutentur.* νῦν δὲ ἕτερος πολέμου καιρὸς ἥκει. *Iam vero alia occurrit belli gerendi opportunitas.* REISK. Nihil hic mutandum. SCHAEFER.

P. 30. v. 8. ἥκει. τίς οὗτος; δι' ὅν] Vulg. ἧκε. τίς οὗτος; δι' ὅν. Lambinus sic distinguit: ἧκε. τίς; οὗτος, δι' ὅν. In Aldina et Felic. est ἥκει in praes. Abest οὗτος a Parisinis tertio, septimo et octavo, a Bavarico, ab Harlei. ab Augustani primi supplemento, ab Aldina posteriore, a Laudiano. Appendix Francofurtana ἥκει. τίς οὗτος; REISK. Tayloro placuit τίς; οὗτος. V. Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 116. Sic etiam Augerus dedit. Bekker. ἥκει τις οὗτος, δι' ὅν. Rüdiger. ἥκει τις, δι' ὅν, deleto οὗτος: quod non probo. Hic etiam malim comma ponere post τις, οὗτος arcte iungens sequentibus. V. not. ad p. 11, 27. SCHAEFER.

P. 30. v. 10. ταὐτὰ] ταῦτα Paris. tertius et septimus. REISK.

P. 30. v. 11. τί δὴ χρησόμεθα] Videtur ita esse distinguendum: τί δή; *quid tum?* quid id nostra refert, quod tu iactas? Respondet: χρησόμεθα —. *Nempe utemur* —. Aut, si malumus cum aliis legere χρησώμεθα, Age scil. *utamur* —. REISK. In vulgata et interpunctione et scriptura nihil est quod me offendat. SCHAEFER.

P. 30. v. 11. δὴ] δὲ Paris. septimus. REISK.

P. 30. v. 11. χρησόμεθα] χρησώμεθα Paris. quintus, Aldus, et quia Wolfiana quoque sic dat, annotavit Taylorus vulgatam per ο ex Harlei. REISK. χρησώμεθα Auger. Male. SCHAEFER.

P. 30. v. 11. εἰ] Sic Parisin. tertius. REISK. Olim ἂν. SCHAEFER.

P. 30. v. 12. βοηθήσετε] βοηθήσητε Parisin. tertius, Aug. secundus. REISK.

P. 30. v. 12. παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατὸν] τὸ κατὰ τὸ δυνατὸν, si scholion non est, synonymia est ἢ ἐκ παραλλήλου. WOLF. Recte tuetur locutionem, quae pleonastica videtur, non vere est: nam auget gravitate orationem omni modo rem urgentis. Simile est p. 147, 1. ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης. SCHAEFER.

P. 30. v. 13. ἔσεσθε πάντα] πάντα ἔσεσθε Bavar. Augustani secundus et tertius, Aldus, P. Manutius. Sed inversum ordinem annotavit Taylor. ex Harleiano. REISK. πάντα ἔσεσθε Auger. Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 30. v. 16. οὔτε Φίλιππος] οὔτε μὲν γὰρ Φίλιππος Paris. septimus. REISK.

P. 30. v. 16. οὔτε Φίλιππος — Φίλιππον] Si divinationi venia daretur, suspicarer legendum: οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτοις, οὔθ' οὗτοι Φιλίππῳ, id est, et Philippus Olynthiis, et Olynthii Philippo diffidebant. Nam si utrinque hostilibus animis fuerunt, mutuo metu ab inferendo bello deterriti, qui convenit, Philippum, quos solos invadere non ausus fuit, Atheniensium societate aut amicitia certe auctos oppugnare fuisse ausum? Sed quia via tritissima tutissima, retineamus vulgo receptam lectionem. Est autem θαῤῥεῖν τινα cum accusativo *fidere, se alicui parem aut etiam superiorem fore, non metuere.* Plato in Phaedro: τὸ γὰρ τοιοῦτον σῶμα (loquitur autem de corporibus in otio et umbra educatis) ἐν πολέμῳ τε καὶ ἄλλαις χρείαις, ὅσαι μεγάλαι, οἱ μὲν ἐχθροὶ θαῤῥοῦσιν, οἱ δὲ φίλοι καὶ αὐτοὶ οἱ ἐρασταὶ φοβοῦνται. id est: *Eiusmodi corpus tum in bello tum aliis negotiis arduis ab inimicis contemnitur, amicos vero atque ipsos amatores solicitos habet.* Idem θάνατον θαῤῥεῖν, *non reformidare mortem.* Sic θαῤῥεῖν τὴν μάχην, θαῤῥεῖν τόπους ὑπόπτους. θαῤῥεῖν τινι cum dativo est *aliquo fretum esse, alicui confidere.* Ulpianus: οἱ Φωκεῖς ἐθάῤῥησαν τῷ Μακεδόνι. Et Chrysostomus: οὐδενὶ τούτων ἐθάῤῥησεν εἰς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. WOLF. Dictio bene graeca est θαῤῥεῖν τινα pro *securum alicuius causa esse, nil mali sibi ab eo metuere.* Citat h. l. Lexicon vetus apud Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 497. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 148, 9. et Heindorf. ad Platon. Phaedr. p. 228. quem errasse puto, cum ad φοβοῦνται subaudiret περὶ αὐτῷ. Sensus: *tale enim corpus inimicis confidentiam, amicis metum affert;* quomodo etiam Wolfius intellexit. Antegressum enim oppositumque

θαῤῥοῦσιν satis cavet, ne φοβοῦνται secus quam oportet intelligamus. Quis autem imbellem commilitonem in rerum discrimine, ubi plurimum interest fortem habere παραστάτην, non metuat? SCHAEFER.

P. 30. v. 17. ἐπράξαμεν ἡμεῖς] S. εἰρήνην πρὸς Ὀλυνθίους. Considerandum, utrum τὸ πράττειν εἰρήνην sit idem, quod ποιεῖν καὶ συνθέσθαι, an vero τὸ μηχανᾶσθαι significet, id est, callidis rationibus pacem esse conciliatam, cum bellum inter eos intercessisset, animis utrinque exulceratis? WOLF. Subaudi πρὸς αὐτούς. REISK. Videtur deesse πρὸς ἐκείνους. AUGER. Nihil nec subaudiendum est neque excidit. ἡμᾶς i. q. ἀλλήλους, quod negare non debebam in not. ad Aesopum Heusingeri p. 96. Sic vernacule: *unter uns.* SCHAEFER.

P. 30. v. 17. ἦν τοῦτο ὥσπερ ἐμπόδισμά τι κ. τ. λ.] τοῦτο, ἤγουν τὸ μεγάλην πόλιν, διηλλαγμένην πρὸς ἡμᾶς, τοὺς Φιλίππῳ πολεμοῦντας, ἐφορμεῖν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ, ἦν ὥσπερ ἐμπόδισμά τι καὶ δυσχερὲς Φιλίππῳ. Sed Philippus non multo post τὸ ἐμπόδισμα ἐκποδὼν ἐποίησεν, deleta Olyntho, cum quidem prius denuntiasset civibus, aut illis Olynthi, aut sibi in Macedonia non fore habitandum. WOLF.

P. 30. v. 18. καὶ δυσχερὲς] id est καὶ ταῦτα πάνυ τι δυσχερές. *impedimentum aliquod, idque inprimis durum et impeditum.* REISK.

P. 30. v. 18. πόλιν μεγάλην ἐφορμεῖν] πόλιν ἐφορμεῖν μεγάλην Meermann. Harlei. REISK.

P. 30. v. 18. ἐφορμεῖν] Citat h. l. Harpocration h. v. REISK. Vulg. ἐφορμᾶν: mendum, quod excidit contra ipsius editoris mentem, qui in notis legit ἐφορμεῖν. AUGER. V. Dorvill. ad Chariton. p. 393. ed. Lips. — ἐφορμεῖν Grammatici h. l. respicientes interpretantur ἐφεδρεύειν. V. Photius c. 38. et Zonaras c. 936. Sed est discriminis aliquid inter haec verba: nam ἐφεδρεύειν est militiae pedestris, ἐφορμεῖν navalis. Non mirum autem Athenienses, populum maritimum marique potentem, tot locutiones a re navali petiisse. SCHAEFER.

P. 30. v. 18. ἐφορμεῖν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς] quasi in procinctu stare ad eius occasiones impediendas, paratam esse ad ipsum invadendum, sicubi impegerit, captare opportunitatem adversus ipsum, in statione esse. Polybius: στόλος ἐφορμῶν ταῖς τοῦ Φιλίππου ἐπιβολαῖς. WOLF. V. Wyttenbachii Iulianea p. 194. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 30. v. 19. ἑαυτοῦ] αὐτοῦ Parisin. quintus et septimus, Aug. primi suppl. REISK. αὐτοῦ praeferendum. SCHAEFER.

P. 30. v. 21. ἐθρύλλουν] ἐθρύλουν Meerm. et sic passim reperi verbum hoc simplici λ exaratum. Sed ille merus est mos librariorum, nil significans neque praecipiens et ne dignus quidem annotari. Hoc pacto sunt qui verbum ἀγγέλλειν nunquam

geminato λ exaratum dant, sed semper simplici. REISK. Confudit diversa. ἀγγέλειν enim barbarum est, θρυλεῖν bene Graecum. ἐθρύλουν Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 30. v. 21. τέως] In Bavarico est velut scholium superscriptum. REISK.

P. 30. v. 21. τοῦτο πέπρακται νυνὶ ὁπωσδήποτε] Supra γέγονεν αὐτόματον. τὸ ὅπως δήποτε non tam significat hic τυχόντως, temere et fortuito, aut μόλις καὶ δυσκόλως καὶ ἀτελῶς, vix, aegre, minus absolute, quam παράλειψιν quandam, q. d. factum est, qua autem ratione id factum sit, non exquiro. Libanius autem rationem explicat. WOLF. *hoc nunc factum est ratione, quam commemorare non attinet.* SCHAEFER.

P. 30. v. 21. νυνὶ] Abest ab Aug. secundo. In Parisinis tertio, quinto, septimo et octavo est νῦν, item in Aug. primi supplemento, in edd. Aldi, Felic. P. Manutii. REISK. νῦν olim editum, quod Auger. revocavit. SCHAEFER.

P. 30. v. 22. καὶ προθύμως] Absunt a Paris. septimo. REISK.

P. 30. v. 23. χωρὶς — αἰσχύνης] Citatur in Anecd. Bekk. p. 161, 18. SCHAEFER.

P. 30. v. 25. εἰ καθυφείμεθά] εἰ καὶ καθυφείμεθά Ald. Taylori. REISK.

P. 30. v. 26. [τῶν]] τῶν abest a Paris. quinto, septimo et octavo, a Bavarico, ab Aug. primi supplemento. Etiam in Aug. tertio videbatur deletum. Uncis inclusi ut supervacaneum: quod si tamen servetur, legendum erit τὸν ἀπὸ τῶν μετὰ ταῦτα. REISK. Bekkerus τῶν delevit. Mira tuetur ratione Rüdigerus. SCHAEFER.

P. 30. v. 27. ἐχόντων —, ὡς ἔχουσι] Solennis loquendi ratio, quando sermo est de re, quam disertius eloqui nolis. V. not. ad Sophocl. Oed. C. 273. SCHAEFER.

P. 30. v. 27. ἡμῖν] Consentit Aldina cum vulgata. Verumtamen index Aldinae, quod saepe facit, lectionem texti pro variante refert: unde Wolf. in indice Herwagiano repetiit. Voluerunt sine dubio ὑμῖν subiicere pro ἡμῖν. Felicianus in texto dat ὑμῖν, in indice ἡμῖν. REISK.

P. 31. v. 1. καταστρεψαμένῳ] καταστρεψομένῳ (in futuro) Aug. secundus. REISK.

P. 31. v. 1. πρὸς ταῦτα] ad res Phocenses, et Atticas inprimis. REISK.

P. 31. v. 1. ἐπικλῖναι] Reiskius in Ind. Gr.: „subaudi ἑαυτά.“ Scribere voluit ἑαυτόν. Plene et propria significatione Pausanias IX. 30. 5. ποιμὴν — ἐπικλίνων αὐτὸν πρὸς τοῦ Ὀρφέως τὸν τάφον. SCHAEFER.

P. 31. v. 2. εἰς τοῦτο] Absunt ab Aug. tertio. Sed nova manus adscripsit post ποιήσειν. REISK.

P. 31. v. 2. ποιήσειν] Reiskius in Ind. Gr. s. v. ἀναβάλλειν ex h. l. citat ποιεῖν, forte, ut puto, non consulto. Sane ποιεῖν vel ποιῆσαι scriptum malit, qui parum calleat consuetudinem

Graecorum proprie utendi infinitivis futurorum, ubi lingua et Latina et vernacula infinitivis praesentium utitur: qua in re illi rationis temporum multo sunt observantiores, quam aut Latinae aut vernaculae linguae ingenium patitur. Non pauca huius generis congessi in not. ad Poët. Gnom. p. 16. s. Cumque res vulgo parum nota sit ignorataque inutilibus coniecturis locum dedisse videatur, addo alia, quae postmodo mihi oblata sunt. Euripides Iph. T. 906. s. Matth. *ΟΡ. Φοίβου κελευσθεὶς θεσφάτοις ἀφικόμην. ΙΦ. τί χρῆμα δράσειν;* Editor: „*δρᾶσαι* procul dubio scribendum esse dicit Elmslei., quia *κελευσθεὶς δράσειν* Graece non dicatur; recte.“ Aristophanes Plut. 573. *ὁτιὴ ζητεῖς τοῦτ' ἀναπείσειν ἡμᾶς.* Sic omnes, quod sciam, libri. Pervelim igitur discere, quid Porsonum moverit, ut *ἀναπείσειν* mutaret in *ἀναπείθειν.* Galenus T. VI. p. 125. ed. Lips. *ἔοικε — ἐπιμνησθήσεσθαι.* SCHAEFER.

P. 31. v. 2. *ἰδεῖν — βοηθεῖν*] Citant Anecd. Bekk. p. 135. s. SCHAEFER.

P. 31. v. 3. *ἐγγύθεν*] *ἐκεῖθεν* Aug. tertius. REISK.

P. 31. v. 3. *γινόμενα*] *γιγνόμενα* Bekkerus et Rüdigerus. SCHAEFER.

P. 31. v. 4. *βοηθοὺς ἑαυτῷ*] *βοηθὸν αὐτῷ* Paris. quintus et septimus. In octavo solummodo fuit *αὐτῷ*, non item *βοηθόν.* Consentiunt huic in hoc solo Aug. primi supplem. Ald. P. Manut. REISK.

P. 31. v. 4. *ὅτι μὲν γὰρ*] *ὅτι γὰρ* etiam Harlei. et Ald. Tayl. *ὅτι μὲν γὰρ* Ald. P. Manut. Felic. Addidi *μέν.* REISK. *μὲν* deleverunt Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 31. v. 6. *δή*] Abest a Paris. quinto et septimo. REISK.

P. 31. v. 8. *λέγε*] *λέγε* ex Harleiano annotavit Taylorus, quia Wolfiana dat *λέγετε.* REISK.

P. 31. v. 8. *μὴ τοίνυν — τοῖς πολλοῖς*] Egregia oratio, quae praeparat ad audienda longe alia, quam Athenienses opinabantur. Hi exspectabant, magnos oratorem belli apparatus esse flagitaturum, eosque studiose charta quidem decrevissent. Sed orator patriae amantissimus, omnem nugarum splendorem exosus, Athenienses eo vocat, unde fons publicae calamitatis manabat, ad voluptatum omnis generis cupidinem, coniunctam cum vanitate et magniloquentia, ad humilem sentiendi rationem, cuncta vel turpissima tolerandi, dum illum finem assequerentur. Huc pertinebant ea, quae vocabantur, *θεωρικά.* Eorum auctor erat Pericles: qui quidem Athenarum urbem, partim etiam civitatem ad altiora multo provehebat, si magnificentiam victus cultusque spectes, sed semina celeris ruinae spargebat. De mille talentis, quae quotannis in aerarium conferebantur, ut, si quod incideret bellum, eius fortiter gerendi auxilia suppeterent, iussit ille, ut

ad summum aurae popularis fastigium ascenderet, quotiescunque spectacula edebantur, singulis civibus duos obolos numerari, unum, ut solvere possent, quae solvenda essent, alterum, ut temporis iactura resarciretur. Certis quidem verbis cautum erat, ut, simulac bellum impenderet, pecuniae istae proprio suo usui redderentur. At quis ausus esset appellare, quod certissime cautum erat?! Unus, qui honoris caussa nominandus est, Apollodorus quum id auderet, iussit populus, rogante Eubulo quodam, ut morte multaretur, ὃς ἂν γράψειε μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ στρατιωτικά. Id quidem Demosthenes noster nihil curat, sed ostendit civibus suis tum veritatis gravitate, tum irrisionis flagello, non minus ridicule quam perniciose in turpem eos debilitatem delapsos esse. Ea autem, qua totam rem persequitur, ratio egregia est. Quum enim, qui id, quod sublatum ipse vult, tolli suadet, morte multetur, postulat, ut ii, qui hanc legem tulissent, eius abrogationem postulare cogantur: quo scilicet facto mortis poenam sibi ipsi constituunt. BREMI. Inter exempla τῆς προδιορθώσεως hoc Technici retulerunt. V. Boissonad. ad Tiber. p. 23. s. SCHAEFER.

P. 31. v. 10. καθίστατε] καθιστᾶτε Aldina prior et Felic. καθίστατε Bavar. Aug. primi supplem. et secundus, Harleianus, item Aldina posterior. REISK. καθιστᾶτε perperam revocavit Auger. Inprimis enim de his formis valet, quod Georgius Lecapenus in universum praecepit in Matthaei Lectt. Mosqu. T. I. p. 59.: Ὅσα ἀπὸ τῶν εἰς μι κανονίζεται, ταῦτα καὶ ἀκριβέστερα παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. SCHAEFER.

P. 31. v. 11. ἐν δὲ τούτοις τοῖς νομοθέταις] p. 710, 17. Τῶν δὲ νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις. Proprius hic usus praepositionis ἐν de legibus sciscendis et abrogandis *per* νομοθέτας. SCHAEFER.

P. 31. v. 11. θῆσθε] τὸ μὲν τιθέναι καὶ θεῖναι νομοθέτου, τὸ δὲ θέσθαι νόμον τοῦ δήμου εἶναί φασι. Quia sequitur λύσατε, malim θέσθε imperandi modo. WOLF. θῆτε Parisinus primus. θεῖσθε Laudianus. REISK. θῆσθε ex regula est, θέσθε anomalum, etsi non damnandum. V. not. ad Poët. Gnom. p. 155. Photius c. 68. et Etymol. M. c. 448, 17. Θέσθαι — ἀντὶ τοῦ προέσθαι καὶ κυρῶσαι μόνον. Leg. προσέσθαι et νόμον. SCHAEFER.

P. 31. v. 13. δὲ] δὴ Parisinus octavus, Aldina Taylori, Augustanus secundus, appendix Francofurtana. REISK.

P. 31. v. 13. σαφῶς οὑτωσὶ] *sic ut nunc aperte, claris verbis dico,* h. e. *sine ulla conditione s. exceptione.* SCHAEFER.

P. 31. v. 15. τοὺς — ἐνίους] Malim τῶν περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους, vel, omisso articulo, π. τ. στ. ἐνίους. WOLF. τῶν et mihi aliquando in mentem venit. REISK. Vulgata videtur recte habere. Parum quidem placebant Oratori leges de militantibus,

malletque etiam has omnes abrogatas: sed cum nonnullae earum minus perniciosae essent, ne nimium poscere videretur adversariisque latus praeberet, fortasse etiam quod coronam haec audientem tumultuari intelligeret, tanquam restringens se addidit *ἐνίους*. SCHAEFER.

P. 31. v. 16. *διανέμουσι θεωρικὰ*] *διανέμουσιν ὡς θεωρικὰ* Aug. primi supplem. Pithoeanus, appendix Francofurtana, Ald. Taylori. REISK. Particula debetur glossatori. V. quae notavi ad Longum p. 375. s. Bos. Ellips. p. 781. s. et Commentar. in Aristoph. VII. 1. p. 93. ss. ubi hic ipse locus citatur. Item e Xenophontis Memor. II. 1. 30. *καὶ γυναιξὶ τοῖς ἀνδράσι χρωμένη*, hac addita nota: „ne quid dissimulem, valde suspicor, tota ista, *κ. γ. τ. ἀ. χ.*, delenda esse." Vellem vir doctissimus causam huius suspicionis aperuisset: mihi enim verba sic scripta (nam Schneideri scripturam non probo) maxime genuina videntur. Continuo sic pergit: „In Platone Protag. p. 315. D. HSt. *ᾧ πρὸ τοῦ μὲν ὡς ταμιείῳ ἐχρῆτο* relictum est in ed. nupera Bekkeri." Videtur igitur *ὡς* h. l. deletum velle. Sed codices a Bekkero collati servant: neque causam possum comminisci, cur deleri oporteat. Tametsi enim Graeci hanc particulam saepe omittunt in tali constructione, nihilo minus frequenter addunt. Omninoque cavendum, ne orationis scitamenta quae nobis videntur invitis scriptoribus obtrudamus. SCHAEFER.

P. 31. v. 16. *τοὺς ἀτακτοῦντας*] Suidas: *ἄτακτοι ἐν τῇ πλειόνων συνηθείᾳ οἱ περίεργοι καὶ παρὰ τὸ προσῆκόν τι ποιοῦντες. οἱ ῥήτορες δὲ καὶ τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ μὴ κατὰ τάξιν τὴν συμβολὴν ποιοῦντας, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν καὶ φύρδην, ἀτάκτους καλοῦσιν. eos, qui disciplinam militarem labefactant, emansores, desertores ordinum poena liberant.* WOLF.

P. 31. v. 18. *ἀθυμοτέρους*] *ῥαθυμοτέρους* Parisini quintus, septimus et octavus, Aug. primi supplem. Pithoeanus, appendix Francofurtana, Ald. Tayl. REISK. Ex meo sensu praestat *ῥαθυμοτέρους*. Multo enim peiores sunt leges, quae bonorum animum corrumpunt, quam quae tantum frangunt. Sane primum oritur *ἀθυμία*, sed mox consequitur *ῥαθυμία*, quam Orator videtur notare voluisse. SCHAEFER.

P. 31. v. 19. *τὴν τοῦ τὰ*] Medium articulum omittit Harlei. REISK. Vides, quam proni ad omittendum fuerint librarii in concursu articulorum. Cumque omiserint, ubi sensus requirebat, quoties credendi sunt omisisse, ubi non requirebat? SCHAEFER.

P. 31. v. 19. *ἀσφαλῆ*] *ἀσφαλῶς* Pithoeanus, Aldina Taylori. REISK. V. Bastii Comment. Palaeogr. p. 780. s. SCHAEFER.

P. 31. v. 20. *γράψοντα*] *γράψαντα* (in aoristo) Paris. tertius, quintus, septimus et octavus. REISK.

P. 31. v. 21. σκοπεῖτε] σκοπῆτε Aug. primi supplem. σκοπεῖσθε Aug. secundus. REISK. De σκοπῆτε v. Porson. ad Eurip. Hec. 1166. et quae nuper scripsi ad Phalar. p. 278. Hermanni de hac structura disputationem non procedere satis, opinor, ostendi in Ind. ad Gregor. Cor. p. 1005. s. SCHAEFER.

P. 31. v. 21. ὑπὲρ ὑμῶν ὑφ' ὑμῶν] V. Bremius ad p. 11, 14. SCHAEFER.

P. 31. v. 22. ὑφ' ὑμῶν] ἀφ' ὑμῶν Paris. quintus. REISK.

P. 31. v. 23. περιγίγνεσθαι] περιγενέσθαι Harlei. REISK.

P. 31. v. 26. τὰ πράγματα] τὴν πόλιν. Delectatur hoc nomine Demosthenes γενικῷ ὄντι ἀντὶ τῶν εἰδικῶν. WOLF.

P. 31. v. 26. μᾶλλον ἔτι ἢ νῦν — φοβερώτερον] Observentur particulae ex supervacaneo additae comparativo αὐξητικῶς. ἀντὶ τοῦ, μᾶλλον ἔτι φοβερὸν, vel, omisso μᾶλλον, ἔτι φοβερώτερον ἢ νῦν. WOLF.

P. 31. v. 27. γε] μὲν margo Parisinae, tacito auctore. REISK. καὶ — γε, *et vero, atque adeo.* SCHAEFER.

P. 31. v. 28. δεῖ τούτους αὐτοὺς ἀξιοῦν] δεῖ ἀξιοῦν ὑμᾶς, τούτους αὐτοὺς λύειν, id est, ὅπως ἂν οὗτοι αὐτοὶ λύωσι τοὺς νόμους τούτους. *Postulandum est, qui hasce leges rogarunt, iidem uti abrogent.* WOLF. Iunxit igitur τούτους αὐτούς. Sed τούτους referendum ad τοὺς νόμους. SCHAEFER.

P. 31. v. 28. τούτους αὐτοὺς] τοὺς αὐτοὺς τούτους Aug. primi suppl. appendix Francofurtana. REISK. τούτους τοὺς αὐτοὺς bene Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 32. v. 1. ἔβλαψε] ἔβλαπτε Bavar. Aug. secundus. REISK.

P. 32. v. 2. θεῖσιν] scil. non τὴν χάριν, sed τὸν νόμον. In texto Bav. est θήσειν, sed vulgata legitur in margine. REISK.

P. 32. v. 2. τὴν δ' ἀπέχθειαν — ζημίαν γενέσθαι] διαβατικὴ σύνταξις. Sed alter accusativus a Latinis saepe non incommode dativo commutatur. *inimicitias esse fraudi.* Isocrates: ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον. *Hanc orationem muneri tibi misi, dono dedi.* WOLF.

P. 32. v. 2. δι' ἧς — ἄμεινον] δι' ἧς ἅπαντες ἂν Aug. primi suppl. Meermann. Ald. P. Manut. δι' ἧς ἅπαντες ἄμεινον ἂν Harl. REISK.

P. 32. v. 3. ζημίαν] id est αἰτίαν ζημίας. REISK.

P. 32. v. 5. γενέσθαι] γίνεσθαι Paris. tertius. REISK. γενέσθαι, *esse*, paulo melius respondet antegresso ὑπάρχειν, quam γίνεσθαι, *fieri.* SCHAEFER.

P. 32. v. 5. εὐτρεπίσαι] εὐπρεπίσαι Aug. secundus. REISK.

P. 32. v. 5. μηδαμῶς] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 32. v. 6. μηδένα ἀξιοῦτε] μηδέν' ἀξιοῖτε Aug. secundus. REISK. Recte Bekker. et Rüdiger. μηδέν' ἀξιοῦτε. SCHAEFER.

P. 32. v. 6. ἀξιοῦτε] Vertitur *velitis*. Imo *credatis*. V. Anecd. Bekk. p. 412, 26. 28. SCHAEFER.

P. 32. v. 6. τηλικοῦτον] *tam potentem*. V. p. 36, 12. SCHAEF.

P. 32. v. 6. παρ' ὑμῖν] παρ' ἡμῖν Aldus in texto et in indice, index P. Manutii. REISK.

P. 32. v. 9. ψήφισμα οὐδενὸς] Velim οὐδὲν interponi. REISK. Non opus. SCHAEFER.

P. 32. v. 10. ἄξιόν ἐστιν] ἐστὶν ἄξιον Aldus, P. Manut. Sed vulgatum ordinem ex Harlei. Taylorus annotavit. REISK.

P. 32. v. 11. ὑμᾶς] Sic Harlei. ἡμᾶς P. Manut. REISK.

P. 32. v. 12. ἢ περὶ ὧν γράφει διαπράξασθαι] ἢ ταῦτα διαπράξασθαι, περὶ ὧν γράφει. τὸ ψήφισμα γράφει περὶ τούτου videtur durum. Quid si γραφῇ, ἀορ. β. ὑποτακτικῷ παθητικῷ; *quibus de rebus scripta fuerint, ad eas res conficiendas*. WOLF. ἂν γραφῇ Paris. quintus, septimus et octavus, Aug. primi supplem. In Aug. tertio fuit ab antiquiore manu vulgata lectio, sed recentior correxit ad modum, quem dant codices modo indicati. Convenit Bavaricus, in cuius texto est περὶ ὧν γράφει ἢ διαπράξασθαι. Sed superscriptum est ἂν pone ὧν, et in γράφει superscriptum est η. Non displicet haec lectio, ἢ περὶ ὧν ἂν γράφῃ (quae est in Harleiano, in subiunctivo activi) διαπρ. Wolfio probatum fuit ἂν γραφῇ in aor. passivo, idemque Mounteneio approbavit. REISK. περὶ ὧν ἂν γράφῃ Rüdiger. Si γράφει probas, certa quaedam ψηφίσματα intelligenda sunt, h. e. τὰ ἐψηφισμένα contra Macedonem: sin ἂν γράφῃ, Orator in universum loquitur. Prius satis apparet praeferendum esse. Neque τὸ ψήφισμα γράφει durius videtur, quam ὁ νόμος λέγει, κελεύει, aliaque eiusdemmodi: cave enim cum Rüdigero ad γράφει subaudias ὁ γράψας. SCHAEFER.

P. 32. v. 18. τάξει] πράξει Laud. τῇ τάξει, subaudi τοῦ χρόνου. REISK.

P. 32. v. 20. δεῖ προσεῖναι] προσεῖναι δεῖ Aug. primi supplem. Harlei. REISK.

P. 32. v. 20. ὑπάρχει] Vulg. ὑπάρχειν. ὑπάρχει (in indicativo) Parisini quintus, septimus et octavus, Augustani secundus et tertius, Aldus, P. Manutius, Felic. Correxi ὑπάρχει. *reliqua iam praesto sunt, in promtu sunt*. REISK. ὑπάρχει voluit etiam Taylorus. V. Reiskii praef. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

P. 32. v. 20. καὶ γὰρ εἰπεῖν κ. τ. λ.] V. P. Victor. Var. Lect. 6, 15. *Taylor*. in Herwagiana sua. REISK.

P. 32. v. 22. καὶ — δὲ] Καὶ — δὲ apud Demosthenem non frequens quidem est, hic autem suo loco positum. Haec enim sententia ut gravissima, in qua rei cardo versatur, enuntianda est. Interdum viri docti offendebant, ut κατὰ Μειδ. p. 575. l. 29. οἵους ἐνίους τῶν λεγόντων ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε, ubi Iurinus

maluit δὴ, nihil tamen mutans p. 523. l. 3. ἐγὼ δὲ ἓν μὲν ἐκεῖνο εὖ οἶδα καὶ ὑμᾶς δὲ εἰδέναι χρή. Significat fere *et quod maius est*. Conf. p. 129. l. 1. BREMI.

P. 32. v. 23. νῦν] Post νῦν suspicor deesse καὶ πράξετέ γε. *licebit vobis nunc recte facere; neque licebit solummodo, verum etiam facietis, si quidem recte agatis*, aut (si alteram lectionem praefers) *recte si sapiatis*. REISK. Frustra suspicatus est, omnino iusto suspiciosior ad defectus, qui non sunt, odorandos. SCHAEFER.

P. 32. v. 23. ποιῆτε] φρονῆτε Paris. septimus et octavus, Harlei. REISK. Unice verum ποιῆτε. Athenienses enim erant δεινοὶ φρονεῖν, δειλοὶ ποιεῖν. Mirabile quid Rüdigerus ad h. l. scripsit: „πρᾶξαι — ποιῆτε. illud ad ipsam rem *gerendam*, hoc potius ad *consilium* pertinet." Si quid interest discriminis, πρᾶξαι est i. q. διαπρᾶξαι. *et vero nunc poteritis rem perficere, siquidem recte agatis*. Sed non agnosco nisi oratoriam variationem loquendi. Alibi Demosthenes ambo verba iungit oratorie, ut adsolet, πλεονάζων. p. 245, 27. τί προσῆκον ἦν ἑλέσθαι πράττειν καὶ ποιεῖν τὴν πόλιν. V. not. ad p. 41, 21. SCHAEFER.

P. 32. v. 23. ἢ] Deest Harlei. REISK.

P. 32. v. 26. εἰ] ἂν Paris. quintus, septimus, octavus, Harl. a quo etiam proximum μὲν deest. REISK.

P. 32. v. 26. εἰ μὴ νῦν] Aeschylus S. ad Theb. 102. πέπλων καὶ στεφέων πότ', εἰ μὴ νῦν, ἀμφὶ λιτὰν ἕξομεν; Aristophanes Vesp. 401. πότε δ', εἰ μὴ νῦν, ἐπαρήξετέ μοι; RUEDIGER.

P. 32. v. 26. ἡμῶν] ὑμῶν Paris. quintus, septimus, octavus. REISK.

P. 32. v. 26. τὰ χωρία προείληφεν ἄνθρωπος] προείληφε τὰ χωρία ὁ ἄνθρωπος August. tertius, cum quo Meermann. convenit, in hoc uno discrepans, quod ὁ omittit. REISK. προείληφε τὰ χωρία ἅνθρωπος Bekker. Vulgatum verborum ordinem servans Rüdigerus dedit ἅνθρωπος. SCHAEFER.

P. 32. v. 27. ταύτης κύριος τῆς χώρας] ταύτης τῆς χώρας κύριος Harlei. REISK.

P. 32. v. 28. πολεμήσαιεν] πολεμήσειεν ἐκεῖνος Paris. quintus, septimus, octavus, Harlei. Aug. primi supplem. et Aug. tertius, sed in hoc nova manus ἐκεῖνος ut inserendum superscripserat. Utramque lectionem praefert Bavaricus, infra vulgatam, supra πολεμήσειεν, sed sine ἐκεῖνος. Pithoeanus ita dat: εἰ ἐκείνῳ ἑτοίμως πολεμήσειε. item Aldina Taylori: unde Mounteneius coniicit leg. εἰ ἐκεῖνος πολεμήσειε. πολεμήσαιεν ἐκείνῳ dat appendix Francofurt. πολεμήσαιεν bene si habet, subaudiendum erit αὐτοὶ πρὸς Φίλιππον. *si bello adversus Philippum strenuam dent operam*. Malim tamen aut πολεμηθεῖεν, scil. ὑπὸ Φιλίππου, *si a Philippo armis infestis oppugnentur*, aut cum

numero codicum non contemnendo *πολεμήσειεν ἐκεῖνος* [subaudi *αὐτοὺς* vel *πρὸς αὐτοὺς*], *si ille* (Philippus) *eos ultro bello lacessat.* REISK. Vulg. *πολεμήσαιεν.* Codd. L. et M. addunt *ἐκείνῳ.* Praetuli *πολεμήσειεν ἐκεῖνος,* siculi legit maior codicum numerus. AUGER. Vulgatam ferri non posse, satis ostendit quod sequitur *σώσειν: σώζομεν* enim *τοὺς πολεμουμένους,* at *τοῖς πολεμοῦσιν συμμαχόμεθα.* Laudo igitur Augerum, qui nostram scripturam spreverit; mirorque, a Bekkero servari potuisse. Rüdigerus coniecturam Reiskii, *πολεμηθεῖεν,* in textum recepit. Sed cur utamur coniectura, ubi libri dant quod sit satis superque? SCHAEFER.

P. 33. v. 1. *πολεμοῦνται*] *πολεμοῦσιν* appendix Francofurtana, Bavar. sed vulgata superscripta. REISK.

P. 33. v. 2. *ἡμέτερα*] *ὑμέτερα* Aldus, P. Manut. REISK.

P. 33. v. 3. *ταῦτα*] Abest a supplem. Aug. primi, Harlei. REISK.

P. 33. v. 3. *ἐάσαντες*] scil. *γίγνεσθαι, καὶ οὐ κωλύσαντες αὐτά.* REISK. Noli subaudire *γίγνεσθαι. ἐᾶν* i. q. *ἀμελεῖν.* p. 133, 17. *ταῦτα μέντοι τότε ἐαθέντα καὶ παροφθέντα ἀπώλεσε Θρᾴκην* —. Statim sequitur *πάλιν ταῦτ' ἀμελούμενα ἰδὼν* —. SCHAEFER.

P. 33. v. 5. *συγκατασκευάσαντες*] *συσκευάσαντες* Pithoeanus, Aldina Taylori. REISK.

P. 33. v. 5. *αὐτῷ τότε — ζητήσομεν*] Malim sic distingui et legi: *αὐτῷ τότε,* (nos, qui nostris ipsi manibus Philippo tanta decora et tanta emolumenta tum comparaverimus,) *τοὺς αἰτίους, οἵτινές εἰσι, τούτων νῦν ζητήσομεν;* (eorum in causa qui fuerint, et qui Philippum in tantum exaggerarint, nunc requiremus?) REISK. Nihil mutandum. *τότε* i. q. *εἶτα,* quomodo saepius ponitur, antegresso participio. SCHAEFER.

P. 33. v. 5. *τούτων*] Abest ab Aug. tertio, sed est a nova manu superscriptum. Item abest ab Harlei. REISK. *τούτων* Rüdigerus retulit ad *οἵτινες,* non ad *τοὺς αἰτίους:* male. Sed gravius etiam erravit, cum signum interrogandi post *ζητήσομεν* coli signo mutaret. Interrogationem hanc esse, ipsum illud *πρὸς θεῶν* clarissime ostendit. SCHAEFER.

P. 33. v. 6. *αὐτοί*] *αὐτοῖς* Bavar. REISK.

P. 33. v. 7. *οὐδὲ*] *οὐ* Paris. quintus et septimus. REISK.

P. 33. v. 8. *φευγόντων*] *φυγόντων* Bekker. et Rüdiger. Hic causam mutationis factae hanc aperuit: „non enim de clade vere accepta, sed de ficta sermo est." Igitur in clade ficta dicuntur *φυγόντες,* in vera *φεύγοντες.* Talia, qui meus est stupor, non intelligo, solvamque gratus Rüdigero Minerval, si me discrimen illud participiorum prorsus inauditum mihi quo nitatur fundamento docuerit. Alia, sat scio, causa Bekkerum movit, ut vulgatam desereret: credo, auctoritas librorum bonae notae.

Sed in librorum dissensu praeferam *φευγόντων*, quod in *φυγόντων* mutarunt, quos fugeret hic usus participiorum temporis praesentis. V. quae de huiusmodi participiis substantivorum instar verbalium positis monui ad Euripid. Orest. 740. in tertia edit. Porson. SCHAEFER.

P. 33. v. 8. *καὶ*] Abest a Paris. primo, quinto, septimo et octavo, ab Harlei. ab Aug. primi supplemento et a secundo, item Bavarico. REISK. Iure delevit Bekkerus. Rüdigerus: „ego uncis inclusi, quum minime sua vi hic careat.“ Satis mirus uncorum usus. SCHAEFER.

P. 33. v. 10. *τῶν*] Sic est in texto Bavarici quoque, sed superscriptum *τοῦ*. Inverso ordine in Aug. tertio hoc est in texto scriptum, illud a iuniore manu superscriptum. REISK.

P. 33. v. 10. *ἥττηνται — φεύγοντας*] Malim *ἥττηνται δ' ὅμως πάντες διὰ τοὺς φεύγοντας*. universi, etiam qui strenue dimicassent, in fugam dati et clade perculsi sunt solorum culpa imbellium, qui in fugam se coniecissent. REISK. Vulgata bene habet. *τῶν φευγόντων οὐδεὶς* et *πάντας τοὺς φεύγοντας* inter se opponuntur. *nemo eorum qui fugerunt se ipsum incusat, omnes tamen culpam cladis sustinent.* Vera vulgatam tuendi ratio Rüdigerum fugit. SCHAEFER.

P. 33. v. 10. *ὅμως*] *ὁμοίως* Parisinus octavus, August. primi supplem. Harlei. Aldina Tayl. quo admisso legendum sit *ἥττηνται δ' ὁμοίως πάντες διὰ τ. φ. δ.* REISK.

P. 33. v. 11. *φεύγοντας*] *φυγόντας* Aldus, Felic. P. Manut. Aug. tertius a prima manu, sed corrector ad modum vulgatae reformavit, editio Wolfii. Sed Harlei. et appendix Francofurtana dant vulgatam. REISK. Retinui *φυγόντας*, licet in plurimis codd. reperiatur *φεύγοντας*. AUGER. *φυγόντας* etiam Bekker. et Rüdiger. Praefero nostrum. V. not. ad v. 8. SCHAEFER.

P. 33. v. 11. *μένειν γὰρ — ἄλλων*] Citant Anecd. Bekker. p. 149, 28. SCHAEFER.

P. 33. v. 12. *εἰ δὲ — ἂν*] Vertunt: *quod si f e c i s s e n t singuli, universi v i c i s s e n t.* Rectius vertamus: *quod si f a c e r e n t singuli, universi v i n c e r e n t.* Loquitur enim Orator de re et saepius facta et nunc fieri solita. Quanquam verum est in huiusmodi enuntiationibus hypotheticis imperfecta haud raro fungi vice aoristorum. SCHAEFER.

P. 33. v. 15. *πλὴν εἰ, δέον εὔξασθαι, παραλείπει*] scilicet *τοῦτο, τὸ εὔξασθαι.* WOLF. Solebant oratores quidam, postquam populo dederant consilium, ipsi fausta apprecari verbis magnificis. Hic istos merito irridet Demosthenes. AUGER. Demosthenes, ni fallor, eos tangit oratores, qui satis habebant vota facere pro salute populi, qui quidem his ita adsuetus erat, ut aegre ea desideraret (*δέον εὔξασθαι*). RUEDIGER. Recte arbitratur. Nigro

sale Orator defricat Athenienses, qui omnia εὐχαῖς perfici posse sperarent. Sensus: nisi si forte hoc est ἀδίκημα, quod concionans votorum loco salutaria, quamvis vobis iniucunda, suadet. Imitatus est hunc locum Lucianus T. IV. p. 201. ed. Bip. ubi μή τι delendum. SCHAEFER.

P. 33. v. 16. εὔξασθαι μὲν γὰρ κ. τ. λ.] Scomma satis acerbum, sed dignum tanta socordia. M. Cato in Catilinario: Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, recte omnia cedunt: ubi socordiae atque ignaviae te tradideris, nequicquam deos implores: irati infestique sunt. Sententia est: Res ipsa postulat acrem orationem, quae non est oratoris acerbitati tribuenda. Omne quidem (ut inquit Horatius) tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Verum id ubi fieri nequit, illud alterum teneamus: Pauca voluptati debentur, plura saluti. WOLF. Egregie, experientia omnium temporum teste, Tragicus: Αὐτός τι νῦν δρῶν εἶτα δαίμονας κάλει· τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς ξυλλαμβάνει. V. Porson. Suppl. praefat. ad Euripid. Hec. p. XLI. ed. Lips. tert. SCHAEFER.

P. 33. v. 17. ταὐτὸ] ταὐτὸν Bekker. quae forma in dissensu librorum videtur praeferenda. V. Matthiae ad Euripid. Phoen. 499. SCHAEFER.

P. 33. v. 17. ἐν ὀλίγῳ] ἐνὶ λόγῳ Paris. octavus. ἐν ἑνὶ λόγῳ appendix Francofurtana, Harlei. ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ Paris. quintus, August. primi supplem. index Herwag. Ald. Tayl. REISK. ἐν ὀλίγῳ, subaudi χρόνῳ, quod addunt codd. A. L. M. in textu, et D. inter lineas. N. legit ἐν ἑνὶ λόγῳ. AUGER. Conf. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 44. 119. SCHAEFER.

P. 33. v. 18. περὶ πραγμάτων] περὶ τῶν πραγμάτων Ald. Tayl. REISK. Videtur hoc melius: vix enim sine articulo πράγματα hoc sensu legitur. Nonnihil differt quod legimus p. 10, 3. δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι. SCHAEFER.

P. 33. v. 20. συναμφότερα] Pro ἀμφότερα nostrum habebat συναμφότερα. OBSOP. ἀμφότερα simplex Paris. tertius, Aldus, Felic. P. Manutius. REISK. ἀμφότερα Auger. Melius compositum. SCHAEFER.

P. 33. v. 21. εἰ δέ τις — θεωρικὰ] Ubi in Aldino legitur εἰ δέ τις ὑμῖν ἔχοι τὰ θεωρικὰ, in nostro sic legebatur, εἰ δέ τις ὑμῖν ἔχει καὶ τὰ θεωρικὰ, adiecta coniunctione καὶ, nec superflue. OBSOP. ὑμῖν ἔχοι Aldus. Sed liber Weimaranus primam vocem mutat cum ἡμῖν. ἡμῖν ἔχοι P. Manut. et Felic. et Wolfiana, et ideo Taylor. quoque ὑμῖν ex Harlei. annotavit. εἰ δ' ἕτερον ἡμῖν ἔχει Aug. secundus. Voluit ἕτερος. REISK. ἔχοι Auger. Praestat indicativus. SCHAEFER.

P. 33. v. 21. καὶ] Abest ab Aldino. Sed restituit Obsopoeus e suo codice, non otiosum iudicans. Abest idem a Feliciana.

Sed annotavit Taylor. ex Harlei. REISK. Nihilo melius omisit Augerus, quam antea dedit *ἀμφότερα*. SCHAEFER.

P. 33. v. 22. *κρεῖττον*] Sic Aug. secundus. Scil. *λέγει* vel *συμβουλεύει*. In vulgata *κρείττων* subauditur *ῥήτωρ ἐστὶ*, vel *συμβουλευτής*. REISK. *κρείττων* restituerunt Auger. Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 33. v. 25. *ἢ γέγονεν ἢ γενήσεται*] *copia s. facultas aut data est aut dabitur.* SCHAEFER.

P. 33. v. 26. *ἂν τὰ παρόντα — πρὸς ἃ δεῖ*] Taylorus in Reiskii praef. ad Annotatt. p. 117. citavit Plutarchum de vitioso pudore. Locus est T. III. p. 144. ed. Wytt. ubi haec leguntur: *οὐδεὶς γὰρ, ὥς ὁ Δημοσθένης φησὶν, εἰς ἃ μὴ δεῖ καταναλώσας τὰ παρόντα, τῶν μὴ παρόντων εὐπορήσει πρὸς ἃ δεῖ.* SCHAEFER.

P. 33. v. 27. *μέγα*] Subaudi *πλεονέκτημα*. REISK. Non opus, etiamsi *ὑπάρχει* simpliciter habeas pro verbo substantivo *ἐστί*. Sed *μέγα ὑπάρχει* videtur esse idem quod *μέγα ὠφελεῖ*, *multum iuvat.* SCHAEFER.

P. 33. v. 27. *τοῖς τοιούτοις — λόγοις*] interrogationibus scilicet, an non, *τοῖς θεωρικοῖς* intactis, pecunia bello confici possit. SEAGER. *Diar. Class.* LII. p. 235.

P. 33. v. 28. *διόπερ*] *διὸ* Aug. primi supplem. REISK.

P. 33. v. 28. *ῥᾷστον*] *ῥᾷον* index Herwag. REISK.

P. 33. v. 28. *ἐστὶν*] *εἶναι* Aug. secundus errore pervulgato, e more novae Graecitatis orto, cui *εἶναι* praeter infinitivum etiam tertia persona singularis praesentis indicativi est. REISK. Conf. Reiz. ad Viger. p. 750. 752. SCHAEFER.

P. 34. v. 1. *ὃ γὰρ — οἴεται*] Imitatus est Dionysius Halic. de Thucyd. Iudic. c. XXXIV. T. VI. p. 898. R. *ἃ γὰρ ἕκαστος εἶναι βούλεται περὶ τὸ φιλούμενόν τε καὶ θαυμαζόμενον ὑφ᾽ ἑαυτοῦ, ταῦτα οἴεται.* ad quem locum v. Krüger. p. 164. SCHAEFER.

P. 34. v. 3. *ἐνδέχεται*] Post *ἐνδέχεται* videtur *εἰ* deesse. *num penes vos futurum sit, ut in bellum exeatis.* REISK. Ne credas: particula enim addita vim verborum multum frangeret. Orator confidentissime loquitur: *tum et poteritis expeditionem capessere, nec deerit vobis stipendium.* SCHAEFER.

P. 34. v. 5. *μισθὸν*] *μισθοὺς* index Herwag. REISK.

P. 34. v. 5. *οὔ τοι*] *οὔτι* Meermann. et Aldinus Hermogenes. Num *οὐ γάρ τοι?* Refert hunc locum Hermogenes p. 250. in exemplis asperarum *ἐννοιῶν*, seu reprehensionum a minoribus ad editiores profectarum. REISK. Causali particula facile caremus. Non dialecticus loquitur, sed Orator, quem decent enuntiationes *ἀσύνθετοι καὶ ἀπότομοι*. Mirerisque Reiskium tam studiosum fuisse Demosthenicae orationis per particulas vinciendae, qui ipse brevitate maxime concisa usus sit, seu latine sive vernacule

scriberet. Sed abripuit eum insitus Criticis pruritus coniectandi. SCHAEFER.

P. 34. v. 6. ἐλλείποντάς τι κ. τ. λ.] Sic ordina: ἐλλείποντάς τι τοῦ πολέμου δι' ἔνδειαν χρημάτων. WOLF.

P. 34. v. 6. τῶν τοῦ πολέμου] Vulg. τοῦ πολέμου. τῶν τοῦ πολέμου Aug. primi suppl. Bavaricus, Harlei. Articulum priorem addidi. Redit hoc τῶν non ad χρημάτων, sed cohaeret cum τι. τῶν τι τοῦ πολέμου πραγμάτων (rerum aliquid ad bellum facientium) ἐλλείποντας δι' ἔνδειαν χρημάτων. REISK. τῶν male omisit Auger. SCHAEFER.

P. 34. v. 7. εὐχερῶς] Non est i. q. εὐκόλως, sed fere i. q. κούφως, *socorditer*, adiuncta notione vituperationis. Hesychius T. I. c. 1538. Εὐχέρεια. κουφότης. SCHAEFER.

P. 34. v. 7. τὰ τοιαῦτα ὀνείδη] ut dicamini propter pecuniarum penuriam bello iusto et necessario deesse, atque culpa vestra committere, ut socii vestri pereant. REISK.

P. 34. v. 10. δι' ἀπορίαν ἐφοδίων τοῖς στρατευομένοις] scilicet δοθησομένων ἢ ἀναγκαίων ὄντων. ἐφόδια vero intelligo τὰ σιτηρέσια, de quibus Philippica I. WOLF.

P. 34. v. 11. στρατευομένοις] στρατιώταις Paris. septimus. REISK.

P. 34. v. 11. καὶ] Abest ab Aug. primi suppl. REISK.

P. 34. v. 12. τηνάλλως] τηνάλως (uno λ) Bavar. Harlei. Et sic permultis in libris passim locorum exaratum reperi, sed in posterum non annotabo. REISK. V. Photius c. 430. SCHAEFER.

P. 34. v. 12. ἀτυχής τίς εἰμι] Pronomen ex Aug. primi suppl. et Harlei. addidi. *neque tam sum diis natus iratis et astris infaustis*. REISK. Pronomen rursus eiecerunt Auger. Bekker. et Rüdiger. Mihi videtur Reiskius recte addidisse. Porsonus in Addend. ad Eurip. Hec. 1169. p. 99. s. ed. tert. Lips.: „Observandum est, librarios saepissime ea verba omittere, quae salva sententia afutura credunt, et cum τὶς vix unquam sensui sit prorsus necessarium, id hanc sortem prae ceteris plerisque verbis expertum fuisse.“ Mox, quod in primis huc quadrat: „Quod in Aristoph. Thesm. 618. coniecit Kusterus, habet MS. Ravennas, ἀναίσχυντός τις εἶ.“ Add. not. ad Gregor. Cor. p. 8. Quid autem Rüdigerus sibi voluerit, cum scriberet, Reiskium ex duobus libris interposuisse τίς, hanc tamen vocem Codd. auctoritate carere prorsus ignoro, nec quisquam, opinor, intelliget: nisi forte ille alio sensu dixit libros, alio Codices. — ἀτυχὴς bene interpretatur Reiskius: secus Rüdigerus. Est fere i. q. θεοβλαβής. SCHAEFER.

P. 34. v. 13. ὠφελεῖν] ὠφελῆσαι Paris. quintus, septimus et octavus, Aug. primi suppl. Harlei. REISK.

P. 34. v. 13. *νομίζων*] Minime in *νομίζων* cum Rüdigero de nominativo absoluto cogitandum; sed haec est usitata linguae Graecae constructio, ut, si ex enuntiatione primaria pendeat infinitivus idem subiectum habens, et subiectum et eius determinationes in nominativo ponantur. Conf., si opus sit, Matthiae Gr. Gr. §. 535. Rüdigeri errorem notavit etiam Ern. Fr. Poppo Thucyd. T. I. p. 117. BREMI. Regulas syntacticas pervellem Rüdigerus combibisset, antequam de Wolfiis superbius loqueretur. Popponis autem in amico castigando lenitatem amo, quam, si me audiet, in posterum etiam Schneidero de nostris litteris immortaliter merito nec, quae summa viri egregii laus est, *ἐπὶ μόνοις τοῖς ὀνόμασι σπουδάσαντι* praestabit. SCHAEFER.

P. 34. v. 15. *ἀλλὰ δικαίου πολίτου κρίνω κ. τ. λ.*] Citat h. l. Stobaeus p. 147, 26. REISK. Item Anecd. Bekk. p. 119, 12. ubi perperam legitur *κρίνων*. SCHAEFER.

P. 34. v. 17. *ἡμῶν*] *ὑμῶν* Paris. secundus, Aug. primi suppl. REISK.

P. 34. v. 18. *παριόντες*] Pro *παριόντες* antiquum habebat *παρόντες*. OBSOP. *παριόντες* Paris. octavus, Aug. primi supplem. Bavar. Aldus, Felic. Sed appendix Francofurtana et Ald. Tayl. et codex Obsopoei consentiunt vulgatae. In Augustano tertio est quidem *παρόντες* quoque, scholium tamen superscriptum hoc, *οἱ δημηγοροῦντες*, ducit ad *παριόντες*. *παριόντες* praetuli vulgatae *παρόντες*. Vulgata (id quod me iam iterum iterumque inculcare memini) penes me est lectio Morellianae. REISK. *παριόντες*. Ceteri libri fere omnes, manuscripti et impressi, legunt *παρόντες*, sed male. AUGER.

P. 34. v. 18. *μιμοῦνται*] *καὶ μιμοῦνται* Aug. secundus. REISK. Copula nata est e littera antegressa. SCHAEFER.

P. 34. v. 18. *οὐ πάνυ*] *οὐδαμῶς*, *haudquaquam*. In Xenophontis Oecon. 7, 3. non dubito Stephanum libri librorumve auctoritate dedisse *οὐ πάνυ ἔνδον διατρίβω*, pro quo vulgo dederunt ex interpretamento *οὐδαμῶς ἔ. δ.* SCHAEFER.

P. 34. v. 20. *τούτῳ τῷ ἔθει καὶ τῷ τρόπῳ*] Sic Harleianus. *τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ τῷ ἔθει* Ald. Fel. Manut. *τούτῳ τῷ ἔθει καὶ τῷ τύπῳ* Aug. secundus. Malim *ἤθει*. V. p. 35, 20. REISK. *τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ τῷ ἔθει* Auger. *ἔθει* non tentandum, ut accommodatissimum et fere synonymum alteri substantivo: cuiusmodi pleonasmis Orator luxuriatur. SCHAEFER.

P. 34. v. 21. *ὁμώνυμον ἐμαυτῷ*] *ὁμώνυμον ἑαυτῷ* Aug. sec. *ὁμώνυμον τὸν ἐμαυτοῦ* Paris. quintus, septimus, octavus, Aug. primi suppl. Harl. REISK. Nempe Demosthenem illum, cuius multam mentionem facit Thucydides in sua Peloponnesiaci belli historia, ducem in hocce bello non contemnendum, eodem nomine ac noster orator, at nulla cum eo cognatione coniunctum.

AUGER. De constructione adiectivi ὁμώνυμος v. not. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 168. SCHAEFER.

P. 34. v. 22. πεφήνασι] πεφύκασι Aug. secundus. REISK.

P. 34. v. 23. χαρίσομαι] χαρίσωμαι Bekker. et Rüdiger. Recte. Etiam γράψω est aoristi coniunctivus. Coniunctivos autem poscit antegressa interrogatio Τί βούλεσθε; Adde quod, si utendum fuisset futuro, Demosthenes scripturus erat χαριοῦμαι. SCHAEFER.

P. 34. v. 23. προπέποται — πράγματα] Citat h. l. Hermogenes p. 197. de inventione libro 4. cap. περὶ τροπῆς, de dictione tropica: ἡ ῥητορικὴ πολυπραγμονοῦσα — οὕτω χρῆται τοῖς ἀλλοτρίοις ὀνόμασιν, οἷον· προπέποται τὰ τῆς πόλεως πράγματα. ἀντὶ τοῦ προδέδοται. REISK. V. Photius c. 338. et Schol. ad Pindar. Olymp. VII. 5. ibique Heyn. p. 321. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 34. v. 25. ἡδονῆς καὶ] Absunt a Paris. octavo, ab Aug. primi supplem. a Bavarico: verumtamen in huius margine vulgata cum γρ. est annotata. Absunt item ab appendice Francofurtana. REISK. Delevit Bekkerus, uncis inclusit Rüdigerus. Ego non damnem, ut congrua ubertati orationis Demostheneae. SCHAEF.

P. 34. v. 26. τούτων] sc. τῶν ῥητόρων τὰ τῆς πόλεως πράγματα προπεπωκότων, non *hostium nostrorum*, ut Iacobsius interpretatur. Haec enim notio nusquam est in propinquo, ut, quum τούτων legamus, ea animo obversetur. Affirmat etiam Demosthenes de iisdem rhetoribus p. 36. I. 20. ὧν οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν, οἱ δ' ἐξ ἀδόξων ἔντιμοι, ἔνιοι δὲ τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας εἰσὶ κατεσκευασμένοι· ὅσῳ δὲ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτῳ τὰ τούτων ηὔξηται. BREMI.

P. 34. v. 27. ὑμέτερα] ἡμέτερα Paris. quintus, septimus, octavus. REISK.

P. 34. v. 27. καίτοι σκέψασθε κ. τ. λ.] Recitat h. l. Dionysius Halic. Rhetor. p. 175. REISK. In edit. Reisk. T. VI. p. 1015. ss. SCHAEFER.

P. 34. v. 28. ἔχοι] ἔχῃ Aldus, Meermann. REISK.

P. 34. v. 28. τ'] Omittunt Aldus, Felic. et P. Manut. REISK. Addidi τ', quod et addunt plerique a me consulti codd. AUGER.

P. 34. v. 28. τῶν προγόνων] Articulum nova manus in Aug. tertio adscripsit. REISK.

P. 34. v. 28. ἔργων] Abest a Dionysio p. 175. fine. REISK.

P. 35. v. 1. ἐφ' ὑμῶν] Sic Harlei. ἐφ' ἡμῶν August. primi suppl. Dionysius. ὑφ' ὑμῶν Aug. secundus. REISK. Iure Sylburgius ad Dionys. Halic. ἡμῶν praetulit: adsciverunt Auger. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 35. v. 1. οὐ γὰρ — γενέσθαι] Apsines p. 701. λαμβάνεται δὲ (exempla) ἢ ἐξ οἰκείων, ἢ ἐξ ἀλλοτρίων. τὰ μὲν οὖν ἐξ οἰκείων

ἀγωνιστικώτερα καὶ προσεχέστερα — ὡς παρὰ Δημοσθένει· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις, ἀλλ' οἰκείοις χρωμένοις παραδείγμασιν εὐδαίμοσιν ὑμῖν ἔξεστι γενέσθαι. REISK.

P. 35. v. 2. *ὑμῖν χρωμένοις*] Invertit Dionysius. REISK.

P. 35. v. 3. *γενέσθαι*] *γίγνεσθαι* Dionysius. REISK.

P. 35. v. 3. *ἐκεῖνοι τοίνυν — ἑκόντων*] Citat Tiberius p. 19. Eadem usque ad *ἀνήγαγον* Rufus p. 87. SCHAEFER.

P. 35. v. 4. *αὐτοὺς*] Omittit Cod. Vat. Tiberii. Sed recte additur, etsi in priore membro est *οἷς*: cuiusmodi structurae exempla non rara sunt. Eodem modo pronomen *οὗτος* in posteriore talis structurae membro ponitur. p. 794, 7. *ἃ κοινὰ νὴ Δία πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ἀγωνιζομένοις παρὰ τῆς τῶν ἄλλων ὑμῶν φύσεως, καὶ οὐδεὶς αὐτὸς ἑαυτῷ ταῦτα φέρει τῶν κρινομένων —.* SCHAEFER.

P. 35. v. 4. *ὥσπερ — πέντε*] Pro *ὥσπερ ὑμᾶς, οὗτοι νῦν πέντε*, in nostro *ὥσπερ ὑμᾶς οὗτοι πέντε* erat. OBSOP. Etiam in Tiberio male post *ὑμᾶς* interpungitur et *οὗτοι νῦν* iunguntur sequentibus. SCHAEFER.

P. 35. v. 5. *νῦν*] Abest a codice Obsopoei, a Parisinis secundo et tertio, ab Aug. tertio et Meermanniano. REISK. Si abesset, nemo requireret. Sed fortasse legendum *οὗτοι οἱ νῦν*. V. infra ad v. 29. SCHAEFER.

P. 35. v. 5. *πέντε μὲν καὶ τετταράκοντα ἔτη*] Isocrates in Panegyrico habet *ἑβδομήκοντα*, in Panathenaico *πέντε καὶ ἑξήκοντα*: et Obsopoeus in veteri exemplari legi ostendit *ξέ*. Fortassis hic legendum *καὶ ἑξήκοντα*. Tertia Philippica vero scribit: *ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι προστάται ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν Ἑλλήνων ἐγένοντο.* Chronologiam a Pausaniae Spartani interitu usque ad cladem Hellesponticam puto perducendam: post quam, captis a Lysandro Athenis, Lacedaemonii terra marique rerum potiti sunt, donec, iisdem victis ad Cnidum, Conon patriae opes et dignitatem aliqua ex parte recuperavit: quas sociali bello Chares denuo evertit, nec multo post Philippus in Graecia grassari, non armis magis, quam auro Macedonico et proditione, ac dominari coepit: cui Demosthenes, quantum potuit, est adversatus. WOLF. Pro *ἑξήκοντα*, quod Wolfiana dat, Taylor. *τετταράκοντα* ex Harleiano annotavit. REISK. Pro *ἑξήκοντα*, quod de suo dederat Wolfius, reposui *τετταράκοντα*, quod habent libri ceteri. Demosthenes quidem in tertia Philippica dicit, Athenienses Graecis imperavisse per tres et septuaginta annos, et hic per quinque et quadraginta. Verum hic computat a clade Xerxis usque ad bellum Peloponnesiacum, per quod tempus Graeci libenter parebant Atheniensibus: in tertia autem Philippica adiicit tempus belli Peloponnesiaci, per quod parebant adhuc, sed inviti parebant. AUGER.

P. 35. v. 5. τετταράκοντα] Tiberius et Rufus τεσσαράκοντα. SCHAEFER.

P. 35. v. 7. ἀνήγαγον] Sic Bavar. Aug. primi supplem. Harl. Pithoeanus, appendix Francofurtana. Dedi ἀνήγαγον pro συνήγαγον. REISK. Vulg. συνήγαγον. Praetuli ἀνήγαγον, quod legitur in multis et optimis codd. AUGER. In Dionysio Hal. συνήγαγον, quod Rüdigerus adscivit. SCHAEFER.

P. 35. v. 7. ὑπήκουε — Ἕλλησιν] Citatur in Anecd. Bekk. p. 176, 17. ubi pro ὑπήκουε est ὑπήκουσε: vere, ut opinor. Antecessit ἦρξαν, non ἦρχον. SCHAEFER.

P. 35. v. 7. ταύτην] Num τοσαύτην? tantam, tam vastam ditionem, tam spatiosam, quantam scilicet ab eo teneri inter omnes constat. Si nempe βασιλεὺς h. l. rex Persarum est. Verum Tourellus de rege Macedoniae accipit. REISK. ταύτην τὴν χώραν, *hanc regionem*, i. e. hic, Macedoniam. Pro ταύτην velim legi τὴν ἐκεῖ. AUGER. Noli ταύτην cum Reiskio et Augero tentare. Quanquam graeca sunt, quae illi coniecerunt. Sed quid dices de Rüdigeri commento? „Fortass. leg." inquit „ταυτήν, *eandem* terram, quam nunc Phil. tenet." Mirabile hoc ταυτήν incassum laboret si tueri velit Sophocleo ταὐτάν Philoct. 852. ad q. l. v. Buttmann. p. 141. s. quem perinde ut Hermannum fugerunt quae de eadem forma scripseram in not. ad Gregor. Cor. p. 303. — De Persarum rege miror Reiskium cogitare potuisse. V. Valckenar. Diatr. de Phil. Maced. p. 269. s. 274. et Wyttenbach. ad Iulian. p. 200. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 35. v. 7. ταύτην τὴν χώραν ἔχων] Sic Harlei. ταύτην ἔχων τὴν χώραν Aldus, P. Manut. REISK. Hoc altero ordine Auger., qui mihi quoque magis placet. SCHAEFER.

P. 35. v. 8. βάρβαρον] Satis ὑπερβολικῶς, sed ut agnoscas spiritus vulgi Attici. Valckenarius l. c. p. 274.: „Macedoniae reges istos Graecos esse origine monstratum a me fuit in adnotatione ad Herodotum Wesselingii p. 382." SCHAEFER.

P. 35. v. 10. πεζῇ] πεζοὶ Paris. octavus, Bavar. Aldina Taylori, Dionysius, Harlei. REISK. πεζοὶ praeferam ut melius respondens sequenti ναυμαχοῦντες. SCHAEFER.

P. 35. v. 10. αὐτοὶ] πολιτικῇ δυνάμει, non, ut nunc fit, ξένοις. SCHAEFER.

P. 35. v. 11. κρείττω — τῶν φθονούντων] *maiorem, illustriorem, quam quae invidorum obtrectationi obnoxia sit.* Hic quidem nihil hyperbolici video. SCHAEFER.

P. 35. v. 12. τοιοῦτοι] Pro hoc in nostro τοιαῦτα legebatur. OBSOP.

P. 35. v. 13. ἕν τε] ἐν sine copula Dionysius. REISK.

P. 35. v. 15. καὶ τοῖς ἰδίοις] Pro καὶ τοῖς ἰδίοις in nostro erat καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις. OBSOP. καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις Paris. primus,

secundus, tertius, Bavar. Augustani secundus et tertius, Meerm. Aldina Taylori, Dionysius. REISK. *καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις* Bekker. et Rüdiger., quae plenior syntaxis mihi etiam placet. Nam etsi ratio syntactica praepositione facile caret, tamen eximii huius loci gravitas videtur eam perlibenter adsciscere. Sed talia melius sensu percipiuntur, quam verbis explicantur. SCHAEFER.

P. 35. v. 15. *δημοσίᾳ μὲν τοίνυν — λελεῖφθαι*] Minucianus p. 148. in locis enthymematis *ἀπὸ πηλικότητος· οὕτως ἐκόσμησαν οἱ πρόγονοι τὴν πόλιν, ὥς μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων μηδεμίαν ὑπερβολὴν λελεῖφθαι.* REISK. Neque hic quidquam hyperbolici video. SCHAEFER.

P. 35. v. 16. *τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα*] *τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα* Aug. primi supplem. Harlei. In Augustano tertio sic legitur: *κάλλη τοιαῦτα κατεσκεύασαν.* Sed nova manus post *κάλλη* superscripsit *τοσαῦτα καί.* REISK. Etiam Dionysius *τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα.* Sed interpres Dionysii: *talia et tanta.* SCHAEFER.

P. 35. v. 18. *λελεῖφθαι*] *λειφθῆναι* Dionysius. REISK.

P. 35. v. 20. *τὴν Μιλτιάδου*] Articulus abest ab Harlei. Aug. primo, Dionysio. REISK. Deletum mallem. SCHAEFER.

P. 35. v. 21. *οἶδεν*] Vulg. *εἶδεν.* *οἶδεν* Paris. secundus, tertius, quintus, septimus, octavus, Augustani primus et secundus, Bavar. Meermann. in texto, sed in huius margine alia manus vulgatam annotaverat: item Aldus, Felic. P. Manutius, Dionysius. Correxi *οἶδεν*, *novit*, non *vidit.* V. p. 175, 2. et 689, 13. REISK.

P. 35. v. 21. *ὁποία ποτ'*] Auger. *ὁποῖά ποτ'*, vitio accentus passim obvio. SCHAEFER.

P. 35. v. 22. *ποτ' ἐστὶν*] *ποτ' ἄρ' ἐστιν* margo Lutetianae, tacito auctore, Harlei. REISK.

P. 35. v. 22. *γείτονος*] *ἥττονος* Paris. octavus, Harl. REISK.

P. 35. v. 23. *εἰς περιουσίαν*] *ad opulentiam inde colligendum.* *πρὸς τὸ χρηματίζεσθαι ἐξ αὐτῆς καὶ πλουσίους γίγνεσθαι.* REISK.

P. 35. v. 23. *αὐτοῖς ἐπράττετο*] Vulg. *ἐπράττετο αὐτοῖς.* *αὐτοῖς ἐπράττετο* Aug. primus, Dionysius, Harlei. REISK. *ἐπράττετο αὐτοῖς* Auger. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 35. v. 23. *τὸ κοινὸν*] *καὶ τὸ κοινὸν* Paris. quintus. REISK.

P. 35. v. 25. *αὔξειν ἕκαστος*] *ἑκάστῳ* (sic) *αὔξειν* Aug. primus. *ἕκαστος αὔξειν* Harl. REISK. *ἕκαστος αὔξειν* Bekk. SCHAEFER.

P. 35. v. 26. *ἴσως*] *aequo iure.* Sic Polybius XXIV. 2. T. IV. p. 288. Schw. *οὐκ ἴσως*, et mox simili sensu *οὐ δικαίως.* V. not. ad Longi Pastor. p. 357. SCHAEFER.

P. 35. v. 27. *ἐκτήσαντο*] *ἐκέκτηντο* Dionysius. REISK.

P. 35. v. 28. *ἐκείνοις — εἶπον*] *ἐκείνοις, οἷς εἶπον, χρωμένοις* Ald. Tayl. REISK.

P. 35. v. 29. *νυνὶ δὲ — ἔχει;*] Hermogenes p. 265. *ὅτι δὲ καὶ ἦθος ποιεῖν σφοδρότητα οὐδὲν κωλύει, αἱ εἰρωνεῖαι δηλοῦσι πᾶσαι. οἷον· πῶς ὑμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τούτων τὰ πράγματα ἔχει;* REISK. Citat Tiberius p. 19. s. SCHAEFER.

P. 35. v. 29. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* Paris. secundus, Bavaricus, Meermannianus. REISK. *ἡμῖν* etiam varr. lectt. Tiberii. SCHAEFER.

P. 35. v. 29. *τῶν χρηστῶν*] De Eubuli hoc cognomento nihil mihi constat. Sed de Phocione sic scribit Plutarchus: *ὥστε θαυμάζειν, ὅπως καὶ ὁπόθεν τραχὺς οὕτως ἀνὴρ καὶ σκυθρωπὸς ἐκτήσατο τὴν τοῦ χρηστοῦ προσηγορίαν.* WOLF. Non cogitandum de Eubuli cognomento, sed *χρηστὸς* intelligendum est ironice. V. Reiskii Ind. Gr. s. v. De alio usu ironico huius vocis, sed minus probabili, v. Ruhnken. ad Timaei Lexic. p. 132. SCHAEFER.

P. 35. v. 29. *τῶν νῦν*] *τούτων* Paris. quintus, septimus, octavus, Aug. primus, appendix Francofurtana, Harlei. Hermogenes, Ald. Tayl. REISK. Adde Tiberium. De Hermogene v. Boissonad. ad l. c. *τούτων* receperunt Bekker. et Rüdiger. Mihi, iuncta utraque scriptura, legendum videtur: *τούτων τῶν νῦν.* Ita supra v. 5. *οὗτοι οἱ νῦν*, si vere conieci. SCHAEFER.

P. 36. v. 1. *καὶ παραπλησίως*] *ἢ παραπλησίως* Paris. quintus, septimus et octavus, Pithoeanus, Ald. Tayl. Aug. primus et tertius, sed in hoc nova manus *ἢ* scripsit in loco vetustioris lectionis erasae: item appendix Francofurtana, Harlei. Malim *ὁμοίως ἢ καὶ παραπλησίως*, *similiter aut saltim quodammodo propemodum:* ut hoc minus sit, quam illud. REISK. Vulg. *καὶ παραπλησίως*. Correxi *ἢ παραπλησίως* iuxta codd. L. M. N. Z. Dd. Ee. et Qq. Scribit cod. Q. *ἢ* supra *καὶ*. AUGER. *ἢ παραπλησίως* Bekker. et Rüdiger. Hic citat p. 439, 20. *ἆρά γε ὅμοια ἢ παραπλήσια τούτοις;* Reiskii *ἢ καὶ* languet. SCHAEFER.

P. 36. v. 1. *καὶ τὰ*] *καὶ* secundi loco est *οἷς* in Paris. primo et tertio, Bavarico, (sed in hoc vulgata est in margine annotata,) item Meermann. et indice Aldi. Utrumque dat August. tertius, *οἷς καὶ τὰ*. Lectionem *οἷς* si admittis, addendum erit ad *τὸ πολλὰ* aliquid huiusmodi, *τῶν πεπραγμένων*, aut *τῶν πεπολιτευμένων*. *καὶ* secundum plane abest a Dionysio. Solet *καὶ* interdum responsiones exordiri, quomodo *atque* a Cicerone saepissime hoc pacto usurpatur. V. paulo post hac pagina versu 16. et 38, 2. REISK. *οἷς* natum esse puto e syllaba antegressa. SCHAEFER.

P. 36. v. 2. *πόλλ᾽ ἂν ἔχων*] *πολλὰ ἔχων* Dionysius, Harlei. REISK. Hoc est *qui multa possim dicere:* nostrum *qui multa possem dicere*, scil. si tempus pateretur. SCHAEFER.

P. 36. v. 2. *ἀλλ᾽ ὅσης — ἐπειλημμένοι*] *ἀλλ᾽ ἐπειλημμένοι τοσαύτης ἐρημίας* (scilicet *τῆς Ἑλλάδος*), *ὅσην ὁρᾶτε ἅπαντες. ἐπιλαμβάνεσθαι ἐρημίας* idem, quod *τυχεῖν παραπεπτωκυίας ἡμῖν τοσαύτης ἐρημίας. cum in tantam Graeciae solitudinem inciderimus: cum soli simus inter Graecos, qui principatu digni videa-*

mur. τὸ ἐπειλημμένοι ἀντὶ τοῦ ἐπειληφότες κατ' ἐναλλαγὴν 'Αττικήν. *) Sed si quis passive malit intelligere, *a quanta solitudine simus circumventi*, is cogitet, legendum sibi fore ἀλλ' ὑφ' ὅσης ἅπαντες etc. Nam ἡ ἔλλειψις durissima fuerit. Sic dicunt ἐπιλαμβάνεσθαι προφάσεως, *arripere occasionem*, τῶν τριχῶν, *invadere in capillos*, τῆς ἀτελείας ἐπειλημμένοι, *consecuti immunitatem*, ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου, *reprehendere orationem*. WOLF. Non obloquar, si quis contendat, oratorem hic illam designare solitudinem, cum tu ab amicis desertus et desolatus in angustiis haeres. Videtur tamen orator potius absentiam aemulorum in animo habuisse. *quamquam nemo iam est, qui vobiscum de principatu Graeciae contendat, sed vos eum absque controversia tenere et usurpare possitis, quem tantis laboribus tantoque sanguine maiores vestri quaesivere.* REISK. *sed quantam omnes videtis solitudinem nacti* vel *consecuti. solitudinem*, i. e. absentiam aemulorum. AUGER. Verissime Augerus, nec erat cur Reiskius vel tantillum dubitaret. Orator enim de solis commoditatibus loquitur, quibus Athenienses uti debuerint, sed per socordiam suam malamque fraudem demagogorum non sint usi. Haec verba in Anecd. Bekk. p. 136, 5. sic citantur: ἀλλ' ὅσης ὁρᾶτε πάντες ἐρημίας ἐπειλημμένοι. πάντες etiam Dionysius Halic. habet. SCHAEFER.

P. 36. v. 6. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. octavus, Bavar. Aug. secundus et tertius, Meermann. Aldus, Paul. Manut. REISK. ἡμῖν Auger. Bekker. et Rüdiger. Recte. SCHAEFER.

P. 36. v. 6. ἀντιτάξασθαι] ἀνττᾶραι Dionysius. REISK. Hoc vide ne genuinum sit. SCHAEFER.

P. 36. v. 6. ἐξὸν χώρας] Citantur in Anecd. Bekk. p. 135, 1. omisso δ' et pro μὲν posito δέ. SCHAEFER.

P. 36. v. 6. [δ']] Abest a Dionysio. REISK. Uncos amoverunt Auger. Bekker. et Rüdiger. Mihi particula videtur delenda: talia enim solute dici solent. Conf. p. 25, 4. SCHAEFER.

P. 36. v. 7. αὐτῶν] Abest ab Augustano secundo. REISK.

P. 36. v. 7. βραβεύειν] Super βραβεύειν in August. primo superscriptum est scholium οἰκονομεῖν. REISK. Aliquanto plus est βραβεύειν quam οἰκονομεῖν. V. Dorvill. ad Chariton. p. 445. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 36. v. 8. χώρας οἰκείας] In margine Bavarici erat sic: γρ. χώρας. οἰκίας. τῆς 'Αμφιπόλεως. (forsitan e scholio.) Sed in texto erat οἰκείας. REISK.

P. 36. v. 10. ἀνηλώκαμεν] In Bavarico et hic et fere ubique locorum, ubi verbum hoc occurrit, superscriptum super ῆ est

---

*) Fallitur de enallage cogitans. Sic ubique dicitur ἐπιλαμβάνεσθαι, nusquam ἐπιλαμβάνειν. SCHAEFER.

α, aut contra. REISK. ἀναλώκαμεν Bekker. Idem placuit Fischero ad Weller. III. 1. p. 34. V. Bremius ad p. 93, 1. SCHAEFER.

P. 36. v. 12. ἐχθρὸν — ἠσκήκαμεν] Citat h. l. Hermogenes p. 198. ubi Aldinus Hermog. sic exhibet: ἐφ' ἡμᾶς ἐχθρὸν αὐτοὺς τηλικοῦτον ἠσκήκαμεν. REISK.

P. 36. v. 12. τηλικοῦτον] τοιοῦτον Harl. REISK. V. not. ad p. 32, 6. SCHAEFER.

P. 36. v. 12. ἠσκήκαμεν] ἠσκήσαμεν Aug. primus et Bavar. Ald. Tayl. ἐκτησάμεθα Aug. secundus. REISK. Praestat perfectum. Valckenario Diatr. de Phil. Maced. p. 267. scribendum videbatur ηὐξήκαμεν, quod si in Codice occurreret, haberem pro interpretamento: certe verbo ηὐξήσαμεν usus est Moschopulus ad interpretandam vulgatam. V. Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 115. ἠσκήκαμεν tuentur Weiskius de Hyperb. I. p. 38. et Rüdigerus, qui quod ait Augerum ἠσκήσαμεν adscivisse, fallitur. SCHAEFER.

P. 36. v. 13. ἐμοὶ] ἐμοὶ et πόθεν ἄλλοθεν, nec non versu proximo ἀλλ' ὦ τᾶν in Aug. primo attritu obliterata: pro hoc tamen ibi videbatur olim fuisse ἀλλ' ὦ 'γαθέ. In appendice Francofurtana ad h. l. haec sunt annotata: „Post Φίλιππος loco signi interrogatorii punctum reperitur." in illo nempe codice, qui fundus fuit istius annotationis, quem suspicor Pithoeanum fuisse. REISK.

P. 36. v. 13. ἰσχυρὸς — Φίλιππος] Hermogenes l. c. ἰσχυρὸς ἢ παρ' ἡμῶν αὐτῶν γέγονε Φίλιππος. REISK.

P. 36. v. 15. αὐτῶν Φίλιππος] αὐτῶν abest a Bavarico. Idem et Harlei. dant ὁ Φίλιππος, item Dionysius. REISK.

P. 36. v. 15. ὦ τᾶν] In ὦ τᾶν exemplar nostrum secutus sum. Sed reperiuntur etiam aliae eiusdem compellationis scripturae, ut prolixius docui ad Clenardum Antesignani p. 219. v. 45. SYLBURG. *ad Dionys. Halic.*

P. 36. v. 15. φαύλως] Repete e sequentibus ἔχει. V. not. ad Hesiod. 327. SCHAEFER.

P. 36. v. 16. ἂν] δὴ Dionysius. REISK. Ambabus particulis iunctis legam καὶ τί δὴ ἂν —, quo fit interrogatio paulo gravior. Xenophon Cyrop. I. 3. 5. καὶ τίνι δὴ σὺ τεκμαιρόμενος, ὦ παῖ, ταῦτα λέγεις; SCHAEFER.

P. 36. v. 16. εἰπεῖν τις] τις εἰπεῖν Ald. P. Manut. Sed alteram lectionem Taylor. ex Harleiano annotarat. REISK.

P. 36. v. 17. κονιῶμεν] κοινῶμεν Ald. Sed Weimaranus correctum dat secundum vulgatam. Aegre quoque fert Mounteneius Aldinam lectionem a Wolfio fuisse servatam. Est quoque κονιῶμεν in Felic. et appendice Francofurtana et Harleiano. REISK.

P. 36. v. 18. λήρους] κλήρους Dionysius. REISK. Acerba in fine irrisio, non quidem ex similitudine soni, sed ex notione vocabuli, quod ad finem reiectum et commode pronuntiatum pretium rerum ante nominatarum vere taxat. Bene Iacobs. *Gossen und Possen.* Similis locus est apud Platonem Gorg. p. 490. C.

περὶ σιτία σὺ λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατροὺς καὶ φλυαρίας. BREMI. Verissime vir doctissimus. Fuit cum Rüdigero *λήρους* in *ληνοὺς* mutandum videretur; idque, ut ait, Hermanno probavit. Vix usquam vidi infelicius coniectatum: omninoque infelix fuit Rüdigerus in hac voce, ut eam nunc in locum non suum inferret (v. not. ad p. 23, 15.), nunc e loco suo expelleret. Laudo igitur, quod hic addidit: „Lectio vulg. mihi nunc non improbabilis videtur." Magis laudarem, si vulgatam unice veram dixisset. Taylorus ad h. v. adscripsit (v. Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117.): „Aristophanes." Quaerendi in Aristophanicis labore levavit me Dindorfius, egregius Comici editor, indicans Equ. 89. *κρουνοχυτρολήραιος εἶ.* SCHAEFER.

P. 36. v. 18. *τὰ τοιαῦτα*] *ταῦτα* Dionysius, Bavar. appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK.

P. 36. v. 20. *ὧν*] *ὡς* Dionysius. SCHAEFER.

P. 36. v. 20. *πτωχῶν πλούσιοι*] *πτωχῶν ταχὺ πλούσιοι* Parisini quintus, septimus, octavus, Harl. Ald. Taylori, Augustani primus et tertius, sed in hoc *ταχὺ* erat a nova manu superscriptum. REISK. *ταχὺ* tam egregie quadrat, ut, si textus mihi recensendus esset, sine cunctatione reciperem. *ἐκ πτωχοῦ πλούσιον γίγνεσθαι* licet etiam per bonas artes: *ταχὺ γίγνεσθαι* vix nisi per malas. SCHAEFER.

P. 36. v. 21. *ἐξ ἀδόξων*] Sic esse in Aldino, quo utor, testor, tametsi Obsopoeus in illo Aldino, quo ipse usus est, ait fuisse *ἐξ δόξων*, id quod errori operarum typographicarum tribuit. REISK.

P. 36. v. 22. *οἰκοδομημάτων*] *οἰκοδόμημα*, aedificium augustum et magnificum, inprimis usibus publicis destinatum. V. p. 35. v. 15. coll. v. 21. SCHAEFER.

P. 36. v. 23. *ἐλάττω*] *ἐλάσσω* Dionysius. SCHAEFER.

P. 36. v. 23. *ηὔξηται*] *ηὔξηκε* Parisinus secundus. Utramque lectionem dat Bavaricus, infra hanc, istam vulgatam supra. REISK.

P. 36. v. 24. *τούτων*] *τοῦτο* Bavar. REISK.

P. 36. v. 24. *τί δήποτε ἅπαντ' εἶχε καλῶς*] Dionysius sic dat: *τί δή ποτ' εἶχεν ἅπαντα καλῶς.* REISK.

P. 36. v. 25. *καὶ νῦν*] Subaudi *ἔχει*, quod tacite supplendum est e praemisso *εἶχε.* REISK.

P. 36. v. 25. *τὸ μὲν πρῶτον*] *ab initio quidem, olim quidem.* Opponitur infra p. 37. v. 1. *νῦν δέ.* In antegressis *τότε* et *νῦν* inter se opponuntur. SCHAEFER.

P. 36. v. 25. *καὶ*] Mallem abesset. Fortasse peperit littera proxime sequens. Rursus infra p. 37. v. 3. eadem littera copulam ante *συμμάχους* multis e libris videtur expulisse. SCHAEFER.

P. 36. v. 26. *αὐτὸς*] Referendum ad *στρατεύεσθαι.* SCHAEFER.

P. 36. v. 26. δεσπότης] καὶ δεσπότης Paris. octavus, Harl. REISK. Copula hic satis apte ponitur, videturque elisa per litteram antecedentem. SCHAEFER.

P. 36. v. 28. δήμου τῶν ἄλλων] δήμου καὶ τῶν ἄλλων Ald. Tayl. REISK.

P. 37. v. 1. τῶν ἀγαθῶν οἱ πολιτευόμενοι] οἱ πολιτευόμενοι τῶν ἀγαθῶν Bavar. Aug. tertius, Meermann. REISK. Hunc alterum ordinem Bekker. praetulit. SCHAEFER.

P. 37. v. 2. ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος κ. τ. λ.] V. Koen. ad Gregor. Corinth. de Dialectis p. 25. s. et ibi Valckenaer. [p. 52. ss. ed. Lips.] Hermogenes p. 243. ult. εἰ δ' ὑπερβαῖεν ἐπὶ πλέον αἱ τροπαὶ, σκληρότερον ποιοῦσι τὸν λόγον, ὥσπερ καὶ τὸ ἐκνενευρισμένοι, καὶ τὸ πεπρακὼς ἑαυτὸν, καὶ τὸ λωποδυτεῖν τὴν Ἑλλάδα. item p. 250, 14. Aristides de dictione civili p. 264. antep. ubi Aristid. Aldinus vocabula καὶ περιηρημένοι et γεγένησθε omittit. Verba Aristidis haec sunt: καὶ τὸ διαβάλλειν δὲ πρόσωπα ἔνδοξα, ὡς ἀτόπως ἔχοντα, σφοδρότητα ποιεῖ. ὡς· ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος —. Praeclara est Laur. Normanni ad h. l. annotatio p. 473. REISK. Conf. Bakius ad Cleomed. p. 420. SCHAEFER.

P. 37. v. 2. ὑμεῖς — ὁ δῆμος] Technici hoc schema dixerunt ἀλλοίωσιν παρὰ [f. περὶ] τοὺς ἀριθμούς. V. Tiber. p. 66. et Boissonad. ad h. l. SCHAEFER.

P. 37. v. 3. ἐκνενευρισμένοι] Recte Hermogenes de nervis reipublicae exsectis intellexit: ut quae continuo sequuntur interpretationis causa sint addita. V. Valckenar. ad l. c. Gregor. Cor. Aliter Bakius l. c. p. 419. mihi quidem non persuadens. SCHAEFER.

P. 37. v. 3. καὶ συμμάχους] Sic Aristides Τέχνης p. 264. Paris. octavus, Aug. primus, appendix Francofurtana, Harlei. Hic Taylorus coniecturam suam adscripserat: „f. σύμμαχοι — γεγένησθε." REISK. Vulg. non habet καί. Addidi ex auctoritate Codicum A. L. M. N. Z. Qq. AUGER. Copula deest etiam in Hermogene citato a Valckenario ad Gregor. Cor. et in Dionysio Hal. Omisit Rüdigerus. Mihi asyndeton h. l. sordet. V. not. ad p. 36, 25. SCHAEFER.

P. 37. v. 5. ἐὰν] ἂν Dionysius. REISK.

P. 37. v. 6. μεταδιδῶσι] μεταδῶσι Aug. primus, Dionysius, Harlei. REISK. μεταδῶσι recte Bekker. et Rüdiger. Supra p. 36. extr. ἀγαπητὸν ἦν — μεταλαβεῖν. Adde quod sequitur πέμψωσιν, non πέμπωσιν. SCHAEFER.

P. 37. v. 6. θεωρικῶν] Bavar. etiam sic in texto, sed super ῶ erat ὸ parvum exaratum. Ita est in Dionysio, scil. θεωρικόν. Hermogenes p. 250. locum hunc e memoria recitans ita dat: ἀγαπῶντες, εἰ θεωρικὰ ἢ βοΐδια πέμψουσιν ὑμῖν εἰς τὰς ἑορτάς. REISK.

P. 37. v. 6. βοΐδια] Ubi etiam ab Aldo adiecta est stellula, neque tamen alia lectio indicata, pro ἢ βοηδρόμια πέμψωσι in antiquo βοΐδια reperi. OBSOP. βοηδρόμια appendix Francofurtana,

Ald. Tayl. Parisini secundus et tertius, Augustanus secundus, Meermann. Pithoeanus, index P. Manutii, Bavaricus in texto, sed margo dat vulgatam. Augustanus tertius dat *βοΐδια*, sed e correctione, erasa vetusta lectione. Obsopoeus testatur, in Aldino suo se reperisse *βοηδρόμια*, in Pannonico autem suo *βοΐδια*. Ego vero in Aldino meo plane lego *βοΐδια*. REISK. V. Taylor. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. Dedi τρισυλλάβως *βοΐδια*. Sic etiam Bekkerus et, quod mireris, Augerus. V. Porson. in Suppl. praefat. ad Eurip. Hecub. p. LIV. ed. Lips. tert. Hoc deminutivum oportet parum cognitum fuerit librariis, qui scribendi compendium tam male intelligerent. Recte Reiskius in Ind. Gr. p. 111.: *boves macras et annis confectas.* Certe *macras*, *λεπτὰς*, qualis fuit ille taurus, de quo Theocritus IV. 20. Rüdigerus autem videtur parum cepisse Oratoris sarcasmum, cum scriberet, *buculas* ad solennes dapes celebrandas mitti solitas fuisse. Neque enim hic mos erat, sed ad illum usum animalia maxime opima deligebantur. SCHAEFER.

P. 37. v. 7. *ἀνανδρότατον*] Pro *ἀνανδρότατον* in vetusto exemplari habebatur *ἀνδρειότατον*. OBSOP. *ἀνανδρειότατον* Paris. primus, secundus cum γρ. (quod indicio sit, in illo utramque lectionem fuisse exhibitam), codex Obsopoei. Bavaricus dat vulgatam in texto, margo autem haec annotat: *γράφεται καὶ ἀνδρειότατον εἰρωνικῶς*. In appendice Francofurtana hoc idem *ἀνδρειότατον* est. REISK.

P. 37. v. 8. *καθείρξαντες*] *οὐκ ἐῶντες αὐτοὺς στρατεύεσθαι*. Ne cum Rüdigero putes, metaphoram esse translatam a brutis, quae quis cicurat. SCHAEFER.

P. 37. v. 8. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* Paris. secundus et tertius, Meermann. index Aldi. Utramque lectionem dat Bavaricus, vulgatam infra, alteram supra. REISK.

P. 37. v. 8. *ἐπάγουσιν*] *ὑπάγουσιν* Parisinus septimus, Pithoeanus, Aldus, Felic. P. Manutius, (sed eorum indices cum vulgata consentiunt,) editio Wolfii. Sed appendix Francofurtana dat vulgatam *ἐπάγουσιν*, item Harlei. REISK. *ὑπάγουσιν* Augerus. SCHAEFER.

P. 37. v. 10. *τιθασσεύουσι*] Simplex sigma in media voce dant Augustani primus et secundus. REISK. *τιθασεύουσι* Bekker. quae scriptura videtur verior. V. Etymol. M. c. 429. 11. 14. 758, 27. et Photius c. 432. SCHAEFER.

P. 37. v. 10. *αὐτοῖς*] *αὐτοὺς* Parisinus septimus. REISK.

P. 37. v. 12. *ἄττα*] *ἅττα* (cum aspero) Augustanus primus et Bavar. REISK. Male *ἅττα* Auger. Idem vitium in Dionysio Hal., ubi Sylburgius: „rectius *ἄττα*: sicut scilicet Ammonius *ἄττα* sine aspiratione significare ait *τινά*, aspiratum vero *ἅτινα*.“ Hac data occasione liceat addere quae supra ad p. 10, 18. oblitus

sum. ἅττ', de quo illic scripsi, non mirum est librarios in ἅ τ' ut sibi multo notius corrupisse. Quod cum alibi accidit, tum passim in Galeni libris, ubi veram scripturam in edit. Lips. aliquoties restituere memini. Minus etiam miraberis, Tragicum ἅσσ' eadem de causa in ἅ σ' depravatum esse. Sophocles Oed. T. 425. Br. ἅ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις. Dindorfius in praefat. ad edit. Elmsl. Lips. p. XXII.: „ἅσσ' ἐξισώσει Porsonus apud Maltby ad Morell. Lex. Prosod. p. 159. *) Librorum omnium scriptura ἅ σ' ἐξισώσει est sanissima." Immo corrupta est, si quid usquam stupor corrupit scribarum, Porsonusque poëtae manum emendatione lenissima restituit. Videlicet Tiresias postquam in antecedentibus dixit de malis, quae solius sunt Oedipi, nunc vaticinatur mala, quae communia sunt Oedipi et Oedipodionidarum. Haec dicit ἄλλα κακὰ, ἅσσ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις, *quae exaequabuntur inter te tuosque liberos*, h. e. *quae pariter accident tibi tuisque liberis.* Intelligenda autem ea mala, quae pepererunt Oedipi ἀραὶ ἀνοσιώταται. Erfurdtii, viri optimi, interpretatio vulgatae illustre est exemplum contortae omninoque infelicis interpretationis. SCHAEFER.

P. 37. v. 12. ἂν] Abest ab Aug. secundo et Dionysio. REISK.

P. 37. v. 13. τὸ] Abest ab ed. P. Manutii et Feliciana. Sed est in Harlei. REISK. Articulum omisit Augerus. SCHAEFER.

P. 37. v. 13. ἔχειν] Post ἔχειν stat sigla haec in Augustano tertio, επνΓΓ, utrinque puncto singulo septa: quod interpretor ἐπίλογος. REISK.

P. 37. v. 13. ταῦτα] Puto regi ab εἰπόντι. Vulgo ut nominativum ad βλάβη referunt. Sed opponuntur inter se ταῦτα εἰπόντι et τῶν πεποιηκότων αὐτά. SCHAEFER.

P. 37. v. 13. Δήμητρα] Δήμητραν Aug. secundus, Harlei. quod facile purget creberrimus usus. REISK. Haec forma accusativi tam frequenter, etiam in libris bonae notae, occurrit, ut damnare eam subverear. Exempla dederunt Boissonadus ad Proclum p. 96. et Dobreeus ad Aristophan. Plut. p. 61. s. ed. Dind. SCHAEFER.

P. 37. v. 15. μείζων] γρ. μεῖζον Paris. secundus et septimus. Sic et Aug. primus et Bavar., sed hic in texto, vulgata super versu scripta. Pari modo Aug. tertius dat e correctione μεῖζον, vetustior enim manus vulgatam dedisse videtur. Augustanus secundus dat μείζω, quod sic ferri potest, ut βλάβη sit nominativus pluralis a nomine substantivo generis neutrius βλάβος. REISK. Vulgatam ne solicites. βλάβος non puto vulgaris illa aetate sermonis fuisse: quod enim p. 528, 2. τὸ βλάβος legitur, sumtum est e formula legis vetustioris. Minus etiam usitatus

---

*) V. ipsum Porsonum ad Marklandi Suppl. p. 124. ed. Dind. De Agathonis loco ibi citato v. Melet. Crit. p. 109. SCHAEFER.

fuit pluralis τὰ βλάβη. Atticistas τὸ βλάβος ut magis Atticum praeferentes non curo. SCHAEFER.

P. 37. v. 15. ἐμοὶ] μοι Dionysius Halic. minus recte: nam haec oppositio est. SCHAEFER.

P. 37. v. 16. γενέσθαι] Loco v. γενέσθαι dat Dionysius Hal. ἑκάστῳ. Ut hoc amplector, ita rursus illud dimittere nolim, sed arbitror ambobus copulatis primigeniam oratoris manum reddi, ut sit constructio μείζων βλάβη ἐμοὶ ταῦτα εἰπόντι, ἢ ἑκάστῳ τῶν πεποιηκότων ἐκεῖνα γενέσθαι. *quam unicuique eorum, qui in causa fuerunt, ut istaec, quae dixi, ita ut dixi evenirent.* ἢ pone βλάβη addendum facile potuit in concursu secum elidi. REISK. Augerus dedit ἢ ἑκάστῳ τῶν πεποιηκότων αὐτὰ γενέσθαι, hac nota adscripta: „ἢ ἑκάστῳ. Hae duae voces absunt a vulgata: assumpsi ἢ ex codd. K. et M. et ἑκάστῳ ex Dionysio Halicarnasseo, qui hunc locum citans dat ἑκάστῳ sine γενέσθαι." Miror, nec Reiskium neque Augerum vidisse, ἢ etiam in Dionysio legi. Cum hoc sine ulla dubitatione legendum ἢ τῶν πεποιηκότων αὐτὰ ἑκάστῳ. Nam si cum Reiskio et Augero etiam γενέσθαι serves, turbatur accurata oppositio inter ταῦτα εἰπόντι ἐμοὶ et τῶν πεποιηκότων αὐτὰ ἑκάστῳ s. ἑκάστῳ τ. π. α.: oppositionis autem membrorum accuratae Orator servantissimus est. SCHAEFER.

P. 37. v. 17. αἰεὶ] ἀεὶ Aldus. REISK. Item Dionysius Halic. et sic Auger. Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 37. v. 17. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. secundus, Aug. secundus, Meermann. REISK.

P. 37. v. 18. ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι] ἐὰν οὖν ἔτι καὶ νῦν Parisinus octavus, Harlei. Aldus. Eadem lectio in Bavarico est superscripta cum γρ. (id est γράφεται), nam in texto vulgatam dat. ἐὰν οὖν ἀλλὰ καὶ νῦν γ' ἔτι Parisini quintus et septimus, item Aug. tertius e correctione, vetus enim manus in eo vulgatam dederat. In Meermanniani texto vulgata legebatur quidem, verum iunior manus lineola subiecta induxerat atque in margine scripserat istaec: γρ. ἐὰν οὖν ἔτι καὶ νῦν. In Laudiano quoque est ἔτι καὶ νῦν. Verba ἐὰν οὖν usque ad ἐθῶν obliterata erant in Aug. primo, ut legi non possent; item rursus versu 19. usque ad ἀξίως. In appendice Francofurtana sic est: ἐὰν οὖν, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ἀπαλλαγέντες. REISK.

P. 37. v. 20. ἐθελήσητε] ἐθελήσετε Aldus et Meermannianus, sed recentior manus super tertio ε appinxerat η: et sic quoque in proximo χρήσεσθε versu 22. ubi tamen Aldus χρήσησθε dedit cum vulgata consentanee. REISK.

P. 37. v. 20. τε] Omittit Harlei. REISK.

P. 37. v. 22. χρήσησθε] χρῆσθαι Aldina Tayl. Aug. primus, Harlei. appendix Francofurtana. REISK. Vide ne hoc ab ipso Oratore profectum sit. SCHAEFER.

P. 37. v. 23. κτήσαισθε] κτήσεσθε Aug. primus et secundus, Harlei. Bavaricus vulgatam dat, sed η scripto super diphthongo. REISK.

P. 37. v. 25. λημμάτων] Lambini index dat λημματίων in diminutivo, quod non displicet. REISK. Mihi etiam perplacet. Vulgatam tueri quidem videatur quod infra sequitur p. 38, 8. Sed vide quae illic monui. SCHAEFER.

P. 37. v. 25. ἃ — ἔοικε] Constructio paulo implicatior haec est: ἃ ἔοικε τοῖς σιτίοις τοῖς διδομένοις παρὰ τῶν ἰατρῶν τοῖς ἀσθενοῦσι. Imitatus est h. l. Philostratus p. 306, 27. REISK. Immo sic construe: ἃ ἔοικε σιτίοις διδομένοις τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν. SCHAEFER.

P. 37. v. 26. καὶ γὰρ — ἐᾷ] Athenaeus T. II. p. 535. Schw. κατὰ τὸν Παιανιέα ῥήτορα τοιούτων τινῶν μεταλάβωμεν, ἃ μήτ' ἰσχὺν ἐντίθησι, μήτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. de quo loco v. Porsoni Adversaria p. 78. (90.) SCHAEFER.

P. 37. v. 26. οὔτ' ἰσχὺν ἐκεῖνα] ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν Harlei. REISK. Hoc altero verborum ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 37. v. 28. ἐστιν] Deest Harlei. REISK.

P. 37. v. 28. ὠφέλειαν ἔχειν] ἔχειν ὠφέλειαν Aug. primus, Harlei. REISK

P. 37. v. 28. ἀπογνόντας] Non de desperatione intelligendum, sed de contemtu. p. 1471, 15. οὐ γὰρ ἀπεγνωκὼς ὑμᾶς οὐδ' ἑτέρωσε βλέπων οὐδαμοῦ μετέστην. quem locum respiciens Zonaras c. 258. Ἀπεγνωκὼς, ἀποδοκιμάσας. SCHAEFER.

P. 37. v. 29. ταῦτα τὴν] ταῦτα καὶ τὴν Meermann. REISK.

P. 38. v. 1. ὑμῶν] ἡμῶν Parisinus secundus. Utramque dat Bavaricus, vulgatam infra, alteram supra. REISK.

P. 38. v. 1. ἐπαυξάνοντα] ὑπαύξοντα Ald. Tayl. REISK.

P. 38. v. 1. οὐκοῦν σὺ μισθοφορὰν λέγεις; κ. τ. λ.] Citat h. l., sed mendose, Dionysius Halic. p. 108. unde excerpendae sunt variantes. REISK. T. V. p. 608. s. R. ubi Reiskius vitia textus antiqua correxit. Haec praestantissimum Sylburgium, cum non meminisset, locum ex hac Olynthiaca sumtum esse, tam male habuerant, ut primis his verbis adscriberet: „Oedipum hic agere nec facile nec tutum est.“ V. Reiskii Annotata p. 693. b. aut eiusdem Isaeum p. 335. SCHAEFER.

P. 38. v. 1. οὐκοῦν σὺ μισθοφορὰν λέγεις;] id est δεῖν ἡμᾶς δίκην ξένων μισθὸν παρὰ τῆς πατρίδος φέρειν. REISK. Augerus vertit: *Ergo tu stipendium facere iubes ex pecuniis theatralibus.* SCHAEFER.

P. 38. v. 2. τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων] scil. φημὶ δεῖν εἶναι. et protinus quidem, sine cunctatione, sine ambagibus, planis verbis aio, civium omnium eadem esse debere stipendia,

seu aio fas esse cives singulos quosque stipendia ferre eadem. REISK. οὐ μόνον μισθοφορὰν λέγω, ἀλλὰ καὶ παραχρῆμα τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων. Haec vis est particularum καὶ — γε. SCHAEFER.

P. 38. v. 2. ἁπάντων] ἁπάντων erat in Bavarico cum γρ. superscriptum: infra enim, hoc est in texto, legebatur ἀπ' αὐτῶν. REISK.

P. 38. v. 2. ἄνδρες] Omisit Dionysius Hal. SCHAEFER.

P. 38. v. 3. τῶν κοινῶν] τῶν κοινῶν erat in Bavarico superscriptum: textum enim dabat τῶν καινῶν. REISK.

P. 38. v. 3. ἕκαστος τὸ μέρος λαμβάνων] τὸ μέρος λαμβάνων ἕκαστος Dionysius. REISK.

P. 38. v. 5. εἰς τοῦθ' — παρέχοι] εἰς abest a Parisinis secundo et tertio, item a Bav., sed vulgata ei cum γρ. superscripta est. εἰς τοῦθ' ἕτοιμος ὑπάρχοι. ἔξεστιν. Parisinus octavus, Harl. Augustanus tertius consentit cum Parisinis secundo et tertio, sed vulgata est in margine cum adscripto κείμενον, quo indicatur, ea texti esse verba, non scholium. In Meermanniano prima manus post παρέχοι scripserat τοῦθ' ὑπάρχοι, sed nova haec verba transverso calamo induxerat, et eadem versu superiori inter πόλις et εἰς cum hoc signo, quod non intelligo, ·ꟸ·, adscripserat. εἰς τοῦτο ἕτοιμος ὑπάρχοι Aug. primus. In appendice Francofurtana est: „ὅτου δέοιτο ἡ πόλις, τοῦθ' ὑπάρχοι. item ἐν τοῦτο ἕτοιμος ὑπάρχει. fort. ἐν τούτῳ." Dionysius sic exhibet: ὅτου δέοιτο ἡ πόλις, τοῦτο παρέχῃ. Aldinae Taylori desunt vocabula ὅτου δέοιτο ἡ πόλις. Eadem dat εἰς τοῦθ' ἑτοίμως ὑπάρχῃ. REISK. εἰς τοῦθ' ἕτοιμος ὑπάρχῃ Bekker. τοῦθ' ἕτοιμος παρέχοι Rüdiger. optativum soloece ponens; quod enim, ut hunc modum tueretur, adscripsit: „optativ. vel ob δέοιτο suum locum hic obtinet." falsissimum est. Illud δέοιτο non cohaeret syntactice cum altero modo, quem subiunctivum esse oportet. Sic infra v. 17. ὅ τι καθ' ἡλικίαν ἕκαστος ἔχοι καὶ ὅτου καιρὸς εἴη. SCHAEFER.

P. 38. v. 6. εἶ] Abest a Bavarico. Vitiosius h. l. dat Dionysius. REISK. Scilicet olim in illius textu legebatur: οἴκοι μένειν. βέλτιον, εἶ —. Nunc e margine Cod. Bodl. editum est οἴκοι μένων βελτίων εἶ. SCHAEFER.

P. 38. v. 7. τι ποιεῖν αἰσχρὸν] Weiskius de Hyperb. III. p. 34.: *turpiter apud exteros mercede data militare.* quae non intelligo. Voluitne *mercede accepta?* At arma capessere vulgus Atheniensium, cui nihil magis curae esset quam ἀργεῖν καὶ σχολάζειν, quam maxime aversabatur. Rectius Rüdigerus interpretatur de largitionibus, quas qui accipiant, parere danti cogantur. Sed Orator, ut puto, omnia turpia intellexit, quae pauperes cives ob inopiam, quam perparum levabant τὰ θεωρικὰ, facere cogebantur. SCHAEFER.

P. 38. v. 7. συμβαίνει τι] συμβαίνει δή τι Ald. Tayl. REISK.

P. 38. v. 7. οἷον] οἷα Dionysius. REISK.

P. 38. v. 8. τὰ νῦν] τὰ νῦν est in texto Bavarici, sed super ἀ est scriptum ὁ. — τὰ νῦν, scil. συμβαίνει. Tempora si qua incidant his similia, εἶ βελτίων, eris *) vir fortis, civis bonus, ὑπάρχων στρατιώτης αὐτός, eo, quod miles sis, non demum conscribendus, neque exercendus, sed iam conscriptus dudum et exercitatus et paratus ad inserviendum patriae, et quidem αὐτός, in corpore tuo, non alieno, quod in tui vicem mittas. REISK. Rüdigerus: „Quum οἷον et τὰ νῦν sibi non constent, mallem scribi ταννῦν." At sic non συντακτέον. Quod enim hic legitur τὰ νῦν non differt a ταννῦν nisi scribendi ratione. Nostra ratio melior est, placuitque etiam Bekkero: cur melior sit, docent adscripta ad Gregor. Cor. p. 120. s. SCHAEFER.

P. 38. v. 8. λημμάτων] χρημάτων Parisinus octavus, Harl. REISK. Vide ne hoc Orator scripserit. Conf. not. ad p. 26, 13. SCHAEFER.

P. 38. v. 11. ὑμῶν] ἡμῶν Parisini secundus et tertius, Augustani primus, secundus et tertius, Bavaricus, Meermann. Dionysius. REISK. Hoc malim. SCHAEFER.

P. 38. v. 11. ὅσα] Abest a Meermann. REISK.

P. 38. v. 11. νῦν ἀτάκτως] Vulg. ἀτάκτως νῦν. νῦν ἀτάκτως Aug. primus, Harl. REISK. ἀτάκτως νῦν Dionysius. ἄτακτος νῦν Augerus: prius, ut apparet, errore typothetae. SCHAEFER.

P. 38. v. 12. ἐν ἴσῃ τάξει] Respicit ex opposito ad praemissum ἀτάκτως. Nunc accipit quisque, ait, sine certo ordine suum theoricum, alias plus, alias minus; aut alii pensiones spissiores, alii tenuiores; hoc mense cum tulisset parum quid, praetereunt menses rursus complures, quibus prorsus nil aufert. Iam vero secundum eam dispensationem, cuius ego auctor sum, unusquisque mense quoque ratam et sibi semper parem auferet pensionem, et omnes pensiones ferent inter se pares, nemo ampliorem, quam alter. REISK.

P. 38. v. 12. λαμβανέτω] λαμβάνων Bavar. in texto, sed super ὠφελεῖ superscriptum est γρ. λαμβανέτω. unde colligo, in libris quibusdam ita fuisse exaratum: ὅσα οὗτος νῦν ἀτάκτως λαμβάνων οὐκ ὠφελεῖ, ὠφελείτω ταῦτ' ἐν ἴσῃ τάξει λαμβάνων. Dionysius dat παραλαμβάνων, e memoria, ni fallor, aut alias addendum sit ὠφελήσει. REISK. V. Reisk. in Annotatt. ad Dionys. Hal. p. 693. s. aut post Isaeum p. 335. s. SCHAEFER.

---

*) Reiskius in Annotatt. ad Dionys. Hal. p. 693. b.: „Subiice tacitus e praemissis repetitum βελτίων εἶ (pro ἔσῃ)". Si putavit, εἶ dici posse pro ἔσῃ, erravit. Non componendum hoc εἶ cum altero εἶ, ibis. SCHAEFER.

P. 38. v. 12. ἃ] ὅσα Harl. REISK.

P. 38. v. 13. πράττεσθαι] γρ. πράττειν Parisinus secundus. Fuit ergo in illo altera quoque lectio. REISK.

P. 38. v. 15. μικρὸν] Sic Harlei. μικρῶν Paris. primus et secundus, sed hic cum γρ., item tertius, nec non Augustani primus et secundus, Meermann. Aldus, Felic. Paulus Manutius. Utramque lectionem dat Bavaricus, vulgatam infra, alteram supra. πλήν τι μικρῷ Dionysius. REISK. Vulg. πλὴν μικρῶν. Praetuli cum multis codicibus πλὴν μικρόν. AUGER. V. Reisk. in Annotatt. ad Dionys. Hal. p. 694. aut post Isaeum p. 336. μικρῶν Scholiasten legere, monuit Taylorus in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

P. 38. v. 15. ἀταξίαν] ἀξίαν Aug. tertius. Sed ille codex perquam erat mendosus. τὴν ἀταξίαν δὲ ἀνελὼν Ald. Tayl. REISK.

P. 38. v. 15. τὴν αὐτὴν] Cohaeret cum τάξιν, non praemisso, sed insequente v. 18. Constructio est: ἤγαγον τὴν πόλιν εἰς τάξιν, ποιήσας (id est διὰ τοῦ ποιῆσαι) τὴν αὐτὴν τάξιν τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ λαμβάνειν etc. REISK. Recte post πόλιν, non post αὐτὴν, interpungunt Auger. et Bekker. SCHAEFER.

P. 38. v. 17. ἔχοι] ἔχει Parisini tertius, quintus, septimus, octavus, Aldus, P. Manut. In Augustano tertio dederat antiquior manus vulgatam, sed recentior substituit alteram lectionem. Ad ἔχοι subaudi ποιεῖν, *facere possit*. REISK.

P. 38. v. 17. ὅτου] ὅπου Parisinus septimus. Cum in Francofurtana seu Wolfiana hic esset οὕτω, Taylorus ex Harleiano annotavit ὅτου. REISK. ἔχει, καὶ οὕτω. Legi ἔχοι, καὶ ὅτου, quod habent codd. optimi et optimae editiones. AUGER.

P. 38. v. 18. ποιοῦσιν ἐγὼ] Sic Aug. primus, Harl. REISK. Vulgatam ἐγὼ ποιοῦσι Augerus revocare non debebat. SCHAEFER.

P. 38. v. 19. ποιησόντων] ποιούντων Harl. Aldina Taylori, Parisini quintus, septimus, octavus, Aug. primus. In Augustani tertii texto est vulgata, sed superscripta est altera, ποιούντων, quae etiam in appendice Francofurtana est. REISK. Recte Bekker. ποιούντων. Item Rüdiger. habens pro Attica futuri forma: quod an aliis probaverit, nescio; mihi quidem, Fischeris parum credulo, non probavit. SCHAEFER.

P. 38. v. 20. τοῦ δεῖνος] In Bavarico et Aug. tertio superscriptum est scholium τοῦ Χάρητος. In appendice Francofurtana τοῦ Χάρητος δηλονότι. REISK.

P. 38. v. 21. γίνεται] γέγονε appendix Francofurtana, Ald. Tayl. REISK. γίγνεται Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 38. v. 21. καὶ οὐχὶ μέμφομαι — τῶν δεόντων ὑπὲρ ὑμῶν] Citant Anecd. Bekker. p. 156. in. ubi pro ὑμῶν legitur ἡμῶν. „male“ inquit Rüdigerus. Non puto, etsi vulgatam praefero. SCHAEFER.

P. 38. v. 22. ὑμᾶς αὐτοὺς] Sic Aldus, P. Manut. Sed αὐτοὺς ab Harleiano abesse annotavit Taylor. REISK. αὐτοὺς deleverunt Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 38. v. 23. ἀξιῶ] ἀξίους Aug. tertius. REISK.

P. 38. v. 25. ὑμῖν] ἡμῖν Aldus, Herwag. ubi Taylorus adscripsit: ἴσως ὑμῖν. REISK.

P. 38. v. 26. καὶ καλῶν] Absunt ab ed. P. Manutii. Contra habent ista verba Parisinus octavus et Aug. primus; sed addunt iidem haec: καὶ μεγάλων. Editio Felicianea sic dat: μετὰ πολλῶν κινδύνων κτησάμενοι, reliquis omissis. Sed utrumque, tam καὶ καλῶν (quod utraque Aldina dat), quam καὶ μεγάλων (quod abest ab Aldinis), reperit Taylorus in Harlei. REISK. μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν κινδύνων Auger. hac nota adscripta: „Addidi καὶ καλῶν, quod addunt libri fere omnes, quos inspexi, tum manuscripti, tum impressi: inde mihi phrasis videtur plenior et rotundior, quam in vulgata. Ad καλῶν cod. N. addit καὶ μεγάλων.“ Sic etiam Bekker. et Rüdiger. Recte: nam nimis liberalis fuit Reiskius non perspiciens, in his ambobus, καλῶν et μεγάλων, locum habuisse διττογραφίαν: quorum utrum praeferendum sit, vix quisquam ambigat. Dorvillius ad Chariton. p. 620. ed. Lips.: „καλῶν et μεγάλων miscentur ap. Demosthen. Olynth. 3. p. 40. B. [h. l.], ubi et meus Cod. μεγάλων.“ SCHAEFER.

P. 38. v. 28. ἅπασι — μέλλει] πᾶσι Parisini quintus, septimus, octavus, Harlei. ἅπασιν ὑμῖν συνοίσειν Ald. P. Manut. Eadem est in Aug. primo verborum constructio, nisi quod ibi πᾶσιν est. ὑμῖν πᾶσι συνοίσειν μέλλῃ Ald. Tayl. In Bavarico adscripta haec est clausula: Ὀλυνθιακὸς γ̄. ΗΗΗΔΔΠ. (325.) REISK. ἅπασιν ὑμῖν συνοίσειν μέλλει Auger. SCHAEFER.

ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM PHILIPPICAE PRIMAE.

P. 39. v. 2. ἀθυμοῦντες] ἀμελοῦντες Parisini quintus et septimus. REISK.

P. 39. v. 6. προσενεχθεῖεν] κατὰ συγκοπὴν ἀντὶ τοῦ προσενεχθείησαν. Dixit autem de re, καλῶς προσφέρεσθαι τῷ πολέμῳ, sicut alias de persona dicitur, φιλανθρώπως τοῖς ἀνθρώποις προσφέρεσθαι, humaniter tractare homines, uti humanitate erga eos. WOLF.

P. 39. v. 6. κελεύει δὴ δύο δυνάμεις παρασκευάσασθαι] Ubi Aldus habet κελεύει δὲ δυνάμεις παρασκευάσασθαι, in nostro

κελεύει δὴ δύο δυνάμεις παρασκευάσασθαι haud dubie emendatius legitur. OBSOP. Manutii editio habet *κελεύει δὴ δύω δυνάμεις*. Quod quidem et in prima Olynthiaca suadet. Sed illic iubet et Olynthum defendi, et Macedoniam vastari: hic et emissarias copias Athenis ali, et alias comparari, quae Philippum continenter oppugnent. WOLF.

P. 39. v. 6. *δὴ*] *δὲ* Bavar. Aldus. Sed Obsopoei codex et Felic. dant vulgatam. REISK. Legi *δὴ* cum codd. K. L. Q. Y. Dd. Ee. Kk. Fel. et ed. Par. AUGER.

P. 39. v. 6. *δύο*] Abest a Parisino tertio, Aug. secundo, Bavar. Gonvill. Ald. Sed Obsopoei codex cum vulgata consentit, item Felic. REISK.

P. 39. v. 7. *τὰς τῶν ἐπικαίρων*] *τὰς ἐπικαίρους* Paris. quintus, Aldina Taylori. REISK. Accepi *πρὸς τὰς ἐπικαίρους* ex codd. M. Q. Dd. et Ee., quum vulg. habeat *πρὸς τὰς τῶν ἐπικαίρων*. Cod. L. *πρὸς τὰς ἐπικαίρων*, cod. K. *πρὸς τὰς κατὰ καίρον*. AUGER. *τὰς ἐπικαίρους* ut simplicius praefero. SCHAEFER.

P. 39. v. 8. *ἑτέραν*] *ἕτερον* Bavar. REISK.

P. 39. v. 8. *ἐλάττονα*] *ἐλάττω* Bekker. Vulgata non minus recte habet, cum etiam classici formam talium comparativorum solutam haud raro usurpent. Xenophon Cyrop. VII. 5. 83. *κακίονες*. ibid. §. 86. *βελτίονες*. Alia v. in Matthiae Gr. Gr. §. 115. SCHAEFER.

P. 39. v. 10. *παραμεμιγμένων δέ*] Post haec suspicor excidisse *καὶ πολιτῶν*. SCHAEFER.

P. 39. v. 10. *καὶ*] Abest ab Aug. sec. et Bavarico. REISK.

P. 39. v. 10. *ταύτην*] De meo addidi. REISK. Adiecit etiam Augerus, sed positum post *κελεύει*. Eiecerunt Bekker. et Rüdiger. Vix recte abest, omninoque vereor, ne librarii hunc locum omittendo depravarint. SCHAEFER.

P. 39. v. 12. *βοηθείας*] Pro *βοηθείας* in nostro erat *συνηθείας*. Utrum rectius, doctiores iudicent. OBSOP. *συνηθείας* Paris. primus et quintus, item Aldina Taylori. REISK. Inepta scriptura, de qua miror Obsopoeum potuisse incertum esse. *βοηθείας*, *excursiones*, *expeditiones*. Conf. not. ad p. 49, 1. SCHAEFER.

P. 39. v. 13. *ἐτησίας*] *ἐτησίως* Bavar. *ἐτησίᾳ* (scil. *ὥρᾳ*) dat Wolfiana. Verum vulgata est etiam in Gonvill. et Felicianea. REISK. Reposui *ἐτησίας*, pro quo Wolfius de suo dederat *ἐτησίᾳ*. Plerique libri dant *ἐτησίας*, aliqui *ἐτησίους*, aliqui *ἐτησίως*. AUGER. *ἐτησίως* verum puto. *ἐτησίας* s. *ἐτησίους* si scripsisset Libanius, omisisset *πνέοντας*. Nisi forte suspiceris, a Sophista scriptum esse *ἐτησίας*, quod Orator habet p. 48, 26., a glossatore autem adscriptum *ἐτησίως πνέοντας*. SCHAEFER.

P. 39. v. 16. *ἐπιχειρῇ*] *ἐπιχειρήσῃ* Parisinus quintus, Ald. Taylori. REISK. Cod. Ee. *ἐπιχειρήσῃ*. AUGER.

P. 39. v. 17. *κρατῇ*] *κρατήσῃ* Parisinus quintus, Ald. Taylori. REISK. Cod. Ee. *κρατήσῃ*. AUGER.

P. 39. v. 18. *ἡ πρὸς αὐτὸν — ὑπάρχῃ*] *ἡ αὐτοῦ* (*ibi*) *ἀντιταξομένη δύναμις πρὸς αὐτὸν ὑπάρχειν* (sic) Ald. Tayl. REISK.

P. 39. v. 18. *ἀντιταξομένη*] *ἀντιπραξομένη* Gonvill. REISK.

P. 39. v. 18. *ὑπάρχῃ*] *ὑπάρχει* Bavar. Secundum *πρὸς αὐτὸν* delevi de meo. REISK. Post *δύναμις* in vulg. repetitur *πρὸς αὐτόν*. Delevi has voces, quas omittunt codd. K. L. U. et Y. AUGER. Servavit Rüdigerus de industria repetitas esse existimans. Tam infans non fuit Libanius, politissimus Atticista. SCHAEFER.

ANNOTATIONES AD ORATIONEM PHILIPPICAM I.

Titul. Orat. Δημοσθένους κατὰ Φιλίππου λόγος πρῶτος] Quod Ulpianus adscriptum esse dicit, *ὅλος συμβουλευτικὸς*, videtur Grammatici aut Rhetoris alicuius esse additamentum. WOLF.

Ibid. *κατὰ Φιλίππου*] *τοῦ Μακεδόνων βασιλέως, ἐξ οὗ καὶ Ὀλυμπιάδος Ἀλέξανδρος ὁ μέγας ἐγεννήθη.* Harum orationum tanta fuit celebritas, ut et M. T. Cicero, quas in M. Antonium habuit, infelici et exemplo et aemulatione Philippicas quam Antonianas inscribere maluerit. Nam et Philippi atque Alexandri successor Antipater ad necem compulit Demosthenem, et Cicero crudelius etiam interfectus est. Nostra vero aetate Ioanni Dobenego Cochlaeo minus male cessit imitatio: qui Philippicas non in eum, qui proscribere posset, scripsit, sed in eum, qui ne stylo quidem, nedum gladio illum ulciscendum esse duxerit. WOLF.

Ibid. *λόγος πρῶτος*] Utrum omnium Demosthenicarum prima? an vero ex iis tantum, quae Philippicae inscribuntur *)? Sed haec ab Ulpiano petantur. Nam certas chronologias omnium orationum proferri non posse existimo, etiam 16. Diodori libro adhibito, propter varios et multiplices Graecorum tumultus et minuta bella, scriptione fortasse parum digna *ἐν παγκοσμίῳ ἱστορίᾳ*. Veteres autem, Ephorum, Theopompum et alios amisimus. Philippus Macedoniae regnum suscepisse traditur Olym-

*) Quae nomine Philippicarum comprehendi soleant, v. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 116. SCHAEFER.

piade 105. quae (Functio auctore) in annum mundi incidit 3605. Anno autem mundi 3965. cum natus tradatur Christus, regnare coepit Philippus annis ante Christi incarnationem 357, annis abhinc (id est, ab hoc anno 1548. quo haec scribo) 1905, occisus 24. regni anno, aetatis 49. Bella vero ab eo tempore quae et quoto quaeque anno gesserit, requirantur ex eodem Functio, (cui quidem singularis et ingenii et diligentiae laus a plerisque viris doctis tribuitur,) aut aliis Chronologiis, quae praeter Eusebium complures exstant, ratione temporum e Biblicis Oraculis maxime petita: quibus neque Aegyptii, neque Chaldaei, etsi nescio quot seculorum myriadas (quas quis infinitas esse dubitet, mundi aeternitate concessa?) iactantes, quicquam antiquius demonstrare ullo scripto fide digno possunt. WOLF.

P. 40. v. 1. *Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος κ. τ. λ.*] Vide exordium orationis Aeschineae contra Ctesiphontem, ubi citatur Solonis lex de disciplina oratorum: in quam peccare videbatur Demosthenes, nondum grandis natu: et praeconium: *Τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων;* Hac igitur de causa praefatur, se, quamvis nunc primus sententiam dicat, non primum tamen dicere, quod res nova non agatur: simulque et odium propulsat, et attentionem captat, cum significet, se aliquid melius caeteris, quorum consilia rempublicam nihil iuverint, in medium esse allaturum. *τὸ τοίνυν προοίμιον τῇ μὲν διὰ προκαταλήψεως καὶ διασυρμοῦ τῶν πρότερον εἰπόντων εὐνοϊκὸν, τῇ δὲ προσεκτικὸν μετ' ἐπαγγελίας.* WOLF. Citat h. l. Hermogenes p. 177. 1. ubi Aldina sic dat: *Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος προὐτίθετο πράγματος λέγειν, ὦ Ἀθηναῖοι.* et v. 6. *πολλάκις ἤδη πρότερον εἰρήκασιν οὗτοι.* item p. 277. ubi sic disputat: *τοῦ προοιμίου ἡ μὲν πρότασις, ὅτι δεῖ καὶ νεωτέρου ὄντος καὶ πρώτου λέγοντος ἀνέχεσθαι· αἱ δὲ ταύτης κατασκευαὶ, ὅτι μηδὲν οἱ πρεσβύτεροι τῶν δεόντων εἰρήκασιν ἐπὶ πολλῶν ἐκκλησιῶν, καὶ εἴ τινες ἄλλαι, ἃς δὴ κατασκευὰς προὔταξε τῆς προτάσεως.* Item Scholiastes ad Hermogenis p. 226. his verbis p. 385. ed. Ald. *ὀρθώσας, τουτέστι κατ' ὀρθὴν πτῶσιν προφέρων τὸν λόγον — πλαγιάσας δὲ — μερίσας δὲ, οἷον· Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο λέγειν· ἢ οὕτω· Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω, τύραννος δὲ ἐθνέων· συμπλέξας δὲ —.* REISK.

P. 40. v. 1. *προὐτίθετο*] *γρ. προὔκειτο* Par. octavus, Harlei. REISK.

P. 40. v. 1. *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν*] *λέγειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* Harlei. REISK. *λέγειν* etiam Hermogenes ante vocativum legit: et videtur hic verborum ordo melior. SCHAEFER.

P. 40. v. 2. *τῶν εἰωθότων*] scil. *γνώμην ἀποφήνασθαι.* REISK.

P. 40. v. 3. *εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι*] Anecd. Bekk. p. 144, 6. *Δημοσθένης ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Φιλιππικῶν· εἰ μὲν ἤρεσέ τί μοι.*

Quartam Grammaticus dicit Philippicarum Olynthiacas tres primas numerans, qui mos etiam aliorum est, ut Etymol. M. c. 469, 5. ἤρεσε autem cave probes. SCHAEFER.

P. 40. v. 3. ἤρεσκέ τί μοι] ἤρεσκέ μοί τι Harl. REISK.

P. 40. v. 5. ἂν ἦγον] Omittit ἂν Harl. REISK. Male omittit: nam antegressum ἂν non pertinet ad ἦγον, sed arctissime cohaeret cum ἐπισχών. SCHAEFER.

P. 40. v. 5. ἂν καὶ αὐτὸς] Sic Aug. primus, Harl. Pithoeanus, Aldina Taylori, margo Parisinae sine auctoris nota. REISK. Auger. vulg. ἂν αὐτὸς male revocavit. SCHAEFER.

P. 40. v. 6. περὶ] ὑπὲρ Parisinus octavus, Harlei. Aldina Taylori, Augustanus primus, appendix Francofurtana. REISK.

P. 40. v. 8. εἰκότως ἂν] Absunt a Parisino octavo. REISK.

P. 40. v. 8. ἂν] Omittit Harlei. REISK. Melius omittitur: nihil enim hic hypothetici, cum Orator confidenter loquatur. *εἰκότως, ut par est.* SCHAEFER.

P. 40. v. 8. εἰ γὰρ] εἰ γὰρ καὶ Harris. REISK.

P. 40. v. 10. ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου] Recurrit mox v. 13. ubi Reiskius in Ind. Gr. p. 191. vertit *a praeterito inde tempore.* Hic opponitur νῦν, infra τὰ μέλλοντα. Conf. Aristidis locum a Reiskio citatum ad v. 15. SCHAEFER.

P. 40. v. 10. οὗτοι] αὐτοὶ Parisini primus, quintus, septimus, Aldina Tayl. Vossianus, Aldus, Felic. P. Manutius, editio Wolfii. Plane abest οὗτοι a Parisino tertio. In Bavarico est οὗτοι, sed super prima litera, omicro puta, scriptum erat α ad indicandam lectionis diversitatem. In appendice Francofurtana est οὗτοι, item in Harl. REISK. Retinui αὐτοὶ, quamvis permulti codd. legant οὗτοι. AUGER. Non debebat retinere. SCHAEFER.

P. 40. v. 10. συνεβούλευσαν] συνεβούλευον Paris. primus, tertius, octavus, Meermann. Aldus in texto, sed index Aldi dat vulgatam. Utramque dant Augustanus tertius et Bavaricus, infra vulgatam, supra alteram. περὶ αὐτῶν συνεβούλ. Vossianus. (Sic exhibuit Mounteneius, ut dubium reliquerit, quid in eo legeretur.) REISK.

P. 40. v. 11. ὑμᾶς] ἡμᾶς Aug. primus, Harlei. Utramque lectionem dat Bavaricus, vulgatam infra, alteram supra. REISK. ἡμᾶς magis placet. SCHAEFER.

P. 40. v. 11. νῦν ἔδει] ἔδει νῦν Vossianus. REISK.

P. 40. v. 11. βουλεύεσθαι] βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν Aldina Tayl. Harl. Parisini quintus, septimus, octavus, August. primus, Pithoeanus, appendix Francofurtana. In Augustano tertio manus junior περὶ αὐτῶν adscripsit ad βουλεύεσθαι. REISK.

P. 40. v. 11. πρῶτον μὲν οὖν οὐκ ἀθυμητέον κ. τ. λ.] „Sequitur ratio omnium maxima ad faciendam spem; nempe ex erro-

ribus temporis praeteriti et viarum adhuc tentatarum. Optima enim est ea reprehensio, quam de statu civili haud prudenter administrato quispiam his verbis complexus est: Quod ad praeteritum pessimum est, id ad futura optimum videri debet. Si enim vos omnia, quae ad officium vestrum spectant, praestitissetis, neque tamen res vestrae in meliore loco essent, ne spes quidem ulla reliqua foret, eas in melius provehi posse. Sed cum rerum vestrarum status non a vi ipsa rerum, sed ab erroribus vestris male se habeat, sperandum est, illis erroribus missis aut correctis, magnam rerum in melius mutationem fieri posse." Bacon. Nov. Organ. lib. I. aph. 94. SEAGER. *Diar. Class.* LII. p. 235.

P. 40. v. 13. δοκεῖ] δοκῇ Parisinus tertius, Meerm. REISK.

P. 40. v. 13. ὃ γάρ ἐστι χείριστον κ. τ. λ.] Hermogenes p. 364. in capite περὶ δεινότητος proponit hanc cogitationem in exemplis earum ἐννοιῶν, quas appellat παραδόξους καὶ βαθείας καὶ βιαίους καὶ περινενοημένας. REISK.

P. 40. v. 15. τί οὖν ἐστι τοῦτο;] Super artificio rhetorico huius loci ita disputat Aristides de dict. civ. p. 182. ubi recitatae illi celebri sententiae, τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει, subiicit istaec: καὶ ἐνταῦθα τὸ μὲν χωρὶς διαστάσεως ἦν ἂν εὐθὺς ἐπαγαγεῖν· οὐδὲν γὰρ τῶν δεόντων ὑμῶν —. ποῦ οὖν ἡ διάστασις; ἐν τῷ διὰ μέσου, ἐν ᾧ διαστήσας λέγει· τί οὖν τοῦτό ἐστιν; ὅτι οὐδὲν τῶν δεόντων —. REISK.

P. 40. v. 15. ὅτι — δεόντων] ὅτι, ὦ Ἀθηναῖοι, οὐδὲν τῶν δεόντων Harlei. REISK.

P. 40. v. 16. ἐπείτοι γε — προσῆκε] ἐπεὶ εἴτοι πάνθ', ἃ προσήκει Bavar., sed ε̄ erat super extrema syllaba scriptum. Sed vulgata in margine est adscripta cum signo γρ. In Aug. secundo est ἐπεὶ εἴτοι πάνθ', ἃ —. προσήκει Paris. primus, quintus, septimus, octavus, Aug. primus, codex Obsopoei, appendix Francofurtana, Harlei. προσήκει quoque dat Ald. Tayl. REISK. Perpetua variatio. Utrum quoque loco praeferendum sit, non e librorum scriptura, sed e sensu loci iudicandum. Minus perspecte Dorvillius ad Chariton. p. 610. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 40. v. 18. αὐτὰ] Deest Harlei. REISK.

P. 40. v. 18. ἔπειτα ἐνθυμητέον — ἀναμιμνησκομένοις] Rüdigerus perperam vertit: *Illud considerandum, quod et ab aliis audiistis et ipsi nostis, si in memoriam revocatis.* Immo: *Deinde considerare vos oportet, et ab aliis audientes, et qui ipsi nostis in memoriam revocantes.* Demosthenes ab aliis iubet audire, qui ipsi non norunt; qui norunt, in memoriam revocare. Verbale ἐνθυμητέον h. l. cum dativo personae iungitur: quae rarior est constructio; frequentius enim verbalia accusativum personae adsciscunt. SCHAEFER.

P. 40. v. 18. *καὶ παρ' ἄλλων*] *καὶ τοῖς παρ' ἄλλων* appendix Francofurtana. REISK.

P. 40. v. 20. *αὐτοῖς*] A nova manu adscriptum est Aug. tertio. REISK.

P. 40. v. 21. *ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολὺς*] Scil. *ἐστί*. Cum Interprete *ἐπιῤῥηματικῶς* vertas *non ita pridem*. SCHAEFER.

P. 40. v. 22. *ὑμεῖς*] Omittit August. primus et verba sic struit, ut Harlei. quoque facit, *οὐδὲν ἀνάξιον τῆς πόλεως ἐπράξατε*. REISK.

P. 40. v. 23. *τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων*] Mediam vocem omittunt Parisini primus, secundus, tertius, Augustani secundus et tertius, et Bavaricus: sed in his duobus adscripta est, in Augustano a nova manu, in Bavarico ab eadem cum signo *γρ*. Abest item a Meermann. ab Aldo, Felic. Sed *Ἑλληνικῶν* est in appendice Francofurtana et Aldina Taylori, nec non in Harris. et Harlei. REISK. Rüdigerus uncis inclusit *Ἑλληνικῶν*, quod abest a multis codd. Sed quum ut pauci, ita praestantissimi codd. id teneant, nequaquam abiiciendum est, quum *τὰ Ἑλληνικὰ δίκαια* in hac re quasi terminus quidam technicus sit, obvius etiam p. 25, 3. ad quem locum Scholiastes monet, bellum illud vocari *τὸν πόλεμον τὸν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων*. P. 68, 5. appellantur *τὰ κοινὰ δίκαια τῶν Ἑλλήνων*. Eadem *περὶ Ῥοδίων ἐλευθ*. p. 199, 15. opponuntur *τοῖς ἰδίοις δικαίοις*. Etiam aliis substantivis *Ἑλληνικὸς* similiter iungitur, ut *Ἑλληνικαὶ πράξεις* de Cor. p. 244, 28. p. 263, 3. *ἔν τε τοῖς κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύμασι καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς*. BREMI. Vulgatam contra Rüdigerum tuetur etiam Forbigerus initio Prolusionis citatae ad p. 23, 15., resque tam manifesta est, ut verbum addere taedeat. Scholiastes autem quod narrat, bellum illud *τὸν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων πόλεμον* vocatum esse, nollem Forbigerus addubitasset. Hanc enim appellationem usurpasse puto Oratores Atticos ut honorificentiorem civiumque suorum auribus magis blandientem. Breviores appellationes decent Historicos. SCHAEFER.

P. 41. v. 1. *τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω;*] Sic citantur a Tiberio p. 30.: *τίνος οὕνεκα ταῦτα λέγω;* SCHAEFER.

P. 41. v. 1. *ἵν' εἰδῆτε — καὶ θεάσησθε*] Vere monet Rüdigerus, eos, qui velint, ut res aliqua mentibus infixa haereat, vel binis verbis eam exprimere. Ex Demosthenis usu loquendi hoc aliquanto accuratius et per partes explicemus. Istam synonymorum coniunctionem Demosthenes praecipue amat in notione *cognoscendi*, *perpendendi*, *tenendi*, omnino eorum, quae mentis agitationem spectant, sive vocabulorum alterum a sensu externo petitum sit, sive utrumque ad internum pertineat. P. 19. l. 23. *θεωρῶν καὶ σκοπῶν εὑρίσκω*. p. 122. l. 3. *λογίζεσθε δὴ πρὸς θεῶν καὶ θεωρεῖτε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς*. p. 43. l. 25. *ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων*. Etiam substantiva sic iunguntur. p. 124.

l. 18. *Τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ.* p. 21. l. 24. *πολλὴν δὴ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολήν*, ubi Ulpianus absurde *μετάστασιν* interpretatur *τὸ ἀπὸ Ἀθηνῶν εἰς Ὄλυνθον ἐλθεῖν συμμάχους*, Reiskius perperam *καὶ μεγάλην τὴν μεταβολὴν* ut glossam reiicit. Mutationis notio primaria est; hinc iunguntur synonyma. Notandum etiam hoc, quod Demosthenes, si allocutio adest, eam solet utrique interponere, ut nostro loco. p. 13. l. 7. *ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε.* p. 12. l. 23. *ἆρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον. Κατὰ Ἀριστοκρ.* p. 629. l. 26. *σκέψασθε δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρήσατε.* Raro vocativum postponit, ut p. 94. l. 6. *ἆρ' ὁρᾶτε καὶ λογίζεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἐπιοῦσαν ὥραν τοῦ ἔτους*, et hic quidem recte propter obiecti amplitudinem. — Alterum est genus coniunctionis, quum utrumque vocabulum notione quidem cognatum sit, prioris vero significatio latius pateat, et posteriore definiatur. Locus est a nonnullis interpretibus vexatus Olynth. III. [I.] p. 10. l. 2. sqq. *ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, τὰ μὲν εἴκων, ἡνίκ' ἂν τύχῃ, τὰ δ' ἀπειλῶν — — τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν, τρέψηται καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων.* Reiske dedit e coniectura *δρέψηται* pro *τρέψηται*, cumque secutus est vir elegantis iudicii F. Iacobs, vertens: „*Wir haben nichts so sehr zu fürchten, als dass dieser verschlagene Mann — — — vor uns her ernte und die Umstände zu seinem Vortheil kehre.*" Quae quidem mutatio lenis est, sed minime vera videtur. *Δρέπεσθαι* enim verbum est, quod a Demosthene neque propria neque tropica significatione usquam adhibetur: id quod grave est in nostro scriptore. Nam vocabula et phrases, quae similia sunt huius *δρέπεσθαι*, non semel sed saepius ab eo adhiberi solent, et, qua tropica significatione aliquando usus est, in ea usurpanda sibi placet. Porro quaeritur, num, si vocabulo *δρέπεσθαι* D. usus fuisset, huic *παρασπᾶσθαι* adiunxisset. Non credo equidem. Quid enim utriusque notioni commune? At contra lectio vulgaris prorsus est ex more Demosthenis. Saepe enim apud eum praecedit vocabulum, quod dicunt, generis, sequitur partis seu speciei, quod rem accuratius definiat. Sic *τρέπεσθαι* in genere est *convertere*, et ut generalis haec significatio perperam non possit intelligi, additur *παρασπᾶσθαι*: quod est *in damnum nostrum ad se rapere.* Exempla quaedam similia adiiciamus. P. 123. l. 13. *οὐδὲν ἡγοῦμαι πλέον ἢ τὰ τοῦ πολέμου κεκινῆσθαι καὶ ἐπιδεδωκέναι. Κεκινῆσθαι*, ut *τρέπεσθαι*, quamvis mutationem significat; sed ea per *ἐπιδεδωκέναι* in bonam partem definitur, ut *τρέπεσθαι* in malam per *παρασπᾶσθαι.* p. 95. l. 23. *αἰτιᾶσθαι καὶ διαβάλλειν*, ut p. 110. l. 22. *αἰτιώμενοι καὶ διαβάλλοντες.* p. 98. l. 22. *φάσκειν καὶ ὁμολογεῖν.* p. 100. l. 3. *ἥξει πάντα καὶ διαφεύξεται πρὸς ὑμᾶς*, cum quo *περὶ Συμμορ.* p. 181.

l. 18. comparandum est ἥξει καὶ δεήσεται. Multis in eiusmodi locis καὶ reddi potest *et quidem*. Sic etiam substantiva iunguntur. P. 28. l. 25. δείγματα τῆς ἐκείνου γνώμης καὶ κακοδαιμονίας. *Κακοδαιμονία* significat, qualis illa γνώμη fuerit, scilicet quasi a malo quodam genio iniecta. p. 100. l. 12. τῆς πολιτείας καὶ τῆς δημοκρατίας, ut attentio moveatur. p. 119. l. 13. sqq. κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ φρουραῖς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει. — Quamquam autem in vocabulis cognatae significationis tum apud ceteros scriptores, tum apud Demosthenem a minore ad maius progressio fiat, nonnumquam tamen noster a maiore recedit ad minus. P. 119. l. 2. sqq. εἰ δέ γε δοῦλος ἢ ὑποβολιμαῖος τὰ μὴ προςήκοντα ἀπώλλυε καὶ ἐλυμαίνετο, Ἡράκλεις ὅσῳ μᾶλλον δεινὸν καὶ ὀργῆς ἄξιον πάντες ἂν ἔφασαν εἶναι! Fortius praecedit, quoniam Demosthenes significare vult, id ipsum cadere in Philippum, quamquam ne alterum quidem, etsi mitius, tolerabile foret. Nos non uteremur particula καὶ sed ἢ καὶ, *oder auch nur*. Eodem modo p. 121. l. 6. s. ἀντεισῆκται δὲ ἀντὶ τούτων, ὑφ᾽ ὧν ἀπόλωλε καὶ νενόσηκεν ἡ Ἑλλάς. Reiskius, his locis non offensus, mutavit, ubi caussa non erat, v. c. de Cor. p. 286. l. 18. sqq. τί οὖν βούλεται (ὁ Φίλιππος), καὶ τίνος ἕνεκα τὴν Ἐλάτειαν κατείληφε; πλησίον δύναμιν δείξας καὶ παραστήσας τὸ ὅπλα, τοὺς μὲν ἑαυτοῦ φίλους ἐπᾶραι καὶ θρασεῖς ποιῆσαι. Vulgo, quod recte revocavit Bekkerus, θρασεῖς ποιῆσαι καὶ ἐπᾶραι. Sed Reiskius, „inverti, inquit, quia ἐπαίρειν debilius, alterum fortius est, et infirmiora praemitti, robustiora subsequi soleant." Nonnumquam etiam particulam ἢ eadem vi ponit, v. c. p. 36. l. 1. ὁμοίως ἢ παραπλησίως. περὶ παραπρεσβείας p. 439. l. 20. ἆρά γε ὅμοια ἢ παραπλήσια τούτοις; Hinc fit, ut posterius vocabulum diversae significationis multifariam prius definiat, sive caussam huius indicans, sive viam et rationem. P. 98. l. 11. sqq. νῦν δὲ δημαγωγοῦντες ὑμᾶς — — οὕτω διατεθείκασιν, ὥστ᾽ ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις τρυφᾷν καὶ κολακεύεσθαι πάντα πρὸς ἡδονὴν ἀκούοντας, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ γιγνομένοις περὶ τῶν ἐσχάτων ἤδη κινδυνεύειν. i. e. ferocire *propter* adulationes. p. 126. l. 22. τῶν δὲ πολλῶν εἴ τις αἴσθοιτο, ἐσίγα καὶ κατεπέπληκτο, *tacebat metu perculsus*. περὶ παραπρεσβ. p. 391. l. 18. sq. οὗτοι δ᾽ ἐχαρίζοντο πάντ᾽, ἐνδεικνύμενοι καὶ ὑπερκολακεύοντες αὐτόν. adulationibus sese insinuantes. BREMI. Alia apte dedit Rüdigerus, qui tamen abstinere debebat Demosthenico p. 18, 10. δαιμονίᾳ καὶ θείᾳ εὐεργεσίᾳ: nisi forte, quando Graeci scriptores δαίμονας et θεοὺς iungunt, pleonastice eos loqui arbitratur. Sed alii sunt θεοὶ, alii δαίμονες, aliudque θεῖον, aliud δαιμόνιον. Ceterum vel tacente me intelligitur, omnia illa non esse vere synonyma. Usus autem eorum est duplex: gravior alter, ut vim concilient orationi; alter levior, ut vel aures expleant vel numeros reddant iucundiores. SCHAEFER.

P. 41. v. 2. *θεάσησθε*] Sic etiam in texto Bavarici est, sed superscriptum *γρ. λογίσησθε.* quod idem in texto Augustani secundi reperi. REISK.

P. 41. v. 4. *βούλησθε*] Optativum requiro. V. Melet. Crit. p. 124. s. SCHAEFER.

P. 41. v. 4. *χρώμενοι*] Legebatur et *χρωμένοις*. V. *Σχολ.* TAYLOR. *) *χρωμένοις* Vossianus. REISK.

P. 41. v. 4. *τῇ τότε ῥώμῃ*] Malim *τῇ τε τότε ῥώμῃ*. REISK. Post *τῇ* addidi iuxta Reiskii mentem *τε*, quod mihi visum fuit excidisse, et esse necessarium si non ad sensum, at saltem ad conficiendam phrasim Demosthenicam. AUGER. Etiam Rüdigerus inseruit, sed uncis inclusum. „Iure quidem" inquit „quispiam hanc desideraverit particulam in text. vulg." Non desideravit Bekkerus: nec quisquam praeter Augerum et Rüdigerum desideraverit. Reiskii autem levitatem particulas temerius infercientis notavi ad p. 34, 5. SCHAEFER.

P. 41. v. 5. *τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν*] *τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν* Harlei. REISK.

P. 41. v. 6. *τούτου*] *istius*, i. e. Philippi. *οὗτος* graeco sermone, sicut *iste* latino, vulgo dicitur de eo, quem petimus, contra quem loquimur. AUGER.

P. 41. v. 7. *εἰ δέ τις ὑμῶν κ. τ. λ.*] Sopater ad Hermog. p. 313. *εἰ δέ τις ἐν τῇ τελείᾳ τοῦ δυνατοῦ ἐργασίᾳ μὴ δύνηται χρῆσθαι τῇ ἀντεξετάσει, ἑτέρως αὐτὸ μεθοδεύσομεν, καὶ διὰ παραδειγμάτων τὸ δυνατὸν κατασκευάσομεν, ὥσπερ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν κατὰ Φιλίππου· εἰ δέ τις ὑμῶν — Μεθώνην, καὶ ἑξῆς. οἷς ἐπάγει· εἰ τοίνυν ὁ Φίλιππος τότε ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην — ἐκτήσατο δύναμιν.* REISK.

P. 41. v. 7. *ὑμῶν*] *ἡμῶν* Harlei. REISK.

P. 41. v. 10. *νῦν*] In Bavarico adverbium erat superscriptum, quasi scholium esset. REISK.

P. 41. v. 10. *τὸ*] *τῷ* Pithoeanus, Ald. Tayl. REISK.

P. 41. v. 10. *ταῦτα πάντα*] Vulg. *πάντα. ταῦτα* Aug. secundus. Utrumque copulavi. *ταῦτα* praeter caeteros etiam Sopater omisit. REISK. Omiserunt Auger. Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 41. v. 11. *ἀπολωλέναι*] *ἀπολωλεκέναι* Parisinus primus. REISK.

P. 41. v. 11. *τῇ πόλει*] *τὴν πόλιν* farrago Wolfiana: et videtur sic quoque in Parisino primo fuisse, nam alias constructio sibi non constat. REISK.

P. 41. v. 11. *μέντοι*] De hac particula mirabile quid Rüdigerus notavit, componens eam cum *εἶτα*, quod *δὲ* in se habeat.

*) Repetitum in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

Tirones ne talia, quae ab editore et interprete Demosthenis nemo facile exspectaverat, agant transversos, consulant utilissimum Devarii librum p. 209. ed. Reusm. SCHAEFER.

P. 41. v. 12. εἴχομέν ποτε ἡμεῖς] εἴχομεν τότε ἡμεῖς indices Aldi et P. Manutii. Etiam in texto Meermanniani est τότε, sed in margine correctum est ποτε. A Bavarico abest ἡμεῖς, sed superscriptum est, quasi pro scholio. REISK.

P. 41. v. 12. Πύδναν — Μεθώνην] Πύδναν, Ποτίδαιαν, Μεθώνην Sopater ad Hermogenem p. 313. sic ἀσυνδέτως istaec recitat. REISK.

P. 41. v. 15. κύκλῳ] κύκλον Vossianus. REISK.

P. 41. v. 16. αὐτονομούμενα καὶ ἐλεύθερα] V. not. ad p. 15, 26. SCHAEFER.

P. 41. v. 16. ἡμῖν] ὑμῖν Augustani primi supplem. Augustanus secundus, Bavaricus, Vossianus, Aldus, Felic. Sed Harlei. vulgatam dat. REISK.

P. 41. v. 18. πολεμεῖν — τοιαῦτα] Vulg. πολεμεῖν ἐστιν Ἀθηναίοις ἔχουσι τοιαῦτα. πολεμεῖν Ἀθηναίοις ἐστὶν ἔχουσι τοσαῦτα Aug. primi suppl. Harlei. ἐστι πολεμεῖν Ἀθηναίοις Vossianus, Harris. Etiam Pithoeanus et Aldina Taylori τοσαῦτα dant, et appendix Francofurtana, quam suspicor lectiones codicis Pithoeani referre, item Harl. REISK. πολεμεῖν ἐστιν Ἀθηναίοις ἔχουσι τοιαῦτα Auger. et Rüdiger. πολεμεῖν ἐστὶν Ἀθηναίοις ἔχουσι τοσαῦτά Bekker. Verissimum τοσαῦτα, quidquid Rüdigerus contradicat. Compara superiora, ubi docetur, quot, non qualia, Athenienses ἐπιτειχίσματα τῆς Μακεδονίας olim habuerint. SCHAEFER.

P. 41. v. 20. ἐπιτειχίσματα] V. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 264. Bip. SCHAEFER.

P. 41. v. 20. τῆς αὐτοῦ χώρας] Hemsterhusius l. c. legendum censet τῇ αὐτοῦ χώρᾳ. At idem valet genitivus, cuius vis quam late pateat, virum egregium, ut etiamnunc plurimos, fugit. SCHAEFER.

P. 41. v. 20. αὐτοῦ] αὑτοῦ cum aspero index Aldi. ἑαυτοῦ Laudianus, Aldus. αὐτῶν Parisini quintus, septimus, octavus, Augustani secundus et tertius, (sed in hoc e correctione, erasa vetusta lectione,) Harris. Harlei. In appendice Francofurtana sic est: τῆς ἑαυτοῦ, vel τῆς αὐτῶν. Sopater recitat τῆς ἑαυτῶν χώρας. Aldina Taylori dat τῆς αὐτῶν. REISK. αὐτοῦ Auger. αὑτοῦ Bekker. ἑαυτοῦ Rüdiger. SCHAEFER.

P. 41. v. 20. ἔρημον ὄντα] Vulg. ἔρημος ὤν. Sic est in Harlei. quoque. ἔρημον ὄντα Parisini primus, secundus, tertius, Augustani primi supplementum, Augustanus secundus et tertius, Bavaricus, Aldus, Felic. Correxi ἔρημον ὄντα. Cohaerent hi accusativi cum πολεμεῖν versu 18. REISK.

P. 41. v. 20. συμμάχων] τότε συμμάχων Harlei. Parisinus octavus, Aldina Taylori, Pithoeanus, Augustanus tertius, sed in hoc τότε a nova manu est adscriptum. Habet item τότε appendix Francofurtana. REISK.

P. 41. v. 21. πεποίηκεν ἔπραξεν] Notabilis copulatio verborum non vere synonymorum, sed hic pro synonymis positorum. p. 90, 14. πράττει καὶ μέλλει ποιεῖν. V. not. ad p. 32, 23. SCHAEFER.

P. 41. v. 21. ἐκτήσατ᾽ ἂν] Vulg. ἐκτήσατο. ἐκτήσατ᾽ ἂν Parisini quintus, septimus, octavus, Pithoeanus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori, Harlei. Augustani primi supplem. Vulgata fuit primitus in Augustano tertio, sed nova manus alteram lectionem reposuit. REISK. Pro ἐκτήσατο in vulgata legi ἐκτήσατ᾽ ἂν, quod dant codd. L. M. N. Dd. Ee. Qq. AUGER. ἐκτήσατο Rüdigerus, vere monens, ex praecedentibus ἂν subaudiri posse. Sed praefero nostram scripturam: librarii enim multo saepius peccant ἂν omittendo quam addendo. Bremius: „Nollem Rüdigerus ex paucis nec optimis codd. revocasset ἐκτήσατο pro ἐκτήσατ᾽ ἂν. Rarum enim est in Demosthene, quamquam non omnino inusitatum, ut e primo membro in secundum particula ἂν assumenda sit; sed plerumque ea repetitur ipsa, ut nusquam nisi optimorum codd. auctoritate eam deleverim.“ SCHAEFER.

P. 41. v. 23. ἅπαντα] Expungit Aldina Taylori. REISK.

P. 41. v. 25. φύσει δ᾽ ὑπάρχει κ. τ. λ.] Citat h. l. Stobaeus p. 201, 8. REISK.

P. 41. v. 25. ἀπόντων] Addit Pithoeanus et illinc appendix Francofurt. nec non Aldina Taylori πράγματα, Mounteneio haud probante. REISK.

P. 41. v. 26. πονεῖν] ποιεῖν Aug. secundus, errore crebro. REISK.

P. 41. v. 26. ἀμελούντων] ἀπόντων Aldina Taylori. REISK.

P. 41. v. 27. καὶ γάρ] Rüdigerus: „Hae particulae indicant, id, quod factum sit, pro natura rerum fieri debuisse: *nempe*. Nos: *natürlich doch*.“ Quae tu nobis, o bone, inaudita narras! SCHAEFER.

P. 41. v. 27. καὶ γάρ τοι ταύτῃ] καὶ γὰρ τοιαύτῃ Parisini quintus et septimus, Augustani secundus et tertius, Bavaricus et Vossianus, item appendix Francofurtana, Harrison. καὶ γάρ τοι τοιαύτῃ Aldina Taylori. REISK.

P. 41. v. 27. χρησάμενος] χρησάμενον Aug. tertius, errore creberrimo. Nil pervulgatius est graecis librariis, quam ut ν cum ς permutent, quas inter literas magna intercedit quibusdam in libris ductuum similitudo. REISK.

P. 41. v. 28. ἑλών τις] ἑλόντες Aug. secundus. REISK.

P. 41. v. 28. πολέμου νόμῳ] Vulg. πολέμῳ. Sic etiam in texto Bavarici est, sed margo dat γρ. πολέμου νόμῳ. Voluit idem Pithoeanus, quamvis vitiose dederit πολέμῳ νόμῳ, quod idem in Aldina Taylori quoque reperio. Augustanus secundus pariter dat πολέμου νόμῳ, sed sine ἔχοι. In appendice Francofurtana, quae videtur e Pithoeano ducta, ἔχοι πολέμου νόμῳ. REISK. πολέμῳ male revocavit Augerus, quem Rüdigerus secutus est, hac addita ratione: „Quis ex hac ipsa varietate [librorum] non concludat, νόμῳ explicationis causa esse additum?“ Talia explicationis causa nusquam adduntur. SCHAEFER.

P. 42. v. 1. φίλα] φίλια Pithoeanus, Aldina Taylori, probante Mounteneio. REISK. Neque ego improbem: quanquam difficilis electio est. Perpetua autem horum adiectivorum confusio. SCHAEFER.

P. 42. v. 5. ἐθελήσητε] ἐθελήσετε Aug. secundus. REISK.

P. 42. v. 7. δύναιτ' ἂν — αὐτὸν] Sic verba haec ordinata dant Augustani primi supplementum et Harlei. Vulg. δύναιτ' ἂν παρασχεῖν αὐτὸν χρήσιμον τῇ πόλει. REISK. Hunc alterum verborum ordinem restituit Auger. SCHAEFER.

P. 42. v. 8. εἰρωνείαν] V. Ind. Gr. SCHAEFER.

P. 42. v. 8. ἕτοιμος πράττειν] Pro ἑτοίμως lego ἕτοιμος. Sic enim et Veneta editio habet, et hoc postulant verba infinita πράττειν, εἰσφέρειν, στρατεύεσθαι: etsi Obsopoeus etiam post ἅπαντας ὑπάρχειν ἑτοίμως pro ἑτοίμους in suo codice exstare annotavit. Sed ου et ω saepe permutantur. WOLF. Vulg. ἑτοίμως πράττειν. ἕτοιμος πράττειν Parisinus primus, Aug. primi supplem. Aldina posterior, P. Manutius. In Bavarico est utraque lectio, vulgata infra, altera supra. Vossianus et Aldina prior, nec non Felicianea dant vulgatam. ράττειν abest a Laudiano et Veneto, probante Wolfio, improbante Mounteneio. In appendice Francofurtana sic est: „ἕτοιμος ὑπάρξῃ, deleto πράττειν. quod ut in manuscripto Venetiano non fuit, ita, si retineatur, sententiae officit.“ πράξειν dat Harrison. REISK.

P. 42. v. 8. ὑπάρξῃ] ὑπάρξει Aug. primi supplem. REISK.

P. 42. v. 10. [ἁπλῶς]] Abest a Parisino octavo et ab Aug. primi suppl. item Harl. et videtur utique e scholio natum. REISK. Uncos bene removerunt Auger. Bekker. et Rüdiger. Neque hic pleonasmus est. *ut breviter et simpliciter dicam.* SCHAEFER.

P. 42. v. 10. ἦν] εἰ Harrison. REISK.

P. 42. v. 10. ὑμῶν αὐτῶν — γενέσθαι] *e vobismet ipsis, non ex aliis, pendere.* SCHAEFER.

P. 42. v. 10. ἐθελήσητε] ἐθελήσετε P. Manut. Harlei. REISK.

P. 42. v. 11. παύσησθε] παύσαισθε (in optativo) Harrison. REISK.

P. 42. v. 11. αὐτὸς — ποιήσειν] αὐτὸς μὲν ἕκαστος οὐδὲν ποιήσειν Harlei. REISK. Hic verborum ordo magis placet. SCHAEF.

P. 42. v. 12. τὸν δὲ πλησίον] τῶν δὲ πλησίων Vossianus. REISK.

P. 42. v. 13. ἐθέλῃ] Sic Bavar. Vulg. θέλῃ. REISK. Rüdigerus haec annotat: „Reiskius ex uno Bav. dedit ἐθέλῃ, idem Bekkerus; sed saepissime hae formae inter se permutantur. vid. Sturz. Lex. Xenoph. II. p. 519." Sed haec non ita tractanda; verum attendendum est ad cuiusque scriptoris usum. Sunt enim, qui promiscue θέλειν et ἐθέλειν adhibeant, sola ducti euphonia, ut Xenophon. Alii ἐθέλειν unice usurpant, ut Plato, apud quem quod paucis locis haeret, θέλειν, optimorum codd. auctoritate emendandum erit. Tragicis solum θέλειν in trimetris iambicis in usu est, utrumque in ceteris versuum generibus. In Demosthene longe frequentissimum est ἐθέλειν et proprium hoc apud ipsum. In hac formula tamen ἂν θεὸς θέλῃ non temere quid mutandum, quum etiam p. 24. l. 2. in omnibus codd. legatur ἂν οἱ θεοὶ θέλωσι: quamquam hic fortasse propter hiatum scripsit θέλωσι, ut interdum post μὴ ponit θέλειν; vide p. 206. l. 1. p. 208. l. 15. sed non semper. Conf. v. c. p. 209. l. 13. 19. Etiam post εἰ inveni θέλω, κατὰ Μειδίου p. 585. l. 24. εἰ θέλοιτε, et κατὰ Ἀνδροτ. p. 610. l. 2. Similia monenda sunt de οἶμαι et οἴομαι, quae a multis scriptoribus promiscue usurpantur. Demosthenes οἴομαι plerumque ponit sequente infinitivo; οἶμαι vero directae orationi inserit *). Aliquoties tamen οἶμαι legitur sequente infinitivo, ubi nulla codd. varietas notatur: quod tum non mutaverim, quamquam Reiskium non ubivis accuratum in afferendis codd. lectionibus inveni. At, ubi libri variant, sine cunctatione praetulerim οἴομαι. Quavis enim pagina hoc ita Demosthenes usurpat. BREMI.

P. 42. v. 15. μὴ γὰρ ὡς θεῷ κ. τ. λ.] Sopater ad Hermogen. p. 315. εἰ μὲν ἔχοιμεν δεῖξαι, ὅτι δίκαιον ἢ συμφέρον ἐστὶ τὸ προκείμενον, τοῦτο κατασκευάσομεν· εἰ δὲ μὴ, ἐροῦμεν, ὅτι οὐκ ἄδικον ἢ οὐκ ἀσύμφορον. ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ παράδειγμα καὶ παρὰ τῷ ῥήτορι. μὴ δυνηθεὶς γὰρ κατασκευάσαι, ὅτι δυνατόν ἐστι λυθῆναι τὴν Φιλίππου δύναμιν, ἐπὶ τὴν ἀντίφασιν χωρήσας ἔφη· μὴ γὰρ ὡς θεῷ νομίζετε τὰ παρόντα ἐκείνῳ πεπηγέναι πράγματα ἀθάνατα. οὐκ ἀδύνατον γὰρ λυθῆναι τὴν Φιλίππου δύναμιν ἐν χρόνῳ, τήν γε ἀπό τινος ἀρξαμένην χρόνου. REISK.

P. 42. v. 16. ἐκείνῳ] κἀκείνῳ Vossianus. νομίζετε κἀκείνῳ πεπηγέναι τὰ παρόντα Harrison. REISK.

P. 42. v. 16. ἀθάνατα] Abest a Parisino septimo. REISK. Graviter additum est ex usu adiectivorum proleptico. V. not. ad p. 19, 18. SCHAEFER.

---

*) Conf. not. ad p. 24, 20. SCHAEFER.

P. 42. v. 16. καὶ μισεῖ] Copula abest ab ed. Felic. et Wolf. Sed habet καὶ utraque Aldina, et ex Harrison. quoque annotavit Taylor. REISK.

P. 42. v. 18. τῶν] τὸν Aldus. Sed correxit Lessingianus, et alius in exemplo meo. REISK.

P. 42. v. 18. πάνυ] πάντη Harrison. REISK. Hoc πάντη e πάνυ τι depravatum videtur. V. varr. lectt. ad Xenophont. Cyrop. I. 1. 1. SCHAEFER.

P. 42. v. 18. νῦν] Abest ab Aug. secundo et Aldina Taylori. REISK.

P. 42. v. 20. ἄλλοις τισὶν] Malim, litteris tribus iteratis, ἄλλοις οἷστισιν. Sic Oratoris argumentatio aliquanto melius procedit. SCHAEFER.

P. 42. v. 21. ἐνεῖναι] εἶναι simplex dat Aug. primi suppl. et Harlei. nec non Aldina Taylori et appendix Francofurtana. REISK.

P. 42. v. 21. ταῦτα πάντα] πάντα ταῦτα Bavaricus, Aug. sec. REISK. De hominibus intellige, de quibus tali in structura Graeci, pariter ut nos Germani, passim utuntur genere neutro. Simillimum Xenophontis Oecon. 6, 13. τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα (Stobaeus πάντα τὰ τοιαῦτα, quod magis etiam congruum cum hoc Demosthenico) post τέκτονας, χαλκέας, ζωγράφους, ἀνδριαντοποιούς. Inepte comparat Rüdigerus τὰ τῶν Θετταλῶν, quod generis est diversissimi. V. not. ad p. 15, 15. SCHAEFER.

P. 42. v. 22. ἀποστροφὴν] Citat h. l. Harpocr. v. ἀποστροφήν. REISK. ἀποστροφὴν, inquit Harpocratio, ἀντὶ τοῦ καταφυγὴν, Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. AUGER. Anecd. Bekk. p. 436, 27. Ἀποστροφή: ἀντὶ τοῦ καταφυγή. SCHAEFER.

P. 42. v. 22. ὑμετέραν] ἡμετέραν Aug. primi suppl. REISK.

P. 42. v. 22. βραδυτῆτα] βραδύτητα proparoxytone August. sec. REISK. „Antiqui dixere, ταχυτής, βραδυτής, et similia; recentiores, ταχύτης, βραδύτης.“ Reizius de accent. inclinat. p. 109. Conf. Arcadius p. 28, 9. et varr. lectt. SCHAEFER.

P. 42. v. 25. ἄνθρωπος] ἅνθρωπος *) scripsit Bekkerus, ut alibi ἁνήρ, ἅνθρωπος cet. quando definitum est substantivum. Ante omnia in memoriam revocabo, quae Wolfius monet *Literar. Analekten* II. p. 458. „Pluribus, inquit, talium verborum vix opus est articulo, quod loca demonstrant, in quibus omnes codd. praebent ἀνδρὸς, ἀνδρὶ, etiam ἄνδρα, cui casui ex illa ratione τὸν addendum esset. Et quoties vel unus Demosthenes in unis Philippicis licentius interpolandus foret, ubi Macedonum rex contemtim vocatur ἄνθρωπος, alii hostes ἄν-

*) Immo ἅνθρωπος. Eodem modo Rüdigerus. SCHAEFER.

θρωποι! Accedit, quod saepe sic discrepant libri, ut articulum a paucioribus scribis additum potius quam a maiore parte omissum censeas." Haec qui perpenderit et ipse scriptorum usum sine ira et studio attenderit, vix se dederit novandi libidini. Certa quidem sunt exempla, in quibus additum est adiectivum substantivo ἀνήρ sine articulo. Sophocl. Ai. 59. ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις ὤτρυνον. 1135. Herm. τοιαῦτ' ἄνολβον ἄνδρ' ἐνουθέτει παρών. Quidni etiam sine adiectivo, in oratione praesertim ad populum? quum Brunckius ipse concedat ad Aristoph. Lysistrat. 152., Comicis licuisse substantivum sine articulo efferre; cum quibus oratores multa habent communia. Accedit, quod substantivorum permultis, quae ambiguitatem per contextum nullam admittunt, articulo non opus est. Ut nil dicam de πατὴρ et μήτηρ *), πόλις saepe legitur sine articulo, quem Marklandus addere volebat in Euripidis Suppl. 1213., quamquam saepe deest in locis proximis: 1200. 1219. 1240. 1265. Herm. Ita etiam δόμοι, οἶκος cet. Eurip. Androm. 897. ἦ σαφῶς ὁρῶ δόμων ἄνασσαν τήνδε. ubi Brunckius sine caussa, neutiquam *postulante sensu*, reposuit τῶνδε. Similiter Hel. 512. δόμων ἄνασσαν προσμένω. Conf. Schaeferi Melet. Crit. p. 4. s. Wyttenbach. ad Plat. Phaed. p. 258. BREMI. Multum amo viri egregii dubitationem; nam caute dubitando ad scientiam pervenimus. Sed Bremius, opinor, disputationem suam finibus aliquanto angustioribus coarctare debuit. Tragicorum enim in usu articuli liberiorum**) ratio quid pertineat ad Demosthenem omninoque prosaicos scriptores, parum intelligo: quodque de certis quibusdam nominibus etiam apud prosaicos valet, non item valet de omnibus. Ut igitur res ad liquidum perducatur, maneamus tantisper in Demosthene, neque evagemur extra limites illorum nominum, quorum nominativis Bekkerus, Bremio repugnante, spiritum asperum vice fungentem articuli adhibuit. Quod si, locis omnibus excussis, ubi casus obliqui horum nominum occurrunt, apparuerit, obliquos, quoties Orator definite loquitur, non poni nisi iunctos articulo, consequens erit Bekkerum recte et ordine fecisse. Nunc quidem non memini nisi duorum locorum, sed talium, ut Bekkero faveant. p. 23, 10. τὴν φιλοτιμίαν τἀνδρὸς ἀνυπέρβλητον εἶναι. p. 118, 9. τὴν πλεονεξίαν χωρεῖ τἀνθρώπου. Si reperero quae adversentur, prima quaque occasione candide indicabo. ***) SCHAEFER.

---

*) V. Ind. Graec. ad Euripid. Hecub. Pors. p. 121. a. ed. Lips. tert. SCHAEFER.

**) Licentiae illius non alia causa est quam affinitas epicae tragicaeque orationis. SCHAEFER.

***) E Xenophonte allata vidi exempla, ubi ἄνθρωποι cet. sine articulo pro οἱ ἄνθρωποι cet. posita dicerentur. Falso: excussis enim illis locis apparuit, Xenophontem indefinite loqui. Sic vernacule

P. 42. v. 26. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. quintus et septimus, Aug. primi supplem. REISK.

P. 42. v. 27. λέγει] πέμπει Vossianus. REISK. Vide ne hoc πέμπει genuinum sit. Tragicum quidem est λόγους πέμπειν, sed locutio altius surgens quam maxime convenit Oratoris indignationi. Conf. Euripid. Suppl. 367. Markl. παρ' ὅπλοις θ' ἥμενος πέμψω λόγους Κρέοντι. SCHAEFER.

P. 42. v. 28. ἔχων] Abest a Parisinis tertio et octavo, item ab Harleiano et indice Aldi. REISK.

P. 42. v. 28. ἃ κατέστραπται] ἃ καὶ κατέστραπται Meermann. REISK.

P. 42. v. 28. τούτων] τούτοις Parisini quintus, septimus et octavus, Harlei. Laudianus, Aug. primi supplem. appendix Francofurtana, Aldus. Sed eius index consentit vulgatae. REISK.

P. 42. v. 28. αἰεί] ἀεί Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 43. v. 1. καὶ κύκλῳ] κύκλῳ καὶ ordine inverso Parisini primus, septimus et octavus, item Aug. primi supplem. et appendix Francofurt. et Harrison. cum Harleiano. καὶ κύκλῳ καὶ πανταχῇ est in Bavarico, et fuit quoque olim in Augustano tertio a vetustiore manu, sed recentior primum καὶ expunxit. REISK. κύκλῳ καὶ legi iuxta codd. L. M. N. Q. R. Dd. Kk. Qq. AUGER. Praestat vulgata. Apte Rüdigerus comparavit Homer. Od. VIII. 278. κύκλῳ ἁπάντῃ. Sic Xenophon Anab. III. 1. 2. κύκλῳ δ' αὐτοῖς πάντῃ πολλὰ καὶ ἔθνη καὶ πόλεις πολέμιαι ἦσαν. ubi nemo probabit crisin Schneideri πάντῃ suspectantis. SCHAEFER.

P. 43. v. 1. πανταχῇ] πανταχοῦ Parisinus quintus et septimus. καὶ πανταχῇ Aug. tertius. REISK. πανταχῇ Auger. et Bekker. quod paulo melius. V. not. ad p. 14, 5. SCHAEFER.

P. 43. v. 1. ἡμᾶς] ὑμᾶς Aldus, P. Manutius. REISK. ἡμᾶς Photius c. 311. in. SCHAEFER.

P. 43. v. 1. καθημένους] *desidia torpentes.* Iungitur hic cum μέλλοντας, ut supra p. 24, 21. copulantur καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. SCHAEFER.

P. 43. v. 2. περιστοιχίζεται] γρ. περισχοινίζεται Ald. Lessingianus. περιτοιχίζεται Aldina Taylori. Citat h. l. Harpocr. v. περιστοιχίζεται, ubi admonet, aliis in exemplis legi περισχοινίζεται. REISK. *indagine cingit.* Iuxta Harpocrationem est metaphora ducta a venatoribus. Iuxta eundem in quibusdam codd. legebatur περιστοιχίζεται, in aliis περισχοινίζεται. AUGER. V. Pho-

---

alio sensu dicitur *die Menschen*, alio *Menschen*. Comparationem linguae vernaculae in articulorum usu cum Graeca mire congruentis viri docti negligere non debebant. Nunc Graeca cum vernaculis componere dedignantes interdum committimus quae mulieres nostrae riderent, si cognita haberent. SCHAEFER.

tius c. 311. ubi de eadem *διττογραφίᾳ*, de qua etiam Taylor. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. *περιστοιχίζεται* aliquanto significantius quam *περισχοινίζεται*. Add. Etymol. M. c. 699, 33. Blomfieldius ad Aeschyli Pers. 436. *περιστοιχίζεται* mutandum censet in *περιστιχίζεται*, quod in Aeschyli Agam. 1384. de reti legatur *περιστιχίζω*. Sed nostram scripturam satis tuentur Lexicographi; videturque propria fuisse sermonis venatorii. V. Schneideri Indic. ad Xenophont. Opusc. Polit. s. v. *στοιχίζειν*. Quod autem Tragicus usus est verbo eiusdem quidem originis et significationis, sed formae a vulgari diversae et reconditioris, fecit quod decuit poëtam. SCHAEFER.

P. 43. v. 2. *πότ' οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 253. *κῶλα τραχέα τὰ βραχύτερα, καὶ ἃ μηδὲ κῶλα, κόμματα δὲ καλεῖν ἄμεινον. οἷον· πότε οὖν, ὦ ἄνδρος Ἀθηναῖοι, πότε ἃ χρὴ πράξετε* etc. Item p. 415. in capite de interrogatione: *ἡ πρὸς τοὺς ἀκούοντας πεῦσις. οἷον· πότε οὖν* etc. REISK.

P. 43. v. 3. *ἐπειδὰν τί γένηται; ἐπειδὰν*] V. Ind. ad Homeri Odyss. p. 168. SCHAEFER.

P. 43. v. 3. *νὴ Δία*] *νὴ Δί'* Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 43. v. 3. *ἦ*] Vulgo post h. v. signum interrogandi ponitur. Mihi haec enuntiatio ob *νὴ Δία* visa est responsio ad antecedentem interrogationem: quapropter aliter interpunxi. SCHAEFER.

P. 43. v. 5. *ἡγεῖσθαι*] Subaudi *εἰ μὴ ἀνάγκην*. REISK.

P. 43. v. 5. *οἴομαι*] Vulg. *οἶμαι. ἡγοῦμαι* Paris. quintus, septimus, octavus et Aug. primi supplem. appendix Francofurtana. *οἴομαι* Bavar. *ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι* (sine *γὰρ*) Aldina Taylori et Harris. REISK. *οἶμαι* Auger. et Rüdiger. Vide ne genuinum sit *ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι*. Sic responsio melius aequatur cum interrogatione. SCHAEFER.

P. 43. v. 6. *πραγμάτων*] *πεπραγμένων* Parisinus octavus, Harl. in quo etiam verba sic iacent: *μεγίστην ἀνάγκην εἶναι — αἰσχύνην. ἢ βούλεσθε —*. REISK. *πεπραγμένων* parum abest quin praeferam. SCHAEFER.

P. 43. v. 7. *ἢ*] *γρ. ἦ* Ald. Lessing. REISK.

P. 43. v. 7. *εἰπέ μοι*] *εἰπέ μοι* est formula hortandi, quae etiam tum ponitur, quum cohortatio fiat ad plures. Oratoribus et Comicis ea familiaris est. *περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ* p. 108. l. 13. s. *εἰπέ μοι, βουλεύεσθε. κατὰ Ἀριστοκρ.* p. 656. l. 2. *κατὰ Τιμοκρ.* p. 718. l. 15. *εἰπέ μοι, τί δεινότατον πάντες ἂν ἀκούσαντες φήσαιτε, καὶ τί ἂν μάλιστα ἀπεύξαισθε;* Aristoph. Acharn. 318. *εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται;* ubi vide Berglerum. BREMI. V. not. ad p. 16, 20. SCHAEFER.

P. 43. v. 7. *αὐτοῦ*] Vulg. *αὐτῶν. αὑτῶν* cum aspero Felic. P. Manut. *αὐτῶν* cum leni Aldina utraque. *αὐτοὶ* Laudianus, appendix Francof. et index Herwag. *αὐτοῦ* Aug. sec. *αὐτοῦ* ex hoc

assumsi pro vulgari *αὐτῶν*. *hic loci, hoc ipso in foro.* Nunc tamen poenitet facti, quod non potius e Felicianea *αὑτῶν* restituerim cum aspero. *percontari e vobismet ipsis.* Idem est ac si dixisset *ἐξ ὑμῶν αὐτῶν*. REISK. Vulg. *αὐτῶν*. Conieceram primo legendum *αὑτῶν* cum spiritu aspero: *αὑτῶν πυνθάνεσθαι, ex vobismet ipsis percontari*, quasi legeretur *ὑμῶν αὐτῶν*. Sed non dubitavi accipere *ἀλλήλων* ex Longino, qui hunc ipsum locum citat sect. XVIII. cum nonnullis aliis non maximi momenti varietatibus. Cod. Ec. et Fel. dant *αὑτῶν*. AUGER. *αὑτῶν* h. l. significat *ἀλλήλων*, ad quod librarii offendebant. Hinc alii dederunt *αὐτῶν*, alii *αὐτοὶ*, alii *αὐτοῦ*: quod postremum Reiske ut adverbium loci perperam recepit. Sin autem Longinus, hunc locum laudans, *ἀλλήλων* habet, aut glossam invenit, aut ipse consulto *ἑαυτῶν* mutavit. Eadem glossa multos codd. occupavit de Cor. p. 231. l. 11. *πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν*. Multi habent *ἀλλήλους*. p. 113. l. 25. *πυνθάνεσθαι γὰρ αὑτοὺς, ὡς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσιν ἐν αὑτοῖς*. p. 116. l. 8. *ἀπίστως καὶ στασιαστικῶς ἔχουσι πρὸς αὑτοὺς οἱ Ἕλληνες*. p. 123. l. 28. *ἐπειδὰν δὲ τούτοις κρατῶν πρὸς νοσοῦντας ἐν αὑτοῖς προσπέσῃ*. BREMI. *αὑτῶν* Bekker. et Rüdiger. V. not. ad Aesopum Heusingeri p. 96. et in Ind. p. 264. a. SCHAEFER.

P. 43. v. 7. *κατὰ τὴν ἀγορὰν*] Absunt a Bavarico, et possunt utique pro scholio adverbii *αὐτοῦ* haberi, si istud admittatur ex Augustano secundo. Verum margo Bavarici dat *γρ. κατὰ τὴν ἀγορὰν πυνθάνεσθαι*. REISK. Rüdigerus non abiicienda putat, „quum notio *singulorum* per *κατά* exprimatur.“ Hoc non intelligo. SCHAEFER.

P. 43. v. 8. *Λέγεταί τι καινόν;*] Theophrastus Charact. VIII. *μὴ λέγεταί τι καινότερον;* ad q. l. v. Casaubonus de hac Atheniensium levitate p. 107. ed. Fischer. SCHAEFER.

P. 43. v. 8. *γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον*] *τί δ᾽ ἂν γένοιτο καινότερον* Harlei. Aldina Taylori, appendix Francofurtana, Parisinus octavus, Aug. primi supplem. Voss. Pithoeanus. REISK. Hoc alterum, fortasse genuinum, tucaris simillimo p. 157, 2. SCHAEFER.

P. 43. v. 10. *ἢ*] *εἰ* Aug. tertius cum superscripto *η*. REISK.

P. 43. v. 10. *ἢ Μακεδὼν — καταπολεμῶν*] Citant Anecd. Bekk. p. 149, 31. SCHAEFER.

P. 43. v. 10. *τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν*] Intelligit *πάντα τὰ χωρία*, de quibus vid. ad II, 2. [p. 41, 10.] RUEDIGER. Vehementer fallitur. Intelligendum de hegemonia Graecorum, quam Macedo affectabat. Conf. p. 36, 7. SCHAEFER.

P. 43. v. 10. *τῶν*] Deest Harlei. REISK.

P. 43. v. 11. *Τέθνηκε — διαφέρει;*] Otiosos homines, novitatis avidos, in duabus primis enuntiationibus Demosthenes

inducit. Secunda autem uno tenore et sublato interrogationis signo legenda videtur. Istius modi enim homines alter altero melius et certius rem nosse volunt. Primus interrogat, num sciat et credat alter quod divulgetur, Philippum mortuum esse. „Minime vero, inquit alter, mortuus est, sed morbo laborat.“ Hic non interrogat, sed certo scit, quid verum sit. Demosthenes autem ridet utrumque: *Τί δ' ὑμῖν διαφέρει;* cet. BREMI. Reiskius sic dederat: *τέθνηκε Φίλιππος; οὐ μὰ δί'. ἀλλ' ἀσθενεῖ; τί δ' ὑμῖν διαφέρει;* Quod ita ut vides mutavi perinde ac Bremius intelligens. Eodem modo iam Augerus intellexerat. Miror, Bekkerum signum interrogandi post *ἀσθενεῖ* servasse, ceteroqui, ut oportebat, iungentem *οὐ μὰ Δί'* cum *ἀλλ' ἀσθενεῖ.* Minus miror, Rüdigerum adhaesisse rationi Reiskianae. SCHAEFER.

P. 43. v. 12. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* Harris. REISK.

P. 43. v. 12. *τι*] *τις* Aug. primi supplem. Videtur dare voluisse *οὗτός τι καὶ πάθῃ.* REISK. Cogitavit Reiskius pro sua rerum palaeographicarum scientia *) perpetuam confusionem particulae *καὶ* et litterae *ς̄.* SCHAEFER.

P. 43. v. 13. *Φίλιππον*] Est in Aug. tertio, ut inserendum, a nova manu superscriptum. REISK.

P. 43. v. 13. *προσέχητε*] *προσέχετε* Vossianus. REISK.

P. 43. v. 14. *αὑτοῦ*] *αὐτοῦ* cum leni Laudianus. REISK.

P. 43. v. 14. *ῥώμην*] *γνώμην* Vossianus. REISK. Passim confusa haec nomina. V. Epimetr. I. ad Aristoph. Plut. p. XXIX. Quae ibid. et in Astii edit. Platonis de Legg. p. 618. exempla dedi iunctorum nominum *ἰσχὺς* et *ῥώμη*, iis nunc addo Galenica Tom. IV. p. 288. extr. et 290. med. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 43. v. 15. *ἐπηύξηται*] *ἐπηύξηκεν* Bavar., sed ultimae syllabae superscriptum est *ται. ἐπηύξησεν* Aldina Taylori. REISK.

P. 43. v. 15. *ὅσον*] *ἀλλὰ* Vossianus. REISK.

P. 43. v. 15. *ἡμετέραν*] *ὑμετέραν* Paris. primus, secundus, tertius, septimus, Aug. secundus et tertius, Meerm. Aldinae ambae, Felic. Utramque dat Bavaricus, vulgatam infra, alteram supra. *ἡ̃μετέραν* dat Harlei. REISK. *ὑμετέραν* Auger., quod verius puto. SCHAEFER.

P. 43. v. 15. *ἀμέλειαν*] *ῥαθυμίαν* Paris. septimus. *ἀμέλειαν καὶ ῥαθυμίαν γρ.* Parisinus octavus, Harlei. Aug. primi supplem. Pithoeanus. Bavaricus consentit cum vulgata, sed post *ἀμέλειαν* annotavit in margine *γρ. καὶ ῥαθυμίαν. ἀμέλειαν ἢ καὶ ῥαθυμίαν* Aldina Tayl. REISK.

P. 43. v. 15. *καίτοι καὶ τούτων — ἐξεργάσαιτο*] Augerus sic dedit: *καίτοι καὶ τοῦτο, εἴ τι πάθοι, καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν*

*) V. Bastii Commentat. Palaeogr. p. 759. 782. SCHAEFER.

ὑπάρξαι, ἥπερ αἰεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα (καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο!) —. „Vulg. habet“ inquit „καίτοι καὶ τοῦτο εἴ τι πάθοι, καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξοι, ἥπερ αἰεὶ βέλτιον, ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα, καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο, —. quod emendavi aliter pungendo et mutando ὑπάρξοι in ὑπάρξαι, quod habent nonnulli codd. Plerique libri manuscripti et impressi legunt ὑπάρξει: cod. R. dat ὑπάρξῃ. καίτοι καὶ τοῦτο accipio quasi sensum aliquem efficiens, *et tamen sic se res habet.* ἥπερ αἰεὶ βέλτιον, sub. ἐπιμελεῖται ἡμῶν. Ad verbum interpretor καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο, *et utinam rem absolveret* i. e. utinam vitam Philippo eriperet! Vulgata, i. e. Wolfius, Ald. et Felic. legunt καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο, nescio unde acceptum, quum libri omnes habeant καὶ τοῦτο ἐξεργάσαιτο. Retinui γὰρ, quia τοῦτο proxime praecessit.“ Bekkerus sic: καί τοι καὶ τοῦτο. εἴ τι πάθοι καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξαι, ἥπερ ἀεὶ βέλτιον, ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα, καὶ τοῦτ᾽ ἐξεργάσαιτο, —. Rüdigerus sic: καίτοι καὶ τοῦτο εἴ τι πάθοι καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξαι, (ἥπερ αἰεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα,) καὶ τοῦτ᾽ ἐξεργάσαιτο, —. Hic de primis huius periodi verbis: „Bekkerus, nescio quo consilio, post τοῦτο punctum collocavit. Lectionis vulgatae, quam probo, hic erit sensus: *si hoc fieret, ut ei quid accideret*, nam in πάθοι inesse videtur γένοιτο.“ Non puto fore cui hanc difficultatis expediendae rationem approbet. Nec tamen placet cum Bekkero post τοῦτο plene interpungere. Mihi videtur Orator periodi tenorem aliter detexuisse, quam exorsus fuerat. Cum enim sic coepisset, καίτοι καὶ τοῦτο, εἴ τι πάθοι καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξαι, nimirum fere tali modo continuaturus erat: ἴσθ᾽ ὅτι οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελήσει μὴ πλησίον ὄντας, ὥστε ἅπασι τοῖς πράγμασι τεταραγμένοις ἐπιστῆναι. Nunc interserta illa de benignitate fortunae, quod argumentum noster habet in deliciis, seriem orationis sic interruperunt, ut τοῦτο omni solutum nexu pendere videatur. Meliora qui attulerit de loco etiam ob scripturae diversitatem satis impedito, ei ego omnium primus accedam. SCHAEFER.

P. 43. v. 15. τούτων] Vulg. τοῦτο abest a Laudiano. Eius loco est in Pithoeano et Aldina Tayl. τούτων, item in appendice Francofurtana. REISK.

P. 43. v. 16. τι] Abest a Parisinis primo et octavo, item Harrison. εἴ τοι πάθοι Bavar. εἴ τοι πάθῃ Aug. secundus. καίτοι τοῦτο εἰ πάθοι Voss. Aut τι est delendum, aut τοῦτο cum τούτων, quod Pithoeanus dat, est mutandum. *horum quicquam*, scil. adversam valetudinem mortemve. REISK.

P. 43. v. 16. τὰ τῆς τύχης] τὸ τ. τ. Aug. primi suppl. Voss. Harl. Aldina Taylori. REISK.

P. 43. v. 16. ἡμῖν] ὑμῖν index Aldi. REISK.

P. 43. v. 16. ὑπάρξῃ] Vulg. ὑπάρξει. ὑπάρξαι Paris. pri-

mus. ὑπάρξοι Aldus, Felic. P. Manutius. ὑπάρξῃ Bavar. Aug. sec. ὑπάρξει est in Harlei. REISK. ὑπάρξῃ soloecum est. SCHAEFER.

P. 43. v. 16. ὑπάρξῃ — ἐξεργάσαιτο] Sic correxi Marte meo vulgatam: ὑπάρξει, ἥπερ ἀεὶ βέλτιον, ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα, καὶ τοῦτο ἐξεργάσαιτο. *nam quae fortuna semper melius nobis prospicit, quam nosmet ipsi nobis prospicere solemus, ea etiam hoc facile efficiat,* ut scil. Philippus sive morbo periculoso et diuturno tentetur, sive rebus humanis prorsus eripiatur. REISK. Bene habet vulgata ἥπερ ἀεὶ βέλτιον, ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα. Ad ἥπερ ἀεὶ βέλτιον e sequentibus subaudi ἡμῶν ἐπιμελεῖται: quod iam Augerus monuit. V. not. ad Hesiod. 327. SCHAEFER.

P. 43. v. 17. ἡμῶν αὐτῶν] αὐτῶν ἡμῶν Harlei. REISK.

P. 43. v. 17. τοῦτ'] Pro καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο erat καὶ τοῦτο ἐξεργάσαιτο. OBSOP. Si pro γὰρ legas τοῦτο, ut habet Obsopoeus, coniungere licebit: καὶ εἰ τὰ τῆς τύχης (εἰ ἡ τύχη) ὑπάρξοι ἡμῖν, καὶ ἐξεργάσαιτο τοῦτο, s. οὗπερ ἤρξατο. si fortuna nobis faverit et huic etiam beneficio quasi summam manum addiderit, id est, si Philippus ex morbo decesserit. Licet et ὀνητικῶς exponere: fieri enim potest, ut fortuna, quod coepit, perficiat: et εὐκτικῶς: utinam vero absolvat id, quod instituit, id est, perimat eum, quem prostravit. WOLF. γὰρ Ald. Felic. P. Manutius, ed. Wolfii. Sed index Felic. consentit cum vulgata, item codex Obsopoei, Laudianus et Pithoeanus, nec non Aldina Taylori et appendix Francofurt. et Ald. Lessing. Harrison. Harlei. REISK. Dele ἂν post τοῦτ' a Reiskio additum: ἐξεργάσαιτο enim pendet ex εἰ. SCHAEFER.

P. 43. v. 18. ἂν] Abest a Vossiano, Harlei. REISK.

P. 43. v. 20. βούλεσθε] ἂν βούλεσθε Aug. tertius, (sed in hoc ἂν est a nova manu adscriptum,) Weimaranus. In exemplo meo Aldinae prioris nescio qui ἂν calamo superscripsit super βούλεσθε. ἂν βούλησθε Paris. primus, quintus, septimus, Aug. primi supplem. Harlei. Felic. P. Manutius, Ald. Lessing. REISK. ἂν βούλησθε verum videtur. SCHAEFER.

P. 43. v. 20. διοικήσαισθε] διοικήσεσθε Ald. Lessing. Paris. primus, quintus et septimus, item Aug. sec. et Meermann. διοικήσετε Paris. quintus, septimus et octavus, Harlei. Aug. primi supplem. Vossianus, Pithoeanus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori. διοικήσεσθε infra dat Aug. tertius, sed τε superscripto. Vulgata est in Aldina utraque et Felic. REISK. Turbavit in hac nota, ut passim. Sed inhumanissimi sit talia viro egregio exprobrare. SCHAEFER.

P. 43. v. 21. ὑμῖν] ἡμῖν Aug. tertius. REISK.

P. 43. v. 22. δύναισθ' ἂν] Sic Aug. primi suppl. Harlei. δυνήσαισθ' ἂν appendix Francofurtana. REISK.

P. 43. v. 22. ἀπηρτημένοι] τῶν πραγμάτων ἀπηρτημένοι Parisini quintus et septimus, quod displicet Mounteneio. REISK. Videtur interpretantis esse. Et recte, quisquis fuit, interpretatus est: nam falli qui aliter intelligunt, docet oppositum πλησίον ὄντες. De hoc verbo v. Lennep. ad Phalar. p. 186. (168.), ubi etiam de h. l. agit, vere monens, non *haesitantes* cum Wolfio reddendum esse, sed *cum apparatu et consiliis absitis* vel *non adsitis.* SCHAEFER.

P. 43. v. 23. ἐθέλοντας] ἐθελοντὰς Paris. secundus. REISK.

P. 43. v. 25. ἑτοίμως] Pro ἑτοίμους in nostro erat ἑτοίμως. OBSOP. Vulg. ἑτοίμους. γρ. ἑτοίμως Paris. primus, secundus, Aldina Taylori, Aug. primi supplem. et Aug. secundus, codex Obsopoei, Pithoeanus. Utramque lectionem exhibet Bavaricus. REISK. ἑτοίμους revocavit Rüdiger., me non probante. SCHAEFER.

P. 43. v. 26. ἦν] ᾗ Harlei. quod si servetur, stare non poterit ἡγοῦμαι, aut dativus ᾗ erit in locum nominativi sufficiendus. REISK.

P. 43. v. 27. ὑμᾶς] ἡμᾶς Aug. sec. ὑμᾶς τῶν τοιούτων πραγμάτων Harlei. Ab Harrison. abest πραγμάτων. REISK.

P. 43. v. 27. ἡγοῦμαι] οἴομαι Bavar. REISK. Satis frequens in Demosthenicis variatio. V. ad v. 5. SCHAEFER.

P. 43. v. 28. οὓς] ὅσους Paris. primus. REISK.

P. 44. v. 1. δοκῇ] δοκεῖ Aug. primi suppl. Aug. secundus, Bavar. Meermann. REISK. Recte Bekker. δοκεῖ, quomodo vir egregius, sat scio, vel tacentibus libris correcturus erat. Eadem constructione in antecedentibus ἦν ἀπαλλάξαι ἂν — ἡγοῦμαι. Vulgatam defendens Rüdigerus ignoravit, πῶς συντακτέον. Videlicet particula ἂν, quod paene taedet monere, iungenda est infinitivo παρασκευασθῆναι. In tali verborum structura millies δοκεῖ scribae eadem qua Rüdigerus chorda oberrantes, sed venia digniores, in δοκῇ corruperunt: ingentemque numerum horum vitiorum iam sustulerunt viri docti; sed area nondum perpurgata est. V. Melet. Crit. p. 60. s. et not. ad p. 178, 13. SCHAEFER.

P. 44. v. 1. καὶ δὴ] *protinus, statim.* Satis frequens est hic usus particularum καὶ δή, sed passim fugit etiam doctissimos interpretes, ut Muretum in Xenophont. Anab. I. 10. 10. ubi v. Schneider. Ibid. leg. ἀντίαν τὴν φάλαγγα. Sic Cyrop. VI. 4. 35. τῆς ἀντίας φάλαγγος. SCHAEFER.

P. 44. v. 2. ἅπαντα] Abest ab ed. P. Manutii operarum vitio, quae saepissime lapsae deprehenduntur. REISK.

P. 44. v. 3. ἀκούσητε] ἀκούσαιτε Pithoeanus. ἀκούσατε Aldina Taylori. REISK.

P. 44. v. 5. καινὴν] κενὴν index Lambini, quod probat Mounteneius existimans, Scholiastam quoque id in suo codice habuisse. Novum appellat apparatum, requirens novos milites

atque recentes, novas naves, nova arma, vetusta, diuturno usu detrita reprobans. REISK. Non hunc Orator dicit novum apparatum, sed talem, qualem Athenienses hucusque non instruxerant, aptum illum atque parem rebus cum successu gerendis. SCHAEFER.

P. 44. v. 5. ἀναβάλλεσθαι] ἀναβάλλειν Bavar. Sed margo dat vulgatam cum γρ. REISK. Novissimus editor Lovaniensis Orationis VIII. Dionis Chrysostomi in Annotat. p. 31. ἀναβάλλεσθαι h. l. de conatu interpretatur. Non assentior, omnino improbans illam multorum rationem verba actum significantia interpretandi non de ipso actu, sed de consilio aut conatu agendi. Quid enim impedit talia verba, ut rei fert natura, intelligere de actu inchoato, sed ob impedimenta oblata non ad effectum adducto? Quae ipsa causa est, cur sint temporis aut praesentis aut imperfecti. Virgilius Aen. XII. 393. s. *Ipse suas artis, sua munera, laetus Apollo Augurium citharamque* d a b a t *celerisque sagittas.* Servius: „Vera lectio est *dabat*; nam non dedit." Dandi actus inchoatus erat, sed, Iapyge dona deprecante, caruit eventu. Vernacule etiam dicimus: *Er gab es mir, aber ich habe es nicht genommen.* V. not. ad Eurip. Phoen. 79. ed. Pors. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 44. v. 6. ταχὺ — τήμερον] ταχὺ et τήμερον accipienda sunt materialiter. qui iugiter vobis haec verba occentant: *Cito, cito*, et *hodie, hodie* facite id, quod suadeo. REISK. Add. Ind. Gr. s. v. ταχύς. SCHAEFER.

P. 44. v. 7. γε ἤδη] Haec duo vocabula absunt ab Harlei. REISK.

P. 44. v. 8. ἀλλ'] Subaudi οὗτος ἂν μάλιστα λέγοι εἰς τὸ δέον. REISK.

P. 44. v. 8. τίς πορισθεῖσα] ἡ ante πορισθεῖσα, quod ἡ etiam Harlei. habet, abest ab Aug. primi supplem. ab August. secundo et tertio, a Bavarico et Meermann. item ab Ald. Felic. P. Manut. Delevi articulum. REISK.

P. 44. v. 10. πόθεν] πόσον Paris. quintus. Ad πόθεν subaudi πορισθεῖσα. REISK.

P. 44. v. 11. τέως] Vulg. ἕως. τέως Bavar. quod praetuli. REISK. Non debuit praeferre. ἕως restituerunt Auger. Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 44. v. 13. ἔχειν] In antiquo ἔχειν asscriptum non vidi. OBSOP.

P. 44. v. 14. ἄλλος] ἄλλως esse in nonnullis ait Mounteneius, idque praefert. REISK.

P. 44. v. 14. ἐπαγγέλλεταί] Post h. v. videtur ἄλλο deesse. REISK. Rüdiger. „verbum ἐπαγγέλλεται" inquit „dicitur de iis, qui criminantur, aliquem concionari et reipublicae praeesse, quamquam non liceat. Cf. Harpocr. s. h. v. et Etymol. M. 353,

43. " Quid his verbis hic voluerit vir d., non intelligo. Apud Harpocrationem legitur: 'Επαγγελία σημαίνει καὶ ἄλλα, ἰδίως δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν ἐγκαλούντων τινὶ δημηγορεῖν καὶ πολιτεύεσθαι οὐκ ἐξόν. λέγεται τὸ ἐπαγγέλλεσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ προστάττειν ἢ αἰτεῖσθαι, ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. Etymolog. M. ἐπαγγεῖλαι καὶ ἐπαγγελία σημαίνει μὲν καὶ ἄλλα, ἰδίως δὲ λέγεται ἐπὶ πεπορνευμένων καὶ δημηγορούντων οὐκ ἐξόν· καὶ ἐπήγγελλε, παρεκελεύετο, προσέταττε. λέγεται καὶ παθητικῶς, καὶ ἐπαγγείλασθαι λέγεται τὸ κελεύειν ἢ καταγγέλλειν. Apparet ex his, ea, quam Rüdiger. hoc loco aptam putavit, significatione nonnisi activum ἐπαγγέλλειν adhiberi, activum autem et medicum significatione προστάττειν, κελεύειν. Neutra autem hoc loco apta. Taylorus, qui varias huius verbi significationes accurate explicat ad orationem de falsa legat. p. 345. sqq. Appar. Reisk. [ad p. 340, 12.], ait, hic significare *operis formam proponere, rem seu argumentum delineare et rationem instituere eius, quod esset exsequendum:* quam significationem quo magis commendet, legendum coniicit ἄλλο *) pro ἄλλος, quod vel molestus hiatus dissuadet, ut nil dicam de separatione ἄλλο — τι. Mihi quidem ἐπαγγέλλεται et ὑπόσχεσις consulto videntur opposita. Ut enim iam veteres Grammatici notarunt, ὑπισχνεῖσθαι est polliceri, quod praestare velis et possis; ἐπαγγέλλεσθαι promittere, quod praestare non possis, sive vanitate ductum, seu lucri studio, seu alia caussa **). εἴ τις ἄλλος ἐπαγγέλλεταί τι est igitur „si quis alius vana et magnifica promittit"; ὑπόσχεσις contra eius est, qui, quae conducunt et fieri possunt, promittit. BREMI.

P. 44. v. 14. ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις οὕτω μεγάλη] Hermogenes p. 215. ad h. l. alludens: ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις, κατ' αὐτὸν φάναι τὸν ῥήτορα, οὕτω μεγάλη. ubi Hermog. Aldinus pro ὑπόσχεσις dat ὑπόθεσις. REISK. V. Taylor. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

P. 44. v. 14. οὖν] Deest Harrison. REISK.

P. 44. v. 15. ὑμεῖς] ὑμῖν Aldina Taylori. REISK.

P. 44. v. 16. τοίνυν] Abest a Paris. quinto, septimo et octavo, ab Aug. primi supplem. REISK.

P. 44. v. 16. τριήρεις] κελεύων νέας τε μακρὰς καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα ποιέεσθαι Herodotus Erat. 48. TAYLOR.

P. 44. v. 20. δέῃ] δέοι Harrison. REISK.

P. 44. v. 21. τούτοις] τοῦτο Paris. octavus. τούτῳ Harlei. REISK.

P. 44. v. 21. ἱππαγωγοὺς — ἱκανὰ] V. Taylor. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

---

*) V. Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

**) Longe diversa et, ut puto, veriora tradunt Ammonius p. 56. 139. et Thomas Mag. p. 871. SCHAEFER.

P. 44. v. 21. ἱππαγωγοὺς τριήρεις] Non offendit Wesselingius citans hunc locum ad Diodor. Sic. XI. 3. T. IV. p. 319. Bip. Sed vide ne τριήρεις ex antecedentibus irrepserit. Infra p. 46, 5. καὶ ἱππαγωγοὺς τούτοις. Aristophanes Equ. 602. Dind. ὡς ὅτ' εἰς τὰς ἱππαγωγοὺς εἰσεπήδων ἀνδρικῶς. Nisi forte αἱ ἱππαγωγοὶ τριήρεις oppositae fuerunt ταῖς ταχείαις, de quibus p. 46, 6. s. SCHAEFER.

P. 44. v. 22. εὐτρεπίσαι] εὐπρεπίσαι Aug. secundus. REISK.

P. 44. v. 23. ἐπὶ τὰς] ἐπὶ καὶ διὰ τὰς appendix Francofurtana et Aldina Taylori, quo significatur, in aliis codd. esse ἐπὶ τὰς, in aliis διὰ τάς. REISK.

P. 44. v. 23. ἀπὸ] ἐπὶ in Meermann. texto, sed alia manu in marg. γρ. ἀπό. REISK.

P. 44. v. 23. αὐτοῦ στρατείας] αὐτοῦ στρατιᾶς est in Aug. primi suppl., non, quod Fabricius ex eo retulit, ἀντιστρατείας, deceptus a compendio scripturae, quod ille minus recte percipiebat. στρατεία in illo libro paene ubique per simplex iota exaratum reperi. In Aldina quoque eadem h. l. est lectio, item in Harl. scil. στρατιᾶς. REISK. Perpetua confusio nominum στρατεία et στρατιά, tamque in vulgus nota, ut verbum de ea addere pigeret, si tacere liceret per Rüdigerum Meletematis meis mire abusum. „Aug. 1. Ald." inquit „στρατίας, a qua forma abstinet prosa Attica; quare ubique illam reposuimus. Schaef. Mel. cr. p. 41. sq." Sed nec Reiskius ex illis libris στρατίας enotavit, neque ego l. c. formam, a qua Rüdigerus ait prosam Atticam abstinere, poëtis vindicavi. Et qui potuissem, cum substantivum στρατία ne Graecum quidem sit? Quod sicubi in Codd. occurrit στρατία, ut sane occurrit (v. Schweighäuser. ad Appian. T. III. p. 124.), mutandum est, prout sensus loci postulat, nunc in στρατεία, nunc in στρατιά. SCHAEFER.

P. 44. v. 25. ὅποι] ὅπῃ Aug. tert. REISK.

P. 44. v. 26. παραστῆναι] παραθεῖναι Paris. tert. ἐκπαραστῆναι, ut est in Wolfiana, Voss. Ald. ἐμπαραστῆναι Ald. Lessing. Sed παραστῆναι est in Felic. Harrison. Harlei. Merus error operarum Aldinarum videtur is esse, ut ἐκ ante παραστῆναι ingereretur. Quod si tamen non prorsus contemnendum est illud ἐκ, possit oriri suspicio, legendum esse ἐκ πολλοῦ παραστῆναι. *iam dudum ei in mentem venisse* vel *certum et ratum sedisse*. V. Dorvill. ad Chariton. p. 391. [p. 438. ed. Lips.] REISK.

P. 44. v. 26. ὡς ὑμεῖς] Sententia postulat ὡς εἰ ὑμεῖς. Nam in ὁρμήσαιτε v. 29. desinit protasis huius periodi. REISK. Fallitur: ὁρμήσαιτε enim non protasin periodi, sed totam periodum finit. SCHAEFER.

P. 44. v. 27. ὥσπερ εἰς Εὔβοιαν] Subaudi ποτὲ ὡρμήσατε. REISK.

P. 44. v. 27. καὶ] Abest a Meermann. REISK.

P. 44. v. 28. Ἁλίαρτον] Ἀλίαρτον Bavar. (cum leni). In Augustano tertio veterem lectionem, quae fuit Ἁλίαντον, correxit nova manus ad modum vulgatae, at eadem tamen nova manus rursus αντον superscripsit. Quod cur fecerit, haud intelligo, nisi forsitan hodiernum oppidi nomen est *Haliantus*, per *n*, non per *r*: ut ille cum vetere appellatione loci novam quoque subiicere voluerit. REISK.

P. 44. v. 29. ἴσως ἂν ὁρμήσαιτε] F. ἴσως ἂν καὶ ἐπ' αὐτὸν ὁρμήσαιτε. *si vos, ut olim in Euboeam invasissetis, — ita in se quoque fortassis* [id est, id quod facile fieri posset] *irruatis, rem eam esse haud contemnendam.* REISK. Vere Rüdigerus: „Quod R. post ἴσως ἂν voluit inseri καὶ ἐπ' αὐτὸν, id ipsum iam significatur per ταύτης τῆς ἄγαν." De Reiskiano *si* v. not. ad v. 26. SCHAEFER.

P. 44. v. 29. ὁρμήσαιτε] ὁρμήσετε August. primi supplem. Pithoean. appendix Francofurt. ὁρμήσηται Voss. ὁρμήσητε Harris. Harlei. Aldina Taylori. REISK.

P. 44. v. 29. οὔτοι παντελῶς κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 90, 1. ubi Hermog. Aldinus a Crispiniano haud parum discrepat: nam Portus ibi vulgatam Demosthenicam exhibuit. Hermogenes Aldi sic refert: οὔ τι παντελῶς οὐδ' εἰ μὴ ποιήσετε νὴ Δία, ὡς ἔγωγε κρίνω, εὐκαταφρόνητον ἔσται, ἵνα ἢ διὰ τὸν φόβον εἰδὼς εὐπρεπεῖς ὑμᾶς ἀπόσχηται, ἢ παριδὼν τ. ἀ. λ. REISK.

P. 44. v. 29. οὔτοι] Pro οὔ τι m. οὔ τοι vel οὐ δή. Sententia est: Tametsi hoc non feceritis, (id est, si non strenue excurreritis, sicut olim,) id quod ego tamen omnino censeo faciendum, non tamen in ea re parum momenti erit. WOLF. οὔ τι Meermann. Ald. P. Manutius. Pro οὔ τι mavult Wolf. aut οὔτοι, quod est in Parisina et Ald. Lessing., aut οὐ δή. REISK. Pro οὔτι in vulg. dedi οὔ τοι, quam lectionem multi codd. confirmant. AUGER. οὔτοι παντελῶς, *sane prorsus non.* Nec tamen damnem τι, quod huiusmodi particulis fortissime negantibus recte additur. SCHAEFER.

P. 44. v. 29. ποιήσαιτ'] In nostro ποιήσητε erat. OBSOP. Scil. ὑμεῖς. Non ad Philippum pertinet. Nam ε per apostrophum abiectum est, non ο: ποιήσαιτε lege, non ποιήσαιτο. WOLF. ποιήσητ' Harlei. cod. Obsopoei, appendix Francofurtana. πείσαιτ' ἢ ποιήσητ' Aldina Taylori. REISK.

P. 45. v. 1. ἂν] Recte additur, cum enuntiatio per se, h. e. nulla ratione habita antegressae particulae εἰ, sit hypothetica. *etiamsi forte* (εἰ τύχοι) *hoc non faciatis.* Haud raro ἂν sic positum male habuit viros doctos, quod referrent ad εἰ, quo referri non oportebat: adeoque accidit, ut cum magno sensus detrimento delerent. Simillima constructio in periodo proxime ante-

cedente, ubi vel tirunculus videat ἂν pertinere ad ὁρμήσαιτε, non ad ὡς. Ut autem conditio nostro in loco latet involuta, sic expressa est in Xenophontis Cyrop. I. 6. 41. εἰ τοιαῦτα ἐθελήσαις καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους μηχανᾶσθαι, οὐκ οἶδ' ἔγωγε, εἴ τινα λίποις ἂν τῶν πολεμίων. ubi mireris viros doctos tricari potuisse. Locus est sanissimus, nisi forte pro τινα malis cum Codd. aliquot τινας. SCHAEFER.

P. 45. v. 1. τοῦτο] τοῦτο ex hoc versu in versum superiorem traducit et post παντελῶς collocat, quisquis est, in indice Lambini, sive Morellus is est, sive Lambinus: quod inventum suffragio suo comprobat Mounteneius. τοῦτο, τὸ ὁρμᾶν ἐπ' αὐτὸν puta. etiam [etiamsi] in ditionem eius armis infestis haud invadatis, (quamquam aio vos id facere oportere,) dummodo ad id faciendum parati sitis, haud aspernabitur id Philippus. REISK. Minus recte: *haud aspernabitur id Philippus*. Posse enim fieri, ut Philippus aspernetur, docent v. 5. sequentia: ἢ παριδὼν ταῦτα κ. τ. λ. Igitur sensus est: *res haudquaquam negligenda est vestra ipsorum causa*. SCHAEFER.

P. 45. v. 2. εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὑμᾶς] Non dubito, quin legendum sit εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὄντας ὑμᾶς, addito participio, quod saepe perperam praetermittitur. WOLF. Wolfius ὄντας addi vult, cuius sententiam Vossianus confirmat. Omitti autem ὄντας ab Harleiano annotavit Taylorus, item ab Harrison. εὐπρεπεῖς dant appendix Francofurtana et Aldina Tayl. REISK. Augerus dedit εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὄντας ὑμᾶς. Ego quoque participium requiro. Dissentit Rüdigerus. Sed talibus in rebus Wolfii audiendi, qui fortasse melius graece quum vernacule sciebant. Quoties autem verbi substantivi participium culpa librariorum exciderit, monere nihil attinet. „Nihil hoc participio facilius omittitur." Porsonus ad Euripid. Hec. 782. p. 60. edit. Lips. tert. SCHAEFER.

P. 45. v. 3. εἰσὶ γάρ, εἰσὶν] Exempla huius diplasiasmi collegit Krügerus ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 11. qui Rhetoris locus sic scribendus: ἦν γάρ, ἦν ἐν τῇ Πλάτωνος φύσει κ. τ. λ. Particula μὲν enim post alterum ἦν poni non potuit: quae unde nata sit, facile intelliges, si inspexeris Porsoni notam ad Euripid. Hec. 369. SCHAEFER.

P. 45. v. 3. ἐξαγγέλλοντες] ἐξηγγείλαντες Parisinus septimus. Sic certe exhibet margo Morellianae. REISK.

P: 45. v. 3. ἡμῶν] Hoc ex Harleiano annotavit Taylorus, quia Wolfiana dat ὑμῶν. REISK. ὑμῶν male revocavit Augerus. SCHAEFER.

P. 45. v. 5. παριδὼν] περιδὼν Aug. secundus, quod pariter ad vulgatam atque ad περιϊδὼν accedit: ut dubium sit, utrum horum ille librarius dare voluerit. REISK.

P. 45. v. 6. ἀφύλακτος] ἀφυλάκτως Paris. quintus. REISK. Active, οὐ φυλαττόμενος. SCHAEFER.

P. 45. v. 6. μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν] *cum nihil* vel *nemo impediat.* WOLF.

P. 45. v. 7. ὑμῖν] ἡμῖν Harlei. REISK.

P. 45. v. 7. καιρός] καιρὸν Bekker. et Rüdiger., quod mihi etiam placet. Scil. ἐκεῖνος. SCHAEFER.

P. 45. v. 8. δεδόχθαι — καὶ παρεσκευάσθαι] Enallage ἐμφατικὴ ad tollendam cunctationem. WOLF. Vere monet, modo abstinuisset voce *enallage*, quae Augerum videtur ita decepisse, ut praeteritum pro praesenti positum esse opinaretur. SCHAEFER.

P. 45. v. 8. παρασκευάσασθαι] Pro παρασκευάσασθαι erat παρεσκευάσθαι. OBSOP. Pro παρεσκευάσθαι alii παρασκευάσασθαι, quod non displicet. Nam τὸ δεδόχθαι iam praesto esse potest: τὸ παρεσκευάσθαι non item. WOLF. παρασκευάσθαι August. sec. Laud. παρεσκευάσθαι Paris. secundus et octavus, Obsopoei codex, item Felic. P. Manutius. Et sic dare voluisse videtur etiam Aug. secundus. Habet idem appendix Francofurt. et Harlei. Utramque lectionem repraesentat Bavaricus, vulgatam παρασκευάσασθαι infra, alteram παρεσκευάσθαι supra. REISK. Bene Bekker. παρεσκευάσθαι. Male Rüdiger. cum Augero vulgatam retinuit, hac allata ratione: „Haec lectio [παρεσκευάσθαι] orta videtur ex δεδόχθαι, et quum apparatum non *factum*, verum *faciundum* describat, aor. retinendus.“ Quasi vero orator δόγμα iam factum describat. Bremius: „Rüdigerus revocavit παρασκευάσασθαι, quod factum nollem. Nam plures libri παρεσκευάσθαι commendant, idque fortius est, quippe quum necessitatem involvat, ut isthaec parata et instructa sint. Eodem modo p. 90. l. 22. s. περὶ τούτων δ' οἶμαι τὴν ταχίστην συμφέρειν καὶ βεβουλεῦσθαι καὶ παρεσκευάσθαι. Saepe haec vocabula confusa sunt, atque interdum παρεσκευάσθαι ex optimis libris restituendum, ut περὶ Συμμορ. p. 178. l. 13. ὃν ἂν μοι δοκεῖτε μάλιστα παρεσκευάσθαι, ubi ἂν, quod *posse* significat, iungendum cum παρεσκευάσθαι. Similiter etiam alia praeterita ponuntur. περὶ Συμμορ. p. 182. l. 23. καὶ τὰ μὲν σώματα οὕτω φημὶ δεῖν συντετάχθαι. p. 19. l. 13. δυεῖν ἕνεκα συμφέρειν ἡγοῦμαι εἰρῆσθαι. Etiam aliis locis librarii eiusmodi praeterita mutarunt, ut περὶ Συμμορ. p. 178. l. 17. εἰ δὲ παρελθὼν εἷς ὁστισοῦν δύναιτο διδάξαι καὶ πεῖσαι, τίς παρασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν ποrισθεῖσα χρήσιμος ἔσται νῦν τῇ πόλει, πᾶς ὁ παρὼν φόβος λέλυται: ubi duo codd. λυθήσεται habent.“ SCHAEFER.

P. 45. v. 8. οἴομαι] Vulg. οἶμαι. οἴομαι Aug. primi suppl. Ald. Tayl. REISK. οἶμαι Auger. SCHAEFER.

P. 45. v. 10. πρὸς δὲ τούτοις] Alii πρὸ δὲ τούτων, *ante haec.* WOLF. γρ. τούτων Paris. secundus, tertius et septimus, Augustanus secundus. πρὸ δὲ τούτων Pithoeanus, Aldina Tayl. Meermann. Aug. tertius, (sed in hoc nova manus ad modum vulgatae

correxit,) Bavaricus in texto, (nam in margine dat vulgatam cum γρ.) index Aldi et index P. Manutii. REISK. Vulgata unice vera. Alteram illam opinor natam esse e τούτῳ, quomodo variatum vidimus supra p. 44, 21. SCHAEFER.

P. 45. v. 10. *προχειρίσασθαι*] *προχειρήσασθαι* Ald. Laud. REISK.

P. 45. v. 11. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* Aug. primi supplem. Aug. secundus et tertius, Bavar. Meermann. Harlei. REISK.

P. 45. v. 12. *μή μοι μυρίους κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 187. *ἔστι καὶ ἀπαγορευτικὸν σχῆμα, ὃ ἐπιμεῖναν πνεῦμα λέγεται, οἷον ὅταν λέγῃ· μή μοι μυρίους, μηδὲ δισμυρίους* etc. Facile patet subaudiri *λέγε*, aut *λεγέτω τις*. REISK. De locutione Graecis in vulgari sermone frequentata *μή μοι*, sequente accusativo, v. Bergler. ad Aristoph. Acharn. 344. Musgrav. ad Sophocl. Antig. 583. (573. Erf.) et L. Bos. Ellips. p. 636. SCHAEFER.

P. 45. v. 12. *τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις*] Scilicet *λεγέτω τις, ἀλλὰ ταύτην δύναμιν ἐθέλω, ἣ τῆς πόλεώς ἐστι, τουτέστι, πολιτικήν*. Hermogenes *τόμῳ δ. εὑρέσεων* addit *πρόσφερε*. *Conductitios exercitus* verti. *ἀπόστολος* veteribus classem significat: unde *ἀποστολιμαῖος*, classicus, classiarius, emissarius. *ἐπιστολὴ*, literae, mandatum: *ἐπιστολεὺς*, *γραμματοφόρος*, tabellarius, vel *ὁ ἐπὶ τοῦ στόλου διάδοχος τοῦ ναυάρχου*, classi praefectus: *ἐπιστολιμαῖος*, epistolaris, *τὸ δι' ἐπιστολῆς γιγνόμενον ἢ διαπραττόμενον*, *ἐπιστολιμαῖοι δυνάμεις*, copiae, ut opinor, quae, cum est opus, foris contrahendae et missis literis aut legatis accersendae sunt. Apud Eusebium lib. 7. Ecclesiasticae Historiae legitur: *ἐπιστολιμαίων δέομαι γραμμάτων*. Sic *ἐπιστολιμαῖος χαρακτὴρ*, *ἐπιστολιμαῖα συνθήματα*, *ἐπιστολιμαῖοι κατηγορίαι*. WOLF. *ἐπιστολιμαίας* Voss. Harlei. Super dictione *τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις* mirifica Grammaticorum veterumque atque recentiorum dubitatio, nodum in scirpo quaerentium; quod equidem miror, et vocis natalibus et orationis serie prodente statim vel paulo attento cuique in mentem venire necesse est, significari copias, quarum spes submittendarum imperatoribus foris agentibus fiat a S. P. Q. A. per literas ad eos missas, quae copiae scriptae quidem sint in membranis, ut paulo post submittendae, nunquam vero reapse mittantur. *Papiervölker, die zwar wohl auf dem Papiere stehen, niemals aber zum Vorschein kommen, noch im Felde erscheinen.* In exemplum interpretationum a veteribus super hac dictione traditarum proponam locum Etymologici M. [c. 365, 5.] *ἐπιστολιμαίους στρατιώτας ἀγελαίους εἶπε Δημοσθένης, παρὰ τὸ στόλος, τὸ στρατός*. REISK. In Etymol. M. ante *ἀγελαίους* articulus *τοὺς* inserendus videtur. Multo rectius vox explicatur in Anecd. Bekk. p. 253, 16. *Ἐπιστολιμαίους δυνάμεις: τὰς ἐν ἐπιστολαῖς γραφομένας μόνον*

δυνάμεις, ἔργῳ δὲ ἢ ἐν πολέμῳ μὴ θεωρουμένας. Vid. etiam Reiskius in Ind. Gr. s. h. v. SCHAEFER.

P. 45. v. 13. ἀλλ' ἡ τῆς πόλεως ἔστω] M. ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔσται, καὶ κἂν. Videtur enim necessario, quamvis κακοφώνως, addenda coniunctio. WOLF. De copula addenda viro praestantissimo assentior: non item de ἡ in ἢ mutando. ἡ τῆς πόλεως et antegressi accusativi inter se opponuntur. SCHAEFER.

P. 45. v. 13. ἀλλ' ἢ] Vulg. ἀλλ' ἡ. ἀλλ' ἢ August. secundus, appendix Francofurtana. Spiritum asperum cum leni et articulum cum particula mutavi, ἀλλ' ἢ, quod in dictione Demosthenis tantundem est atque ἀλλὰ simplex, aut ἀλλὰ μόνον, *sed solummodo*. REISK. ἀλλ' ἢ Auger. ἀλλ' ἢ Bekker. et Rüdiger. ἀλλ' ἢ placuit etiam Weiskio de Hyperb. III. p. 7. s. SCHAEFER.

P. 45. v. 13. ἔστω] ἔσται Paris. secundus, septimus, octavus, Aug. primi supplem. Aug. secundus, Bavaricus, Pithoeanus, Vossianus, Harlei. appendix Francofurtana, Aldina Taylori. Mavult etiam hoc Wolf. Utramque lectionem exhibet Aug. tertius, ἔσται infra, vulgatam supra. REISK. ἔσται Auger. Bekker. et Rüdiger. Probat etiam Weiskius l. c. Mihi quoque futurum verum videtur, cum futura sequantur. Quod nisi esset, non dubitarem praeferre imperativum, qui modus alibi post μή μοι —, ἀλλὰ ponitur. Passim autem confusa sunt ἔσται et ἔστω. V. Porson. ad Euripid. Hec. 888. SCHAEFER.

P. 45. v. 13. κἂν] Ante hanc particulam, ut Reiskius, sic Augerus plene interpunxit. Rectius Bekkerus et Rüdigerus comma posuerunt. Quo magis apparet, ante hoc κἂν copulam cum Wolfio inserendam esse: alioqui oratio hiat. SCHAEFER.

P. 45. v. 15. κἂν ὁντινοῦν] ἴσως, καὶ ἂν ὁντινοῦν. TAYLOR. Fallitur. SCHAEFER.

P. 45. v. 16. τούτῳ πείσεται] Scilicet ἡ πολιτικὴ δύναμις. Unde apparet, mercenarios milites non cuivis duci parere solitos. WOLF.

P. 45. v. 16. καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελεύω] τὴν τροφὴν etsi in universum de sustentatione exercitus intelligere licet, tamen pro annona seu commeatu, quod σιτηρέσιον postea dicet, intelligo: ut et cibaria vel certam pro iis pecuniam ad sustentationem corporis, et aliam pecuniam pro laboribus et periculis dederint militibus, quae coniuncta τὸν ἐντελῆ μισθὸν, integrum stipendium, confecerint. Suidas: σιτηρέσιον, τὸ διδόμενόν τισιν εἰς τροφήν. Hesychius: ἐφόδιον. Budaeus militarem annonam et stipendium et tesseram frumentariam interpretatur. Apud Caesarem est frequens *militibus metiri frumentum*, τὸ σιτομετρεῖν ἢ σιτοδοτεῖν: cuius locum adscribere libet: „Ingresso civile bellum centuriones cuiusque legionis singulos equites e viatico

suo obtulerunt, et universi milites gratuitam et sine frumento stipendioque operam, cum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent. Neque in tam diuturno spatio quisquam omnino descivit: plerique capti concessam sibi sub conditione vitam, si adversus eum militare vellent, recusarunt." WOLF.

P. 45. v. 18. ἐθελήσετε] ἐθελήσητε Aug. tertius, sed ε super posteriori η scripto. Num leg. ἕξει, εἰ καὶ γλίσχρως πως ταῦτ' ἐθελήσετε ποιεῖν? *etiamsi tenuiter modo ista facere velitis.* An sic? ἕξει, καὶ πῶς· εἰ ταῦτ' ἐθελήσετε ἀκούειν, ἐγὼ φράσω. *si vultis audire, dicam.* REISK. *poteritis;* nam θέλειν dicitur pro δύνασθαι, si facultas pendet a consilio. RUEDIGER. De hac notionum confusione nemo mihi persuadebit. Locus videtur turbatus suspicorque, καὶ πόθεν et καὶ πῶς habens pro διττογραφίᾳ, Oratorem dedisse: — ἕξει, εἰ ταῦτ' ἐθελήσετε ποιεῖν; Post ποιεῖν Augerus comma posuit. Praestat nostra interpunctio, ut orationi concilians vigorem. Conf. p. 46, 8. SCHAEFER.

P. 45. v. 20. ξένους] Bene habet. Coeperat orator de milite mercenario docere: interim longam parenthesin interponit: tum velut oblitus occoepti sermonis de universo exercitu pedestri conscribendo, cuius pars longe maxima miles mercenarius erat, sententiam dicit. REISK.

P. 45. v. 21. ποιήσητε] ποιήσετε Bekker. Vulgatam recte tuetur Bremius ad p. 28, 6. *ne faciatis.* SCHAEFER.

P. 45. v. 21. ὅ] ὅ, τι Parisinus septimus. REISK.

P. 45. v. 21. ὑμᾶς] ἡμᾶς Aug. tertius. REISK.

P. 45. v. 21. ἔβλαψεν· ἅπαντ'] ἔβλαψε· πάντ' Bav. Sed vulgata est in margine. REISK.

P. 45. v. 22. τὰ] Abest ab ed. P. Manutii vitio operarum. REISK.

P. 45. v. 25. ποιήσαντες καὶ] Nisi antecessisset ποιεῖτε, suspicarer haec verba delenda esse. Causam suspicionis docebit scripturae varietas a Reiskio enotata ad p. 22, 26. SCHAEFER.

P. 45. v. 26. λέγω δὴ τοὺς πάντας στρατιώτας] λέγω δὲ πάντας τοὺς στρατιώτας Aug. tertius. REISK.

P. 45. v. 28. τινος ὑμῖν ἡλικίας] τινος ἡλικίας ὑμῖν Harlei. REISK.

P. 45. v. 28. δοκῇ] δοκεῖ Aug. tertius, sed η superscripto. δοκεῖν Aldina Taylori. REISK.

P. 45. v. 28. στρατευομένους] Adscripsit hic Taylorus hanc suam coniecturam: ἴσως στρατευσομένους. REISK. Non opus futurum poni. Praesens mox recurrit p. 46, 4. SCHAEFER.

P. 46. v. 1. μὴ μακρὸν — ἀλλήλοις] Vide, quam leni passu Oratori incedendum sit, ut Atheniensibus, τοῖς πάλαι ποτ' ἀλκίμοις, rem longe invisissimam probet. SCHAEFER.

P. 46. v. 2. ἀλλήλοις] Pro ἀλλήλοις legebatur in nostro ἀλλήλους. OBSOP. ἀλλήλων Vossianus. REISK. Neutrum praestat.

Suffecta sunt ab illis, quos constructio cum dativo offendisset. Sed haec legitima est. V. Melet. Crit. p. 17. SCHAEFER.

P. 46. v. 3. τούτων εἶναι πεντήκοντα] Vulg. τούτων πεντήκοντα. τούτων εἶναι πεντήκοντα Bavar. Aug. secundus. εἶναι addidi. REISK. Rursus eiecerunt Auger. Bekker. et Rudiger., quod laudo. SCHAEFER.

P. 46. v. 5. ἱππαγωγοὺς] Post ἱππαγωγοὺς addit Robortellus *) Annotat. (p. 30. T. II. Lamp. Gruter.) notam senarii ς: cui Sigonius ibidem p. 148. obloquitur. REISK. Supra quoque p. 44, 21. ἱππαγωγοὶ simpliciter commemorantur, nullo earum numero indicato. Nec Thucydides II, 56. IV, 42., ubi has naves commemorat, de numero earum quidquam addit: nimirum quod tanti non esset. Aliud negotium, quando de triremibus agitur. SCHAEFER.

P. 46. v. 5. εἶεν] *haec hactenus*. V. Reisigius in Enarrat. Sophocl. Oed. Col. 1303., ubi vir doctissimus etiam hunc Oratoris locum attulit. SCHAEFER.

P. 46. v. 5. τί] Abest ab Aug. secundo et a texto Bavarici, sed est in huius margine. In appendice Francofurtana annotatur, in aliis εἶεν. τί non legi, in aliis legi quidem, sed sic distincta: εἶεν. τί πρὸς τούτοις; ἔτι ταχείας etc. REISK. τί qui omiserunt, videntur dare voluisse πρὸς τούτοις τί; SCHAEFER.

P. 46. v. 7. τριήρων] τριηρῶν Auger. V. not. ad p. 100, 26. Anecd. Bekk. p. 1006, 25. τριήρων φασί τινες Ἀττικοὺς βαρυτόνως λέγειν. Ibid. p. 1263. τὸ τριηρῶν περισπωμένως οἱ Ἀθηναῖοι κατ' ἀκολουθίαν ἀναγινώσκουσι· τινὲς δὲ καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς βαρυτόνως ἀναγινώσκουσιν, οἷον τῶν τριήρων. τριήρων scribi placet Goettlingio ad Theodos. p. 224. s. Conf. Buttmanni Grammat. Gr. maior. T. I. in Addend. ad p. 185. SCHAEFER.

P. 46. v. 8. δὴ] δὲ Parisinus quintus. REISK.

P. 46. v. 10. τηλικαύτην] τηλικαύτην et l. 11. τοσαύτην accipe sensu diminutivo, *tantillam*. AUGER.

P. 46. v. 10. ἀποχρῆν] ἀποχρῆ Aldina Tayl. REISK. ἀποχρῆν Attica forma: Ionica ἀποχρᾶν. V. Anecd. Bekk. p. 81, 31. 439, 20. SCHAEFER.

P. 46. v. 11. τοσαύτην] τοσαύτη P. Manut. dubium, an errore typographico. REISK.

P. 46. v. 12. ἡμῖν] ὑμῖν Paris. primus et septimus, Aug. primi supplem. Harrison. P. Manut. Utramque lectionem dat Bavar. REISK.

P. 46. v. 13. ληστεύειν] ληστευομένην Paris. octavus, Harlei. id quod suspicionem movet, in libris quibusdam olim fuisse

*) V. Taylor. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

ληστεύειν μόνον, quod equidem haud spreverim. REISK. Noli cum Reiskio in Ind. Gr. interpretari de latrociniis et piraticis furtis: fuit enim licitum honestumque bellum. Intelligenda autem eadem ratio belligerandi, qua Hispani antea contra Napoleonem usi sunt, nunc utuntur contra Borbonidas. SCHAEFER.

P. 46. v. 15. *τοῦ πολέμου*] *τῷ πολέμῳ* Harlei. REISK.

P. 46. v. 15. *χρῆσθαι*] *χρήσασθαι* Paris. quintus et octavus, item margo tertii Augustani a nova manu cum *γρ.* REISK.

P. 46. v. 16. *οὐ γάρ ἐστι μισθὸς οὐδὲ τροφὴ*] *πότερον ἐκ παραλλήλου, ἢ κατὰ διαστολήν;* Si denae drachmae fuerunt *σιτηρέσιον*, id est, si pecunia pro cibariis data est, nihil aliud dicit, nisi deesse pecuniam, qua stipendia militibus solvantur. WOLF. Manifesto intelligendum *κατὰ διαστολήν*. SCHAEFER.

P. 46. v. 17. *οὐδὲ*] *οὔτε* Bekker. SCHAEFER.

P. 46. v. 18. *ὅτι καὶ πρότερόν ποτ᾽ ἀκούω κ. τ. λ.*] Citat h. l. Harpocrat. v. *ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ*, ut idem quoque v. 20. commemorat in v. *Πολύστρατος*. REISK.

P. 46. v. 20. *ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ*] Exstat Lysiae *ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς*. et Diodorus lib. 14. meminit societatis ad Corinthum initae a Boeotiis, Atheniensibus, Corinthiis, Argivis contra Spartanos. et lib. 15. refert, Timotheum, Chabriam, Callistratum (non Polystratum) duces esse creatos contra Lacedaemonios. WOLF.

P. 46. v. 20. *Πολύστρατος*] V. Photius c. 326. ubi de crisi Didymi. SCHAEFER.

P. 46. v. 21. *ὑμᾶς αὐτοὺς συστρατεύεσθαι*] *αὐτοὺς ἡμᾶς στρατεύεσθαι* Harlei. REISK. Satis frequens ordinis variatio in his pronominibus. V. not. ad p. 43, 17. *αὐτοὺς ὑμᾶς συστρατεύεσθαι* Bekker. Bremius: „Rüdigerus reduxit vulgarem ordinem *ὑμᾶς αὐτούς*. Sed *αὐτοὺς* praeponitur, ut *ipsi* militiae operam dedisse intelligantur, *ihr in eigener Person*. Eodem modo collocatio verborum corrupta erat ante Bekkerum p. 53. l. 21. s. *καὶ οὐκέτ᾽ ἐν τούτοις αἰτιάσομαι τοὺς ὑπὲρ Νεοπτολέμου λέγοντας — οὐδὲ εἷς γάρ ἦν — ἀλλ᾽ αὐτοὺς ὑμᾶς*: vulgo *ὑμᾶς αὐτούς*. Hermannus vim huius collocationis in egregia dissertatione de pronomine *αὐτὸς* explicuit Act. Seminar. Reg. et Societat. Philol. Lips. T. I. p. 56. sqq.“ Vulgarem ordinem nihilo dicam peiorem. Vis enim pronominis *αὐτὸς* non pendet a sede eius, sed a vocis accentu, quam licet acuamus, sive illud praepositum seu postpositum sit. Conf. p. 9, 12. et not. ad p. 62, 28. Omnino fallacissimum mihi videtur de vocum collocatione iudicium in liberrima linguae Graecae Latinaeque syntaxi, quae ad aurium sensum numerorumque suavitatem aut gravitatem fere exigeretur. — Harleiani *ἡμᾶς* praetulerim: nam in universum de Atheniensibus loquitur, non de corona nunc audientium. SCHAEFER.

P. 46. v. 23. ὑμῶν] ἡμῶν Aug. sec. Bavar. Harlei. qui etiam παρατατομένους dat. REISK. Hic quoque eadem de causa ἡμῶν malim, ut statim ἡμεῖς. SCHAEFER.

P. 46. v. 23. ὑμεῖς] ἡμεῖς Aug. tertius. REISK.

P. 46. v. 25. καθ' αὑτὰ] Absunt ab ed. P. Manutii. REISK.

P. 46. v. 25. ὑμῖν] Malim ἡμῖν. SCHAEFER.

P. 46. v. 27. καὶ παρακύψαντα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως πόλεμον κ. τ. λ.] et cum ad bellum nostrae urbis obiter respexerint, id est, statim nos deserunt, tam diu non inserviunt, quam nobis esset opus. Cum neminem habent alium, qui stipendia numeret, exorto nobis bello, ad nos accurrunt, ad breve saltem tempus, dum locupletiorem et liberaliorem dominum invenerint: sicut Lucanus egregie cecinit: Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur, Venalesque manus: ibi fas, ubi maxima merces. Unde Isocrates eos κοινοὺς ἁπάντων ἀνθρώπων ἐχθροὺς nominat. Quanquam etiam κοινοὶ ἁπάντων φίλοι sunt, vel solius pecuniae potius amici. Idem 2. ad Philippum epistola, συνειδότες, inquit, ὅτι τὰ τῶν ξενιτευομένων στρατεύματα πλείους ἠδίκηκε τῶν πιστευόντων αὐτοῖς, ἢ σέσωκε. Sed versus illos Lucani vir fortissimus et dux, cum alibi, tum re contra Turcas anno 1532. in Pannonia bene gesta clarus, facete eludit, eos non ad milites, qui antecedant, sed ad lixas et calones pertinere; hos enim castra sequi. WOLF. παρακύπτειν est aliqua re leviter et tumultuarie defungi, ubi modo attigeris, protinus ab ea rursus refugere, veluti si quis domum praeteriens non introeat, sed solummodo per fenestram aut ianuam semiapertam introspiciat. Sententia est: bello delibato, sic, ut, nihil cum peregissent, dictitare tamen possent, se partibus suis satisfecisse. REISK. V. idem in Ind. Graec. Bene de nostro loco etiam Dorvillius ad Chariton. p. 307. ed. Lips., modo ne scripsisset, Oratorem respicere morem meretricum, quae θρύπτονται et de fenestra modo praetereuntes amantes adspicere dignantur, non ad eos descendunt, vel ipsos admittunt. Quid enim Demostheni rem gravissimam gravissime tractanti cum rebus meretriciis? Talia Toupii ἐν τοῖς ἑταιρικοῖς versatissimi probent: nos improbabimus. SCHAEFER.

P. 46. v. 27. τὸν] Abest a Meermann. REISK.

P. 46. v. 28. πανταχοῖ] πανταχῇ Paris. quintus. πανταχοῖ Aldina Tayl. REISK. Vulg. πανταχοῦ. Praetuli πανταχοῖ acceptum ex cod. K. Dant πανταχῇ M. Z. Ec. AUGER. πανταχοῖ Bekker. et Rüdiger. Sive sic scribas, sive πανταχῇ, perinde est. Sed πανταχοῦ ferri nequit. Hae formae haud raro confunduntur. V. not. ad p. 109, 2. SCHAEFER.

P. 46. v. 28. οἴχεται] Pro οἴεται, quod est in Aldino, legitur in nostro οἴχεται, quae germana videtur lectio esse. OBSOP. Ego vero in Aldino, quo utor, οἴχεται claris et perspicuis literis exaratum video. REISK.

P. 47. v. 2. ἀφελεῖν] Sic etiam in texto Aug. tertii est, sed in margine γϱ. ἀνελεῖν a nova manu. REISK.

P. 47. v. 2. τοῦ στϱατηγοῦ] Harleiano deest. REISK.

P. 47. v. 3. στϱατιωτῶν] Expungit Aldina Taylori. REISK. V. eiusd. praefat. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

P. 47. v. 5. ἐπόπτας] Citat h. l. Pollux 2, 58. v. ἐπόπται. REISK.

P. 47. v. 5. παϱακαταστήσαντας] πεϱικαταστήσαντας Voss. Malim simplicius παϱαστήσαντας. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 47. v. 6. γε] Abest ab Aug. secundo, Harlei. REISK.

P. 47. v. 8. ἡμεῖς] ὑμεῖς Aug. tert. REISK.

P. 47. v. 8. γε] Abest ab Aug. primi supplem. REISK.

P. 47. v. 10. οὐκ] καὶ Laud. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 47. v. 10. αὐτῶν] Post αὐτῶν deesse videtur ἡμεῖς γε, scil. ἐχειϱοτονήσαμεν. Dialogismus fictus hic est. Colloqui fingitur extraneus aliquis cum Atheniensi, quem extraneus interrogat: Bellumne vos, an pacem geritis, Athenienses? Nos enimvero, ait Atheniensis, bellum gerimus. At qui fieri hoc potest, inquit extraneus, qui imperatores e numero vestro nullos delegeritis? Nos vero, occurrit Atheniensis, utique denos praetores copiarum pedestrium delegimus, minoresque maioresque, et pari modo binos equestrium utriusque ordinis, h. e. minores maioresque. REISK. Nihil puto excidisse. Dialogismus finitur verbo πολεμοῦμεν: tum ipse Orator loquitur. Sed duo prima eius verba videntur corrupta. Suspicor scribendum, partim Laud. praeeunte, καὶ χειϱοτονεῖτε, sic ut post δύο non signum interrogandi, sed punctum ponatur. Ipsum imperfectum ἐχειϱοτονεῖτε, cui hic locus non est, movet vitii suspicionem. Taceo alias difficultates, quae non possunt non suboriri, si vulgatae inhaerens dialogismum ultra verbum πολεμοῦμεν deducas: quas difficultates ipse Reiskius ad v. 12. bene perspectas indicavit, non sustulit. De καὶ—δὲ v. Bremius ad p. 32, 22. SCHAEFER.

P. 47. v. 10. δέκα ταξιάϱχους] τάξις Suidae continet viros 128, quorum dux quondam ταξίαϱχος, nunc ἑκατόνταϱχος. Ista ratione milites conscriptos oportuit 1280. WOLF. V. Anecd. Bekk. p. 306, 12. SCHAEFER.

P. 47. v. 11. στϱατηγοὺς] V. Photius c. 400. SCHAEFER.

P. 47. v. 11. καὶ φυλάϱχους καὶ ἱππάϱχους] Inverso ordine dat Harlei. et August. primi supplem. καὶ ἱππάϱχους καὶ φυλάϱχους. In Aug. tertio verba sunt quidem ordinata, prout vulgatur, verum manus correctrix super ἱππάϱχους posuit α, super φυλάϱχους β, indicandi ergo, illa duo vocabula esse transponenda. Citat h. l. Harpocrat. v. φύλαϱχος et ἵππαϱχος. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 266, 26. et 313. s. Ante ἱππάϱχους in Augeriana

excidit copula, errore, credo, typothetae. Ceterum forma horum nominum similiumque compositorum in $\overline{αρχος}$ vetustior est altera in $\overline{αρχης}$. V. Boeckh. de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 113. et Osann. Inscript. I. p. 8. SCHAEFER.

P. 47. v. 11. δύο] Utrum τὸ δύω [sic: eademque forma notae praefixa est.] *duos*, an *binos*, ut et ad στρατηγοὺς et ad φυλάρχους referatur? ἱππαρχία equitum 512 fuit. φυλάρχων quod munus in exercitu fuerit, mihi non liquet. Romani non tribunos plebis modo, sed militum etiam et tribunos aerarios et consulari potestate habuerunt. Significat autem, hos nomen inane habere sine re. WOLF.

P. 47. v. 11. οὗτοι] Deest Harrison. REISK.

P. 47. v. 12. ἂν] Abest a Meermann. REISK.

P. 47. v. 12. ἐκπέμψητε] πέμψητε simplex Parisini primus, quintus et octavus, item Aug. primi supplem. Harrison. ὃν αὐτοὶ πέμψετε Harlei. sed cum vulgata in margine adscripta. Ratio dialogi, si continuaretur, postulabat, ut diceret ἐκπέμψωμεν et sic porro in prima persona. Verum quia oratio haec, Atheniensi in os indita, nimis invidiosa atque flagitiosa fuisset futura, abrumpit orator sermocinationem et ipse per se loquitur. Corrige hinc Etymologicum M. v. ἱεροποιοὶ [c. 469, 5.] locum hunc vitiose recitantem. REISK.

P. 47. v. 13. πέμπουσιν] Etymolog. M. l. c. πομπεύουσιν, fortasse vere. p. 522, 2. ὅπως πομπεύσῃ — τὴν τοῦ Διονύσου πομπήν. SCHAEFER.

P. 47. v. 13. ἱεροποιῶν] ἱεροποιοὺς Hesychius interpretatur ἐπιμηνίους· ἐπιμηνίαν δὲ ἢ ἐπίμηνον, θυσίαν καθ᾽ ἕκαστον μῆνα τῇ νουμηνίᾳ ἐπιτελουμένην. WOLF. V. Anecd. Bekk. p. 265, 22. SCHAEFER.

P. 47. v. 15. εἰς τὴν ἀγορὰν] Vocabula εἰς τὴν ἀγορὰν a lectore tacite iteranda sunt, ac si ad hunc modum esset exaratum: ὥσπερ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους στρατηγοὺς πλάττουσιν εἰς ἀγορὰν (quemadmodum qui sigilla argillaeca fingunt, imperatorum figuras mentientia, quo ea in forum deferant ibique venum proponant), οὕτως ὑμεῖς χειροτονεῖτε τοὺς στρατηγοὺς εἰς ἀγοράν (sic vos creatis imperatores vestros, non quo in castra exeant, sed solummodo quo in foro versentur ibique speciem imperatorum mentiantur). REISK. Suidas II. p. 31. εἰς ἀγορὰν ὑφαίνειν, τὸ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐκφέρειν τὰ ὑφαινόμενα. οὕτω Μένανδρος. Ita fere Lucianus Lexiph. T. II. p. 347. [T. V. p. 200. Bip.] ἐλελήθεις σαυτὸν τοῖς ὑπὸ τῶν κοροπλάθων εἰς τὴν ἀγορὰν πλαττομένοις ἐοικώς, κεχρωσμένος μὲν τῇ μίλτῳ καὶ τῷ κυανῷ, τὸ δ᾽ ἔνδοθεν πήλινός τε καὶ εὔθρυπτος ὤν. quae nescio an ducta sint e Demosthen. Phil. I. 7. [h. l.] MEINEK. in *Menandri et Philemonis Reliquiis* p. 275.

P. 47. v. 17. οὐ] Aut pro οὐ sufficiendum est καὶ, aut, servato οὐ, sic legendum: οὐ γὰρ ἐχρῆν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταξιάρχους παρ' ἄλλων, ἀλλὰ παρ' ὑμῶν, οὐδὲ ἱππάρχους παρ' ἄλλων, ἀλλὰ παρ' ὑμῶν, ἄρχοντας οἰκείους εἶναι. REISK. Nihil opus nec mutari nec addi: vulgatae enim, quippe interrogative intelligendae, sensus plane idem est. SCHAEFER.

P. 47. v. 17. 18. ἡμῶν — ἡμῶν] ἡμῶν bis Harlei. ὑμῶν bis Par. secundus, tertius, septimus, Laudianus, Vossianus, Aug. primi supplem. Aug. sec. et tert. Bavar. Meermann. Ald. P. Manut. REISK. Bis ὑμῶν Auger. Bekker. et Rüdiger. Et videtur ipse Reiskius praetulisse. V. annotationem proxime antecedentem. SCHAEFER.

P. 47. v. 18. ἄρχοντας οἰκείους] ἄρχοντας ἔχοντες οἰκείους P. Manut. sine dubio vitiose et sine exemplo vel auctoritate. REISK.

P. 47. v. 18. ἦν] Vulg. ᾖ. ἦν Parisini primus, secundus, tertius, septimus, Aug. primi suppl. Aug. secundus, Bavaricus, Meerm. Aldus, P. Manut. Felic. Sed ᾖ ex Harleiano annotavit Taylor. REISK. Demosthenica exempla huius constructionis particulae ἵνα Reiskius in Ind. Graecit. p. 279. s. congessit, minus recte tradens, ἵνα sic iungi cum indicativo loco optativi vel coniunctivi. Scilicet particula iuncta cum optativo vel coniunctivo solum finem indicat: cum indicativo una subiicit conditionem, qua quid fieret aut factum esset, quod nunc ob defectum illius conditionis non fit aut non factum est. Quae ipsa causa est, cur indicativus ille temporis esse debeat aut imperfecti, aut plusquamperfecti, aut aoristi: vehementer enim errat, quod miror, Devarius de Partic. p. 174. Reusm. cum eoque, quod non miror, Zeunius ad Viger. p. 557. a. in Dinarchi loco p. 9. R. plusquamperfectum ἀπηλλάγμεθα habentes pro perfecto, quod sic non potest hypothetice dici. Hoc quo magis intelligas, Dinarchea constructionis vinculo liberata hoc modo resolve: ἀπηλλάγμεθα ἂν τούτου τοῦ δημαγωγοῦ, εἰ τότε δίκην ἀξίαν ἔδωκε. Ceterum haec particulae finalis structura illustre est exemplum subtilissimi Graecorum acuminis ubertatem notionum tanta verborum paucitate complectentium, ut, si talem breviloquentiam in vertendo velis consequi, te ad incitas redactum sentias. Aliud exemplum, nec minus illustre et nostro cognatum, est copulatio particulae ἂν cum participiis et infinitivis, qua quantum illi compendifecerint, quis non interpretando cum sensu parum iucundo experitur? SCHAEFER.

P. 47. v. 20. πόλεως] Post πόλεως addunt haec duo vocabula, ἡ δύναμις, Aug. primi supplem. Aug. sec. et tert. Bavar. Meerm. Ald. P. Manut. Felic. ἡ δύναμις addidi. REISK.

P. 47. v. 20. τὸν] In Aug. tertio τῶν. REISK.

P. 47. v. 20. ὑμῶν] ἡμῶν Aug. primi supplement. Aug. secundus. REISK.

P. 47. v. 21. τῶν δ' ὑπὲρ] Vulg. τὸν δ' ὑπὲρ. τῶν δ' ὑπὲρ in Aug. primi supplem. in Aug. tertio, Meermann. Bavarico, Aldo, P. Manutio, Felic. REISK.

P. 47. v. 21. τῶν] τῶν secundum abest ab Aug. primi supplem. ab Aug. secundo et tertio, Bavar. Meerm. Aldo, P. Manut. Felic. Sed ex Harlei. annotavit Taylor. REISK. Delevit Auger., uncis inclusit Rüdiger., ambo errantes: nam articulus necessarius est. SCHAEFER.

P. 47. v. 22. ἀγωνιζομένων] Vulg. ἀγωνιζόμενον. ἀγωνιζομένων Aug. secundus, tertius, Bavar. Meermann. Ald. P. Manut. Felic. Restitui τῶν δ' ὑπὲρ — ἀγωνιζομένων. REISK.

P. 47. v. 22. ἱππαρχεῖν] ὑπαρχεῖν Meerm. REISK. Passim ἱππ—scribae in ὑπ—corruperunt: quod inprimis huic cognatisque vocabulis accidit. V. Schneider. ad Xenoph. Cyrop. V. 3. 42. et Osann. Inscript. I. p. 24. SCHAEFER.

P. 47. v. 22. καὶ οὐ τὸν ἄνδρα μεμφόμενος ταῦτα λέγω, ἀλλ'—] Conf. p. 38, 21. SCHAEFER.

P. 47. v. 23. ὑφ' ὑμῶν] ἡμῶν Parisinus quintus, Bavar. Aug. secundus, P. Manut. Malim ἀφ' ὑμῶν. non a vobis delectum oportebat esse, sed civem vestrum, e numero vestro, non peregrinum. REISK. Emendavi ex Reiskii mente ἀφ' ὑμῶν. Ita et emendandum censuit Abbas d' Olivet. AUGER. Vulgatam ne mutes: quippe ipsa per se significat quod illi significatum voluerunt. Ab Atheniensibus enim non poterat χειροτονεῖσθαι, nisi qui ipse esset Atheniensis. Menelaus, ut peregrinus et ξεναγὸς, non fuit κεχειροτονημένος. V. not. ad p. 49, 11. SCHAEFER.

P. 47. v. 26. δὴ] δὲ fuit in Aug. tertio a prima manu, sed iunior δὴ correxit. REISK.

P. 47. v. 26. χρήματα τοίνυν] Constructio et collocatio verborum insolentior. Sed accipio sic: περὶ χρημάτων τοίνυν, (de pecunia, quod ad pecuniam attinet,) ἡ μὲν τροφὴ τῇ δυνάμει ταύτῃ (quod sequitur, κατ' ἐπεξήγησιν accedit, σιτηρέσιον μόνον τοῖς στρατευομένοις) ἐστὶν τάλαντα ἐνενήκοντα, id est, ἡ τροφὴ τῆς δυνάμεως ἀπαιτεῖ τάλαντα τοσαῦτα. 100 drachmae minam, minae 60 talentum, talentum 600 aureos facit. Hinc suo quisque arbitratu rationes Demosthenicas supputet *), et illud notet, equiti triplum σιτηρέσιον esse datum, drachmas tricenas, pediti denas: quorum carnes esse vilissimas vulgaris iocus affirmat; et ipsi milites suam luxuriam et licentiam excusantes aiunt, eadem se conditione esse, qua porcos, qui saginati iugulentur. WOLF.

P. 47. v. 27. σιτηρέσιον] V. Ind. Graec. s. v. SCHAEFER.

P. 47. v. 27. τοῖς στρατευομένοις μόνον τῇ δυνάμει] τὸ

*) Supputavit etiam Taylorus in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

στρατευόμενον τῇ δυνάμει Harlei. sed cum vulgata in margine. REISK. Rüdigerus bene post μόνον posuit comma, delevit post ταύτῃ. Perperam Augerus haec omnia, ἔστι μὲν — μόνον, signis inclusit parentheseos. Sola enim σιτηρέσιον — μόνον sunt παρένθετα. Conf. p. 48, 7. SCHAEFER.

P. 47. v. 28. ἐννενήκοντα] Simplex ν̄ dant initio vocabuli Bavaricus et Augustanus tertius; sed in hoc manus correctrix alterum ν̄ addidit. REISK.

P. 47. v. 28. καὶ] In hac particula exit supplementum Augustani, quod iam nunc deinceps non amplius commemorabimus, sed ipsum Augustanum primum nominabimus. REISK.

P. 47. v. 28. μικρόν τι πρός] duo puta talenta. Nam 40 talenta pro navibus, alia 40 pro pedite, denique 12 pro equite conficiunt 92 talenta. REISK.

P. 48. v. 1. τετταράκοντα τάλαντα] Viginti minae per 10 multiplicatae faciunt 200 minas: hac per duodecim mensium numerum multiplicatae faciunt 2400 minas seu 40 talenta. REISK.

P. 48. v. 1. εἴκοσιν] Vulg. εἴκοσι. εἴκοσιν Aug. primus, tertius, Bavar. Meermann. Ald. P. Manut. Felic. REISK.

P. 48. v. 1. μναῖ] μνᾶς Paris. quintus, septimus, octavus. μναῖ dederat prima manus in Aug. tertio, sed secunda correxit μνᾶς, quod etiam in Aldina Tayl. reperi. REISK.

P. 48. v. 3. δέκα ἕκαστος τοῦ μηνὸς] Vulg. δέκα τοῦ μηνός. δέκα ἕκαστος τοῦ μηνὸς Aldus, P. Manut. Felic. Sed omittunt ἕκαστος Harris. Harl. Aldina Taylori. ἕκαστος addidi. REISK. Rursus eiecerunt Bekker. et Rüdiger. Neque eo opus est. Sic nos: *damit der Mann* —. SCHAEFER.

P. 48. v. 3. ὁ στρατιώτης] Articulum ὁ ante στρατιώτης omittunt Harrison. et Harlei. REISK.

P. 48. v. 3. λαμβάνῃ] λάβῃ Paris. septimus. REISK.

P. 48. v. 5. ἐὰν] ἀνὰ Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Aberrarunt, opinor, scribae ad notissimum sibi ἀνὰ, maxime in medicorum formulis usitatum. Videndum tamen, ne forte in — ιν ανα lateat profectum ab Oratoris manu ἵνα, qua particula v. 2. usus est. SCHAEFER.

P. 48. v. 7. ἀφορμὴν — ὑπάρχειν] ἀφορμὴν τοῖς στρατευομένοις σιτηρέσιον ὑπάρχειν Aug. primus. τὸ σιτηρέσιον Harris. non male. REISK. Immo optime: nam de certo σιτηρεσίῳ Orator hic loquitur, nempe de eo quod modo per partes descripsit. SCHAEFER.

P. 48. v. 8. τοῦτ' ἂν γένηται] ἂν τοῦτο γένηται Aug. primus, Harris. Harlei. Aldina Taylori. εἰ τοῦτο γένηται Ald. P. Manut. Felic. REISK. Legitur in Wolfio εἰ τοῦτο γένηται. Praetuli, ut magis graecum, τοῦτ' ἂν γένηται, quod dant plures libri impressi et manuscripti. AUGER.

P. 48. v. 10. προσποριεῖ] Pro προσποριεῖ in vulgata dedi προσποριεῖται, *sibi comparabit, sibi subministrabit.* Ita ex meo censebam legendum, quum eam lectionem vidi confirmatam in codd. M. R. et S. In cod. Q. ad προσποριεῖ additur ται ex posteriore manu. AUGER. προσποριεῖται etiam Bekker. et Rüdiger. Idemque dudum placuerat Kustero de Verb. Med. I. 30. „Apparet" inquit „pro προσποριεῖ scribendum esse in medio προσποριεῖται. Sensus enim est: *ipsum exercitum reliqua sibi comparaturum esse:* ut recte Wolfius vertit. Facile autem syllaba ται a librario negligi vel praeteriri potuit propter proxime sequens τά. Nam eiusmodi syllabae affinis soni se invicem absorbere quasi solent, ut Criticis notum est." Neque ego refragor, cum librorum auctoritas accesserit: quod nisi esset, vulgatam non sollicitarem. V. not. ad p. 22, 26. SCHAEFER.

P. 48. v. 10. αὐτὸ] αὐτὸ dedit etiam in Aug. tertio prima manus, sed secunda, quasi corrigere voluisset, αὐτῷ. Sed aut bene habet vulgata, aut copulanda est utraque lectio. REISK.

P. 48. v. 12. ἐντελῆ] εὐτελῆ P. Manut. Sed illa editio perquam est vitiosa. Verumtamen Taylorus dignum habuit, quod ex Harrison. quoque annotaret. REISK.

P. 48. v. 12. κἀγὼ δὲ — ἔχῃ] Locum hunc citat Hermogenes p. 347. in capite περὶ τοῦ ἀληθινοῦ λόγου his verbis: πεποιθότως δ' ἐρεῖς, ὅταν λέγῃς· κἀγὼ συμπλέων ἐθελοντὴς πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦτα οὕτως ἔχῃ. Aristides de D. C. p. 252. ἀξιόπιστον δὲ [facit oratori fidem] καὶ τὸ τιμᾶσθαι προλαμβάνοντα καὶ ζημίαν ὁρίζειν καθ' ἑαυτοῦ ἐφ' οἷς ἂν διεξίῃ. οἷον· ἐγὼ πλέων ἐθελοντὴς πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος. REISK.

P. 48. v. 12. κἀγὼ δὲ συμπλέων] Pro κἀγὼ συμπλέων erat ἐγὼ δὲ συμπλέων. OBSOP. Vulg. ἐγὼ συμπλέων. Sic etiam Harlei. ἐγὼ δὲ συμπλέων Harris. Paris. primus et quintus, codex Obsopoei, Vossianus. Pro κἀγὼ dat Aldina Tayl. ἐγὼ simplex sine insequente δὲ. κἀγὼ συμπλέων August. secundus, Ald. Felic. P. Manut. πλέων simplex dat Aristides p. 252. Pro vulgari ἐγὼ συμπλέων correxi κἀγὼ δὲ συμπλέων. REISK. Hermogenes l. c. κἀγὼ συμπλέων. Sic etiam Auger. et Rüdiger. ἐγὼ συμπλέων Bekker. Mihi hoc ἀσύνδετον parum probatur. SCHAEFER.

P. 48. v. 13. ἕτοιμος] scil. εἰμί. V. Ind. Graec. s. v. Porson. ad Euripid. Hecub. p. 97. ed. Lips. tert. et Elmslei. ad Euripid. Med. 599. p. 182. ed. Dind. SCHAEFER.

P. 48. v. 14. ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω] Fortasse legendum ἅπερ ὑπάρχειν κελεύω, vel ἃ παρ' ὑμῶν ὑπάρχειν κελεύω. Videtur enim significare, tributum esse conferendum, et sequitur postea: αὐτοὶ τῶν χρημάτων πορισταὶ καὶ ταμίαι γιγνόμενοι: etsi τὸ πορισταὶ ad latrocinia et praedas agendas fortasse pertinet. *) WOLF.

*) Fallitur de latrociniis et praedis agendis cogitans. SCHAEFER.

ἃ παρ' ἡμῶν λέγω Harlei. Post παρ' ὑμῶν deest aut πορίζεσθαι, aut ὑπάρχειν, quod Wolfio visum est. REISK. Adde vel subaudi ὑπάρχειν. AUGER.

P. 48. v. 14. γενήσεται] γενέσθαι Bekker. et Rüdiger. iungentes cum κελεύω ponentesque post hunc infinitivum signum interrogandi, quod etiam in Augeriana post γενήσεται positum est. SCHAEFER.

P. 48. v. 15. ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ] Post hacc verba, γενήσεται, τοῦτ' ἤδη λέξω, erat in nostro vice tituli, Πόρου ἀπόδειξις. Praeterea in margine haec verba annotata reperi: ἐντεῦθεν ἔφη Διονύσιος Ἁλικαρνασσεὺς ἑτέρου λόγου εἶναι ἀρχήν. προοίμιον δέ φησιν οὐκ ἔχει, ἐπειδὴ δευτερολογία ἐστὶν, ἐν αἷς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ εἰσὶ προοίμια. OBSOP. Scholium, quod e suo codice affert*), legitur **) huius paginae versu primo. In Augustano tertio erat hic titulus seorsim scriptus, et Ἃ, primum vocabulum versus 16., magna rubra litera, quasi nova iniret oratio. Pro Πόρου ἀπόδειξις est in Meermann. Πόροι. REISK.

P. 48. v. 16. Ἃ μὲν ἡμεῖς κ. τ. λ.] Sunt qui novam hinc orationem ordiantur, quos Mounteneius bene refutat. V. Schott. v. Demosthen. p. 81. ***) et Fabricii Bibl. Gr. T. I. p. 924. REISK. Ab istis verbis sequentem orationis partem nobis exhibet Dionysius Halicarnasseus veluti novam Philippicam sub Themistocle archonte dictam. Sed ceteri interpretes rati haud immerito, hanc esse veram primae Philippicae appendicem, hanc ab illa nullatenus eximi posse arbitrantur. Hic mihi liceat aliqua coniicere de Dionysio Halicarnasseo, a quo sciunt, ut in praefatione notavimus, omnes quae in Philippum dictae sunt orationes vocari Philippicas. Equidem non possum mihi persuadere, criticum illum tanti iudicii id habuisse pro oratione quadam speciali, quod est evidenter orationis alterius vera appendix, ut constat ex ipsa lectione horum quae exhibemus cum ceteris ut partem primae Philippicae ultimam. Itaque ego existimarim, hic corruptum fuisse Dionysii Halicarnassei textum, et ab aliqua imperita manu male emendatum ad nos pervenisse. Plura porro me inducunt ad ita sentiendum. 1. Summa peritia et excellens Dionysii Halicarnassei iudicium, qui in tanta rei evidentia ita turpiter errare non potuit. 2. Textus, ut se habet, evidenter peccat, quod Wolfius et alii animadverterunt. Nam ista Philippica his verbis incipiens, Ἃ μὲν ἡμεῖς, exhibetur ut sexta, quae tamen ex ipsa rei inspectione, ex ipsa ratione numerorum, debet esse quinta.

---

*) Nimirum Obsopoeus. SCHAEFER.

**) An in Augustano primo? Idem Scholium e Cod. Vratisl. enotavit Passovius in praefat. ad Rauchenstein. Dissertat. p. XI. edit. Lips. SCHAEFER.

***) V. Ind. Chronolog. p. 637. SCHAEFER.

8. Denique, et hoc mihi videtur invictum argumentum, Dionysius Halicarnasseus liquido dicit, sextam, imo quintam Philippicam, haberi de custodia insularium et civitatum in Hellesponto, περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων: de his autem omnino silet ista Philippica, quam textus ait incipere Ἃ μὲν ἡμεῖς. Verisimillimum est igitur amissam fuisse aliquam Demosthenis Philippicam de hac re habitam, quae Dionysii aetate supererat. Sic ille rhetor mentionem facit alicuius orationis, quae iam non extat, in qua Demosthenes defendebat se dona non accepisse, videlicet ab Harpalo. Itaque pag. LIV. lin. ultima editionis Wolfianae 1604. mihi videtur legendum πέμπτην pro ἕκτην, et p. sequ. lin. 2. pro Ἃ μὲν ἡμεῖς deberet esse initium eius quae periit Philippicae, et quae habebatur περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων. AUGER. Novam hinc orationem incipere post Lelandum et Iacobsium statuit Rüdigerus. V. eius praefat. p. VIII. et Prolegom. p. 14. ss. *) Dissentit Bremius in dissertatione hoc titulo inscripta: *Des Demosthenes erste Philippische Rede ist nur Ein Ganzes.* quae legitur inserta Tomo I. Symbolarum Philologicarum Helveticarum p. 21. ss. (*Philologische Beyträge aus der Schweiz. Herausgegeben von J. H. Bremi und L. Döderlein. Erster Band. Zürich.* 1819. 8.) Neque iniuria, opinor, vir egregius dissentit. SCHAEFER.

P. 48. v. 16. Ἃ μὲν ἡμεῖς] Talentis 92 fore opus dixit: quae, uti probabile est, populus conquiri iussit a quaestoribus, qui ratione inita exposuerunt, unde ea pecunia petenda esset. Catalogus autem de scripto, ut apparet, recitatus hic praetermissus est, ut et leges et decreta et testimonia et alia scripta complura: quae nobis nec inutilia, nec iniucunda lectu essent, si exstarent. WOLF. Ἃ μὲν οὖν ἡμεῖς Pithoeanus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori, atque idem voluit Vossianus quoque, qui sic exhibet: Ἃ οὖν μὲν ἡμεῖς. REISK. Particula οὖν haec superioribus arctius iungens videtur ab Oratore profecta. Talia scribae saepissime omittunt, rarissime, si unquam, de suo addunt. SCHAEFER.

P. 48. v. 16. δεδυνήμεθα] δυνάμεθα Paris. quintus. Idem in Aug. tertii margine est adscriptum cum γρ. REISK.

P. 48. v. 17. ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας] cum sententias suffragiis vestris comprobaveritis, facta discessione. Verbi causa, diversas sententias dixerint Demosthenes, Demades, Phocion. Qui igitur plures e populo assensores habuerit, τούτου ἡ γνώμη ἐπιχειροτονεῖται. WOLF.

---

*) Philippicae I. appendicem, quae ex alia oratione sumta videatur, dicit Forbigerus p. 13. Prolusionis citatae ad p. 23, 15. SCHAEFER.

P. 48. v. 17. ἃ ἂν ὑμῖν] ἃ δ' ἂν ὑμῖν index Lambini. REISK. Hoc ἃ δ' ἂν est labentis Graecitatis. V. Bastii Epistol. Critic. p. 219. ed. Lips. et not. ad Sophocl. Oed. C. 354. SCHAEFER.

P. 48. v. 18. χειροτονήσατε] Vulg. χειροτονήσαντες. χειροτονήσατε Aug. primus, secundus, tertius, Meermann. Aldus, Felic. P. Manut. χειροτονήσετε Bavaricus, sed super ε penultimo est α superscriptum. Sententiam Mounteneii hoc de loco paulo implicatiorem apud ipsum vide. Quamquam χειροτονήσαντες ex auctoritate codicum consentientium ad χειροτονήσατε reformavi, nullus tamen dubito, dedisse oratorem ποιεῖτε χειροτονήσαντες. *ubi ea, quae vobis arriserint, suffragiis vestris rata iusseritis esse, curate quoque ea factis exsequi.* REISK. Vulg. χειροτονήσατε. Correxi ad Reiskii mentem χειροτονήσαντες ποιήσατε. Ed. Par. dat χειροτονήσαντες, nescio unde assumptum. Idem Reiskius exhibet χειροτονήσαντες ut lectionem in editionibus vulgatam, quam mutavit in χειροτονήσατε ex consensu codicum, sed non indicat, ubi invenerit χειροτονήσαντες. AUGER. Invenit ibidem, ubi Augerus, nempe in edit. Paris., cuius scripturam dici sibi vulgatam Reiskius iterum iterumque monuit. Rüdigerus χειροτονήσαντες dedit, ante ἵνα μὴ subaudiens ὁρᾶτε. „Vulgata [χειροτονήσαντες]“ inquit „non videtur mutanda, probante etiam Cel. Hermanno.“ Hermannus si probavit, probavit soloecismum. Quis enim Graecorum dixit ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτο νῆτε χειροτο νήσαντες? Loci sensus quid poscat, intellexerunt Reisk. et Auger.: sed in textu refingendo videntur a vero aberrasse. Mihi quidem admodum probabile est Demosthenem sic scripsisse: ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτονήσητε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ ποιήσατε. Magnus mendorum numerus originem debet similitudini vocum antegressarum, quibus aures scribarum dictantes sequentium personarent. V. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 120. SCHAEFER.

P. 48. v. 18. [ἐν]] Abest a Paris. quinto et octavo, Aug. primo et secundo, Aldo, Felic. Sed est in appendice Francofurtana et Aldina Tayl. REISK. Recte deleverunt Auger. et Bekker. Rüdigerus, quo est amore uncorum, uncis inclusum servavit. SCHAEFER.

P. 48. v. 20. ταῖς ἐπιστολαῖς] ταῖς παρασκευαῖς Harrison. REISK.

P. 48. v. 22. τὸν τόπον] Taylorus in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. coniicit τὸν τρόπον. Sed τρόπον de situ regionis non dicitur. Bene Reiskius in Ind. Graec. s. v. τόπος. τὸν τόπον τῆς χώρας i. q. τὴν τοποθεσίαν τῆς χώρας, quomodo scriptores temporum posteriorum. Diodorus Sicul. I. 42. ἑξῆς δὲ περὶ τῆς τοποθεσίας τῆς κατ' Αἴγυπτον χώρας κ. τ. λ. SCHAEFER.

P. 48. v. 23. πρὸς ἣν] ᾗ (sine πρὸς) Aristides Τέχν. p. 118. REISK.

P. 48. v. 23. πολεμήσετε] πολεμεῖτε idem Aristides, item

Aug. secundus et Bavar. πολεμήσητε Aug. tertius. REISK. πολεμεῖτε Bekker. Recte: neque enim de bello futuro agitur. Probat etiam Rüdigerus in not. ad p. 50, 7. Sed si, ut videtur, pro futuro Attico habuit, erravit. SCHAEFER.

P. 48. v. 23. λογίσαισθε] λογίσεσθε Aug. primus, Harl. λογίσασθε Aug. tertius. λογίσησθε Aug. secundus. λογίσαισθε Bavar. cum η super diphthongo. REISK.

P. 48. v. 25. τὰ πολλὰ] πολλὰ Harris. sine articulo. REISK.

P. 48. v. 25. προλαμβάνων] προσλαμβάνων Paris. tertius, Meermann. REISK.

P. 48. v. 26. ἐτησίας] ἐτησίους in Aug. tertio prima manus, sed secunda correxit ad modum vulgatae. REISK.

P. 48. v. 27. ἐπιχειρεῖ] ἐπιτηρεῖ Paris. secundus, tertius, septimus, Bavaric. Aug. secundus. Utramque lectionem simul exhibet Aug. tertius, infra hanc, supra vulgatam. REISK.

P. 48. v. 27. δυνώμεθα] δυνάμεθα Aug. secundus δυναίμεθα Aldina Taylori, Bavaric. REISK. Optativum bonorum testium auctoritate restituit Bekkerus, quum vulgo legatur δυνώμεθα: qui modus ubique addi solet coniunctioni ἡνίκ' ἂν, quoniam ea de certo et definito tempore plerumque ponitur. Hic autem optativus egregius est ad irridendos Athenienses: „quo tempore nos istuc proficisci non possemus, *etiamsi velle nos diceremus.*" BREMI. Optativum etiam Rüdigerus adscivit. Aut hic modus probandus, ut enuntiatio sit hypothetica subaudiaturque *etiamsi vellemus*, aut indicativus, quem dat Aug. sec., deletâ particulâ ἄν. Prior ratio lenior. ἡνίκ' ἂν, h. e. ὅταν, coniunctivum illud regens, h. l. ineptum est: nam Orator loquitur de certo tempore; ut ἡνίκα, h. e. ὅτε, solum per se intelligendum sit. Citatus Rüdigero locus Xenophontis Oeconom. 11, 14. non caret vitio; scribendum enim: ἡνίκ' ἂν ἔτι ἔνδον καταλαμβάνοιμι, εἴ τινα δεόμενος ἰδεῖν τυγχάνοιμι. Ceterum haec Demosthenis mihi videntur scripta docendis Atheniensibus, non irridendis: sedata enim omnia et gravia sunt. SCHAEFER.

P. 49. v. 1. ἡμᾶς] Vulg. ὑμᾶς. ἡμᾶς Paris. tertius, Meermann. ταῦτα ὑμᾶς Aug. tertius. Utrumque prorsus deest Harris. et Harlei. REISK. ὑμᾶς Auger. Item Rüdiger. sed uncis inclusum. ἡμᾶς praeferendum esse docent sequentia. SCHAEFER.

P. 49. v. 1. βοηθείαις] Hoc in loco quanquam nostrum exemplar cum Aldino concordavit, tamen alia manus et illa perantiqua asscriptum comperi γράφε γοητείαις. Quae mihi profecto germana lectio esse videtur, si quis verborum sensum paulo attentius legerit. Arguit enim Demosthenes cives suos ignaviae, proponens Philippi vigilantiam, omnes temporis articulos rei gerendae captantis. Oportere itaque, ista considerantes, non praestigiaturis rem agere, ἀλλὰ παρασκευῇ συνεχεῖ καὶ δυνάμει, ut mox sequitur. Facilis autem fuit lapsus e γοητείαις in βοη-

θείαις nominum affinitate, veluti in aliis auctoribus idem non raro accidisse vidimus. Alioqui si βοηθείαις legendum sit, tum Demosthenes plane pugnantia diceret, cum summo apparatu bellum adversus Philippum gerendum suadeat. OBSOP. βοήθεια, tumultuarius miles, ad propulsandos hostes subito coactus. συνεχὴς παρασκευὴ καὶ δύναμις versu 2. constans et perpetuus exercitus, qui semper in procinctu stat, quovis in loco paratus ad vim et inferendam et repellendam. γοητείαις πολεμεῖν, praestigiis belligerare, etsi scomma non infacetum est, minus tamen placet. WOLF. γοητείαις index Herw. quod est translatum e codice Obsopoei, cuius annotat. ad h. l. vide. REISK. V. Ind. Graecit. s. v. Mirum vero vocem notissimam scribis turbarum causam et hic et alibi fieri potuisse. V. not. ad p. 39, 12. SCHAEFER.

P. 49. v. 2. ὑστεριοῦμεν] ὑστεροῦμεν Aug. 2. REISK. Conf. not. ad p. 51, 12. SCHAEFER.

P. 49. v. 3. ὑμῖν] ἡμῖν Parisini quintus et septimus, Harl. REISK. Malim ἡμῖν. SCHAEFER.

P. 49. v. 3. χρῆσθαι] κεχρῆσθαι Harl. sine μὲν. REISK.

P. 49. v. 3. τῇ δυνάμει] *hibernis, quibus hic exercitus utatur, Lemno licet uti* —. Cur expungi par sit haec duo vocabula, non item mihi liquet, atque Valckenario ad Herodotum p. 673. ult. [T. VI. P. II. p. 189. Schw.] REISK. Valckenaer. ad Herodot. VIII, 112. deleri vult τῇ δυνάμει: quod non faciendum. Dativus enim significat *in commodum* vestrarum copiarum. p. 18. in. Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν — δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανερὰν γενομένην τῇ πόλει, in salutem civitatis nostrae. p. 11. l. 27. νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει τις οὗτος — αὐτόματος τῇ πόλει. BREMI. τῇ πόλει regi videtur in illo loco ab εὔνοιαν, in hoc ab ἥκει. SCHAEFER.

P. 49. v. 5. Σκιάθῳ] Meminit h. l. Harpocrat. v. Σκίαθος. REISK. Item Photius c. 384. SCHAEFER.

P. 49. v. 5. ταῖς ἄλλαις] Absunt a Paris. quinto, septimo et octavo, ab Aldina Taylori, Harlei. ab Aug. primo et secundo, et a texto Bavarici, sed in huius margine legitur. REISK. Delevit Bekker. Servavit, sed uncis inclusa, Rüdiger. Neque ego deleam. Homoeoteleuton, nisi fallor, effecit, ut omitterentur. SCHAEFER.

P. 49. v. 6. ἃ χρὴ] Scil. ὑπάρχειν. SCHAEFER.

P. 49. v. 6. στρατεύμασι] στρατεύματι Vossianus, Aldina Taylori, Aug. primus et tertius, Bavaricus, appendix Francofurtana: nam id voluisse videtur, tametsi operae Wechelianae dederunt στρατεύματα vitiose. REISK. στρατεύματι Bekker. SCHAEFER.

P. 49. v. 7. τὴν δ' ὥραν — ῥᾳδίως ἔσται] Si legas ῥᾳδίως εἴσεσθε, *facile vos Athenienses scietis.* aut εἴσεται, scilicet ὁ στρατηγὸς ὑμῶν. ῥᾳδίως ἔσται suspectum est, nisi addatur γνῶναι.

Malim quidem ῥᾴδιον ἔσται. Sed et id ante positum est, et quocunque te convertas, nulla via bona est. Locus videtur corruptus, et vatem potius quam interpretem postulare. Principio sic verteram: Eo autem anni tempore, cum et appellere ad terram facile est, et a ventis nihil periculi, ad ipsam regionem et mercatuum aditus facile milites accedent.*) Hegendorphinus, ac potius Melanchthon Hegendorphini nomine, sic interpretatur, neglectis verbis: anni tempestates et secundos ventos et omnia, quibus opus erit, providebit imperator. Alius quidam anonymus: et facile erit observare anni tempus, in quo non difficile terram attingere, et videre ventorum constantiam circa eandem regionem et circa ostia civitatum oberrare. Paulus Manutius, vir doctus et disertus, quem honoris causa nomino, ut meretur, hunc locum, si non vere, perspicue certe et eleganter transtulit hoc modo: De anni vero tempore, cum scilicet ad terram liceat accedere, aut quibus ventis ipsam regionem et emporiorum ostia petere sit tutum, non difficilis erit animadversio. Pertinent haec ad eum, quem vos exercitui praefeceritis: qui et de re et de tempore consilium ex occasione capiet. Ego, quae vos agere oporteat, exposui. Afferant alii, me volente et cupiente, meliora et certiora. Ego meam dubitationem ac potius ignorationem ingenue confiteor. WOLF. τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους cohaeret cum insequente ῥαδίως ἔσται versu 9. unde constat, deesse sive τηρεῖν vel ἐπιτηρεῖν, sive διαγνῶναι. *facile factu vobis erit, ut tempestatem anni opportunam exsequendae huic expeditioni observetis* vel *discernatis*. REISK. καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλὲς explica supplendo καὶ ὅτε τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλές ἐστι, quae ultima vox etiam subaudienda est ad ῥᾴδιον, quod praecessit. Post ῥαδίως ἔσται evidenter deest verbum aliquod ad complendam phrasim. Ego non dubitavi adiicere ex meo διαγνῶναι, *facile licebit dignoscere*. AUGER. Adscriptâ Bekkeri lectione, Bremius „Si hanc lectionem" inquit „aliquo modo explicare velimus, τὴν ὥραν τοῦ ἔτους erit accusativus temporis: *per opportunum anni tempus*; ἔσται i. q. ἐξέσται; supplendum ex antecedentibus χρῆσθαι τῇ δυνάμει, *facile licebit his copiis uti*, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ, *in ipsa regione*, *terra*. Sed nescio an locus sit corruptus; codicum tamen medelam expectaverim potius, quam coniecturae." Denique Forbigerus p. 15. Prolusionis citatae ad p. 23, 15. post ῥαδίως ἔσται suspicatur excidisse ἀναμένειν. *tempus navigationi opportunum prope ad terram et ad emporia maritima*

---

*) Hanc rationem Bekkerus videtur probasse locum sic interpunctum dans: τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων στόμασι ῥαδίως ἔσται. Eodemque modo Rüdigerus, qui diserte ait: „ad ἔσται intell. ἡ δύναμις." SCHAEFER.

facile licebit exspectare. „Ut autem suspicer" inquit „a Demosthene sic scriptum fuisse, facit primo locus similis, qui paullo inferius legitur p. 52, 22. εἶτα τοῦτ' ἀναμενοῦμεν, (scil. Philippum longius longiusque progredi,) καὶ τριήρεις κενὰς — ἐὰν ἀποστείλητε, πάντ' ἔχειν οἴεσθε καλῶς; tum hoc suspicionem mihi auget, quod tam facile intelligitur, quid librariis acciderit, ut hoc ἀναμένειν omitterent; proxime enim sequens sententia incipit a verbis ἃ μὲν οὖν, quae literarum forma vocabulo, quod praegressum sumo, tam similia sunt, ut facile ab illis alterum potuerit praetermitti." Satis coniecturarum: ut facile dubius haereas, quo te vertas in tanta coniectantium fluctuatione. Mihi videntur viri doctissimi nodum in scirpo quaesivisse: neque enim perspicio, quid nos impediat locum sic intelligere, quomodo et Wolfius ait se principio vertisse, et Rüdigerus interpretatur. In Reiskiana, ut in Augeriana, post ἀσφαλὲς et χώρᾳ et στόμασι commatis signo interpungitur: quae interpunctio post ἀσφαλὲς servari debuit. SCHAEFER.

P. 49. v. 8. πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ] Σ. πρὸς αὐτῇ τε τῇ χώρᾳ. REISK. Non opus. SCHAEFER.

P. 49. v. 9. ἃ μὲν οὖν χρήσεται κ. τ. λ.] Corrige interpunctionem ad hunc modum: ἃ μὲν οὖν χρήσεται καὶ πότε τῇ δυνάμει, παρὰ τὸν καιρὸν ὁ τούτων κύριος κ. τ. λ. *quas ad res et quando uti copiis his se deceat, de eo decernet is, quem vos imperatorem iis summa cum potestate praefeceritis.* REISK. Sic interpunxerunt Bekker. et Rüdiger. Hic: „ad χρήσεται cogitando addas τις." Immo ὁ τούτων κύριος, *dux.* SCHAEFER.

P. 49. v. 10. παρὰ] περὶ index Herwag. REISK.

P. 49. v. 10. τούτων] Vulg. τοῦτον. Dedi τούτων, ita ceteris libris legentibus. AUGER.

P. 49. v. 11. ὑφ' ὑμῶν] Sic Basiliensis. Manutianus ὑμῶν, quod magis placet, cum significet, imperatorem Atheniensium Atheniensem esse oportere. WOLF. Praepositio abest ab ed. P. Manutii, atque id amplectitur Wolf. ἡμῶν dat Harlei. et sic quoque versu proximo 12. REISK. Praepositio recte adest. V. not. ad p. 47, 23. SCHAEFER.

P. 49. v. 11. βουλεύσεται] βουλεύεται Bavar. REISK.

P. 49. v. 12. κἂν ταῦτα] Pro ἂν ταῦτα lego ἂν δὲ ταῦτα. WOLF. Vulg. ἂν ταῦτα. ἂν καὶ ταῦτα Aug. secundus. ἂν δὲ ταῦτα mavult Wolf. idque Mounteneius ait in Laudiano reperisse. κἂν de meo dedi. REISK. κἂν ταῦτα etiam Augerus. ἂν ταῦτα Bekker. et Rüdiger. Neque hoc ἀσύνδετον mihi placet. Malim autem ἂν δὲ ταῦτα, quod librorum auctoritas tuetur: nam ipsum illud Aug. secundi ἂν καὶ ταῦτα quid aliud est quam ἂν δὲ ταῦτα? V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 158. SCHAEFER.

P. 49. v. 13. πορίσητε] Malim πορίσαντες. REISK. Praeferrem participium, si in libris reperiretur. SCHAEFER.

P. 49. v. 13. ἃ λέγω] Rüdigerus, pronus in sententiam, a verbis *Πόρου ἀπόδειξις* novam incipere orationem, (quam sententiam nos sub iudicium vocavimus *Philologische Beiträge aus der Schweiz* Vol. I. p. 21—34.) ad hunc locum, „Omnino, inquit, patet, oratorem profiteri, se de his rebus non dixisse. Verumtamen c. 7. [p. 47. in.] de illis exposuerat: nonne igitur haec orationis pars est diversa a priore?“ Fateor haec mihi mira videri. Exposuit sine dubio orator de his rebus c. 7. ita, ut copiarum numerum enumeraverit. At ubi haec se fecisse negat? *) Hoc quidem loco addit, quid his c. 7. enumeratis copiis faciendum sit, si civitati eas utiles esse oporteat; πᾶσα nempe ἡ δύναμις νόμῳ κατακλειστέα ἐστὶν ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν. Tantum igitur abest, ut orator se de his rebus non dixisse profiteatur, ut hic ipse locus priorem respiciat, eique addat, quod ad posteriorem hanc orationis partem reservabatur. BREMI.

P. 49. v. 13. τἄλλα πάντα παρασκευάσαντες κ. τ. λ.] Coniungo παρασκευάσαντες τἄλλα πάντα ἐντελῆ. Manutius ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν interpretari maluit: copias plane universas lege lata discedere a bello prohibueritis. WOLF.

P. 49. v. 15. πάντα] Abest a Paris. primo et octavo, item ab Aug. primo et tertio, Harl. Harris. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 49. v. 16. ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν] *integras omnes copias*, i. e. omnes omnino copias. AUGER. V. not. ad v. 13. SCHAEFER.

P. 49. v. 16. κατακλείσητε] κατακλείσετε Weimar. REISK.

P. 49. v. 16. ἐπὶ] ἐν Parisinus septimus, Bavaricus. REISK.

P. 49. v. 17. αὐτοὶ] αὐτὸν Harlei. REISK.

P. 49. v. 17. ταμίαι καὶ πορισταὶ] Malim ταμίαι τε καὶ πορισταί. REISK. Nimis liberalis Reiskius encliticae. Conf. not. ad vers. 8. De ποριστοῖς v. not. ad p. 48, 14. SCHAEFER.

P. 49. v. 18. γενόμενοι] Vulg. γιγνόμενοι. γενόμενοι Paris. primus, quintus, octavus, Aug. primus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori. γινόμενοι Harl. Praetuli γενόμενοι. REISK. γιγνόμενοι Auger. Bekker. et Rüdiger. SCHAEFER.

P. 49. v. 18. παρὰ] περὶ Ald. errore perpetuo, quem in posterum ne commemorabo quidem: taedet enim toties idem inculcare. Teneatur universe, in Aldino ad exemplum veterum codicum manu scriptorum eandem siglam utramque praepositionem repraesentare. REISK. Conf. Bastii Commentat. Palaeogr. p. 830. SCHAEFER.

---

*) Rüdigerum in fraudem, nisi fallor, induxit vitiosa Reiskianae interpunctio ab ipso temere servata, qua, signo commatis posito post χρήματα, πρῶτον continuatur sequentibus ἃ λέγω: ut Orator videatur dicere, se his de rebus nunc primum loqui. SCHAEFER.

P. 49. v. 20. παύσεσθ'] παύσασθ' Aug. tertius. Forte voluit παύσαισθ' dare. REISK.

P. 49. v. 20. βουλευόμενοι] Ita et Harris. REISK.

P. 49. v. 21. ἄνδρες] Deest Harl. REISK.

P. 49. v. 22. τῶν] Abest a Vossiano, qui etiam πόρον dat in singulari. In texto Meerm. est τὸν, verumtamen corrector in margine τῶν adscripsit. Necesse est idem in Paris. primo, secundo et tertio fuisse, quamquam annotatum inde nil est. REISK.

P. 49. v. 22. πόρων] πόρον Paris. primus, secundus et tertius, Meerm. Vossianus. REISK.

P. 49. v. 23. ἄγων καὶ φέρων] V. Taylor. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 117. SCHAEFER.

P. 49. v. 25. τούτῳ] τούτοις Parisinus quintus. REISK.

P. 49. v. 26. οὐχ] Subaudi ex insequentibus sublegenda οὐκ οἰχήσεται [ἄγων] αἰχμαλώτους τοὺς ὑμετέρους πολίτας, οὐδ' ἐκλέξει χρήματα, quemadmodum antehac fecit, in posterum non facturus. REISK. De hoc οὐχ ὥσπερ v. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 259. et ad Protag. p. 574. SCHAEFER.

P. 49. v. 28. ὑμετέρους] ἡμετέρους Paris. quintus et octavus, Harris. Harl. REISK. Placet ἡμετέρους. SCHAEFER.

P. 49. v. 28. ἄγων] Pro ἄγων nostrum habebat ἔχων. OBSOP. ἔχων Parisin. primus, quintus, octavus, Aug. primus, codex Obsopoei, Pithoeanus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori, Harris. Index Herwag. idem voluit exhibere, tametsi errore operarum corruptum dederit ἔχον. REISK.

P. 49. v. 28. πρὸς] Abest ab indice Herwag. REISK.

P. 49. v. 28. Γεραιστῷ] Pro Γεραστῷ, Γεραιστῷ legendum est, quod est promontorium et portus nomen Euboeae. OBSOP. Vulg. Γεραστῷ. Γεραιστῷ Paris. quintus et Aug. tertius e correctione; manus enim antiquior vulgatam dederat. Cum diphthongo exarandum esse censuit etiam Obsopoeus, e coniectura sua, ni fallor, id, non e codice suo, promens. Exhibet idem editio Wolfii quoque. Praetuli Γεραιστῷ. REISK. V. Porson. ad Euripid. Orest. 986. SCHAEFER.

P. 49. v. 29. συλλαβὼν] συμβαλὼν Bavar. REISK.

P. 49. v. 29. ἐξέλεξε] ἔλεξε simplex dant Parisinus quintus et Bavar. REISK.

P. 50. v. 1. ἀπέβη] ἐπέβη appendix Francofurtana. REISK.

P. 50. v. 1. τὴν ἱερὰν — τριήρη] Intelligo τὸ θεωρικὸν πλοῖον, de quo est apud Platonem: quo sacrificia Delum ab Atheniensibus pervehebantur. WOLF. Citat h. l. Harpocrat. v. ἱερὰ τριήρης. REISK. V. Photius c. 79. Duae erant aetate Demosthenis: plures insecutis temporibus, numero aucto per abominabilem adulationem degenerum Atheniensium. V. Anecd. Bekk. p. 267, 21. SCHAEFER.

P. 50. v. 1. ἔχων] φέρων Harris. REISK.

P. 50. v. 2. ἠδύνασθε] δύνασθε (in praesenti) Aug. primus. REISK.

P. 71. v. 17. *ἀπεύχεσθε*] Pro *ἀπεύχεσθε* in antiquo *ἀπεύξασθε* scriptum fuit. OBSOP. *γρ. ἀπεύξεσθε* Paris. secundus, quintus, octavus. *ἀπεύξασθε* Aug. primus, secundus, tertius, sed in hoc sic, ut, cum vulgata in texto esset, *ξα* esset super syllaba *χε* scriptum. Bavaricus item utramque lectionem eodem situ exhibet, sed in infinitivo, *ἀπεύ*$\overset{\xi\alpha}{\chi\varepsilon}$*σθαι*. Pari modo codex Obsopoei dat *ἀπεύξασθαι* **), et Aldina Taylori atque appendix

*) P. 117, 26. Num forte duo hos locos sic conciliabimus, ut Philippum dicamus toti Thessaliae tetrarchas, singulis urbibus decarchas praefecisse? Compara quae illic v. 27. leguntur: *ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατ᾽ ἔθνη δουλεύωσιν*. SCHAEFER.

**) In Obsopoei annotatione enotatum *ἀπεύξασθε*. SCHAEFER.

Francofurtana ἀπεύξαισθε, item Harrison. et idem voluit Harlei. quoque, e quo Taylor. retulit ἀπεύξεισθε. Num ita dedit orator: ἀπεύξαισθ' ἂν (in optativo), εἰ ἐσωφρονεῖτε. *si sapiatis, sitis abominaturi.* REISK.

P. 71. v. 18. σωφρονῆτ'] σωφρονεῖτε Harl. REISK.

P. 71. v. 18. ἔστι τοίνυν κ. τ. λ.] Citat h. l. Stobaeus p. 244, 10. REISK.

P. 71. v. 20. πόλεσι] Pone πόλεσι addit Harrison. voc. μηχανήματα. REISK.

P. 71. v. 20. χαρακώματα] V. Tittmann. ad Zonar. c. 1841. SCHAEFER.

P. 71. v. 22. ἅπαντα] Abest a Paris. octavo. REISK.

P. 71. v. 22. χειροποίητα] Citat Pollux 2, 121. v. χειροποίητος. Imitatus est h. l. Philostratus p. 282, 26. REISK.

P. 71. v. 22. πολλῆς] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 71. v. 23. ἓν δέ τι κοινὸν κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 188. σεμνότητα δὲ ἔχει, ὅταν μὴ εὐθὺς ἐπιτρέχῃς τῷ εἰσαγομένῳ, ἀλλὰ προλαμβάνῃς τὰς δυνάμεις αὐτοῦ καὶ προαναρτᾷς τὸν λόγον. ἓν δέ τι κοινὸν —. καὶ οὐκ εὐθὺς ἐπήγαγε καὶ εἶπεν· ἀπιστίαν· ἀλλὰ προλαβὼν τούτου τὰς δυνάμεις καὶ ἐναρτήσας [num ἐναρθρίσας? *)]· ἢ πᾶσι μέν ἐστιν ἀγαθὸν —. καὶ ἄλλη ἐπανάληψις· τί οὖν ἐστι τοῦτο; εἶτα τὸ εἰσαγόμενον· ἀπιστία. Harpocration in v. ἀπιστεῖν num ad h. l. respexerit, in dubio relinquam. REISK.

P. 71. v. 25. ἐστιν] ἔστ' Aug. primus. REISK. ἔστ' Bekker. SCHAEFER.

P. 71. v. 26. ἀπιστία] Taylorus in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 118. citat Plutarch. Praecept. Politic. Locus est T. IV. p. 290. ed. Wytt. SCHAEFER.

P. 71. v. 27. ἐὰν] ἂν Harris. et Harl. REISK.

P. 71. v. 27. σώζητε] σώζοιτε Harris. REISK. In Ind. Graec. s. v. συζῆν citatur ἐὰν ταύτῃ συζῆτε. Errorem esse puto, non coniecturam. SCHAEFER.

P. 71. v. 28. οὐδὲν δεινὸν μὴ πάθητε] πάθοιτε Harris. μὴ ante πάθητε delet Aldina Taylori. Stobaeus sic recitat: οὐδὲν μὴ δεινὸν πάθητε. Unde suspiceris legendum esse: οὐ δέος, μὴ δεινὸν πάθητε, *verendum non est, ne malum accipiatis.* Verum sic potius videtur emendandum esse: οὐδὲν δεινὸν (*nil est verendum*), μή τι πάθητε. Facile τι in concursu cum π potuit excidere, id quod saepissime factum observavi. REISK. In Stobaeo verborum ordo forte inversus est, nec quidquam mutandum. SCHAEFER.

P. 71. v. 28. [οὖν]] Abest ab Aug. primo et Harlei. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

---

*) Immo ἀναρτήσας. SCHAEFER.

P. 72. v. 1. *ἀλλοτριωτάτας ταύτῃ καὶ τὰς προσηγορίας*] Quasi vero regnum et libertas inter sese pugnent, ac non potius et legum et regum servi simus, ut liberi esse possimus. Sed e regno proclivis lapsus est in tyrannidem, ut et nostrae aetatis exempla docent. WOLF.

P. 72. v. 1. *καὶ τὰς προσηγορίας*] Idem est ac si dixisset: *καὶ αὐτὰς τὰς προσηγορίας.* aut sic: *οὐ μόνον τὰς γνώμας, ἀλλὰ καὶ τὰς προσηγορίας.* REISK.

P. 72. v. 2. *βασιλεὺς γὰρ — ὅπως μὴ*] Vulg. *βασιλεὺς γὰρ — ἐναντίος. οὐ φυλάξεσθε, ὅπως, ἔφην, μὴ —. βασιλεὺς γὰρ ἅπας καὶ τύραννος ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ καὶ νόμοις. ἐναντίον οὐ φυλάξεσθ', ἔφην, ὅπως μὴ* — scriptum atque distinctum dat h. l. August. primus, non male. Etiam Aldina Taylori, nec non Harris. et Harl. dant *βασιλεὺς γὰρ ἅπας καὶ τύραννος*, et appendix Francofurtana dat *ἔφην* ante *ὅπως*, sed huius loco dat *ὅπερ. ἔφην, ὅπως* dant etiam Harris. et Harl. *ἐλευθερίας* Harris. Transposui verba sic: *οὐ φυλάξεσθ', ἔφην, ὅπως μὴ* —. REISK.

P. 72. v. 3. *καὶ νόμοις ἐναντίος*] Isocrates *Παραινέσει: ἰσχυρότατος νόμος ὁ τοῦ βασιλέως τρόπος.* WOLF.

P. 72. v. 6. *πολλοὺς ἑτέρους*] Addi velim *τοιούτους. aliasque multas eiusmodi orationes seu cohortationes.* REISK. Non opus addi: cetera enim eiusdem fuisse argumenti series orationis docet. SCHAEFER.

P. 72. v. 7. *καὶ παρὰ τῶν πρέσβεων*] Pro *παρὰ τῶν πρέσβεων* in antiquo *καὶ παρὰ τῶν πρέσβεων* pulchra et necessaria repetitione coniunctionis legitur. OBSOP. Vulg. *παρὰ τῶν πρέσβεων. καὶ παρὰ τῶν πρέσβεων* August. primus. *καὶ* addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 72. v. 7. *παρὰ τῶν πρέσβεων*] *a legatis*, nempe ab iis, qui una cum Demosthene ad Messenios legati fuerant, et quos Demosthenes illic reliquit prius discedens ob causam nobis ignotam. AUGER.

P. 72. v. 7. *πρέσβεων*] Malim *συμπρέσβεων.* a collegis huius meae in Messeniam legationis. REISK.

P. 72. v. 7. *καὶ παρόντος*] *καὶ* abest ab Harris. REISK.

P. 72. v. 7. *καὶ πάλιν ὕστερον*] Subaudi *ἀπόντος ἐμοῦ*, me absente, cum rursus illinc discessissem. REISK.

P. 72. v. 8. [*ἀκούσαντες*]] Ab Augustano primo abest. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 72. v. 11. *ἐστιν ἄτοπον*] *ἔστ' ἄτοπον* Aug. primus. REISK. *ἐστ' ἄτοπον* Bekker. SCHAEFER.

P. 72. v. 12. [*τὶ*]] Abest ab Aug. primo et Harris. REISK. Uncos amovit Auger., servavit Bekker. SCHAEFER.

P. 72. v. 12. *ἀλλ' εἰ ὑμεῖς αὐτοὶ κ. τ. λ.*] Vulg. *ἀλλ' ὑμεῖς οἱ*

καὶ συνιέντες αὐτοὶ, καὶ τῶν —. ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ οἱ καὶ συνιέντες, καὶ τῶν — Bavar. omisso αὐτοὶ insequente. ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ, οἱ καὶ συνιέντες αὐτοὶ, καὶ τῶν — Aug. secundus, Aldus, Felic. P. Manut. ἀλλ' εἰ ὑμεῖς index Lambini. Appendix Francofurtana annotat, αὐτοὶ, quod in editione Wolfiana post ὑμεῖς stat, ab illo codice abesse, unde depromtae sunt lectiones illius appendicis. Etiam in Aldina Taylori punctulis subnotatum erat ut tollendum aut deficiens. Etiam a Laudiano et Harl. abest αὐτοὶ. αὐτοὶ addidi: item εἰ ex indice Morellianae adscivi. REISK. ἀλλ' ὑμεῖς οἱ καὶ συνιέντες αὐτοὶ — Auger. Vere Bekker. ἀλλ' εἰ ὑμεῖς οἱ καὶ συνιέντες αὐτοὶ —. SCHAEFER.

P. 72. v. 14. περιστοιχίζεσθε] Vulg. περιτειχίζεσθε. ἐπιτειχίζεσθε Aug. secundus. περιστοιχίζεσθε Paris. quintus et octavus, Aug. primus et tertius, sed hic e correctione, manus enim prima videtur vulgatam dedisse: item liber Weimaranus et ed. P. Manutii, nec non appendix Francofurtana, Harris. et Harlei. Praetuli περιστοιχίζεσθε. V. p. 43, 2. Vulgata videtur e gemina lectione, olim in libris Demosthenicis versata, nata esse, ex altera περιστοιχίζεσθε, quam probavi, et altera ἐπιτειχίζεσθε, quam in Aug. secundo solo reperi. Quarum illa significat: committitis, ut velut indagine claudamini; haec: patimini vobis arces imponi, quae vos in officio contineant. REISK. V. Etymolog. M. c. 699, 33. Notatis ad p. 43, 2. adde Critiae Τοιούσδε περιέστησεν ἀνθρώποις φόβου Στοίχους. de quo v. Porson. ad Euripid. Med. 284. SCHAEF.

P. 72. v. 14. ὡς ἐκ τοῦ μηδὲν] τὸ ὡς puto redundare et ex superioribus huc quoque per incuriam inculcatum. Nam περιτειχίζεσθε vel περιστοιχίζεσθε (utrumque enim legitur) protasin periodi finit. Sed vos etc., quia nunc socordiae indulgetis, non prius expergiscemini, quam haec omnia vos oppresserint. WOLF. ὡς tertium deletum it Wolf. ut e superioribus per incuriam inculcatum. Sed Harrison. illud ὡς habet. Ex auctoritate Wolfii omisi. REISK.

P. 72. v. 15. ποιεῖν] Vulg. ποιῆσαι. ποιεῖν Paris. secundus, quintus, septimus, Aug. primus et tertius, sed hic e correctione, erasa vetustiore lectione, quae cum vulgata consensisse videtur: item ed. P. Manutii, appendix Francofurtana, Harris. et Harlei. ποιῆσαι λήσεσθε Bavaricus in texto, sed margo dat γρ. ποιεῖν λήσετε. Praetuli ποιεῖν. REISK. ποιῆσαι Auger. SCHAEFER.

P. 72. v. 15. λήσετε] λήσεθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 72. v. 15. πάντα ταῦθ' ὑπομείναντες] id est πράξαντες παρ' ἃ τῷ λογισμῷ βέλτιστα ὁρᾶτε. aut πάντα ὅσα οἱ ἄλλοι δεινὰ ὑπέμειναν ὑπὸ Φιλίππου. REISK. Posterior interpretatio vera. SCHAEFER.

P. 72. v. 15. ταῦθ'] ταῦτα abest ab edit. Felic. P. Manutii, appendice Francofurtana et Harlei. Aug. primus item omittit sic

dans: πάνθ' ὑπομείναντες. REISK. πάνθ' ὑπομείναντες Bekker. SCHAEFER.

P. 72. v. 17. ὑμῖν] ἡμῖν Bavar. REISK.

P. 72. v. 20. ἀποκρινάμενοι] ἀποκρινόμενοι Aug. primus, Harlei. REISK. Interpretatus sum, quasi pro ἀποκρινάμενοι legeretur ἀνακρινάμενοι, *iudicium habentes*, *quaestionem habentes*, aut ἀποκρινάμενοι posset eo sensu accipi. Credebam, me ex Libanii argumento ad hanc orationem aliquid desumpturum auxilii, unde elucidarem hunc locum valde obscurum. Sed hac voces, ταῦτ' ἤδη λέξω, quae declarant, oratorem mox locuturum esse de dandis responsionibus legatis a Philippo, ut Libanius existimat, quum tamen de hac re non exin loquatur, sed de alia prorsus dissimili, hac voces, inquam, difficultatem integram et spissas aeque tenebras relinquunt. AUGER. Perperam intellexit ἀποκρινάμενοι. De verbis autem ταῦτ' ἤδη λέξω v. Wolfii notam statim sequentem. SCHAEFER.

P. 72. v. 20. ταῦτ' ἤδη λέξω] Responsa haec non sunt inserta huic orationi, sed illorum loco insectatio legatorum. WOLF.

P. 72. v. 21. τοὺς ἐνεγκόντας] Significat legatos Atheniensium prima legatione ad Philippum functos constituendae pacis ergo. REISK.

P. 72. v. 22. τὰς] Abest ab Aug. primo, Aldina Taylori et appendice Francofurtana. REISK.

P. 72. v. 22. ποιήσασθαι] ποιῆσαι Aug. secundus et Bavaricus. REISK.

P. 72. v. 25. εὖ] Abest a Paris. octavo et Aug. secundo, item ab appendice Francofurtana et Harrison. REISK. Omisit Bekker. Quod probans Bremius „Reiskius“ inquit „plus semel sine caussa εὖ praeposuit verbo οἶδα, ut hic, et paullo post p. 73, 11. μνημονεύετ' οἶδ' ὅτι, p. 110. l. 5. πάντων οἶδ' ὅτι φησάντων. Quod tam saepe mutandum erat, persuadere ei oportuisset, mutatione non opus esse. Aliquando tamen eo intelligentiae pervenit, v. c. in Timocr. p. 717. l. 10. οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἄν, ubi, „pro εὖ οἶδ'“, inquit, „*ut saepe noster.*“ Reiskius omnino nimium fastidiosus erat in emphatico verborum usu, iisque pronus addere adverbia. p. 21. l. 10. s. ὅπως τις λέγει κάλλιστα καὶ τάχιστα, οὕτως ἀρέσκει μοι, ubi Reiskius vult, οὕτως ἀρέσκει μοι μάλιστα. At ἀρέσκειν etiam alibi cum emphasi ponitur. p. 48. l. 17. s. ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσατε.“ SCHAEFER.

P. 72. v. 25. ὅτι] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 72. v. 25. εἰ — ᾤεσθε] Est, *si — putassetis.* Aoristus quidem plerumque hac vi plusquamperfecti ponitur. Sin adhibetur imperfectum, res in id tempus revocatur, quo fiebat: quod saepe multum ponderis addit orationi. Quin etiam praesens par-

ticipii huic constructioni cum μὴ inseritur, resolvendum per plusquamperfectum. p. 122. l. 21. s. οὐ γὰρ ἂν αὐτοῖς ἔμελεν, εἴ τις ἐν Πελοποννήσῳ τινὰς ὠνεῖται καὶ διαφθείρει, μὴ τοῦθ' ὑπολαμβάνουσιν. Cautius igitur de imperfecto loquendum erat Rüdigero ad Phil. I. 1. 1. p. 24. [p. 40, 10.] BREMI. Conf. not. ad p. 33, 12. SCHAEFER.

P. 72. v. 27. τότε] Abest a Parisino octavo et Harlei. REISK.

P. 72. v. 27. καὶ πάλιν γ' ἑτέρους καλεῖν] S. δίκαιον ἂν ἦν WOLF.

P. 72. v. 27. γ'] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 72. v. 27. ἑτέρους] socios legationis posterioris, cui Demosthenes ipse interfuit, illuc missae, ut a Philippo iusiurandum de pace servanda exigeret. REISK.

P. 72. v. 27. τίνας] Deest Harris. REISK.

P. 72. v. 28. τοὺς, ὅτ' ἐγὼ] F. τοὺς λέγοντας, ὅτ' ἐγώ. WOLF. Wolf. praecipit scribi τοὺς λέγοντας, ὅτ' ἐγὼ —. Sed hoc λέγοντας, quod ille hic ingerit, paulo post commodiore loco insequitur p. 73, 3. Natum hoc ex eo est, quod Wolf. ista scribens Aldinum librum coram oculis haberet, a quo λέγοντας l. c. abest: quo factum, ut in editione Wolfii quoque illud ibi desideretur. Sed addidit emendator Lessingianus Aldinae suae. Verum admonuit iam Obsopoeus, id ibi e suo codice addendum esse: et adscriptum idem in Weimarano reperi e primo et tertio codice. Habet item appendix Francofurtana. REISK. Vix alibi articulum a nomine suo tanta intercapedine diremtum reperies. SCHAEFER.

P. 72. v. 28. ὅτ' ἐγὼ] ὅτι ἐγώ εἰμι Harris. REISK.

P. 73. v. 3. οὐδὲ Φωκέας, λέγοντας, ὡς ἐγὼ] Pro οὐδὲ Φωκέας, ὡς ἐγὼ etc. legendum videtur οὐδὲ Φωκέας, τοὺς λέγοντας, ὡς ἐγὼ etc. alterius exemplaris testimonio. OBSOP. λέγοντας deest utrique Aldinae. Verum in exemplo meo prioris Aldinae nescio qui sedulus annotator hoc vocabulum adscripserat. Exhibet etiam Harleianus. REISK.

P. 73. v. 3. ὕδωρ πίνων] V. Athenaeus II. 22. T. I. p. 170. Schw. SCHAEFER.

P. 73. v. 5. δύσκολος καὶ δύστροπός] δύσπορος καὶ δύσκολος Aug. secundus. REISK.

P. 73. v. 6. ἅπερ] Vulg. ὅπερ. ἅπερ Aug. primus, secundus, tertius, Bavar., sed hic cum superscripta vulgata, margo Lutetianae, sed auctore tacito, item appendix Francofurtana, Aldina Taylori. Praetuli ἅπερ. REISK. Praetuli cum Reiskio ἅπερ, quam lectionem confirmant codd. L. M. N. R. Dd. AUGER.

P. 73. v. 6. εὔξαισθ'] εὔξασθ' Aug. secundus. εὔξοισθε Harris. REISK

P. 73. v. 6. πράξει] πράξῃ Aug. primus. REISK.

P. 73. v. 6. Θεσπιάς] Est in texto Augustani tertii, sed iunior manus super iota simplex diphthongum ει scripsit. REISK.

P. 73. v. 7. Χεῤῥόννησον] Χερόννησον Aug. primus. In tertio quoque saepe in hoc vocabulo simplex ρ̄ reperi. Χεῤῥόνησον (simplici ν̄) ed. P. Manutii. REISK. Χεῤῥόνησον Bekker. SCHAEFER.

P. 73. v. 8. τοῖς αὑτοῦ τέλεσι] ταῖς ἰδίαις δαπάναις. Cur vero? An ut Hellespontum immittat? an ad distinguendos Macedonum et Atheniensium limites? Περὶ τῆς τοῦ Ἰσθμοῦ διορυγῆς exstat Luciani libellus: et vetus oraculum: Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε, μήτ' ὀρύσσετε· ὁ Ζεύς γ' ἔθηκε νῆσον, εἴ γ' ἐβούλετο. Sed de Chersonesi perfossione vide orationem de Haloneso. WOLF. Anecd. Bekk. p. 308, 7. Τέλη: — τὰ ἀναλώματα. SCHAEFER.

P. 73. v. 8. αὑτοῦ] Vulg. αὐτοῦ. αὑτοῦ cum aspero Aug. tertius. REISK. αὐτοῦ Reiskiana, quod mutavi. Cum leni etiam Auger. αὐτοῦ Bekker. SCHAEFER.

P. 73. v. 8. διορύξει] γρ. κατορύξει Paris. septimus. REISK.

P. 73. v. 10. ταῦτα γὰρ — μεμνῆσθαι] Citant Anecd. Bekk. p. 156, 11. V. not. ad p. 58, 2. SCHAEFER.

P. 73. v. 11. ἐνταυθοῖ] ἐνταῦθα Aug. secundus. REISK. ἐνταυθοῖ etiam Anecd. Bekk. l. c. ἐνταυθὶ Bekker. De motu p. 441, 2. ἄχρι τοῦ βήματος ἐνταυθοῖ παρελθόντα. De quiete haud raro positum occurrit. V. not. ad Longi Pastoral. p. 422. SCHAEF.

P. 73. v. 11. εὖ οἶδ' ὅτι] Interposui εὖ de meo. REISK. Recte omiserunt Auger. et Bekker. V. Bremius ad p. 72, 25. οἶδα ὅτι Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 73. v. 12. ὄντες οὐ δεινοὶ — μεμνῆσθαι] ἐπιλανθάνεσθαι εἰωθότες. WOLF.

P. 73. v. 12. μεμνῆσθαι. καὶ τὸ πάντων αἴσχιστον] Videtur aliquid deesse: cuiusmodi sit commemoratio, quemadmodum Athenienses ista mendacia approbarint. WOLF. Vanam puto esse viri egregii suspicionem. SCHAEFER.

P. 73. v. 12. πάντων] πάντα Aug. secundus. Forte fuit in aliquibus libris πανταίσχιστον uno vocabulo. REISK.

P. 73. v. 13. καὶ τοῖς ἐγγόνοις πρὸς τὰς ἐλπίδας] etiam posteros, ad quos pertinet eius spei, quam vos habetis, haereditas, isto foedere obstrinxistis. Amplificatio dedecoris a longitudine temporis. WOLF.

P. 73. v. 13. ἐγγόνοις] Malo ἐκγόνοις, quam ἐγγόνοις: quae scripturae depravatio nata videtur e pronuntiatione literae κ pro γ. WOLF. ἐκγόνοις Paris. septimus et octavus, Aug. primus. REISK. ἐκγόνοις Auger. et Bekker. SCHAEFER.

P. 73. v. 13. πρὸς τὰς ἐλπίδας] Accipio pro πρὸς τὸ χρηστὰς εἶναι τὰς ἐλπίδας. ad bene sperandum, ut posteris quoque bonae

spei nonnihil superesset. Quamquam utique planius foret, si sic dedisset. Ironica est dictio. REISK. Hoc intelligo, quasi legeretur *ἐπὶ ταῖς ἐλπίσι, vana spe, vanis promissis decepti.* AUGER. Vide ne *πρὸς τὰς ἐλπίδας* transferendum sit post *οὕτω τελέως*. p. 59, 17. *τοιαύτας ἐλπίδας καὶ φενακισμοὺς, οἷς ὑπαχθέντες κ. τ. λ.* SCHAEFER.

P. 73. v. 15. *εἶναι ταύτην*] *ταύτην εἶναι* Harlei. Ab Harris. *ταύτην* abest. REISK.

P. 73. v. 15. *προσεψηφίσασθε*] *προεψηφίσασθε* Bavar. *ἐψηφίσασθε* simplex Aug. primus. REISK.

P. 73. v. 15. *δὴ*] *δὲ* dederat prima manus in Aug. tertio, sed corrector *δή*. REISK.

P. 73. v. 16. *φημὶ δεῖν*] *δεῖν φημὶ* Harlei. REISK.[1]

P. 73. v. 18. *οὐχ ἵν' εἰς λοιδορίαν κ. τ. λ.*] non tam ut passim dicatur in triviis: Quam acriter insectatus est nos Demosthenes? Quam est maledicus conviciator? quam ut, ubi quae voluero dixero, ea quae nolo audiam. Nam Aeschines vicissim pro concione Demosthenem insectatus fortassis esset. WOLF.

P. 73. v. 18. *ἵν'*] Vulg. *ἵνα*, quod Augerus revocavit. SCHAEFER.

P. 73. v. 18. *ἐμαυτῷ μὲν ἐξ ἴσου λόγον παρ' ὑμῖν ποιήσω*] Quid haec verba significare possint aliud, meditans haud reperio, quam hoc: nullum aliud inde referam emolumentum, quam ut mihi liceat vobiscum in concione libere agere; in quo nihil amplum atque splendidum adeptus fuero; licet enim hoc civi cuique Atheniensi perinde facere: non meliore loco sic ero, quam infimus quisque vestrorum civium. REISK. *non ut faciam, ut ex aequo* (i. e. vicissim) *contra me apud vos dicatur.* AUGER. Malim sic: *non ut cum conviciatoribus congressus mihi quidem eandem apud vos audientiam faciam*, quam, qua estis levitate, adversariis meis praebetis. SCHAEFER.

P. 73. v. 19. *ἐξ ἀρχῆς παράσχω*] Vulg. *ἐξαρχῆς κενὴν παράσχω.* ad haec Wolfius: „*inanem.* Alii *καινὴν*, *novam*, rectius, quam *καὶ νῦν.*" *ἐξαρχῆς καινὴν παράσχω* Auger. *ἐξ ἀρχῆς καὶ νῦν παράσχω* Bekker. omittens *καινὴν* post *πρόφασιν*. SCHAEFER.

P. 73. v. 20. *καινὴν*] Sic Paris. octavus. *καὶ νῦν* Paris. secundus et quintus: et sic quoque Bavaricus in texto, sed super *αι* erat *ε*, et super *ῦ* erat *η* exaratum. Idem est in Augustano primo, in quo verba sic sunt structa: *ἐξαρχῆς καὶ νῦν παράσχω πρόφασιν τοῦ πάλιν.* Eadem est lectio et idem positus verborum in ed. P. Manutii: sed index Manutianae dat *καινὴν*. In Aldino est *ἐξαρχῆς κενὴν παράσχω.* Saepissime a librariis *κενὸς* et *καινὸς* permutantur. Lectionem Aldinam reperi in Aug. secundo. Wolf. lectionem *καινὴν*, quam etiam in Weimarano reperi annotatam, praefert lectioni *καὶ νῦν*. In Augustani tertii texto est vulgata,

sed corrector superscripsit *γρ. καὶ νῦν*, quod idem appendix quoque Francofurtana dat et Ald. Lessing. Praetuli *καινὴν*. REISK.

P. 73. v. 20. *γὲ*] Abest ab Aug. primo et tertio, item Bavarico et appendice Francofurtana, in qua verba sic sunt structa: *τοῦ πάλιν λαβεῖν τι παρὰ Φιλίππου*. REISK. Particulam omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 73. v. 21. *ἵνα τηνάλλως*] *ἵνα τηνάλως* Aug. tertius uno *λ*, et sic alibi quoque idem. *ἵν' ὡς ἄλλως* Bavaricus et Aug. secundus. REISK. Hoc *ὡς ἄλλως* satis notabile videtur. SCHAEFER.

P. 73. v. 21. *οἴομαί*] Vulg. *οἶμαι*. *οἴομαι* Aug. secundus. REISK. *οἶμαι* Auger. SCHAEFER.

P. 73. v. 22. *πράττει*] Ita et Harl. *πράττειν* edit. Wolfii. REISK.

P. 73. v. 22. *ἢ τὰ νυνί*] S. *πεπαῤῥησιασμένα*, quam ea, quae nunc a me sunt dicta liberius. *τὰ νῦν γιγνόμενα*, vel *τὰ νῦν ἀντὶ τοῦ νῦν*. aliquando ista vobis molestiora futura sunt, quam nunc sunt. WOLF.

P. 73. v. 22. *τὸ γὰρ πράγμα ὁρῶ προβαῖνον*] Vulg. *τὰ γὰρ πράγματα ὁρῶ προβαίνοντα*. *τὸ γὰρ πρᾶγμα ὁρῶ προβαῖνον* Paris. quintus, septimus, octavus, Harris. Harlei. Aug. primus, Aldina Taylori, appendix Francofurtana, in qua est *τὸ πρᾶγμα γὰρ ὁρῶ προβαῖνον*. Praetuli *τὸ γὰρ πρᾶγμα ὁρῶ προβαῖνον*. nam video, rem gliscere, serpere, increbrescere: studium puta nostratium erga Philippum et contentionem largitiones eius merendi patriaeque fortunas ei vendendi. REISK. *τὰ γὰρ πράγματα ὁρῶ προβαίνοντα* Auger. *τὸ πρᾶγμα* s. *τὰ πράγματα* intelligam de Philippi machinationibus. SCHAEFER.

P. 73. v. 25. *φοβοῦμαι δὲ*] *βούλομαι δὲ* Bavar., sed eius margo vulgatam dat cum *γρ. φοβοῦμαι δὲ ἤδη, μὴ* Harrison. REISK.

P. 73. v. 26. *γίγνηται*] *γένηται* appendix Francofurtana et Aldina Taylori. REISK.

P. 73. v. 27. *αὐτοὶ*] *αὐτὸν* Harlei. REISK.

P. 73. v. 27. *πάντες*] Vulg. *πάντα*. *πάντες* Paris. septimus, Bavaricus, Aldina Taylori. Praetuli *πάντες*. sed omnes cernatis, hanc fabam in vos cudi. REISK. *πάντα* Auger. SCHAEFER.

P. 74. v. 1. *δὲ*] *δὴ* Aug. primus, secundus, tertius, item Bavar. et Aldina Taylori. REISK. *δὴ* Bekker. quomodo scribendum vel tacentibus libris. Causa haec est, cur Orator illos homines velit vocari. *Iam metuo*. non: *Metuo autem*. SCHAEFER.

P. 74. v. 1. *πρέσβεων*] Pro *πρέσβεων* in antiquo *αἰτίων* legitur. OBSOP. Pro *αἰτίων* rectius legitur *πρέσβεων*. WOLF. *αἰτίων* Paris. secundus, quintus, octavus, Aug. primus et margo tertii a correctore, item liber Obsopoei et Weimaranus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori, Harris. et Harlei. editio P. Ma-

nutii. REISK. Codd. L. N. R. dant *αἰτίων*, quod M. habet inter lineas. AUGER. *αἰτίων* genuinum, *πρέσβεων* a glossatore profectum puto. Conf. v. 5. SCHAEFER.

P. 74. v. 2. *αὐτοῖς*] *αὐτοὶ* Paris. quintus. REISK.

P. 74. v. 3. *ἀπολωλότων*] Pro *ἀπολωλότων* erat *ἀπολωλοκότων*, non multo sane discrimine. OBSOP. Obsopoeus in suo libro fuisse testatur *ἀπολωλοκότων*. Sed aut manus eius lapsa est, aut operae Basileenses errarunt. Videtur in illo libro fuisse *ἀπολωλεκότων*. REISK.

P. 74. v. 3. *ὑμῶν*] *ἡμῶν* Paris. secundus. REISK.

P. 74. v. 5. *τοὺς*] *τοῦτο* appendix Francofurt. ex Aldina. Sed ibi emendator Lessingianus *τοὺς* correxit. REISK.

P. 74. v. 5. *αἰτίους*] Pro *αἰτίους* erat *πολλούς*. OBSOP. *πολλοὺς* Paris. septimus et octavus, Harl. Harris. Aug. primus, cuius lectionem Fabricius h. l. perperam exhibuit. Est utique in hoc codice *ἐνίους*, non huius loco *πολλοὺς*, sed hoc ibi est loco vocabuli *αἰτίους*. Textum Bavarici et Aug. tertii cum vulgata consentit, sed margo utriusque dat alteram lectionem. Utramque lectionem dat appendix Francofurtana. REISK.

P. 74. v. 6. *εἰς τοὺς ὑπὸ χεῖρα*] Hic locus facit, ut retinendam censeam in prima Olynthiaca vocem *ὑστάτους: ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας*: ut significet, eos proxime dicta duntaxat meminisse, sicut vulgus nostrum, cum redit e concionibus. Sic in Epistolis queritur, se ideo condemnatum esse, quod primus causam dixerit, impetu iracundiae iudicum in se effuso, in caeteris languefacto et restincto. WOLF.

P. 74. v. 6. *μάλιστα*] Omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 74. v. 7. *μέλλει*] Pro *μέλλοι* lege *μέλλει*. OBSOP. *μέλλοι* Ald. quod corrigit Obsopoeus ad modum vulgatae. Nescio, cur *μέλλει* proponatur in appendice Francofurtana, cum idem sit in editione Wolfii. REISK.

P. 74. v. 7. *κατακούομεν*] F. *ἀκούομεν*. SCHAEFER.

P. 74. v. 7. *ἀλλήλων*] *ἄλλων* appendix Francofurtana. REISK. Recte, ut opinor. SCHAEFER.

P. 74. v. 8. *ἐπαναμνῆσαι*] *ἐπαναμιμνῆσαι* Aug. secundus. REISK.

P. 74. v. 10. *βούλομαι — προέσθαι*] Post haec verba Bekkerus recte interpunxit signo commatis: neque enim haec interrogatio recta est. Sic etiam Augerus intellexit post *προέσθαι* coli signum ponens. SCHAEFER.

P. 74. v. 10. *τίς ὁ Φωκέας — προέσθαι*] Pro *τίς ὁ Φωκέας καὶ Πύλας πείσας ὑμᾶς προέσθαι* in antiquo meliori et rectiori structura et ordine *τίς ὁ Φωκέας πείσας ὑμᾶς καὶ Πύλας προέσθαι* scriptum legitur, caeteris consentientibus. OBSOP. *τίς ὁ Φωκέας πείσας καὶ Πύλας προέσθαι* (sine *ὑμᾶς*) Aug. primus. Ita et fere

Harlei. nisi quod praeter ὑμᾶς etiam καὶ deest. Pro πείσας est in Bavarico σώσας, sed primae syllabae πει est superscriptum. Ab Augustano secundo item abest ὑμᾶς, ab appendice Francofurtana πείσας. REISK. τίς ὁ Φωκέας πείσας ὑμᾶς καὶ Πύλας προέσθαι Auger. et Bekker. SCHAEFER.

P. 74. v. 11. τῆς εἰς Πελοπόννησον] τῆς Πελοποννήσου appendix Francofurtana et Harris. REISK.

P. 74. v. 12. πεποίηχ'] πεποίηκεν Auger. SCHAEFER.

P. 74. v. 12. μηκέτι] Vulg. μήτε. μηκέτι Paris. secundus et quintus, Aug. primus, Aldina Tayl. Harris. Harlei. appendix Francofurtana bis, semel sub p. 68. tum sub p. 70. Sed in illa appendice ponitur altero loco, altero omittitur Ἑλληνικῶν. Quod tamen non ideo videtur in isto codice fuisse, unde lectiones in ista appendice afferuntur. Praetuli μηκέτι. REISK.

P. 74. v. 13. τῶν δικαίων] Fortasse τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων. non de iure Graecorum tuendo et exteris ditionibus defendendis. WOLF. Wolf. mavult τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων. Et sic dat eius quoque editio. Sed abest quoque ab Harris. et Harlei. Ἑλληνικῶν. REISK. Ἑλληνικῶν adscivit Augerus: videturque vix posse abesse. Intelligendae autem res ad hegemoniam Graecorum pertinentes. SCHAEFER.

P. 74. v. 13. μήθ'] μηδ' Bekker. SCHAEFER.

P. 74. v. 14. ἐν] Abest a texto Bavarici, sed est in margine. REISK.

P. 74. v. 16. τόθ'] Omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 74. v. 16. ἦν νῦν τῇ πόλει] Vulg. ἦν τῇ πόλει. ἦν τότε τῇ πόλει Paris. Vereor, ne lectio haec parum diligenter parumque fideliter sit relata. Sine dubio ibi fuit, non τότε, sed νῦν, quod de meo addidi. REISK. Addidi νῦν, quod abest a vulg. et habet cod. K. Cod. N. legit οὐδὲν ἂν τότε τῇ πόλει. AUGER. νῦν omisit Bekker. Malim servatum. Eliserunt litterae antecedentes. SCHAEF.

P. 74. v. 17. ναυσὶ — κρατήσας] Athenienses in mari fuerunt exercitatiores et melius instructi. WOLF.

P. 74. v. 18. στόλῳ] Abest ab Aug. tertio. REISK.

P. 74. v. 21. εἶχεν] Sic etiam est in Bavarico, sed recentior manus correxit ἦχεν. REISK.

P. 74. v. 22. τότε] Abest a Parisino octavo, Harris. Harl. Aug. primo et tertio. Eius loco exhibet Aug. secundus ποτε. REISK.

P. 74. v. 22. τότε] Vulg. τότε πρότερον. πρότερον abest ab Aug. secundo et Bavar. Aldina Taylori dat θάτερον ἢ τότε ἢ τὸ πρότερον. Expunxi πρότερον, quod aut e scholio vocabuli τότε natum est, aut e gemina lectione superfuit, aliis libris τότε, aliis πρότερον dantibus. REISK.

P. 74. v. 23. ἐξετασθείη] Optativus, non coniunctivus, quem exspectes, positus est propter nexum huius membri cum formula optandi μὴ γένοιτο. Ea enim vis est talium formularum, ut in membris secum copulatis indicativum aut coniunctivum haud raro cedere cogant optativo. Huiusmodi constructiones, ut librarios hic illic fefellerunt, ita viros doctos passim implicuerunt erroribus, fuitque cum ego etiam ad talia offenderem. Homerus Odyss. I. 47. ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι. quod non erat cur attrectarem Melet. Crit. p. 123. Aristophanes Vesp. 1431. ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. ubi Brunckius ἂν male infersit. Euripides Med. 598. s. Pors. μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος, μηδ' ὄλβος, ὅστις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα. ubi perperam κνίζει Stobaei ed. princ. pluresque codices. Nec tamen ubivis talibus in constructionibus locus est optativo. Velut in eadem Euripidis fabula 657. optime habet: ἀχάριστος ὄλοιθ', ὅτῳ πάρεστι —: hic enim Chorus loquitur definite, quippe Iasonem cogitans. Nonnihil ambigo de loco Oratoris p. 130, 20. ὅ τι δ' ὑμῖν δόξειε, τοῦτ', ὦ πάντες θεοὶ, συνενέγκοι. ubi pro vulg. δόξειε Bekkerus dedit δόξει: sine dubio e libris. Neque addubitarem, omnes si libri futurum tuerentur. Ceterum cum nostro loco compara Aeschyli Eumen. 293. s. Schütz. ἔλθοι, — ὅπως γένοιτο τῶνδ' ἐμοὶ [l. τῶνδέ μοι] λυτήριος. Blomfieldius ad Sept. c. Theb. 20.: „*ut sit:* syntaxis postulat γένηται." Fallitur. Sophoclis Philoct. 324. s. Br. θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαί ποτε, ἵν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν —. Idem vir doctissimus in Addend. ad l. c.: „vide an legendum γνῶσιν." Recte habere optativum, fortasse nunc ipse fatebitur. SCHAEFER.

P. 74. v. 23. μάλισθ'] H. v. malim pone ἀκριβῶς poni, ut sit: ὡς δ' ἂν ἐξετασθείη ἀκριβῶς, ut autem ad vivum resecetur et persentiscatur penitius, μάλιστα μὴ γένοιτο, ὦ θεοὶ, o dii, ante alia omnia nolite committere, vel, id vero omnium minime fiat. REISK.

P. 74. v. 25. οὐδένα] οὐδὲ Aug. tertius, sed nova manus vulgatam superscripsit. REISK.

P. 74. v. 27. καὶ τῆς ζημίας] μετὰ τῆς ζημίας τῶν ἁπάντων. WOLF. Malim τῆς πάντων ζημίας. REISK. Sed πάντων, quod praecessit, duobus substantivis potest sufficere. AUGER.

Clausula haec in Bavarico legitur: κατὰ Φιλίππου β. HH|Δ|ΔΔΔΔ. (290.) REISK.

BENIAM. GOTTHOLD WEISKII DISSERTATIO SUPER ORATIONE DE HALONESO †).

Sicut aliqua vel ei medico habetur gratia, qui morbum le- 3*
viorem iusta medela persanarit; magna vero et insignis ei, qui aut praeclaram corporis partem, quam alii scindere atque urere cupiunt, aut vitam hominis a ceteris desperatam potuerit conservare: ita profecto in his, quibus nos delectamur, studiis nonnulla quidem et eius erit laus, qui particulam scriptoris antiqui, naevo laborantem, commode curarit; maior autem et praestantior eius, qui opus aliquod universum, ab egregii auctoris arte profectum, a criticorum levitate vexatum et condemnatum, salvum praestiterit. Quo studio vel impugnandi veterum opera vel tuendi nostrum maxime inflammatum videtur tempus. Namque ut in hoc totius orbis terrarum conflictu non urbium quarundam civitatumque exiguarum, sed imperiorum salus maximorum agitur, quum, quae hodie florent, deiiciantur, quae dudum perierunt, maiora exsurgant, ita philologis nostris cupido videtur invasisse, iam non de rebus exiguis, sed de maximis, non de vi ac sensu verborum quorundam, sed de scriptorum optimorum, librorumque laudatissimorum auctoritate, nomine, salute inter se digladiandi.

Sed quemadmodum nuper Ciceronis, sic dudum Demosthenis aliquae orationes in dubium sunt vocatae, ita ut inter viros doctos non constaret, hicne an alius earum sit auctor. Quamobrem cum Demosthenem et eum, sine quo ille intelligi non potest,
Aeschinem delegerim, in quibus prae ceteris opera mea versare- 4
tur, illinc huiusce quoque libelli argumentum petere decrevi. Neque enim mirari satis possum, videns, illos oratorum veterum duumviros nunc fere ab omnibus negligi, orationes autem Ciceronis, qui ad illorum se exemplum conformavit, dominari in scholis et in manibus omnium versari. Quare si adolescentes, id quod saepe animadverti, oratorem Romanum summis studiis amplectuntur, propterea quod in hoc genere oratorio iuve-

†) Prodiit Lubbenae 1808. inscripta hoc titulo: *Orationem de Haloneso Demostheni, cui vulgo abiudicatur, vindicat, adiectis sub finem observationibus maximam partem criticis.* Conf. quae notata sunt p. 130. s.

* Numeri marginibus adscripti indicant paginas editionis Lubbenensis.

niles animi vel orationis vi trahuntur, vel varietate rerum delectantur, vel argumentorum gravitate aluntur: quî illud minus futurum est in Demosthene atque Aeschine? Nam nihil denique his deesse video, nisi aliquem, qui nonnullas eorum orationes, lectu prae ceteris iucundas et utiles, in unum redigat corpus, et argumentorum descriptione, tabella historica, brevi annotatione illustratas adolescentium usui commendet ac tradat. Quam laudem tanto fore intelligo maiorem, quo pluribus et gravioribus rem implicari video impedimentis.

At ego nunc quidem de oratione ea, quae *de Haloneso* inscribitur, disputare quaedam decrevi, eamque orationem Demostheni, cui a compluribus abiudicatur, pro parte virili vindicare. Cuius controversiae ut ratio et, qui dicitur, status causae appareat, pauca sunt praefanda.

Philippus, Macedoniae rex, Olymp. CIX an. 2, archonte Pythodoto, ante Christ. nat. an. 343, legatos Athenas miserat epistolam ferentes, in qua primum de Haloneso insula loquitur, eamque profitetur se Atheniensibus *redditurum* quidem, si postulent, non esse, sed *daturum*, si orent; expulsis enim a se latronibus, qui Atheniensibus eam eripuissent, suam esse factam. Deinde alia quaedam scribit, de quibus tum cum Atheniensibus
5 contendebat: de iudiciis mercatorum constituendis; de mari contra piratas tuendo; de primaria pacis conditione mutanda; de captivis reddendis; de Amphipoli denique et Cardia, quas urbes suas esse Athenienses, negante Philippo, affirmabant. Quarum rerum rationem nunc persequi nolo: ad nostram enim causam non magnopere pertinent; sed tamen nonnulla horum deinde, occasione oblata, explicabuntur. — Legati autem illi, qui has litteras ferebant, simul alia quaedam, nobis ignota, Philippi nomine nunciabant. Quare oratores Atheniensium et ad litteras illas et ad legatorum sermonem, priusquam decretum populi fieret, orationibus pro concione habitis responderunt.

Iam *primum* non potest dubium esse, *Demosthenem tum publice habuisse orationem huiusce fere, cuius haec de Haloneso est, argumenti.* — Nam Demosthenes et nusquam non acerrime contra Philippum, illo quidem tempore, concionabatur, et his ipsis de rebus, quae ista epistola atque hac, quam legimus, oratione continentur, aliis quoque in orationibus saepe eum incusat; ut de capta Amphipoli et Potidaea, de Cardianis in tutelam a Philippo receptis, de turpi Philocratis pace auro Macedonico emta, de captivis non redditis: quarum querelarum plenae sunt Demosthenis orationes. Denique, id quod familiam ducit, ab Aeschine aliisque scriptoribus antiquis diserte traditur, Demosthenem maxime fuisse, qui non dandam, sed reddendam a Philippo flagitaret Halonesum [1]).

---

[1]) v. Orat. de Hal. p. 77, l. 6 (ed. Reisk.). cf. Aeschinis Orat. in

Deinde ne illud quidem in controversiam venit, *haec*, 6
quam nos legimus, de Haloneso oratio fueritne tum habita nec ne. — Nemo enim id unquam dubitavit neque recentiorum neque veterum. Immo rhetores et grammatici veteres, ut deinde ostendam, saepe hanc orationem ut genuinam commemorant. Nec vero in ea quidquam est, quod aut a sermonis Attici, qui tum erat, elegantia, aut ab historiae veritate abhorreat. Immo ipsa illa orationis simplicitas, quam nonnulli Demosthene indignam ausi sunt dicere, atque haec ab alia re ad aliam transeundi celeritas ostendit habitam esse in re praesenti orationem, non vani rhetoris esse declamationem multo post excogitatam. Huc accedit, id quod miror non animadvertisse interpretes, mancum quodammodo et imperfectum esse opus. Praefatur enim orator (p. 77, 6), se primum ad epistolam Philippi, deinde ad ea, quae legati dixerint, responsurum esse. Iam de epistola per totam loquitur orationem, legatos oblivisci- 7
tur [2]). At hoc quidem declamatori accidere certe non potuit; Demostheni cur potuerit, paulo post videbimus.

Quare quum et haec, quam legimus, oratio illa occasione fuerit composita, et similem Demosthenes necessario habuerit, restat ut probemus, *hanc, quae exstet, esse illam Demosthenis orationem.*

Ctesiph. p. 475: *Ἁλόνησον ἐδίδου (ὁ Φίλιππος)· ὁ δὲ (Δημοσθένης) ἀπηγόρευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσιν.* Athenaeus Tom. II. p. 359 (ed. Schweigh.): *ἡμεῖς, ὦ Τιμόκρατες, ἀποδίδομέν σοι τὰ τῶν δειπνοσοφιστῶν λείψανα καὶ οὐ δίδομεν, ὡς ὁ Κωθωκίδης φησὶ ῥήτωρ Δημοσθένην χλευάζων, ὃς Φιλίππου Ἀθηναίοις Ἁλόνησον διδόντος συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσιν, ὅπερ Ἀντιφάνης ἐν Νεοττίδι παιδιὰν θέμενος ἐρεσχελεῖ τόνδε τὸν τρόπον·*

ὁ δεσπότης δὲ πάντα τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς
ἀπέλαβεν ὥσπερ ἔλαβεν· ἠγάπησεν ἂν
τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης.

Deinde aliorum verba comicorum laudat, Alexis, Anaxilae, Timoclis eadem de re Demosthenem irridentium. Illum autem Antiphanis locum et Plutarchus, in vita Demosthenis, commemorat, ita pergens: *πρὸς τὸν ὑπὲρ Ἁλονήσου λόγον ὁ Ἀντιφάνης τουτὶ πέπαιχεν, ἣν Ἀθηναίοις Δημοσθένης συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, ἀλλ᾽ ἀπολαμβάνειν παρὰ Φιλίππου.*

Hinc patet Philippum, in epistola ad Athenienses Olymp. CIX, 3 data, Demosthenem maxime significare, quum dicit (v. Demosth. ed. Reisk. p. 162, l. 16): *διδόντος (ἐμοῦ) τὴν νῆσον, οἱ ῥήτορες λαμβάνειν μὲν οὐκ εἴων, ἀπολαβεῖν δὲ συνεβούλευον.*

2) Namque orator locum *de Cardianis*, qui orationis ultimus est, his incipit verbis p. 86, 10: *περὶ δὲ Χερσονήσου ἃ ἐπιστέλλει πρὸς ἡμᾶς* etc. i. e. *quae in epistola scribit.* Hac enim significatione iam p. 77, 4 *ἃ Φίλιππος ἐπέσταλκε*, opposita erant illis, *ἃ οἱ πρέσβεις λέγουσι.* Unde patet ad finem orationis usque verba fieri de epistola illa, non de legatorum dictis.

Opponuntur mihi primum *auctoritates* virorum quorundam doctorum vel veterum vel recentiorum; deinde argumenta nonnulla, quae dicuntur, interna. — Et hominum quidem istorum, qui mihi adversari videntur, duo esse animadverto genera. Namque aut *aperte profitentur, hanc orationem sibi non videri Demosthenis, sed Hegesippi vel alius cuiusdam,* aut *ab aliis de auctore dubitari dicunt, suum iudicium cohibent.*

E priori genere pauci sunt, et commemoratu vere dignus nonnisi unus, *Libanius.* Is enim *periisse videri* dicit *Demosthenis de Haloneso orationem; hanc quidem non Demosthenis, sed Hegesippi se censere;* neque id dicit modo, sed comprobare studet argumentis, de quibus deinde videbimus [3]). Idem tamen Libanius fatetur, se ea in re *criticorum antiquiorum* sententiam
8 sequi; ceterum, qui isti fuerint, Callimachusne aliquis, an Zosimus, an Zeno, et qui alii feruntur de Demosthene olim esse commentati, id vero non dicit. Quam facile igitur fieri potuit, ut alicui veterum istorum aliquando aliquid de dubio nostrae orationis auctore excideret, ceteri autem, ut fit, vel verba eius repeterent vel iudicium quoque suum illius auctoritate falli paterentur! Hoc igitur et Libanio potuit accidere, si praeoccupata mentis opinione ad iudicium de hac oratione ferendum accederet. — At reliqui e veteribus duo, qui eam Demostheni abiudicant, *Suidas* et *Etymologici Magni auctor*, nec rationes addunt, nec suum iudicium, sed aliorum verba sequuntur [4]). Idem et iis accidit, qui recentiori tempore opinionem illam sunt amplexi, sive cum dubitatione aliqua, ut *Hier. Wolfius* et *Valesius*, sive confidenter atque audacter, ut *Faber:* quorum nemo quidquam attulit, quo sententiam suam comprobaret [5]).

Alii complurus controversiam hanc commemorant, ipsi nihil affirmant. Ita inter veteres *Harpocration* [6]), qui tamen

---

3) Libanius, argument. or. de Hal. (Demosth. ed. R. p. 75 sq.): *ὁ δὲ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους εἶναι* etc. et paulo post: *ὑπώπτευσαν δὲ καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὸν λόγον ὡς οὐ τοῦ ῥήτορος, καὶ πεφωράκασί γέ τινες ὄντα Ἡγησίππου* etc. v. infra not. 19, not. 21 et not. 29.

4) Suidas: *Ἡγήσιππος. οὗτος ἐστιν ο Κρώβυλος ἐπικαλούμενος, οὗ δοκεῖ εἶναι ὁ ζ' Φιλιππικὸς, Δημοσθένει ἐπιγραφόμενος.* — *Etymologicum Magn.* sub verbo *Ἡγήσιππος* eadem habet. Utrique, uno verbulo neglecto, *Harpocrationem* exscripserunt, de quo vid. not. 6.

5) Hier. Wolfius ad Or. de Hal. p. 84, l. 10 (ed. R.): „*ἅ τε ἐπιστέλλει.* F. *ἄγε*, nisi forte sit Hegesippi idiotismus inculcare *τὸ τέ*"! — Valesius ad Harpocrat. sub v. *ἔμμηνοι δίκαι*: „Demosthenes, seu potius Hegesippus, *ἐν τῷ περὶ Ἁλονήσου*". — Faber ad Longin. p. 202 (ed. Toll.): „praestat uno verbo dixisse, orationem illam Demosthenis non esse; Hegesippi est. Id vidit ante me Wolfius, ego alias probabo." At non probavit.

6) Harpocration: *Ἡγήσιππος. οὗτός ἐστιν* etc., ut apud Suidam, nisi quod Harpocr. dicit: *οὐ δοκεῖ τισιν εἶναι* etc. —

alias hanc orationem simpliciter Demosthenis nomine laudat [7]); 9
deinde *Photius*, qui, tametsi in neutram partem quidquam se dicit audere statuere, tamen multis verbis docet, hanc orationem, si vel maxime a ceteris Demosthenicis paululum discrepet, nihilo minus a Demosthene posse esse profectam [8]).

Et eiusmodi quidem lexicographus aut grammaticus si nihil de suo addit, nihil pro certo affirmat, minus equidem miror. 10
At viri recentiorum temporum *κριτικώτατοι*, et nostro in oratore versatissimi, si, de hac re quum loquuntur, suum iudicium reticent, qui aliud videntur, nisi auctoritatem Libanii aut nescio cuius metuere, ceterum, si quis Demostheni suum vindicet, non obstare? Ita *Meursius*, *Kusterus*, *Gesnerus*, *Ruhnkenius*, *Morus*, *Taylorus*, *Reiskius* certatim dicunt: „*controversa res est*" vel „*dicitur Hegesippi*"; nihil amplius [9]).

His auctoritatibus, quae causae meae aut plane non adversantur, aut non graviter videntur adversari, alias opponam co-

---

Idem sub v. *Ἀλέξανδρος: οὗ Δημοσθ. μνημονεύει ἐν ζ' Φιλιππικῶν* (p. 84, l. 25), *εἰ γνήσιος ὁ λόγος*, —. et sub v. *Ἐλάτεια: τοῦ δὲ ῥήτορος πάλιν ἐν ἑβδόμῳ Φιλιππικῶν* (ibid. l. 23), *εἰ γνήσιος*.

7) Harpocrat. v. *Βούχετα: Δημοσθένης ἐν Φιλιππικῶν ἑβδόμῳ* (p. 84, 23) — v. *Πανδοσία: Δημοσθένης Φιλιππικοῖς* (ibid. l. 22) — v. *Σύμβολα: πολλάκις ἐν τῷ ζ' Φιλιππικῶν Δημοσθένης*. (p. 78, 25; p. 79, 3 etc.)

8) Photius in Biblioth. pag. 1465 ed. Hoeschel.: *τινὲς μὲν οὖν τὸν περὶ Ἁλονήσου λόγον, ὃς καὶ κατὰ Φιλίππου ἐπιγράφεται δεύτερος·* (lege *ἕβδομος*; facile enim notae *II* et *IIII* potuerunt confundi) *καὶ γὰρ πρὸς τὴν ἐπιστολὴν ὁ ῥήτωρ ἀνταγωνίζεται τοῦ* (lege *τὴν*) *Φιλίππου· τοῦτον οὔ φασιν εἶναι γνήσιον Δημοσθένους, καὶ τεκμηριοῦσθαι τὴν δόξαν αὐτῶν ἐπιχειροῦσι τοῖς ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασι καὶ τῇ τῆς συνθέσεως ἁρμονίᾳ· πολὺ γὰρ ταῦτα λείπεσθαι τοῦ Δημοσθενικοῦ τύπου· ἀνειμένην τε γὰρ ταύτην εἶναι καὶ λελυμένην καὶ τῆς τοῦ ῥήτορος περὶ ταῦτα δυνάμεως ἐλαττουμένην τὴν φράσιν.* (Libanium igitur ante oculos habuit, cuius ipsa verba refert. v. not. 21.) *καὶ οἵ γε αὐτὸν ἀφαιρούμενοι τοῦ Δημοσθένους εἰς Ἡγήσιππον ἀναφέρουσι. ἐγὼ δὲ εἰδὼς πολλάκις καὶ λόγους διαφόρων γεννητόρων πολλὴν ἔχοντας τὴν ὁμοιότητα καὶ διάφορον ἐργασίαν λόγων τὸν αὐτὸν ἐγνωκότων γεννήτορα· οὐ γὰρ ἀεὶ καθέστηκεν ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ πάντα, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτως οὐδὲ κατὰ τούτους* (adde *τοὺς*) *λόγους ἡ ἀνθρωπίνη δύναμις, ἄλλως τε δὲ οὐδ' ἐν τοῖς καιριωτάτοις* (lege *κυριωτ.*) *τῶν ἰδιωμάτων τοῦ ῥήτορος· ἀλλὰ καὶ ταύτην ὁρῶν ἐπ' ὀλίγον τὴν διαφορὰν, οὐκ ἔχω θαῤῥεῖν ἀποφήνασθαι, εἴτε Ἡγησίππου πόνος ὁ περὶ Ἁλονήσου λόγος, εἴτε τῆς Δημοσθενικῆς ἐλάττωμα καθέστηκε φύσεως.*

9) Meursius Lectt. Att. III, 6 — Kusterus ad Suidam sub v. *Ἡγήσιππος* — Gesnerus ad Quintilianum III, 8, 5 — Ruhnkenius Hist. Crit. oratorum graecorum (ap. Reiskium Vol. VIII. p. 156) — Morus ad Longinum p. 210 — Reiskius in indice Demosth., sub verbis: Halonesus, Hegesippus, Callippus, Pax. — Taedet eorum verba describere, qui nihil novi afferunt.

rum, *qui* aut *diserte Demostheni hanc orationem tribuunt*, aut *occasione data Demosthenicam appellant*.

Primo loco *Dionysium Halicarnasseum* nomino, qui quamquam fatetur hanc orationem e subtili genere esse ac tenui, Lysiacumque ingenium referre, tamen neque illo loco, ubi plerasque orationes enumerat Demostheni perperam adscriptas, nostram commemorat [10]), et clarissimis verbis dicit, Demosthenem hanc orationem, his, quae et nunc leguntur, incipientem verbis, Py-
11thodoto archonte, contra Philippi legatos habuisse [11]). Quod testimonium viri gravissimi nostroque in oratore versatissimi vel solum sufficit ad nostram opinionem fulciendam.

Sed qui passim orationem nostram addito Demosthenis nomine commemorant, (plerumque enim auctoris nomen, immo et orationis, omittitur [12]), ut fiebat in claris veterum operibus) illi sane magis ea re voluerunt declarare, quam intelligi iubeant orationem, quam a quo putent eam auctore profectam. Sed tamen et hic alia est aliorum ratio. Nam si homines docti ac subtiles et in scribendo cauti maximeque in oratoribus antiquis triti, si *Quintilianus*, inquam, si *Aristides*, si *Harpocration*, hanc Demosthenis vocant orationem, non temere, sed consulto
12ita vocare videntur [13]). Ceteri autem si idem faciunt, ut *Eustathius*, ut *Thomas Magister*, hoc certe ostendunt, vulgo eam illius nomine tum temporis venisse, nec se omnino contra statuere: alioquin suppressuri nomen fuissent [14]).

---

10) Dionysius *περὶ τ. Δημοσθ. δεινότητος* ed. Sylburg. p. 197: *εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι, ἀηδεῖς καὶ φορτικαὶ καὶ ἄγροικοι κατασκευαὶ, ὡς ἐν τῇ κατ᾽ Ἀριστογείτονος β′* etc.

11) Dionysius ad Ammaeum p. 123: *μετὰ Λυκίσκον ἐστὶν ἄρχων Πυθόδοτος, ἐφ᾽ οὗ τὴν ὀγδόην τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν διέθετο πρὸς τοὺς Φιλίππου πρέσβεις, ἧς ἐστιν ἀρχή· Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι* etc. — et ibid. p. 171: *ὁ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς παρὰ Φιλίππου ῥηθεὶς λόγος, ὃν ἐπιγράφει Καλλίμαχος ὑπὲρ Ἁλοννήσου, ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων τήνδε· Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι, ἃς Φίλ. αἰτιᾶται, ὅλος ἐστὶν ακριβὴς καὶ λεπτὸς καὶ τὸν Λυσιακὸν χαρακτῆρα ἐκμέμακται*, ubi e contextu vides hanc orationem inter Demosthenicas referri.

12) Ita v. c. Longinus et Hermogenes. vid. infra nott. 30 et 31.

13) Quintilianus III, 8, 5: *Estne finitio apud Demosthenem: det Halonesum Philippus an reddat?* — Quae Quintiliani verba ita sunt comparata, ut ille non Aeschinis modo aliorumque de Demosthenis dicto sequi narrationem (v. not. 1.), sed ipsam orationem Demosthenis ante oculos videatur habuisse; quae alia, nisi haec de Haloneso, quam legimus, esse non potuit. Quintiliani enim tempore dudum eaedem, quae et hodie, non plures, exstabant Demosthenis orationes. — Aristides de dictione simplici p. 422: *οὐ γὰρ εἶπε σχετλιάσας, ὥσπερ ὁ Δημοσθένης· δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, εἰ αἱ παρὰ Φιλίππου πεμπόμεναι ἐπιστολαὶ*—. v. nostr. or. p. 76, l. 24. —Harpocration sub vv. *Βούχετα, Πανδοσία, σύμβολα*. cf. not. 7.

14) Eustathius ad Iliad. p. 324, lin. penult. (ed. Rom.): *μέμνηται*

Ad *alterum* venio genus argumentorum, quod iam non in aliorum auctoritate, sed in nostro est positum iudicio, quodque ab ipsius orationis vel *sententiis et rebus* vel *dictione* repetitur. At hic antequam cetera commemoro, illud proponam, quo mirifice arbitror meam stabiliri causam.

Solet Demosthenes locos olim a se expositos, quum in simile argumentum defertur, vel servatis iisdem verbis vel paucis mutatis retractare, ita ut non modo versiculos paucos, sed plagellas aliquot continuas repetat, epicam ea in re, ut in multis, gravitatem simplicitatemque imitatus. Erat enim constantiae oratoris nostri, ea, quibus nihil verius, nihil gravius dici posse intelligebat, quaeque olim, quum a se dicerentur, magnam vim ad 13
commovendos auditorum animos habuisse animadverterat, iterum proferre et sua quasi tueri. Facilius autem id magno conceditur oratori, variandaeque orationis, si vellet, inprimis perito, quam alii cuivis. Quare neque Homero irascimur, qui tot saepe versus continuos, paullo ante decantatos, iterum recitat, nec Xenophonti, qui multa ex Agesilao suo in Hellenica retulit, nec Ciceroni, si defendatur, huius esse duas illas post reditum orationes, quarum ex altera tot res in alteram sunt translatae. — Apud nostrum quidem, ut praeteream sententiarum repetitiones breviorum, in quibus placuisse sibi Demosthenes videtur [15]), duo luculentissima sunt exempla, orationis de 14

δὲ Πτελεοῦ καὶ ὁ Δημοσθένης, καὶ ζήτει ποίου. v. orat. de Hal. p. 86, 16 — idem p. 1015, l. 44: Δημοσθένους δὲ πρὸς πτέρναις Ἀθηναίοις τὸν ἐγκέφαλον ῥίψαντος etc. v. or. de Hal. p. 88, 1. cf. not. 33. — idem p. 62, l. 4: καὶ Δημοσθένης οὖν λέγει που περὶ Φιλίππου, ὡς, εἰ μὲν ἀποδίδωσι τὸν δεῖνα τόπον ὡς ἡμέτερον, ληψόμεθα, εἰ δὲ δίδωσιν ὡς χαριζόμενος ἑκουσίως οἰκεῖόν τι, οὐ ληψόμεθα· de quo Eustathii loco valet, quod modo ad Quintiliani verba monui. — Thomas Mag. sub v. σύμβολον: Δημοσθένης· συμβόλων οὐδὲν δέονται Μακεδόνες πρὸς Ἀθηναίους (v. or. de Hal. p. 79, 13). καὶ πάλιν· ὁμολογούμενον ἐν τοῖς συμβόλοις καταστῆσαι. (v. ibid. pag. 79, 3.)

15) Ita Demosthenes quasdam imagines iterum iterumque adhibet verbis non mutatis, ut Olynth. II, p. 24, 6: ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ, quae ad verbum repetuntur in Orat. contra Phil. ep. p. 156, 1. et in orat. de Cor. p. 294, 21; — similem comparationem Olynth. III, p. 37, 24: ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε· καὶ γὰρ οὔτ᾽ ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησι, οὔτ᾽ ἀποθνήσκειν ἐᾷ, iterum habes in Prooemiis p. 1460, 2. — Aliarum eiusmodi repetitionum exempla haec sunt: Olynth. III. p. 37, 2: ὑμεῖς δ᾽ ὁ δῆμος ... ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες, ἐὰν μεταδιδῶσιν θεωρικῶν οὗτοι etc. cf. orat. περὶ συντάξ. p. 175, 18; — tum Olynth. III. p. 37, 10: ἔστι δ᾽ οὐδέποτ᾽, οἶμαι, μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν, μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας· ὁποῖ᾽ ἄττα γὰρ etc. cf. orat. π. συντάξ. p. 173, 22 sqq.; — denique Philipp. I. p. 43, 6: ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιιόντες πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγο-

rebus Chersonesi, quae fere omnis iterum legitur in Philippica quarta, et Olynthiacae secundae, cuius maior pars recurrit in Oratione contra Philippi epistolam [16]). Quid multa? Huiusce rei specimen et in nostra oratione occurrit, cuius non modo leviora quaedam similiter in aliis leguntur orationibus, v. c. p. 84, 2: *ὃς τὴν χώραν, ἣν οἱ Ἕλληνες καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἐψηφίσαντο ὑμετέραν εἶναι* etc. cuius simile habes Philipp. III, p. 114, 26: *Χεῤῥόνησον, ἣν βασιλεὺς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες ὑμετέραν ἐγνώκασιν εἶναι*: — sed etiam locus gravitate sententiae atque acumine illustris, nec verborum numero brevis, iterum legitur in ea oratione, quam nemo unquam dubitavit esse Demosthenis, hic, inquam, orat. *de Haloneso* p. 80, l. 26: *οἳ οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες καὶ οὐ τῇ ἑαυτῶν πατρίδι, καὶ τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς λαμβάνοντες οἴονται οἴκαδε λαμβάνειν, τὰ οἴκοι πωλοῦντες*: quae eadem paucis additis occurrunt in oratione *contra Philippi epistolam* p. 157, 7: *οἳ τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς οἴκαδε λαμβάνειν νομίζοντες, οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες, οὐδ' αἰσθάνονται πάντα καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν μικροῦ λήμματος πωλοῦντες* [17]). Quid igitur? dicesne hoc casu factum esse? an Demosthenem aliena contra morem suum compilasse, et quae Hegesippus aut nescio quis *multo ante*

ρᾶν· λέγεταί τι καινόν; γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ etc. quae verbo non mutato iterantur or. in Phil. epist. p. 156 ult., cf. et Phil. IV. p. 137, 19: *ὑμεῖς νῦν πυνθάνεσθε, τί ποιεῖ Φίλ.; ποῖ πορεύεται;* et Olynth. II. p. 28, 26: *ἡμῶν μελλόντων, καὶ ψηφιζομένων, καὶ πυνθανομένων.* — Nec non huc ii pertinent loci, in quibus, licet non verba legantur eadem, at dicendi tamen et argumentandi ratio est simillima, ut orat. de Cor. p. 328, 27: *τίς γὰρ συμμαχία σοῦ πράξαντος γέγονε τῇ πόλει; τίς δὲ βοήθεια...; ποῖαι τριήρεις; ποῖα βέλη; ποῖοι νεώσοικοι; τίς ἐπισκευὴ τειχῶν; ποῖον ἱππικόν; τί τῶν ἁπάντων σὺ χρήσιμος γέγονας;* quibuscum compara orat. *παραπρεσβ.* p. 431, 29: *ποῖος γὰρ ἵππος, ποία τριήρης, ποία στρατεία, ποία χορηγία; τίς χορός; τίς λειτουργία; τίς εἰςφορά; τίς εὔνοια; ποῖος κίνδυνος; τί τῶν ἁπάντων... γέγονε παρὰ τούτων τῇ πόλει;*

16) Orationis Philipp. IV. tria loca repetuntur ex illa de rebus Chersonesi, haec: Phil. p. 134, 5 — 136, 7 ex or. de r. Chers. 99, 9 — 101, 3; deinde Phil. IV. p. 137, 6 — 138, 23 ex orat. de r. Chers. 101, 11 — 102, 21; denique Phil. IV. p. 147, 11 — 150, 5 ex or. de r. Chers. 104, 1 — 106, 20. — Olynthiacae II. autem tres plagellae integrae (p. 22, 2 — p. 25, 22) ita sunt in orationem contra Phil. ep. (p. 154, 16 — 157, 27) translatae, ut in sententiarum ordine et nexu fere nihil, in verbis pauca discrepent.

17) Sententiam si spectes, conferri potest Or. de Cor. 241, 8: *συμβέβηκε... τοῖς τἄλλα πλὴν ἑαυτοὺς οἰομένοις πωλεῖν πρώτους ἑαυτοὺς πεπρακόσιν ἠσθῆσθαι.* Nec dissimile est ibid. 332, 13: *τὴν μὲν πόλιν διασύρουσιν ὥσπερ οὐχ ἑαυτοὺς διασύροντες, ὅταν τοῦτο ποιῶσιν.*

dixisset, ea in suam inculcasse orationem? [18]) Quodsi dicas, grammaticum aut librarium illa potuisse alteri orationi affingere ex altera, primum haec per se parum probabilis est suspicio, quae si valeret, omnia fere possemus e medio avulsa contextu veteribus eripere, tribuere recentioribus: deinde istiusmodi homo si locum transscripsisset, accuratius etiam atque ita, ut ad unguem responderent, omnia repetiisset, non ut ea nunc leguntur, mutatis paucis atque additis. Quare hoc relinquitur, Demostheni arrisisse ea, quae olim dixisset, dignaque esse repetitu visa.

Restat, quae adversarii contra monent, ea ut refellere studeamus. Et de argumentis quidem ex *historia* petitis utinam non iterum nobis ambigua hominum aetatis mediae auctoritas obiiciatur! Nam quum auctor orationis de Haloneso profiteatur (p. 87, 10), se *Callippum* παρανόμων accusasse, quod tulisset, 16
Chersonesi quandam partem esse Cardianorum, non Atheniensium: Libanius narrat, non Demosthenem, sed Hegesippum accusationem illam instituisse; quo patere, huius, non illius nostram esse orationem [19]). Sed quibus id narret fretus argumentis, quibus testibus, non dicit; decipi igitur potuit. Qui error quo facilius excusetur, age concedamus, Callippum ab Hegesippo fuisse accusatum: at potuit alia in causa ab eo accusari; potuit et in eadem illa, sed ita, ut Demosthenes libello exhibito causam instituerct, Hegesippus autem oratione habita partes accusatoris perageret [20]). Sed nolo halucinari in explicando Libanii errore; satis est patere, quot modis gigni error iste potuerit.

Duae sunt praeterea res, quae, si apparerent, nihil essent dubii relicturae: nimirum si constaret Demosthenem aut legis de pacis formula mutanda, aut responsi ad Philippi epistolam hac oratione commemoratam fuisse auctorem. Noster enim orator et illam legem se dicit tulisse (p. 82, 26; p. 83, 6; cf. p. 81, 15), et de hoc responso iam se ad populum esse laturum profitetur (p. 88, 4). Sed neutra de re, in tanto veterum silentio, quidquam pro certo potest constitui.

---

18) Oratio enim contra Phil. epist. habita est Ol. CX, 1, Theophrasto archonte, ante Christ. nat. an. 340; haec autem de Haloneso, ut ante diximus, Ol. CIX, 2, hoc est, *tribus annis ante.* v. Taylor. in Schedis ap. Reiskium Vol. VIII. p. 757. cf. Corsini Fast. Att. Tom. IV. p. 34 et 37.

19) Liban. in arg. or. de Hal. (Dem. ed. Reisk. p. 76, 3): *κατὰ Καλλίππου τοῦ Παιανιέως φησὶν ὁ τὸν λόγον γεγραφὼς ἀπενηνοχέναι γραφὴν παρανόμων. φαίνεται δὲ οὐχ ὁ Δημοσθένης, ἀλλ' ὁ Ἡγήσιππος τὴν κατὰ τοῦ Καλλίππου γραφὴν ἐνστησάμενος.*

20) Itaque Hegesippus non *γραφὴν ἐνστήσασθαι* (*ἀπενέγκαι, γράψασθαι*), sed *διῶξαι* (*κατηγορῆσαι*) dici debebat. Sic, ut exemplo in vulgus noto utamur, Socratem, ut refert Max. Tyr. Diss. 9, *Μέλιτος μὲν ἐγράψατο, Ἄνυτος δ' εἰσήγαγε, Λύκων δ' ἐδίωκε.*

Quare, quoniam historiae documenta nos deficiunt, age de
17 orationis *indole* et *dictione* videamus: quae anceps et lubrica est disputatio; nam ad sensum fere cuncta referuntur. Itaque Libanius omnino quidem affirmat, dicendi genus omnemque orationis conformationem languidam quandam sibi videri ac dissolutam, et a Demosthenis ingenio abhorrentem [21]); sed singula, quae maxime displiceant, non commemorat, nisi unum, de quo deinde videbimus. Atque, ut verum fatear, mihi quoque, universam si spectes orationem, simplicioris illa et sedatioris ingenii videtur, nec tamen Demosthene indigna. Namque, ut Photius recte monet (v. not. 8), cuncti fere scriptores aliquando paululum a semet discrepant, seu casus seu rei ratio ita tulerit. Maxime autem hoc fit in oratoribus, ubi permultum interest, quo tempore, quibus audientibus, qua de re dicant. Mirum igitur non est, si Demosthenes, quum tot de rebus tamque inter se diversis intra mediocre sine dubio temporis spatium dicendum esset, non tam concinna potuit uti orationis descriptione, nec tam libero sententiarum illustrium verborumque gravium devolvi flumine.

Huc accedit, quod in his, quae leguntur a nobis, non audiuntur, orationibus multo plus interest, quomodo eae conscriptae sint, quam quomodo habitae. Nam non modo in iis orationibus, quae a scriba potius exceptae, quam ab ipso oratore consignatae videntur, multa facile potuerunt corrumpi, sed ipsi etiam oratores vel negligentius sua litteris mandarunt vel diligentius poliverunt atque exornaverunt. Quare, sicut de Cicerone constat, eum orationes publice habitas deinde a foro regressum
18 domi suae esse commentatum, idem de Demosthene dubium non est. Nam et multa leguntur apud Demosthenem aliter scripta, quam habita fuerunt [22]), et quae leguntur, pro commentandi

---

21) Liban. l. l. p. 75, 10: *ὁ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημ. εἶναι. δηλοῖ δὲ ἡ φράσις καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία, πολὺ τὸν Δημοσθενικὸν πεφευγυῖα τύπον, ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη παρὰ τὴν ἰδέαν τούτου τοῦ ῥήτορος.*

22) Ita Aeschines commemorat quaedam ex Demosthenis oratione *παραπρεσβ.*, de Dionysii et Aeschinis similitudine (Aesch. or. *παραπρ.* p. 194), de mulieris Himeraeae somnio (Aesch. ibid.), de Satyro, qui captivorum quorundam Atheniensium libertatem a Philippo impetraverat (ibid. p. 321), quarum rerum nihil legitur in Demosthenis oratione *παραπρεσβείας*; unde Hier. Wolfius recte coniecit, Demosthenem iudicii eventu edoctum quaedam mutasse, quum orationem litteris consignaret. Idem Demosthenes novas quasdam et inauditas dicendi formulas, quae monstra et portenta orationis vocat Aeschines (orat. in Ctesiph. p. 555 sqq.), magna ex parte ipse videtur ex orationibus suis exsculpsisse; neque erat, quod miraretur Dionysius Hal. (*περὶ Δημ. δειν.* p. 197 ed. Sylb.), se nihil eiusmodi legere in ulla earum, quae exstarent, Demosthenis orationum. Quamquam

diligentia sunt inter se diversa [23]). Potuit igitur fieri, ut Demosthenes haec, quae de Haloneso et de ceteris rebus ista occasione ad populum erat locutus, minus diligenter domi notaret, in eoque res magis quam dictionem spectaret. Quo posito nos neque ornamenta cuncta dicendi hac in oratione desiderabimus, et illud vitium, quod paullo ante commemoravi, excusabimus. Namque orator, quum professus esset, se primum ad epistolam
Philippi, tum ad legatorum sermones responsurum (p. 77, 3), 19
tamen, de epistola illa postquam peroravit, statim transit ad legem ferendam de responso ad litteras illas legatorumque sermones dando (v. not. 2): sive quod Demosthenes refutata Philippi epistola simul etiam legatos quodammodo refutasse sibi videretur, sive scripto illo responso cuncta esset comprehensurus, sive alia denique causa finem imponere orationi iuberet. Quod quum in habenda oratione accidisset oratori, necessario et in conscribenda accidit, siquidem omnia sic, ut in concione dixerat, lima non adhibita, exaravit.

Nec vero tamen Demosthenes unquam adeo suam deponere personam, alienam induere potuit, quin semper nativa eius virtus emineret. Emicat illa vero ex hac ipsa, ni fallor, de Haloneso oratione. Multa insunt egregia, multa eiusmodi, quae et gravitate atque acumine sententiarum et novitate dicendi non modo apta sint oratorum principi, sed eius veluti propria. Dignum Demosthene illud est (p. 78, 12): *irridet vos, nihil aliud, de insulis iubens litigare cum isto, qui navem Pella solvit* [24]):

---

fateor, multas eiusmodi mutationes non ipsi Demostheni, sed criticis veteribus esse tribuendas, qui quum in ceteros tum in nostrum pernicioso furore sunt grassati: de qua re Hermogenes p. 317, *ἐκεῖνα*, inquit, *διὰ τὸ ἄγαν εὐτελὲς ὀβελίσαντές τινες ὑπεξείλοντο, ἴσως ὀρθῶς ποιοῦντες* etc.

23) Ita orationes *παραπρεσβείας* et in Midiam, quae merito egregia eloquentiae Demosthenis monumenta censentur, tamen non sunt omnibus numeris absolutae, neque ea diligentia, qua v. c. orat. de corona, perpolitae, sed rudes quodammodo ex auctoris videntur commentariis excidisse. Photius p. 1468 (ed. Hoesch.): *μάλιστα ὁ κατ' Αἰσχίνου λόγος παρέσχεν αἰτίαν ἐν ὑπομνήμασι καταλελεῖφθαι, οὔπω τὴν ἐργασίαν ἀπειληφὼς τελείαν· διότι.... παρέθετο, ὅπερ οὐκ ἂν περιεῖδεν ὁ ῥήτωρ εἰς ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν τῶν ἰδίων λόγων καταστάς.* Et paulo post ibid.: *ὁ κατὰ Μειδίου καὶ κατ' Αἰσχίνου λόγος αἰτίαν ἔσχε τοῦ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενικῷ συνδιασώσασθαι χαρακτῆρι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλων, ἁμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν ὥσπερ ἀσκούμενος ἀλλ' οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καί τινες ἔφησαν, ἑκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκαθάρθαι.*

24) *πρὸς τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμώμενον*, contemtim. Similiter de Philippo Demosthenes in or. de cor. 247, 16: *ὁ ἐν Πέλλῃ τραφείς, χωρίῳ ἀδόξῳ τότε γε ὄντι καὶ μικρῷ*, et in or. contra Phil.

20 *vestrae enim opes, liberatrices Graeciae, si maritima loca tueri nequeunt, tum vero continente universa ultro deceditis.* Dignum et illud p. 80, 17: *mari aiunt eum nihil egere; at iste, nihil videlicet mari egens, triremes ornat, navalia condit, classes emittere parat, impensasque non parvas in maritima facit pericula, prae quibus cuncta contemnit.* Pauloque post p. 80, 26: *quos homines non pudet Philippo, non patriae suae, vivere; qui domestica dum vendunt, domum suam Philippi se dona deferre opinantur.* Tum p. 84, 19: *Pheras cepit, praesidiumque arci imposuit, ut liberi videlicet Pheraei essent; Cassopiae tres urbes, Pandosiam, Bucheta, Elatriam exustis agris vexatisque oppidis Alexandro, affini suo, tradidit. Nae ille egregie liberos cupit esse Graecos!* et p. 85, 15: *hisce litteris magna se in vos beneficia praedicat collaturum. Beneficia haec erunt: nec vestra vobis reddet, neque in terrarum orbe, quod donet vobis, invenietur: sed alia quaedam regio, alia terra, ut videtur, compareat necesse est, unde nobis aliquid sit daturus.* Denique p. 86, 5: *Captivos reddidisse omnes dicitur, is qui Carystium, hospitem reip. nostrae, quem efflagitaturi tres ad istum legationes misimus, talem virum tanto opere cupiit nobis condonare, ut occiderit, et ne sepulturam quidem iustam concesserit!* — Sed parco plura congerere: haec enim ipsa, quae excerpsi, licet non per se demonstrent, a Demosthene haec necessario esse profecta (nam et alius acute graviterque potuit scribere), at hoc tamen ostendunt, minime indignam illo auctore hanc esse orationem.

21 Similis, ut sententiarum, ita *dictionis* et *verborum* est ratio. Multa enim ex hac oratione possum commemorare, quae verborum vel usu vel collocatione aut propria esse Demosthenis, aut frequentius apud illum, quam apud ceteros, videantur occurrere: cuius generis est v. c. transpositio ista verborum, ubi casus ab adiectivo aut participio pendens, ab eo disiungitur, interposito substantivo [25]); deinde usus pleonasticus pronominis demonstrativi, aliis scriptoribus non ignotus, Demostheni tamen longe frequentissimus [26]); tum vis ironica particulae *γέ*, iis

---

epist. 158, 5: *ὁ ἐκ Μακεδονίας ὁρμώμενος.* Idem de Alexandro dicebat: *ἀγαπᾷ ἐν Πέλλῃ περιπατῶν*, teste Aesch. or. in Ctes. p. 547.

25) v. hac orat. p. 81, 13: *τὴν καταψευδομένην γνώμην τῶν πρέσβεων*, i. e. populiscitum, quod mentiebatur contra legatos: cf. v. c. Philippicam II. p. 67, 22: *ἡ προσοῦσα ἀδοξία τῷ πράγματι·* de reb. Chers. p. 95, 4: *τὰ παρόντα πράγματα τῇ πόλει·* de corona 301, 27: *ὁ κατειληφὼς κίνδυνος τὴν πόλιν·* ibidem 257, 29: *τὰ πεπραγμένα καλὰ τῇ πόλει·* et ibid. 294, 8: *ὅπερ δ' ἂν ὁ φαυλότατος καὶ δυσμενέστατος ἄνθρωπος ποιήσειε τῇ πόλει, τοῦτο πεποιηκὼς ἐξήτασαι*: ubi iungendum *δυσμεν. τῇ πόλει, ποιήσειε* autem, praeeunte cod. Aug. 1, delendum.

26) v hac orat. p. 81, 14: *τὴν καταψ. γνώμην τ. πρέσβ., ταύτην ὑμᾶς χειροτονῆσαι*, et p. 86, 5: *ὃς τὸν Καρύστιον.... τοῦτον*

maxime locis, ubi aliquid cum exclamatione et risu antecedenti-
bus subiicitur [27]); denique aliorum quorundam verborum di- 22
cendique formularum singularis quaedam significatio Demostheni
prae ceteris dilecta, ut *ἀφαιρεῖσθαί τινος τὸν λόγον* (p. 77, 13), i. e. *refutare, quae aliquis dicit* [28]); — ut *παρακρούεσθαι* (p. 77, 26), i. e. *decipere*, quod verbum noster, sicut et *ἐκκρούειν*, ab athletarum artibus petitum, ad fraudes atque, ut ita dicam, supplantationes oratorum solet transferre; — ut *διοικεῖν τά τινος* (p. 77, 27), i. e. *clam alicuius res tueri*; — ut *μηδὲν δεῖσθαί τινος* (p. 79, 23; p. 80, 18), i. e. *nolle, recusare aliquid*; — ut alia multa in hac oratione obvia, quae Demosthenes ceteris in orationibus tam crebro usurpat, ut in istis tanquam in possessione sua videatur dominari. Sed nolo in his congerendis multus esse. Nam alii quoque oratores ea ipsa, quibus Demosthenes delectabatur, et potuerunt adhibere et nonnunquam adhibuerunt. Veruntamen parvula etiam haec styli Demosthenici vestigia tanquam in cumulum videntur accedere illis, quae ante proposui, argumentis.

Quodsi quis obiiciat, occurrere etiam in hac oratione, quae alias apud Demosthenem vel omnino non legantur, vel non hac significatione, ut *ἐπιμιξίαι, commercia hominum* (p. 79, 18), ut *ἐκκόπτειν, expellere* (p. 77, 22), nae ego miror istos, qui pro auctoritate pronunciantes, „hoc non est Demosthenis, non Ciceronis," obliviscuntur, primum, quam multa illi in scriptis nunc deperditis usurpasse videantur, deinde, quam multa, si vel nunquam dixerint, potuerint tamen dicere.

Sed unus est locus, qui *Libanio* quidem adeo displicet, ut 23
vel ob hunc solum Demosthenis nomen detrahendum orationi censeat. Is locus hic est (p. 87, 29): *ὅσοι δ' Ἀθηναῖοι ὄντες μὴ τῇ πατρίδι ἀλλὰ Φιλίππῳ εὔνοιαν ἐνδείκνυνται, προσήκει αὐτοὺς ὑφ' ὑμῶν κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι, εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημέ-*

τὸν ἄνδρα ἐκεῖνος οὕτω σφόδρα ὑμῖν ἐβούλετο χαρίσασθαι· cf. v. c. orat. in Aristogit. I. p. 775, 10: *τοὺς ἐπὶ τοῖς ἥκιστα δεινοῖς ὠφληκότας, τούτους ἀφιέναι δεῖ·* et orat. de cor. p. 242, 5: *ὁ μάλιστα φυλάττων . . ., οὗτος περιποιεῖ* etc.; similiter ibid. p. 245, 2, et p. 280, ult., et or. in Midiam 522, 20, et saepe.

27) vid. hac orat. p. 84, 26: *σφόδρα γε βούλεται τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους εἶναι·* cf. Philipp. III. p. 128, 2: *καλήν γε οἱ πολλοὶ ἀπειλήφασιν Ὠρειτῶν χάριν·* et orat. *παραπρεσβ.* 421, 1: *ἄξιόν γε (οὐ γάρ;) ἦν Σόλωνος αὐτῷ μεμνῆσθαι.* Cf. et orat. de corona p. 257, 10, et hac orat. p. 83, 26.

28) Sic orat. Philipp. III. p. 114, 9: *καὶ γὰρ ἂν ἀβελτερώτατος εἴη . . ., εἰ τῶν παρ' ἑαυτοῦ μισθοφορούντων τοὺς λόγους ἀφέλοιτο,* et or. *παραπρ.* 447, 15: *ταῦτ' οὖν μαρτύρων, ταῦτ' ἐλέγχων ἔτι δεῖται μειζόνων; ταῦτ' ἀφαιρήσεταί τις ὑμῶν;* — In ceteris nolo morari. Exemplis si quis eget, vel Reiskii indices copiam eorum suppeditabunt.

νον φορεῖτε [29]). — Quae si tam stulta, tam humilia, tam contumeliosa essent, quam iste vult, primum non video, cur Hegesippo potius tribuantur, qui tamen minus vehemens orator, quam Demosthenes, et minus in dicendo audax fuit, id quod ipse Libanius significat. Deinde, si ferri illa non possent, quae possunt ferri, cur non pauca verba expungere, ut aliunde illata, mallemus, quam universam orationem damnare? Sed non ita est. Primum illa verba commemorantur a rhetoribus et grammaticis antiquis, vel sine Demosthenis nomine, ut a *Longino* [30]), vel adiecto etiam illo, ut ab *Eustathio* (v. not. 14); deinde non
24 commemorantur modo, sed tanquam exemplum audacter et graviter dicti laudantur, ut ab *Hermogene* [31]). Quid igitur? *Stultitiam*ne dicti Libanius vituperat? Sed non medicum habemus, qui sollicite quaerat, sitne cerebrum in temporibus situm, nec ne; quamquam ne medicos quidem omnino id video negaturos; sed legimus oratorem, qui a vulgari ratione loquendi aut consulto interdum recedit, aut vi orationis inscius atque imprudens abripitur. An *insolentiam* igitur iste novitatemque dicti notat? Facile vero est, ut ait Cicero, dictum ardens reprehendere restinctis iam animorum incendiis. Nam Demosthenes quidem miris modis multa in verbis vel pangendis vel coniungendis novavit, ita ut monstra et portenta orationis Aeschines ei exprobraret, alii autem passim eum hac de re irriderent [32]). An

---

29) Libanius arg. or. de Hal. p. 75, 14: *καὶ μὴν καὶ τὸ ἐπὶ τέλει ῥηθὲν οὐ μικρὸν μαρτύριον τοῦ νόθον εἶναι τὸν λόγον· εἴπερ... φορεῖτε. ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένης εἴωθε παῤῥησίᾳ χρῆσθαι· τοῦτο δὲ ὕβρις ἐστὶ καὶ λοιδορία μέτρον οὐκ ἔχουσα. εὐτέλεια δὲ αὐτῷ δεινὴ πρόσεστι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν. πρὸς δὲ τούτοις καὶ εὔηθές τι νομίζεται τὸ ἐν τοῖς κροτάφοις ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους τὸν ἐγκέφαλον.* (Aliqui codd. habent *εὔηθ. τὸ νομίζειν ἐν τοῖς* etc.; lege *εὔ. τὸ νομίζειν τινὰ, ἐν τοῖς* etc., ut pateat, unde istud *νομίζεται τὸ* sit ortum.)

30) Longinus *περὶ ὕψους* ed. Mori p. 210, in capite *περὶ ὑπερβολῶν*, init.: * * *στοι καὶ αἱ τοιαῦται· εἰ μὴ τὸν ἐγκέφαλον ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε*, quae verba Tollius (suae ed. p. 202) ita vertit: *Sed et illae saepe periculo proximae sunt* etc. Immo sic supplenda est lacuna: *ἄπιστοι καὶ* etc. Per totum enim caput hoc docet, *πίστιν* in hyperbolis esse querendam, fugiendam *ἀπιστίαν*. Quamquam igitur Longinus dictum istud non videatur probare, tamen inde neutiquam sequitur, Demosthenis illa esse eum non putasse.

31) Hermogenes *περὶ ἰδεῶν* lib. 1, c. 7 (ed. Sturm. p. 82): *ἔννοιαι τοίνυν εἰσὶ τραχεῖαι πᾶσαι αἱ τῶν μειζόνων προσώπων ἐπιτίμησιν ἔχουσαι ἀπαρακαλύπτως, ὥσπερ τό· εἴπερ τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις, ἀλλὰ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε.*

32) Sic Eratosthenes *παράβακχον*, comicorum aliquis *ῥωποπερπερήθραν* eum vocarunt, teste Plutarcho in vita Dem. — Aeschin. in Ctes. p. 554: *οὐ μέμνησθε αὐτοῦ τὰ μιαρὰ καὶ ἀπίθανα ῥήματα..., ἀμπελουργοῦσι τινὲς τὴν πόλιν, ἀνατετμήκασι τινὲς τὰ κλήματα τὰ τοῦ δήμου, ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμά-*

denique *contumeliam* in Athenienses et audaciam? Ea vero tan- 25
ta est in Demosthene, ut vel insanos appellare praesentes rei-
publicae cives non dubitet, nullamque praetermittat occasionem
salse graviterque inertiam eorum ac stultitiam castigandi [33]).
Ceterum insolentia dicti etiam eo non parum lenitur, si memine-
ris, similia proverbii loco quum cunctis in linguis tum apud grae-
cos scriptores saepe occurrere [34]). — Addam unum, quod cer-
tis quidem argumentis nequit comprobari, at fieri tamen potuit.
Fortasse Demosthenes haec non tam suo nomine dicit, quam 26
respiciens alius cuiusdam de Atheniensibus dictum, quod nunc
ne inertia sua comprobent, iubet cavere. Cui suspicioni videtur
hoc aliquo modo suffragari, quod orator subito et inopinato in
sermonem sedatiorem hoc acerbioris animi dictum infert. Sed
tamen, ne quis putet me huic coniecturae nimium tribuere, in
iis, quae ante dixi, acquiesco.

Nunc, quoniam Demostheni opus suum studui vindicare, par esse censeo, naevos quosdam illo indignos, ab editoribus ultimis vel relictos vel auctos, pro viribus sanare, maximeque, ubi a Reiskiana vel lectione vel interpunctione recedendum putem,

---

των, φορμοῤῥαφούμεθα ἐπὶ τὰ στενὰ, τινὲς πρῶτον ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσι; ταῦτα δὲ τί ἐστιν, ὦ κίναδος; ῥήματα ἢ θαύματα; ubi pro πρῶτον corrigere quidam volunt πρωκτὸν, et sensu et constructione refragante; ego malim πραγμάτων, quod verbum abbreviaturis solebat corrumpi, i. e. *certi homines reip. administrationem veluti acubus traiectis constringunt;* deinde τί pro τίνος scripsi, sensu probante, praeeunte H. Stephano, ipsoque, ut videtur, Cicerone, qui graeca sic exprimit in Oratore c. 8: *quaerit* (Aeschines) *ab ipso, cum quidem eum belluam appellat, utrum illa verba, an portenta sint.* — Similiter istam dicendi insolentiam Demostheni Aeschines obiicit in or. in Ctesiph. p. 461, et or. παραπρεσβ. p. 206, qua de re conqueritur Demosth. de corona p. 269, 15.

33) v. c. Philipp. III, p. 124, 24: εἰς τοῦτο ἀφῖχθε μωρίας ἢ παρανοίας, ἢ οὐκ ἔχω τί λέγω etc. In oratione de reb. Chers. p. 98, 22 inducit graecas civitates sic Athenienses allocuturas: ὦ πάντων ἀνθρώπων φαυλότατοι etc., eosdemque ibid. p. 106, 14 vocat ταπεινοὺς καὶ τῇ, ὧν προσήκει, παρασκευῇ καταγελάστους. Acerbissime autem eos irridet Olynth. III. p. 37, 3: ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες, ἐὰν μεταδιδῶσι θεωρικῶν ὑμῖν ἢ βοΐδια πέμψωσιν οὗτοι· καὶ, τὸ πάντων ἀνανδρότατον, τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε etc.

34) Sic Homer. Iliad. XV, v. 280:

τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός.

ubi Eustathius (p. 1015, l. 44): ἰστέον δὲ, ὅτι, Ὁμήρου παρὰ ποσὶ ῥίψαντος θυμὸν Ἀχαιοῖς, Δημοσθένους δὲ πρὸς πτέρναις Ἀθηναίοις τὸν ἐγκέφαλον, ἡ κωμῳδία σκώπτουσα τοὺς σχηματιζομένους φιλοσοφίας λόγῳ σεμνοπροσωπεῖν εἰς τὸ μέτωπον αὐτοῖς ἐπιγράφει τὸν νοῦν. — Sic latine et similiter ceteris in linguis *animi cadere* dicuntur.

ostendere, paucaque, ubi res feret, interpretandi causa adiicere.

[Weiskii quae sequuntur Observationes in Orationem de Haloneso, suo quamque loco Annotationibus ceterorum Interpretum inseruimus.]

ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM ORATIONIS DE HALONESO.

P. 75. *ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΛΟΝΗΣΟΥ ΛΟΓΟΥ*] August. primus ubique dat *ἀλλονήσου*. De inscriptione huius orationis v. Dionys. Halic. T. II. p. 171. et ibi Hudson. [T. VI. p. 993. s. R.] REISK. Fluctuat scriptura inter *Ἁλόνησος* et *Ἁλόννησος*, ut omnino in his compositis variatur. Simplex ν praetulit Schweighaeuserus in Athenaeo T. II. p. 359. V. eius Animadverss. T. III. p. 279. Duplex placuit Boissonado ad Rufum p. 78. „Apud Aeschinem adv. Ctesiphont. p. 475. R." inquit „pro *Ἁλόνησον* Cod. Coislin. 249. habet *Ἁλόννησον*. Reiskius curavit, ut ubique *Πελοποννήσιοι* geminato ν exararetur: cur non simili modo exaravit omnia vocabula cum *νῆσος* composita?" Cum duplici legitur in Anecd. Bekk. p. 136, 12. et 16. SCHAEF.

P. 75. v. 1. *Ἁλονήσου*] *Ἁλόνησος*, insula salinarum: *Ἀλωπεκόνησος*, vulpium: *Μυόνησος*, murium: *Προκόνησος*, cervorum; *πρὸξ γὰρ ἡ ἔλαφος*. WOLF.

P. 75. v. 2. *τὴν Φιλίππου*] *τοῦ Φ.* August. secund. Aldina Tayl. REISK. Habent *τοῦ Φ.* codd. U. et Ee. Cod. M. neque *τὴν*, neque *τοῦ*. AUGER.

P. 75. v. 3. *διαλεγόμενος — κατὰ τὴν*] *διαλεγόμενος τῶν κατὰ τὴν* Bavar. omissis caeteris. REISK.

P. 75. v. 5. *Ἀθηναίων ἀρχαῖον κτῆμα*] Vulg. *Ἀθηναίων κτῆμα*. *Ἀθηναίων ἀρχαῖον κτῆμα* Bavar. Aug. secundus. REISK. P. 88, 2. Chersonesum Thraciam Libanius dicit *Ἀθηναίων κτῆμα ἀρχαῖον*. Euripides Med. 48. *παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς*. ubi parum intelligo quid Porsonus voluerit, cum hoc notaret: „Nutricem alloquitur tanquam vilissimam supellectilis partem." Nihil enim inest in versu Euripidis, quod contemtum indicet. Conf. Hecub. 607. *ἀρχαία λάτρι*. Iphig. Aul. 873. Musgr. *οἶδά σ᾽ ὄντ᾽ ἐγὼ παλαιὸν δωμάτων ἐμῶν λάτριν*. Servum autem dici *κτῆμα* nemo mirabitur, cum dominus dicatur *ὁ κεκτημένος*. SCHAEFER.

P. 75. v. 7. ἀπαιτοῦσι μὲν κ. τ. λ.] Observa argutias, αἰτεῖν, ἀπαιτεῖν, δοῦναι, ἀποδοῦναι, λαβεῖν, ἀπολαβεῖν, de quibus in vita Demosthenis diximus. WOLF.

P. 75. v. 10. αἰτοῦσι] ἀποῦσι Bavar. REISK.

P. 75. v. 10. ὁ δὲ λόγος — εἶναι] Idem multis aliis placuit. V. Anecd. Bekk. p. 375, 27. Reisk. in Ind. Geogr. p. 609. Valckenar. Diatr. de Phil. Maced. p. 253. 270. Orell. ad Isocrat. π. τ. ἀντιδ. p. 305., qui Hegesippo *) tribuit, et Schneider. ad Xenophont. de Vectig. p. 148. b. Mihi quoque haec oratio capitali Demosthenis ingenio videtur indignissima. SCHAEFER.

P. 75. v. 12. πεφευγυῖα] ἐκπεφευγυῖα Paris. quintus, Aldina Tayl. REISK. Vulg. πεφευγυῖα. Praetuli ἐκπεφευγυῖα acceptum e codd. M. U. et Ee. Legitur διαπεφευγυῖα in cod. X. AUGER.

P. 75. v. 12. ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη] ἀνειμένος τε καὶ διαλελυμένος Bavar. REISK.

P. 75. v. 18, τοῦτο δὲ] τὸ δὲ Paris. quintus. REISK.

P. 75. v. 20. αὐτῷ] S. τῷ λόγῳ. Ecce Syro isti rhetori Atticus orator dictionem suam non probat. Quid ergo de nobis in media Germania natis fiet? WOLF. αὐτῷ, referendum ad τοῦτο, neutrius est generis. SCHAEFER.

P. 75. v. 21. καὶ εὔηθές τι — ἔχειν] Ubi Aldinus codex habet καὶ εὔηθές τι νομίζεται τὸ ἐν τοῖς κροτάφοις ἔχειν, nostrum antiquum habebat καὶ εὔηθες τὸ νομίζειν ἐν τοῖς κροτάφοις ἔχειν. OBSOP. Alii καὶ εὔηθες τὸ νομίζειν ἐν τοῖς κροτάφοις ἔχειν. Non usque adeo fortassis absurde dictum, cum priores duae cerebri cavitates pene ad aures descendant. Profert autem animus, postquam efferbuit, ad ostendendam rei indignitatem nonnunquam atrociora, cuiusmodi fuit illud, quod Plutarchus refert, ἔμμετρον Demosthenis iusiurandum: Μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς, μὰ νάματα. Et senex ille apud Terentium exclamat: O coelum, o terra, o maria Neptuni! Physici tradunt, sues et asinos cerebrum in temporibus habere; homines ibi duntaxat medullare cerebrum. WOLF. εὔηθες τὸ νομίζειν ἐν — Paris. quintus. καὶ τὸ νομίζειν ἐν — Aldina Tayl. sine εὔηθες. REISK. Vulg. καὶ εὔηθες τὸ νομίζειν ἐν —. Praetuli alteram lectionem, in quam plurimi et optimi libri consentiunt. AUGER. Mihi placet εὔηθες τὸ νομίζειν ἐν —. Neque opus τινὰ inseri, quod placuit Weiskio Dissertat. p. 23. SCHAEFER.

P. 75. v. 23. ὡς οὐ τοῦ ῥήτορος] S. ὄντα, ἤ, ὅτι οὐκ ἔστι. WOLF.

P. 75. v. 25. ὄντα Ἡγησίππου] V. Etymol. M. c. 418, 47. et Photius c. 50. SCHAEFER.

---

*) Hegesippo diserte tribuit Wolfius in not. ad p. 86, 10. SCHAEFER.

P. 76. v. 7. λαμβάνειν – ἀπολαμβάνειν] V. p. 162, 16. Athenaeus T. II. p. 359. Schw. et Tzetzes Exeg. in Iliad. p. 122, 22. SCHAEFER.

P. 76. v. 8. ταῦτα] τούτοις Bavar. REISK.

P. 76. v. 9. δύναται — Δημοσθένης καὶ Ἡγήσιππος] δυνατὸν — Δημοσθένην καὶ τὸν Ἡγήσιππον Aug. secundus. REISK.

P. 76. v. 11. ἐπεὶ] καὶ ἐπεὶ Bavar. REISK.

P. 76. v. 19. τὸ] τὸν Bavar. REISK.

ANNOTATIONES AD ORATIONEM DE HALONESO.

P. 76. v. 23. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι — αἰτιᾶται] Citat Dionysius Halic. T. VI. p. 994. sic ut praeponat Ὦ. Pariter sine hac particula legitur Ἄνδρες δικασταὶ initio Leptineae p. 457, 1. V. Gersdorfium in nota addita Rüdigeri Dissertationi p. 130. SCHAEFER.

P. 76. v. 23. οὐκ ἔστιν ὅπως — συμφερόντων] Tolle interpunctionem post αἰτιᾶται et post κωλύσουσι, interpunge post λέγοντας. Sensus enim et ordo verborum hic est: *Fieri non potest, ut crimina, quae Philippus infert in oratores iusta coram vobis defendentes, impediant, quo minus consilio vobis adsimus.* Reiskianae interpunctioni inprimis verbum ἡμᾶς obstat. WEISK. Sic etiam Augerus. Commatis signum in Reiskiana post κωλύσουσι positum delevi. SCHAEFER.

P. 76. v. 25. γίγνεσθαι] γενέσθαι Aldina Taylori. REISK.

P. 76. v. 25. ὑμῖν] ἡμῖν Aug. tertius. REISK.

P. 76. v. 25. δεινὸν γὰρ ἂν εἴη κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides de Dict. simpl. p. 422. REISK.

P. 77. v. 2. ἄνδρες] Deest Harlei. REISK.

P. 77. v. 3. περὶ ὧν] περὶ etiam Bavar. sed cum superscripto ὑπὲρ. REISK.

P. 77. v. 3. ἐπέσταλκε] ἀπέσταλκε Bavar. Aug. secundus. V. p. 81, 16. REISK.

P. 77. v. 3. περὶ τούτων] Concinnius videtur oratio sic ordinari, si duo vocabula περὶ τούτων in versum sextum deducantur ad hunc modum: περὶ ὧν Φίλιππος ἐπέσταλκε, διεξελθεῖν· ὕστερον δὲ, περὶ ὧν οἱ πρέσβεις λέγουσι, καὶ ἡμεῖς περὶ τούτων λέξομεν. REISK. Ordo verborum vulgaris aliquanto concinnior est: melius enim ad aurium sensum sibi respondent περὶ τούτων διεξελθεῖν et καὶ ἡμεῖς λέξομεν. SCHAEFER.

P. 77. v. 6. *Φίλιππος γὰρ ἄρχεται μὲν κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes p. 140. REISK.

P. 77. v. 6. *ἄρχεται*] *ἔρχεται* Hermogenes. REISK.

P. 77. v. 6. *Ἁλοννήσου*] *Ἀλοννήσου* cum leni Bavaricus, et sic constanter, nec non Aug. primus et tertius. REISK.

P. 77. v. 7. *λέγων*] *λέγειν* Paris. quintus et octavus, Harlei. Ald. Taylori. Utramque lectionem dat Augustanus tertius, vulgatam infra, alteram supra. REISK.

P. 77. v. 8. *οὐ γὰρ — ἔχειν*] Recte. Cur ea ignavia fuerunt Athenienses, ut nec sua tuerentur, nec mare pacatum redderent? Philippo certe gratia deberi et sumtus in eam expeditionem facti restituendi videntur. Sed ignava superbia neutrum horum aequum esse censet. WOLF.

P. 77. v. 8. *ὑμετέραν*] Sic etiam Bavar. sed cum *η* superscripto. REISK.

P. 77. v. 8. *οὔτε τότε λαβεῖν*] Vulg. *οὔτε λαβεῖν. οὔτε πρότερον λαβεῖν* index Lambini. *τότε* de meo addidi. Caeterum locus ita videtur reformandus esse: *ὑμᾶς δ' οὐ φησὶ δικαίως αὐτὸν ἀπαιτεῖν οὐχ ὑμετέραν οὖσαν· οὐ γὰρ τότε λαβεῖν* [subaudi *δικαίως*], *οὔτε νῦν ἔχειν. vos autem negat recte et ex aequo facere insulam a se repetentes, quae vestra nulla sit: nam neque iure vos eam tum occupasse, cum occuparetis, neque nunc eam tenere, sed eius possessione excidisse.* REISK. Addidi cum Reiskio *τότε*, quod abest a vulg. Lambinus proponit *πρότερον*. AUGER. Dele *τότε*, quod Reiskius, qua est audacia, de suo addidit. Conf. observata ad p. 84, 13. Intelligitur istud *τότε* non modo ex re, sed etiam e verbo opposito *νῦν*, et e vi temporis praeteriti, quae inest in aoristo. Sic mox p. 79, 6. *καὶ λαβεῖν καὶ κεκτῆσθαι*, *et cepisse et habere.* — Ceterum [*φησὶ*] *λαβεῖν — ἔχειν* i. e. *se cepisse — se tenere;* ne subaudias cum Reiskio *ὑμᾶς*. WEISK. Posterius verissimum, erravitque Reiskius, cum locum censeret reformandum. Sed prius addubito: cum enim *νῦν* sequatur, videtur adverbium quod illi respondeat inserendum esse. SCHAEFER.

P. 77. v. 10. *ἡμᾶς*] Ita et Harlei. *ὑμᾶς* edit. Wolf. REISK.

P. 77. v. 11. *ἐπρεσβεύσαμεν*] Hermogenes *ἐπρεσβεύομεν*, et nescio an rectius, quam vulgata. REISK.

P. 77. v. 12. *ἑαυτοῦ*] *αὐτοῦ* Paris. octavus et Harlei. REISK.

P. 77. v. 12. *τοῦτον δὲ — ἀφελέσθαι*] Idem est ac si dixisset *οὐ χαλεπόν ἐστιν αὐτοῦ ἀφελέσθαι τοῦτον τὸν λόγον, δεικνύντα, ὡς ἐστὶν ἄδικος*, *non est difficile hanc ipsi causationem eripere, docendo, iniustam esse.* REISK. V. Ind. Graec. p. 97. Non minus recte et aliquanto magis e Graecorum consuetudine poterat scribi: *τοῦτον δὲ τὸν λόγον μὴ εἶναι δίκαιον οὐ χαλεπόν ἐστιν αὐτοῦ ἀφελέσθαι.* V. Heindorf. ad Platon. Sophist. p. 426. Scripsisse autem me *μὴ εἶναι*, non *οὐκ εἶναι*, nemo mirabitur, qui didicerit ta-

lium enuntiationum rationem syntacticam, quae in recta oratione, quali Orator usus est, poscit οὐ, in obliqua μή. V. not. ad p. 125, 1. SCHAEFER.

P. 77. v. 13. ἔστι] Ita et Harlei. ἔστη edit. Wolf. REISK.

P. 77. v. 15. τόπους καταλαμβάνοντες] τόπους ἀφαιρούμενοι καὶ καταλαμβάνοντες Parisinus quintus, Aldina Taylori. REISK. Cod. U. legit ἀφαιρούμενοι καὶ καταλαμβάνοντες, quae lectio non est contemnenda, quum praesertim ἀφελόμενος praecesserit. AUGER.

P. 77. v. 16. ὀχυροὺς] ἐχυροὺς Aug. primus, appendix Francofurtana. Utramque lectionem dat Bavaricus, vulgatam infra, alteram supra. ἰσχυροὺς dat Hermogenes. REISK.

P. 77. v. 19. ἀλλότρια] ἀλλοτρίως Harlei. REISK.

P. 77. v. 19. γίγνεσθαι] γίνεσθαι Harlei. REISK.

P. 77. v. 20. καὶ εἰ] Absunt ab Aug. secundo. REISK.

P. 77. v. 21. ἢ Λήμνου, ἢ Ἴμβρου, ἢ Σκύρου] Aldina dat Λίμνου, quod Obsopoeus emendat Λήμνου. In Bavarico dubie scriptum erat, ut nescires, genitivos ille librarius tres dedisset, an totidem accusativos, Λῆμνον—Ἴμβρον—Σκύρον. Videbatur scriptura magis ν quam υ repraesentare, tametsi Λήμνον penacute erat exaratum, non cum circumflexo. Ex Augustano secundo Ἴβρον (sine μ et in accusativo) enotavi. In Augustano tertio prima manus dederat Λῆμνον et Ἴμβρον in accusativo, Σκύρου autem in genitivo, cui conformes etiam istos accusativos reddidit corrector. Paret, in vetustis libris Demosthenicis geminam huius loci lectionem esse versatam, alteram in genitivo, alteram in accusativo; quae posterior lectio mihi quidem magis placet. REISK. Assentior. SCHAEFER.

P. 77. v. 22. τοῦτον] Deest Harlei. REISK.

P. 77. v. 23. τιμωρησαμένων] τιμωρησάντων Aldina Taylori. REISK.

P. 77. v. 23. τοὺς] Super τοὺς erat in Bavarico a nova manu πρὸς scriptum, quod quid sibi velit, non intelligo. REISK.

P. 77. v. 25. γίγνεσθαι] γίνεσθαι Harlei. REISK.

P. 77. v. 25. Φίλιππος δ' οὐκ ἀγνοεῖ ταῦτ', οὐ δίκαια λέγων] Tolle interpunctionem. Sensus est: *non nescit, se illa non iusta dicere.* — ταῦτα pertinet ad verba v. 8. οὐ γὰρ ὑμετέραν οὖσαν οὔτε λαβεῖν οὔτε νῦν ἔχειν. WEISK. Sustuli illam Reiskianae interpunctionem, qua Augeriana caret. Vix dignae sunt tales textus labeculae, quae notentur, sufficitque tacita earum correctio. SCHAEFER.

P. 77. v. 27. ὑμᾶς οἴεται] ἡμᾶς οἴηται Aug. secundus. REISK. De solemni hoc librariorum in modis errore v. not. ad p. 44, 1. SCHAEFER.

P. 77. v. 27. τἀνταῦθα] τὰ abest a Bavar. REISK. Scil. vulg. τὰ ἐνταῦθα, quod Augerus revocavit. SCHAEFER.

P. 77. v. 27. τἀνταῦθα διοικήσειν] Subaudi ὑπὲρ αὐτοῦ πράγματα. REISK. Nec πράγματα subaudiendum, neque ὑπὲρ αὐτοῦ. Non attendit Reiskius quae continuo sequuntur: ὡς ἂν αὐτὸς ἐκεῖνος βούληται. SCHAEFER.

P. 77. v. 27. [μελλόντων]] μελλόντων uncis inclusi ut molestum et superfluum orationemque impediens: sublato enim eo nil deest, quia διοικήσειν cohaeret cum ὑπεσχημένων. *qui receperunt Philippo, se negotiorum et studiorum eius fore administros atque procuratores, idque etiam reapse agunt.* REISK. Reiskius recte observat, μελλόντων debere eiici ut inutile, quum διοικήσειν referatur ad ὑπεσχημένων. Ego pro μελλόντων, quod retinui, quia potest utcumque explicari, legi velim ὑπὲρ αὐτοῦ. AUGER. Verborum παρακρουσθῆναι — πραττόντων ordo non recte procedit. Quare Reiskius μελλόντων iubet eiici: primum hoc audacter; deinde, illud si fiat, ad πραττόντων deesse non possit τοῦτο. Leni medela locum sanabis, si legas: μελλόντων, τῶν, ὅσ' ἂν αὐτὸς etc. i. e. *deceptum iri vos putat ab hominibus res Philippi nostra in urbe acturis, qui cuncta, quae ille vult, et dudum sunt polliciti, et nunc moliuntur.* Nam et ὅσ' ἂν atque ὡς ἂν facile confunduntur, et articulus ab antecedente syllaba saepissime absorbetur. Amat autem noster articulum a verbo suo sic disiungere, ut h. l. in verbis τῶν, ὅσ' ἂν βούληται, ὑπεσχημένων factum est. V. e. de reb. Chers. p. 106, 15. τῇ δ', ὧν προσήκει, παρασκευῇ. de cor. p. 276, 10. τοὺς, ὁποιουσδήποθ' ὑμεῖς ἐξεπέμπετε, στρατηγούς. orat. παραπρ. p. 341, 4. τοὺς, ὅτε ἐκληροῦσθε, ἐνοχλοῦντας. ibid. p. 346, 13. τῶν, ὅτε τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε, λεχθέντων. ibid. p. 349, 13. τὴν, ὅτ' ἀδωροδόκητος ὑπῆρχε, προαίρεσιν. ibid. p. 399, 22. τῆς, οἵα παρ' ὑμῖν ἐστι, πολιτείας. WEISK. Sanissima est vulgata: id quod iam Augero uncos recte amoventi suboluit. Verba καὶ πρὶν — πραττόντων sunt appositio, quam seorsum intellectam sic resolve: οἳ καὶ πρὶν ὑπέσχηνται [subaud. πράξειν], καὶ νῦν δὲ πράττουσι. SCHAEFER.

P. 77. v. 27. ἂν] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 77. v. 28. βούληται] βούλεται Aug. tertius cum η superscripto. REISK.

P. 78. v. 1. ὅτι δι' ἀμφοτέρων] F. ὅτι νὴ Δί' ἀμφοτέρων. REISK. Vulgata ferri possunt. Malim tamen ὅτι δὴ, sublata post ὀνομάτων interpunctione, ita ut ἀμφ. τ. ὀνομ. ab ὁποτ. pendeat. WEISK. In librorum scriptura nihil est quod offendat. Ceterum v. Lennep. ad Phalar. p. 100. b. SCHAEFER.

P. 78. v. 3. ἄν τε λάβητε, ἄν τ' ἀπολάβητε] ἐάν τε — ἐάν τε — Aldina Taylori. Citat et paraphrasi explanat h. l. (et p. 162, 16.) Eustathius ad Odyss. p. 62, 5. ed. Rom. REISK.

P. 78. v. 6. *δεδωκέναι*] *δοῦναι* Ald. Tayl. REISK. Hoc verum, siquidem *ἀποδοῦναι* v. 5. recte habet. Sed vide ne hoc mutandum sit in *ἀποδεδωκέναι*, coll. not. ad p. 81, 17. SCHAEFER.

P. 78. v. 7. *γελοῖον — εὐεργέτημα*] At plerique nostrates reguli res furto ablatas, capto fure, sibi vendicantes, nec dant nec reddunt iis, quorum illae fuerant, in magni beneficii loco sua recepturis. WOLF.

P. 78. v. 7. *γε*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 78. v. 7. *τὸ*] Deest Harlei. REISK.

P. 78. v. 7. *ἵν' ἐνδείξηται ἅπασι*] *ἵνα δείξηται ἅπασι* Aldina Taylori. *ἅπασι* dat etiam Harl. *πᾶσι* edit. Wolf. REISK. *πᾶσι* Auger. SCHAEFER.

P. 78. v. 10. *τοῦτο δ' ὑμῖν οὐ ποιητέον ἐστὶν*] Sed ignaviae iusta comes est ignominia. Vigilantem hominem et strenuum postulat imperium. WOLF.

P. 78. v. 11. *λέγῃ*] *λέγοι* Aug. secundus. REISK. Interpunge post *λέγῃ*. WEISK.

P. 78. v. 12. *διαδικάζεσθαι*] *διαδικάσασθαι* Aldina Taylori, Paris. secundus, quintus, octavus, Aug. primus et Harlei. *δικάζεσθαι* simplex est in Bavarico et Aug. tertio: sed in hoc superscriptum est *δικάσασθαι*, et praeterea in marg. *γρ. διαδικάσασθαι*. REISK. Codd. fere omnes recte habent *διαδικάσασθαι*: nam de uno eoque certo iudicio h. l. sermo est. WEISK. Conf. p. 162, 21. SCHAEFER.

P. 78. v. 13. *πρῶτον μὲν*] Desideratur, quod insequi atque respondere debebat, colum *ἔπειτα δὲ* —. Aut ergo suspicandum est, oratorem oblitum sui supplere deficientia non meminisse, aut adsciscenda est e Feliciana haec lectio: *ἔπειτα δὲ, εἴ γε ἡ δύναμις*, pro illis, quae versu 16. leguntur: *ὁπότε γὰρ ἡ μὲν δύναμις*. Modo quod de auctoritate huius lectionis haud constet, quam in librorum meorum nullo repererim. REISK. V. not. ad v. 16. SCHAEFER.

P. 78. v. 13. *Ἀθηναίους — Πέλλης*] Vide ignavae nobilitatis supercilium. Quae enim olim vi potius quam iure occupata per socordiam amiserunt, stulta persuasione adhuc sua esse iactant. WOLF.

P. 78. v. 13. *τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμώμενον*] Nihil aliud quam *Pellaeum*. Non probo Weiskii interpretationem Diss. p. 19. SCHAEF.

P. 78. v. 15. *πότερον*] *πότερα* Aug. primus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK.

P. 78. v. 16. *εἰσίν. ὁπότε γὰρ*] *εἰσίν. ἔπειτα δ' εἴγε ἡ δύναμις* Feliciana: quod etiam in exemplo Aldinae Lessingiano annotatum reperi. REISK. Dedi *ἔπειτα δὲ, εἴ γε ἡ δύναμις*, quam lectionem, dante Feliciano, admisi in textum nullis licet confirmatam codicibus. AUGER. Verbo *πρῶτον* nullum respondet *δεύτερον* s. *ἔπειτα*, et tamen apparet hoc dici: *irridet vos, iudicio rem de Haloneso transigi iubens: primum enim de insulis ridi-*

culum foret Athenienses, maris dominos, cum Macedone litigare; deinde terram continentem videremur sic ultro concedere. Quare pro εἰσίν· ὁπότε γὰρ scribe εἶθ' ὁπότε γ' ἄρα, i. e. *deinde, si quidem opes vestrae nequeunt* etc. Post ἐκείνου interpunge; ubi cum esset εἰσί supplendum, mirum non est εἶθ' (i. e. εἶτα) corruptum esse: quo facto facile scribebatur γὰρ, ut aliqua certe esset membrorum copula. Notum est, πρῶτον μὲν —, εἶτα —, omisso plerumque δὲ, dici: v. c. orat. in Aristocr. p. 668, 2. in Timocr. p. 702, 23. et 705, 29. Sic et ἔπειτα. Conf. Hoogev. in Doctr. Part. Gr. T. I. p. 662. et Schaeferi Meletemm. Critt. Spec. I. p. 61. Verbum ἄρα autem in ὁπότε γ' ἄρα vim suam tenet dubitandi, quin sic se res habeat; ut in εἴπερ ἄρα, ὡς ἄρα etc. WEISK. Tutissimum videtur Augerum sequi. SCHAEFER.

P. 78. v. 16. ἡ — δύναμις ἡ ὑμετέρα] Ubi vero illa est? πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Vide ultimam Aeschinis Epistolam. WOLF.

P. 78. v. 16. ὑμετέρα] Sic etiam Bavaricus cum η superscripto. REISK.

P. 78. v. 17. δύνηται] Vulg. δύναται. Sic etiam Bavar. cum η super α scripto. Praetuli δύνηται. REISK. Augerus bene revocavit indicativum. SCHAEFER.

P. 78. v. 17. ὑμῖν τὰ χωρία — διασώζειν] ὑμῖν τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ χωρία διασώζειν August. primus. Ita et fere Harlei., nisi quod pro ὑμῖν dat ἡμῖν. τὰ secundum abest ab ed. Felic. REISK.

P. 78. v. 18. οἱ κύριοι τῆς ψήφου] τῇ δυνάμει τὴν ψῆφον opponit, q. d. Si copiae vestrae maris imperium tueri nequeunt, quomodo iudices restituent? vel: Turpe est ea iure persequi, quae armis recuperanda sunt. WOLF.

P. 78. v. 19. σώζωσιν] Vulg. σώζουσιν. σώζωσιν Bavar. sed cum ου superscripto. Praetuli σώζωσιν. REISK. Recte Auger. σώζουσιν. SCHAEFER.

P. 78. v. 19. ἐὰν μὴ Φίλιππος αὐτοὺς πρίηται] χρήμασι διαφθείρῃ δωροδοκοῦντας καὶ πιπράσκοντας ἑαυτούς. Nam πρίασθαί τινα est corrumpere largitionibus: πιπράσκειν ἑαυτὸν, corrumpi. Est enim mercis auctoramentum servitutis. WOLF.

P. 78. v. 21. ἐν τῇ ἠπείρῳ] ἐν τῇ μεσογείᾳ. Lacedaemonii terra magis, mari Athenienses tyrannidem in Graecos exercuerunt. Si ergo mari cedent Athenienses, quanto magis terra? WOLF.

P. 78. v. 21. ἁπάντων] πάντων Harlei. REISK.

P. 78. v. 21. ἐπιδείκνυτε] Pro ἐπιδείκνυται corrige ἐπιδείκνυτε. OBSOP. Vulg. ἐπιδείκνυται. ἐπιδείκνυτε correxit Obsopoeus et exhibuit Felic. ἐπιδείκνυσθαι Aldina Taylori. Correxi ἐπιδείκνυτε. REISK. ἐπιδείκνυτε est correctio Obsopoei elegans, at non necessaria. Restitue e codd. ἐπιδείκνυται. WEISK. ἐπιδείκνυτε etiam Auger. idemque placuit Tayloro. V. Reiskii praefat. ad An-

notatt. p. 118. Weiskio ἐπιδείκνυται qui potuerit probari, non intelligo. SCHAEFER.

P. 78. v. 22. διαγωνίζοισθε] Vulg. διαγωνίζησθε. διαγωνίσησθε Paris. quintus et octavus. διαγωνίσεσθε Aug. primus. διαγωνίζεσθε Bavaricus, sed cum ει superscripto, ad indicandum, legi quoque in aliis libris διαγωνιεῖσθε. διαγωνίζοισθε Aug. secundus, appendix Francofurtana. REISK. Soloecum διαγωνίζησθε revocavit Augerus. SCHAEFER.

P. 78. v. 22. εἴγε ὑπὲρ] Vulg. εἰ ὑπὲρ. εἴ γ' ὑπὲρ Aug. tertius. εἴ γε περὶ Aldina Tayl. Paris. octavus, Aug. primus, appendix Francofurtana, Harlei. Addidi γε. REISK. εἰ ὑπὲρ Auger. SCHAEFER.

P. 78. v. 25. διαδικάσεσθε] διαδικάζεσθε Aug. secundus, Aldus, Felic. Utramque lectionem exhibet Bavaric. hanc infra, vulgatam supra. δικάζεσθε simplex dat Aug. tertius. REISK.

P. 78. v. 25. συμβόλων] σύμβολα Suidas interpretatur συνθήκας, ἃς ἂν πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαβεῖν τὰ δίκαια. Alias sunt tesserae hospitales, theatrales, nummariae, frumentariae, castrenses: de quibus vide ea, quae Robertus Constantinus in suo Lexico prolixe annotavit, praeclara multis in locis navata opera. WOLF. σύμβολον proprie *tessera*, i. e. signum, quo aliquid cognoscitur. Hic idem ac συμβόλαιον, *pactum*, *conventum*. σύμβολα iuxta Harpocrationem sunt pacta, quae inter se faciunt civitates, et pro civibus constituunt, ut hi ius et aequum praestent et obtineant. Horum, inquit idem, saepius meminit Demosthenes in septima Philippicarum. Ceterum non plane liquet, quae sit connexio inter haec pacta et Potidaeam, quam mox dicet orator Atheniensium fuisse. AUGER. V. Etymol. M. c. 734, 22. Photius c. 405. et Thomas Mag. p. 818. s. SCHAEFER.

P. 78. v. 26. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. octavus, Aug. primus et Harlei. REISK.

P. 78. v. 27. ὡς] ὥσπερ Aug. primus, Harlei. append. Francofurt. REISK.

P. 78. v. 28. ἐπανενεχθῇ] ἐπαναχθῇ Aug. primus, Aldina Tayl. append. Francof. REISK. Fortasse melius e quibusdam codd. scribetur ἐπαναχθῇ. Nam ἐπαναφέρειν non occurrit, opinor, ita ut significet *provocare ad aliquem, causam ad superius tribunal referre* (ἐφιέναι); at ἐπανάγειν et ἀνάγειν ita dicuntur, v. c. Aristot. Polit. l. 4. ἀλλ' ἐπαναγέσθω πάλιν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας. — Quod autem orator dicit, Philippum pacta haec de mercatorum iudiciis ideo velle constitui, ut Potidaea iure a se videatur capta, id quale sit, non patet. Captam enim a Philippo esse Potidaeam (Olymp. CV. 3.), et a Diodoro Sic. XVI. 8. et ab oratore nostro narratur (v. Olynth. I. p. 11. l. 17. p. 12. l. 27. Olynth. II. p. 19. l. 29.

Phil. II. p. 70. l. 10. Aristocr. p. 659. l. 5.): qua causa, quo praetextu, nusquam additur. Quare coniicio, Potidaeae aliquid accidisse, cur Athenienses ii, qui eam urbem tenebant, litem intenderent mercatoribus Macedonicis; horum autem fraude factum esse, ut iudicium non Potidaeae, sicut debebat, (nam illo tempore, ubi querimonia orta erat, ibi iudicabatur: v. hanc de Haloneso orat. p. 79, 25. sqq.) sed apud Philippum institueretur; qui Potidaeenses damnavit, bonis exuit, et urbem eorum occupavit. Quod Philippus ut defenderet, hanc nunc voluit legem sanciri, ut in Macedonia in ius vocarentur mercatores Macedonici ab Atheniensibus, Athenis Athenienses a Macedonibus. WEISK.

P. 78. v. 28. ἐφέσιμον τὴν — γνῶσιν] ἔφεσις alias ἡ ἐπιθυμία. Sed hic ἡ εἰς ἕτερον δικαστήριον ἐξ ἑτέρου μεταγωγὴ, ἡ καὶ ἔκκλητος καλουμένη, παρὰ τὸ ἐκκαλεῖσθαι καὶ παραιτεῖσθαι καὶ φεύγειν τὸ ἔλαττον καὶ πρότερον δικαστήριον, appellatio, provocatio. Hinc ἐφέσιμος, sicut ἀνύσιμος, ἀρόσιμος, ab ἄνυσις καὶ ἄροσις, id quod ad alium superiorem refertur, illius auctoritate confirmandum. ἐφέσιμος δίκη idem quod ἔφεσις, sicut παραινετικὸς, παρακλητικὸς, προτρεπτικὸς λόγος idem quod παραίνεσις, παράκλησις, προτροπή. WOLF.

P. 79. v. 1. γνῶσιν ὡς ἑαυτὸν ποιούμενος] γνῶσιν αὐτὸν ποιούμενοι append. Francofurt., si fideliter accepta retulit. αὐτὸν etiam Harlei. exhibet. REISK.

P. 79. v. 2. προλαβεῖν] προσλαβεῖν Paris. quintus. In Aug. tertio prima manus cum dedisset vulgatam, corrector σ interposuit. Est item προσλαβεῖν in appendice Francofurtana et Ald. Tayl. REISK.

P. 79. v. 2. ὁμολογούμενον — καταστῆσαι] Citat Thomas M. p. 819. SCHAEFER.

P. 79. v. 2. συμβόλοις] συμβούλοις P. Manut. REISK.

P. 79. v. 3. ὅτι τῶν — ἀδικούμενοι] Nescio, quomodo haec cohaereant: Athenienses Philippum patiuntur confirmare tesseras; ergo Potidaeatis, colonis suis, nullam ab eo factam esse iniuriam confitentur. Nisi forte confirmatio tesserarum constituat αὐτοκράτορα, cui quod libet liceat. WOLF.

P. 79. v. 5. αὐτὴν] Ita etiam Harlei. αὐτὸν ed. Wolf. REISK.

P. 79. v. 8. ἀλλὰ συμμαχίας] ἀλλὰ καὶ συμμαχίας Ald. Tayl. REISK. Non male. SCHAEFER.

P. 79. v. 10. ἐν Ποτιδαίᾳ] ἐν τῇ Ποτιδαίᾳ Aug. tertius. REISK.

P. 79. v. 11. ταῦτα δὴ βούλεται κ. τ. λ.] Φίλιππος δὴ βούλεται βεβαιώσασθαι πανταχόσε παρ' ὑμῖν, ὅτι οὔτε ἐγκαλεῖτε αὐτῷ ταῦτα τὰ ἀδικήματα, οὔτε ἡγεῖσθε ἀδικεῖσθαι. WOLF.

P. 79. v. 11. πανταχῶς] Vulg. πανταχόσε. πανταχῶς Aug. primus, Bavar. Harl. Praetuli πανταχῶς. REISK. πανταχόσε Auger. revocavit. SCHAEFER.

P. 79. v. 11. *βεβαιώσασθαι*] Post *βεβαιώσασθαι* addi malim *ὁμολογοῦσιν*. REISK. Non vidit Reiskius, sublata post *βεβαιώσασθαι* interpunctione, iungenda esse verba *ὅτι οὔτ' ἐγκαλεῖτε αὐτῷ τἀδικήματα*. Dicitur enim *ἐγκαλεῖν τινί τι*, v. c. de male gesta legat. p. 352, 29. in Boeot. de dote mat. p. 1014, 9. WEISK. Add. v. 3. Iam Wolfii scholium poterat Reiskium in rectam viam ducere. De discrimine inter medium *βεβαιώσασθαι* h. l. et activum *βεβαιοῦτε* v. 5. v. Ind. Graecit. p. 106. SCHAEFER.

P. 79. v. 12. *αὐτῷ*] Abest a Bavarico, sed additur in margine cum *γρ*. REISK.

P. 79. v. 13. *συμβόλων — Ἀθηναίους*] Citant h. l. Harpocration et Thomas M. [p. 819.] in v. *σύμβολα*. REISK.

P. 79. v. 15. *γενέσθω*] *γιγνέσθω* Ald. Felic. Sed Ald. Tayl. appendix Francofurt. et Harlei. vulgatam dant. REISK. *γιγνέσθω* Auger. SCHAEFER.

P. 79. v. 16. *ὁ πατὴρ*] Vulg. *πατήρ*. *ὁ πατὴρ* Aug. primus et tertius, item Bavar. Articulum addidi. REISK. Omisit Augerus. Nec mihi placet haec articuli iteratio. SCHAEFER.

P. 79. v. 16. *Μακεδονίας*] Abest ab Aug. primo, Aldina Taylori, appendice Francofurt. et Harlei. REISK.

P. 79. v. 20. *ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἡ Μακεδονία*] Hoc nusquam me legere memini, nisi apud Demosthenem. Iphicrati quidem supplicem fuisse Eurydicen, Philippi matrem, scribit Aeschines *ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας*. WOLF. Augerus: *Nam nostrae potestati subdita erat Macedonia.* Perperam, neque de tali Atheniensium in Macedoniam imperio cogitandum, si verum est discrimen, quod inter *εἶναι ἐπί τινι* et *εἶναι ὑπό τινι* esse vult Orellius ad Isocrat. *π. τ. ἀντιδ.* p. 300., coll. p. 305., ubi noster locus citatur, post illumque Spohnius ad Isocrat. Panegyr. p. 79., cui assentitur Weiskius de Hyperb. I. p. 21. Mihi quidem res parum liquet, nec fortasse aliis liquebit, qui contulerint Demosthenica p. 35, 7. omninoque meminerint vaniloquentiam illorum oratorum. Hoc satis certum, citeriorem Graecitatem illud discrimen ignorasse. Galenus T. V. p. 836. ed. Lips. *ἵνα γὰρ μήτε ἐπὶ τοῖς πολεμίοις ὦμεν, ἢ ὅλως τοῖς πονηροῖς ἀνθρώποις, μήτ' ἐπὶ τοῖς θηρίοις, οἰκίας τε καὶ πόλεις οἰκοδομησάμεθα.* SCHAEFER.

P. 79. v. 20. *ἡμῖν*] *ὑμῖν* Paris. octavus et Harlei. et ita etiam post v. *φόρους*. Utramque lectionem dat Bavaricus, hanc infra, vulgatam supra. REISK.

P. 79. v. 20. *καὶ φόρους ἡμῖν ἔφερε*] V. Boeckh. de Oecon. polit. Atheniens. T. I. p. 443. coll. Weisk. de Hyperb. I. p. 20. s. *φόρους* qui alio quam proprio sensu intelligunt, videntur errare. SCHAEFER.

P. 79. v. 21. *τότε*] Abest ab appendice Francofurt. REISK.

P. 79. v. 22. ἡμῖν] ὑμῖν Ald. P. Manut. Sed Harlei. ἡμῖν exhibet. REISK. ὑμῖν Auger. SCHAEFER.

P. 79. v. 22. ἐμπορικαὶ δίκαι — αἳ κατὰ μῆνα] S. γιγνόμεναι νῦν. Iudicia, quae propter mercatores constituebantur. WOLF. Post μῆνα pone signum commatis, ut factum in Augeriana. SCHAEF.

P. 79. v. 23. ποιοῦσαι μηδὲν δεῖσθαι] καὶ [l. αἳ] ποιοῦσι μηδὲν δεῖσθαι, ὅπως ἂν μηδὲν δέωνται. WOLF.

P. 79. v. 25. τοὺς τοσοῦτον ἀλλήλων ἀπέχοντας] Μακεδόνας καὶ Ἀθηναίους. Sed cur hanc clausulam addit? Quia Atheniensibus in Macedonia, Macedonibus Athenis ius suum persequi grave erat. Macedo in Atheniensem in Macedonia negotiantem Macedonicis legibus agat, nec necesse habeat Athenis illum accusare, etc. WOLF.

P. 79. v. 25. ἀλλήλων] ἀλλήλους Bavar. REISK.

P. 79. v. 26. ὄντος τοιούτου] Vulg. τοιούτου ὄντος. ὄντος τοιούτου Aug. primus, Aldina Taylori, appendix Francofurtana et Harlei. REISK. τοιούτου ὄντος Auger. SCHAEFER.

P. 79. v. 28. νομίμοις] νόμοις Ald. Tayl. Paris. octavus, Harlei. et Aug. primus et tertius, sed in hoc e correctione, erasa prima lectione, quae videtur cum vulgata consensisse, item appendix Francofurtana. REISK.

P. 80. v. 1. ἀγνοεῖτε] ἀγνοῆτε Bavar. sed cum ει superscripto. ἀγνοῆτε est in Aug. tertio quoque, sed e correctione, cum prima manus vulgatam dedisset. REISK.

P. 80. v. 2. ὑποδοχὴν] id est ὑπόληψιν. *ad impetrandum, ut homines opinentur, vos* —. REISK.

P. 80. v. 2. μηδ' ἀμφισβητῆσαι] Pro ἀμφισβητῆσθαι suppone ἀμφισβητῆσαι. OBSOP. μὴ ἀμφισβητῆσαι Aug. primus (sine δ'). ἀμφισβητῆσθαι appendix Francofurtana et Ald., quod Obsopoeus correxit, et Aldina Taylori. REISK.

P. 80. v. 2. ὑμᾶς] Vulg. ἡμᾶς. ὑμᾶς Paris. quintus et octavus, Aug. tertius ab antiqua manu, sed corrector vulgatam restituit, et sic quoque versu 5. REISK.

P. 80. v. 3. περὶ Ποτιδαίας] περὶ τῆς Ποτιδαίας Paris. octavus, Aug. secundus, Aldus, P. Manut. Sed appendix Francofurtana et Harl. omittunt articulum. περὶ τὴν Ποτίδαιαν Aldina Taylori. REISK.

P. 80. v. 5. ὑμᾶς] Sic Paris. quintus. REISK.

P. 80. v. 6. ἡμῶν] ὑμῶν Paris. quintus et octavus, Aug. primus. In Bavarico prius scriptum fuit ὑμῶν, sed post correctum ἡμῶν. REISK. Lege ex aliquot codd. ὑμῶν. Ea enim persona et in antecedentibus et in sequentibus adhibetur. Sic et l. 16. malim ὑμετέρων, ut erat l. 14. Haec in libris mss. constanter confunduntur; nec mirum: oratores enim de republica loquentes

promiscue alterutra persona utuntur. Quare primum vicina sunt circumspicienda, deinde, in his si nil momenti est, codicum auctoritate standum. Ita p. 84, 16. lege ἡμετέραν ob vicina, et p. 86, 5. ἡμῶν e codd. WEISK. ὑμῶν Auger. Recte. SCHAEFER.

P. 80. v. 7. ὑμᾶς] ἡμᾶς P. Manut. REISK.

P. 80. v. 10. φυλακῇ] Post φυλακῇ addunt Ald. Tayl. et appendix Francofurtana ἢ λόγῳ ἢ χρήμασι. REISK. Scholium videtur, quo quis verbum διαφθείρειν interpretari vellet. SCHAEF.

P. 80. v. 11. ἀφ' ὑμῶν] Abest praepositio ab Harlei. Paris. octavo et Aug. primo. Pro ὑμῶν dant ἡμῶν Paris. quintus et octavus, item Aug. secundus et Harlei. In appendice Francofurtana affertur ὑφ' ὑμῶν, sed cum admonitione, videri praepositionem delendam esse. REISK. Lege ἀφιστάναι ὑμῶν, deleta praepositione, quam complures codd. iique optimi omittunt. WEISK.

P. 80. v. 11. μὴ μόνον — Θάσον] In appendice Francofurt. et Ald. Tayl. haec leguntur: „μὴ μόνον τοὺς φυγάδας τοὺς τὰ αὐτῷ φρονοῦντας παρ' αὐτοῦ εἰς Θάσον. ubi pro αὐτῷ etiam plerique malunt αὑτῷ.“ Haec ibi. Cur non potius τὰ αὐτά? REISK. Lectio append. Francof. et Ald. Tayl. ex interpretamento nata est. Pro τὰ αὐτῷ lege ταὐτὰ αὑτῷ. WEISK.

P. 80. v. 12. τοὺς φυγάδας τοὺς πάρ' ἑαυτοῦ] Exules Macedonicos, vel, eos, qui ad Philippum, aliunde pulsi, confugerant. Nam cum Θάσος ἀγαθῶν in proverbium abierit, *Felix exilium quam locus ille fuit? Sed fumus patriae est alieno clarior igni.* WOLF. Malim τοὺς παρ' ἑαυτὸν, in accusativo. *exsules, qui e Thaso ad se perfugissent.* In Harl. fuit τοὺς φυγάδας τοὺς παρ' αὐτῷ (in dat.). REISK. Pro τοὺς παρ' ἑαυτοῦ repone e cod. Harl. τοὺς παρ' αὑτῷ. WEISK. Genitivus bene habet. V. not. ad p. 13, 17. SCHAEFER.

P. 80. v. 12. διακεκομικέναι] Vulg. κεκομικέναι. διακεκομικέναι Bavar. Compositum praetuli. Verumtamen infinitivum hunc quo referemus? Unde aptus erit? Non poterit aliunde, quam ex ἀξιῶν versu 6., unde insequentes infinitivi quoque apti sunt. Atqui quae erit sententia ἀξιῶν διακεκομικέναι? aut, si cum Wolfio διακεκομικέναι aias ex ἄδειαν versu 9. aptum esse*), non convenit infinitivus perfecti, sed praesentis διακομίζειν et οἰκειοῦσθαι. Brevis ut sim, constructio h. l. prorsus est inextricabilis. Suspicor itaque, pro infinitivo sufficiendum esse indicativum διακεκόμικε, et versu 14. addendum ad νήσους esse ἐλπίζει, ut haec sit sententia: *neque solum exsules Thasios, qui ad se perfugissent, per imperatores vestros domum reportavit* [h. e. reportandos curavit], *sed futurum quoque sperat, ut reliquas quoque insulas suas in partes pertrahat, si nempe suorum amicorum nonnullos classi nostrae imponat, una cum nostris imperatoribus circumnavigare iussos, tanquam socios*

---

*) Scilicet Wolfius haec notavit: „δοθῆναι τὴν ἄδειαν κεκομικέναι. ἀντὶ τοῦ κομίζειν.“ SCHAEFER.

in tutela maris gerenda futuros. REISK. Sensus est: *non hoc satis habet, se exules Thasiorum, qui apud ipsum in Macedonia fuerant, in patriam reduxisse, sed iam cupit ceteras etiam insulas suae potestati subiicere.* Hinc patet, cur praeteritum διακεκομικέναι adhibeatur, quippe in re praeterita, non praesens διακομίζειν: id quod adeo vexavit Reiskium, ut mira audacia διακεκόμικε legendum et post νήσους addendum ἐλπίζει suaderet. Iungi autem debet ἀξιῶν — μὴ μόνον — διακεκομικέναι —, ἀλλὰ καὶ — οἰκειώσασθαι, ne putes cum H. Wolfio et Reiskio hos infinitivos posse pendere ab ἄδειαν δοθῆναι. Tum enim scriptum foret vel συμπέμποντι, ut antea περιπλέοντι καὶ ὁρμιζομένῳ, vel συμπέμποντα. Quare ut loci ratio et nexus pateat, colo melius quam commate post ὑμῶν interpunxeris. — κεκομικέναι codd. omnes praeter Bavar., qui habet διακεκομικέναι, unde verisimile est praepositionem affuisse. Lege κατακεκομικέναι, ita ut κατάγειν, κατιέναι, κατελθεῖν, κάθοδος etc. dicuntur de exulibus in patriam reductis. V. Porson. ad Eurip. Med. v. 1011. Conf. Demosth. de cor. p. 248, 19. et 249, 18. Aristocr. p. 636, 24. et 660, 13. WEISK. Constructionem periodi, non intricatae illius quidem, qualis visa est Reiskio, sed tamen paulo longioris, Weiskius probe intellexit. Sed quod legendum censet κατακεκομικέναι, non assentior. Mireris autem, Oratorem scripsisse διακεκομικέναι, non διακομίσαι, ut scripsit κατασταθῆναι, ὁμολογῆσαι, δοθῆναι, οἰκειώσασθαι. Horum enim infinitivorum omnium eadem est ratio: quippe significant res, non quae factae sint, sed quas Philippus fieri cupiat. Quae ipsa causa est, cur v. 11. μὴ, non οὐ, legatur. SCHAEFER.

P. 80. v. 13. ὑμετέρων] ἡμετέρων Paris. quintus et octavus et Harlei. REISK.

P. 80. v. 15. συμπέμπων] Malim simplex πέμπων. REISK. Immo vis sententiae inest in praepositione. WEISK. Augeri vulgatam mutantis in πέμποντι, quod adeo in textum intulit, errorem notare vix attinet. SCHAEFER.

P. 80. v. 15. συμπλευσομένους] πλευσομένους simplex Bavar. Pro hoc vocabulo dederat in Aug. tertio prima manus στρατευμένους (sic), sed eadem superscripsit συμπλευσομένους. REISK.

P. 80. v. 15. μετὰ τῶν στρατηγῶν τῶν ἡμετέρων] μετὰ τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν Aug. primus. ὑμετέρων Bavar., sed cum ἡ superscripto. REISK. Verum ὑμετέρων, quod etiam Weiskio placet. V. not. ad v. 6. SCHAEFER.

P. 80. v. 16. κοινωνήσοντας] κοινωνήσαντας Paris. secundus, Aug. primus. Utramque lectionem dat Aug. tertius, hanc infra, vulgatam supra. REISK.

P. 80. v. 18. ὁ δ' οὐδὲν — οἰκοδομεῖται] Citat h. l. Thomas M. v. κατασκευάζω p. 509. et Minucianus p. 156. ubi sub enthymemate ἀπ' ἀφορμῶν cum locum hunc recitasset, haec addit:

ἐκ γὰρ τούτων τὸ ἐπιβουλεύειν τῇ θαλάττῃ τὸν Φίλιππον συνέστηκεν (id est *συνέστησεν*), *collegit*, vel *argumentis demonstravit*, orator puta. REISK.

P. 80. v. 18. *νεωσοίκους*] *νεωσήκους* Harlei. REISK.

P. 80. v. 22. *προτιμᾷ*] V. Photius c. 343. SCHAEFER.

P. 80. v. 22. *οἴεσθ'*] *οἴεσθ' ἂν* Aug. primus. Sed tum ei abest *ἂν* post *ἀξιῶσαι*, quod etiam ibi ab appendice Francofurtana et Harlei. exsulat. REISK.

P. 80. v. 25. *τούτοις διεπίστευεν*] *τούτοις δ' ἐπίστευεν* Aug. secundus, non male. REISK.

P. 80. v. 28. *οἴκαδε λαμβάνειν*] *οἴκαδε λαμβάνειν* dicitur is dona, qui ab amico foris vel peregre agente missa accipit ultro delata, ex insperato, nullo suo promerito, et citra obligationem referendae gratiae. Sententia est: Illi autumant, Philippum dona ad se Athenas mittentem mittere dona in Macedonia nata; at ille nihil aliud ipsis mittit, quam exiguam particulam fortunarum patriae, quas ipsi antea Philippo vendiderunt. Conf. p. 157, 7. REISK. *οἴκαδε λαμβάνειν δωρεὰς* intelligo *dona accipere domum transferenda*. AUGER. Simpliciter est *rem familiarem augere*. Id tantum abest ut illi homines consequantur, ut etiam quae prius possidebant disperdant. Conf. p. 157, 10. SCHAEFER.

P. 80. v. 28. *περὶ δὲ τῆς ἐπανορθώσεως τῆς εἰρήνης κ.τ.λ.*] Post *πεμφθέντες* aut deest, aut subaudiendum certe est, quod creberrime solet reticeri, *λέγοντες*. Ad *ἐπανορθώσασθαι* subauditur *Φίλιππον*. Recte habet aoristus, neque de futuro sufficiendo cogitandum est. Vis futuri aoristo quoque inest, sed paulum diversa. Futurum destricte certoque futurum indicat, aoristus autem id, quod secundum omnem probabilitatem eventurum videatur. Sententia igitur haec est: Ad veniam quod attinet a legatis Philippi nobis datam in formula pacis aliquam clausulam reformandi, qui legati nobis auctores facti sunt, Philippum sibi videri certo certius clausulam a nobis immissam admissurum sibique passurum approbari, ut scilicet uterque nostrum nostra habeamus, teneamus nos Athenienses ea, quae ante bellum habuissemus, et Philippus item, quae habuisset, (quae est postulatio iuris irrefragabilis et apud cunctum genus humanum confessi,) negat iam Philippus, neque se veniam hanc legatis suis dedisse, neque legatos suos tale quicquam affirmasse. REISK. Ordo verborum hic est: *περὶ τῆς ἐπανορθώσεως, ἣν ἐπανορθώσασθαι ἔδοσαν* etc. i. e. *De conditionibus pacis, quas ut mutaremus, permiserunt* etc. (ut p. 84, 6. *περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐπανορθώματος, ὃ — ἐπηνωρθώσασθε*) et deinde: *ἀμφισβητεῖ μὴ δεδωκέναι, ὅ τι ἐπηνωρθωσάμεθα*, i. e. *negat, se hoc concessisse, quod nos in pace novavimus.* Unde patet, Reiskium toto coelo aberrare a vero, quum autumet, post *πεμφθέντες* esse *λέγοντες* inserendum, ad *ἐπανορ-*

θώσασθαι supplendum *Φίλιππον:* id quod nec sensus nec verborum patitur coniunctio. Idem addit, ἐπανορθώσασθαι dici de re probabiliter futura: quasi vero scriptum esset ἐπανορθώσασθαι ἂν, ut p. 77, 26. παρακρουσθῆναι ἄν. Optativus enim et infinitivus aoristi, particula ἂν addita, futurum exprimunt, non item sine ἄν. Nec vero ἐπανόρθωσιν recte cum Reiskio *clausulam* appelles. Immo est h. l. *primariae, qua pax convenerat, conditionis mutatio.* Nam Ol. CVIII. 2. auctore Philocrate hoc tanquam fundamentum pacis erat constitutum: ἑκατέρους ἔχειν ἃ ἔχουσιν p. 83, 12. (*beyde Theile sollten in dem Besitzstand, wie er jetzt, nach dem Kriege, war, bleiben*): unde patet, cur orat. de pace p. 63, 15. dicatur, Amphipolim ex pace Philippo cessisse (conf. h. l. p. 82, 23. p. 83, 10.), Cardiam αὐτόνομον mansisse. Nunc vero, quum Philippus promissis quibusdam non stetisset, multaque in Thracia, in Phocide, alibi novasset, Athenienses, impetrata a Philippo pacis corrigendae venia, Olympiade, ut videtur, CIX. 1. suasu oratoris nostri (h. l. p. 81, 15. 82, 25.) decreverunt, ἑκατέρους ἔχειν τὰ ἑαυτῶν p. 81, 3. (*es sollten beyde Theile in den Besitzstand vor dem Kriege zurücktreten*); quam conditionem Philippus ratam esse non iussit. WEISK. Iure vir doctissimus Reiskium castigat. Hoc unum in Weiskiana ratione displicet, quod iunguntur ἀμφισβητεῖ μὴ δεδωκέναι, ὅ τι ἐπηνωρθωσάμεθα. Vere enim Augerus pronomen ὅ τι mutavit in particulam ὅτι. Idem locum sic vertit: *Iam de pacis emendatione, cuius emendationis legati ab eo missi licentiam nobis dederunt, quia id emendavimus, quod apud omnes mortales iustum censetur, ut utrique sua teneant, eam se licentiam dedisse et de ea legatos ad vos dixisse negat.* Ad δεδωκέναι subaudias τοῦτο τὸ ἐπανόρθωμα. SCHAEFER.

P. 80. v. 28. τῆς ἐπανορθώσεως — ἣν ἔδοσαν — ἐπανορθώσασθαι] ἐπανορθώσασθαι ἐπανόρθωσιν notus Atticismus. WOLF. Hac figura, Demostheni parcius usurpata, noster Orator adeo abusus est, ut Gersdorfius hinc argumentum petierit, quo vinceret, orationem non esse Demosthenicam. V. not. ad Rüdigeri Dissertat. p. 131. SCHAEFER.

P. 81. v. 1. ἡμῖν] ὑμῖν Paris. quintus et octavus et Harlei. REISK.

P. 81. v. 2. ἐπηνωρθωσάμεθα] ἐπανορθωσάμεθα P. Manut. REISK.

P. 81. v. 3. ἑκατέρους τὰ ἑαυτῶν ἔχειν] ἑκατέρους ἔχειν τὰ ἑαυτῶν Aug. primus, appendix Francofurtana et Harlei. REISK.

P. 81. v. 6. οὐδὲν ἄλλο ἢ πεπεισμένος] διὰ subintelligitur, aut fortasse legendum οὐ δι' ἄλλο. WOLF. Neutrum verum. Phrasis satis nota, h. l. ideo notabilis, quod particulam sequitur participium. SCHAEFER.

P. 81. v. 7. ἐν τῷ δήμῳ] coram tot hominum millibus palam et clare dicta, quorum si qui dictorum sint obliti, tot tamen

alios superesse necesse sit eorum adhuc memores. Arguit et ridet cum impudentiam adulatorum Philippi, tum absurditatem commentorum, quibus eum ductent. REISK.

P. 81. v. 8. *μόνον*] *μόνως* Harlei. REISK.

P. 81. v. 8. *οἷόν τε*] *οἷός τ'* Bavar., sed cum vulgata superscripta. REISK.

P. 81. v. 8. *ἐστιν ὑμῖν*] *ὑμῖν ἐστιν* Aug. primus, appendix Francofurtana et Harlei. *ἡμῖν* Aug. tertius. REISK.

P. 81. v. 10. *ὑμῖν*] Abest h. l. ab Aug. primo, sed habet idem post *ἥκοντες* versu proximo, item Ald. Taylori, appendix Francofurtana et Harlei. REISK. Hunc alterum ordinem praetulerim. Conf. v. 1. SCHAEFER.

P. 81. v. 12. *παραχρῆμα*] in continenti, e vestigio, statim secus illa a legatis Philippi in concione dicta. REISK.

P. 81. v. 13. *ἐπαναγιγνωσκομένου*] *ἐπανεγνωσμένου* Paris. octavus. *ἀναγιγνωσκομένου* Bavar. (sine *ἐπ*). REISK. *ἐπανεγνωσμένου* probandum. SCHAEFER.

P. 81. v. 13. *τὴν καταψευδομένην γνώμην τῶν πρέσβεων*] Non ementitum decretum, sed *γνώμην τὴν καταψευδομένην τῶν πρέσβεων*, decretum, quod de legatis mentitur. Sic infra [v. 18.] *αὐτοὶ, ὧν κατεψεύδετο τὸ ψήφισμα*, ipsi, in quos mentiebatur decretum. Haec intelligenda sunt de confictis querelis et falsis excusationibus Philippi, qui dicat, Athenienses alia perscripsisse in suo senatusconsulto, quam quae legati sui habuerint in mandatis aut Atheniensibus polliciti fuerint. WOLF. plebiscitum, quod ait Philippus de legatis suis falsa comminisci, mendacia perhibere. REISK. Add. v. 20. et v. Weisk. supra p. 448. not. 25. SCHAEF.

P. 81. v. 15. *ταύτην*] Posset abesse salvo sensu, et hic tantum ponitur ad validius affirmandum. AUGER. Probe intellexit, quam vim habeat hic usus pronominis, quem vulgo, sed perperam, dicunt mere pleonasticum. V. not. ad Dionys. Hal. de C. V. p. 106. et Melet. Crit. p. 84. SCHAEFER.

P. 81. v. 15. *μὲν*] Abest ab Aug. tertio, sed a nova manu est superscriptum. REISK.

P. 81. v. 16. *ἐπέσταλκεν*] *ἀπέσταλκεν* Aug. secundus. V. p. 77, 3. REISK.

P. 81. v. 17. *ἀπεστείλατε*] *ἀπεστάλκατε* Paris. quintus, Aldina Taylori, appendix Francofurtana. REISK. Vide ne hoc ipsius sit Oratoris, cui perfecta multo magis, quam aliis scriptoribus aoristos praeferentibus, videntur placuisse. V. nott. ad p. 78, 6. 80, 12. 83, 25. 84, 3. 86, 9. 87, 13. SCHAEFER.

P. 81. v. 18. *αὐτοὶ*] *αὐτοῦ* Paris. tertius. REISK.

P. 81. v. 18. *ὅτ' ἀπεκρίνασθε αὐτοῖς ἀναγινώσκοντες*] id est *ὅτε ἀνεγινώσκετε αὐτοῖς τὴν ὑμετέραν ἀπόκρισιν*. REISK.

P. 81. v. 19. ἐπὶ ξενίαν] Hoc malim, quam ἐπὶ ξενίᾳ, etsi id quoque ferri potest, ἀντὶ τοῦ ξενικῶς ἢ φιλοξένως. WOLF. ἐπιξενια (sic) sine ν et sine accentu, tanquam unum vocabulum, Aug. primus. ἐπὶ ξενίᾳ ind. Aldi et Aldina Taylori, item Bavar. REISK. Cod. L. Ald. et Fel. v. ξενίᾳ. AUGER. Lege ἐπὶ ξένια. Sic in Aeschin. παραπρεσβ. p. 326. legitur ἐκλήθην ἐπὶ τὰ ξένια μετὰ τῶν συμπρέσβεων sine ulla librorum variatione aut dubitatione interpretum, et ibid. p. 223. κληθέντων ἡμῶν ἐπὶ ξένια, ut legit Taylor. et Henr. Stephan. in Thesauro. Sollemne erat legatis aliorum populorum abituris ξένια dare. Conf. Demosthen. παραπρεσβ. p. 393, 19. WEISK.

P. 81. v. 19. ἐκαλεῖτε] ἐκαλεῖτο Aldina Taylori. REISK.

P. 81. v. 24. ὁ Πύθων παρ' ὑμῖν] Vulg. ὁ Πύθων παρ' ἡμῖν. παρ' ὑμῖν ὁ Πύθων appendix Francofurtana, Aug. primus et Harl. Etiam Aug. tertius dat ὑμῖν. Utrumque Bavar. REISK.

P. 81. v. 25. ὁ τότε πρεσβεύων] ὅ τε πρεσβεύων Aug. primus. REISK.

P. 81. v. 26. μνησθήσεσθε] μέμνησθε Aldus et index Aldi, ed. Felic. Sed vulgata est in appendice Francofurtana et in Harlei. μνήσεσθαι dat Aldina Taylori. REISK. μέμνησθε Auger. Male. Sed nec nostra scriptura videtur vera: Orator enim, opinor, dedit μεμνήσεσθε. SCHAEFER.

P. 81. v. 27. ἡμῖν] ὑμῖν Harlei. REISK.

P. 82. v. 1. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. quintus. REISK.

P. 82. v. 2. κεκτῆσθαι] ἡγεῖσθαι Paris. octavus. REISK.

P. 82. v. 2. αὐτοὶ] οὗτοι Paris. secundus et tertius, Aldina Taylori, Bavaricus in texto, sed margo dat γρ. αὐτοὶ. REISK.

P. 82. v. 3. χρήματα ἐκεῖνον αἰτούντων] Hoc habet aliquid difficultatis. Dicitne hoc Philippus, oratores Athenienses criminationibus pecuniam a se velle extorquere, qua data sint tacituri? Sed sic Philippus ipse his verbis suspicionem daret, se corrumpere adversarios solere. Tum etiam vicina duo verba aliud exspectari iubent, eiusmodi aliquid: καὶ κακὰ ῥήματα ἐκεῖνον αἰτιωμένων. WEISK. Infelix coniectura. Oratores Philippo adversantes dicuntur sycophantae, facile tacituri, si rex eorum silentium pecunia numerata emere vellet. SCHAEFER.

P. 82. v. 6. ἤκουεν] Dedi ex meo ἀκούει. AUGER. Perperam. SCHAEFER.

P. 82. v. 6. ἀποδέχεσθε] M. ἀπεδέχεσθε, παρατατικῷ. WOLF. Vulg. ἀπεδέχεσθε. ἀποδέχεσθε Aldus, Felic. Utramque lectionem dat Bavar., vulgatam infra, alteram supra. In Augustano tertio prima manus lectionem Aldi dederat, sed nova vulgatam restituit. Vulgatam Wolf. quoque praefert, quam appendix quoque Francofurtana dat. Harlei. dat ἀπέχεσθε. Praetuli in praesenti

ἀποδέχεσθε. Subaudi τοὺς τοιούτους λόγους. REISK. Wolfius et Reiskius bene fecerunt, quod ex Aldo et Fel. acceperint ἀποδέχεσθε, quidquid contradicant codd. pene universi, apud quos legitur ἀπεδέχεσθε. Sed tunc mutandum erat ἤκουεν in ἀκούει, ut ego feci. AUGER. ἀπεδέχεσθε unice probandum. SCHAEFER.

P. 82. v. 6. μεταβάλλειν] μεταβάλλει Aldus, Felic. Sed appendix Francofurtana vulgatam dat. REISK. μεταβάλλει dedit Augerus, deleto commatis signo post λόγους v. 5. Neminem, puto, habebit assentientem. SCHAEFER.

P. 82. v. 6. αὐτοῦ] Vulg. αὑτοῦ. αὐτοῦ index Aldi. REISK. αὑτοῦ Auger. nempe ad μεταβάλλει subaudiens Φίλιππος. SCHAEF.

P. 82. v. 7. προήρηται] προείρηται Bavaricus, sed cum η super diphthongo scripto. REISK.

P. 82. v. 8. ἐκέλευσεν — ἐπιτιμᾶν] Citantur in Anecd. Bekk. p. 136, 12. SCHAEFER.

P. 82. v. 8. ἐκέλευσεν] ἐκέλευεν Aug. primus, Bavaricus et Harlei. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 82. v. 10. εἰρήνην] Immo τὴν εἰρήνην, ut Auger. SCHAEF.

P. 82. v. 10. λύειν] κωλύειν Aldina Taylori, append. Francof. REISK. Recte, opinor. Conf. v. 13. δι' οὗ ἡ μὲν εἰρήνη ἔσται. SCHAEFER.

P. 82. v. 11. ὡς ἅπαντα Φίλιππον ποιήσοντα] ἀντὶ τοῦ, ὡς Φιλίππου ποιήσοντος. WOLF.

P. 82. v. 12. ὑμεῖς] Abest ab appendice Francofurtana. REISK.

P. 82. v. 12. ψηφίσησθε] ψηφίσασθε Aug. secundus. Fort. voluit ψηφίσαισθε. REISK.

P. 82. v. 14. εἰρήνη] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 82. v. 17. ἀπεδέχεσθε] ἀποδέχεσθε Harlei. REISK.

P. 82. v. 18. τοὺς λόγους τούτους] τούτους τοὺς λόγους Aug. primus, appendix Francofurt. et Harlei. REISK.

P. 82. v. 21. ἀνηλώκει] Sic etiam Bavar., sed cum α super η. ἀναλώκει dat Aldina Taylori. REISK.

P. 82. v. 21. ὥστε γενέσθαι] Absunt ab edit. P. Manutii ideo, quod ex edit. Feliciani exciderant. REISK.

P. 82. v. 21. ἐνθάδε] ἐνταῦθα Aug. secundus, Aldus, Felic. Sed vulgatam dant appendix Francofurtana et Harlei. REISK.

P. 82. v. 22. γράψοντα] γράφοντα Aug. primus, appendix Francofurtana, Aldina Tayl. Utramque lectionem dant Bavar. et Aug. tertius ab eadem manu. REISK.

P. 82. v. 26. τὸ γὰρ] τὸ μὲν γὰρ Ald. Lessing. REISK.

P. 82. v. 26. [τοῦ]] Abest ab Aug. primo. REISK. Uncos recte amovit Augerus. V. p. 83, 2. SCHAEFER.

P. 82. v. 27. ἀπώλλυτε] ἀπόλλυτε Aug. tertius, Harl. REISK.

P. 83. v. 1. ἐκτήσασθε] ἐκέκτησθε Paris. tertius, index Aldi. REISK. Hoc malim. SCHAEFER.

P. 83. v. 1. χώραν] γνώμην index Aldi. REISK.

P. 83. v. 1. μὲν οὖν] Absunt ab Harlei. REISK.

P. 83. v. 4. προτέροις] πρότερον Bavaricus, sed vulgata superscripta. Utramque lectionem exhibet item Aug. tertius, sed inverso ordine. REISK.

P. 83. v. 4. τοῖς οὖσιν] Omittit appendix Francofurt. REISK.

P. 83. v. 5. ὑμετέραν] ἡμετέραν Paris. tertius, quintus, octavus, Aug. primus et tertius, Harl. REISK.

P. 83. v. 6. ἔγραφον καὶ ἐξήλεγχον] ἔγραψα καὶ ἐξήλεγξα Ald. Taylori, Harlei. Augustanus primus, Paris. secundus, quintus et octavus. Ex Augustano secundo solummodo enotavi ἔγραψα. Appendix Francofurtana dat ἔγραψα καὶ ἐξήλ., ut de posteriori voce dubium relinqueret: sed paullo post repetitur ibidem eadem annotatio, quod saepe fit, et tum ἐξήλεγξα integre est exaratum. Utramque lectionem dat Bavaricus. REISK. Lege ἔγραψα καὶ ἐξήλεγξα, et l. 12. pro ἐψηφίζεσθε lege ἐψηφίσασθε, utrumque ob codd. consensum. Per se utrique erat tempori locus, si quidem aoristus rem simpliciter narrat, imperfectum autem ratione habita temporis certi et earum, quae simul acciderunt, rerum. WEISK. Cum praecedat γράφων, non γράψας, teneo ἔγραφον καὶ ἐξήλεγχον. SCHAEFER.

P. 83. v. 7. τοὺς] τὰ Harl. REISK.

P. 83. v. 8. ὑμῶν] ἡμῶν Aug. primus. REISK.

P. 83. v. 10. νῦν ἔξαρνός ἐστιν] S. δεδωκέναι τὴν ἐπανόρθωσιν. WOLF.

P. 83. v. 12. ἐψηφίζεσθε] ἐψηφίσασθε Aldina Taylori, Paris. secundus, Aug. primus et tertius, Harl. Utramque lectionem dat Bavaricus, infra vulgatam, supra alteram. REISK. Verum ἐψηφίσασθε. Placuit etiam Weiskio. V. not. ad v. 6. SCHAEFER.

P. 83. v. 13. γ'] Deest Harl. REISK.

P. 83. v. 15. ἑαυτῶν] αὐτῶν Harl. REISK.

P. 83. v. 17. αὐτοῦ] αὐτῷ Paris. octavus, Aug. primus. REISK.

P. 83. v. 18. μέμνηται] μέμνημαι Paris. octavus, Aug. primus. Sic est quidem in texto Augustani, sed in margine est ται exaratum ab eadem manu correctionis ergo, praesertim cum litera μ puncto esset notata, quod est signum indicans, delendum id esse. REISK.

P. 83. v. 18. τῆς δ' ἐπιστολῆς — ἐπιλέλησται] Citantur in Anecd. Bekk. p. 136, 17. SCHAEFER.

P. 83. v. 18. ὑμᾶς] ἡμᾶς Aug. primus. REISK.

P. 83. v. 21. ὑμετέραν] ἡμετέραν Paris. quintus et octavus, item Harl. REISK.

P. 83. v. 21. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. quintus. REISK.

P. 83. v. 22. ὑμετέραν] ἡμετέραν Paris. quintus. REISK.

P. 83. v. 22. κἀκεῖνοι μὲν — ἔχει; — κέκτηται;] Post v. ἔχει et κέκτηται dele signa interrogationis. Neque enim Orator interrogat, sed utens ironia Macedonem perstringit. Sic etiam Augerus intellexit. Ironicum orationis colorem arguit ipsum illud ὡς ἔοικεν, quod eodem modo usurpatum legitur infra p. 85, 20. SCHAEF.

P. 83. v. 25. εἴληφεν] ἔλαβεν Paris. quintus, Ald. Tayl. REISK.

P. 83. v. 26. ἔχει] ἔχειν Harl. REISK.

P. 83. v. 28. πεφυλαγμένως — δίκαια εἶναι] Haec sunt haud dubie ipsius Philippi verba, litteris illis perscripta. WEISK. Non puto. SCHAEFER.

P. 83. v. 29. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. quintus. REISK.

P. 84. v. 2. σφόδρα] Post σφόδρα Morellus, sive Lambinus is est, addi vult ὑμῶν, quod libri si addant, cupidus amplectar. Sic autem subaudiri solummodo debet. REISK. καταπεφρονηκέναι, non scil. ὑμῶν, ut vult Reiskius, sed scil. τούτων, i. e. τῶν δικαίων. WEISK. Fallitur. Subaudiendum, non addendum, ὑμῶν, quod etiam Augero placet. Sic hoc verbum passim ponitur absolute. In Prooem. Demosthen. p. 1448, 8. ὅσῳ γὰρ ἂν μᾶλλον καταφρονήσωσι, τοσούτῳ θᾶττον ἁμαρτήσονται. Xenophon Cyrop. II. 4. 22. νῦν δ' — καταφρονεῖ. Quanquam vix repugnem, si quis in talibus locis quicquam oportere subaudiri neget: καταφρονεῖν enim ita positum nihil aliud videtur significare quam εἶναι φρονηματίαν, *fastu turgere, efferri.* SCHAEFER.

P. 84. v. 3. ὁ βασιλεὺς ὁ Περσῶν] De pace ab Antalcida facta haec intelligenda sunt. Sic et Archidamus ex Persico foedere Lacedaemoniorum esse Messenam affirmat. Vide Panegyricum Isocratis de auctoritate Persae inter Graecos. WOLF. Primum articulum omittunt Aug. primus et Bavaricus, secundum ed. P. Manut. et Aug. secundus. Secundum addit Ald. Tayl. et Harlei. REISK. ὁ βασιλεὺς Περσῶν Auger. Malim βασιλεὺς ὁ Περσῶν. SCHAEFER.

P. 84. v. 3. ἐψηφίσαντο καὶ ὡμολογήκασιν] Vide quam proclivis sit Orator ad usum perfectorum, posthabitis aoristis, quibus alii utuntur. V. not. ad p. 80, 12. SCHAEFER.

P. 84. v. 6. περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐπανορθώματος] Apodosis seu restauratio et completio sententiae hic coeptae habetur versu 17. in illis, τοῦτο δὲ τὸ ἐπανόρθωμα, ubi fallitur, quisquis fuit, sive Morellus, sive Lambinus, in locum δὲ sufficiens δή. Qua particula, sive μὲν, sive δὲ, periodos tales exordiuntur, eadem quoque resumunt illas longius circumductas in ordinem revocantes. Cuius moris sive ignoratio sive oblivio eundem Lambinum p. 90, 22. eundem in errorem implicuit. REISK. V. Melet. Crit. p. 111., ubi similem Mudgii errorem in Platone notavi. SCHAEF.

P. 84. v. 7. ἐπηνωρθώσασθε] ἐπανωρθώσασθε Ald. Tayl. REISK.

P. 84. v. 8. ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους] Iunguntur etiam v. 27. V. not. ad p. 15, 26. SCHAEFER.

P. 84. v. 10. εἶναι] Omittit cod. K. AUGER.

P. 84. v. 10. μὴ μόνον] Non iungenda, sed μὴ solum per se intelligendum, μόνον autem referendum ad sequentia, cum sit i. q. μόνους. Pusilla haec res non animadversa quantum occaecaverit Wolfium, Reiskium et Augerum, v. in not. ad v. 13. SCHAEFER.

P. 84. v. 11. ἡμᾶς] ὑμᾶς Bavar. Aug. secundus, qui tamen ἡμετέρους servat, et tertius. REISK.

P. 84. v. 11. ἡμετέρους] ὑμετέρους Paris. secundus, tertius, quintus et octavus, Bavar. Aug. tertius et Harlei. REISK.

P. 84. v. 12. τοὺς ἐκείνου] τοὺς abest ab Aug. tertio. REISK.

P. 84. v. 13. ἡμετέρους] ὑμετέρους Paris. octavus, Aug. tertius et Harl. REISK.

P. 84. v. 13. οὐκ ἐν μέσῳ κεῖσθαι] non in medio iacere, patentes omnium iniuriis et insidiis. Particulam infitiantem de meo addidi. REISK. Dele οὐκ, Reiskii commentum, quod tantum abest ut verum sit, ut, si vel in omnibus libris legeretur, tamen foret expungendum. Nam negatio, quae est in particula μή, pertinet etiam ad verba τοὺς δὲ — ἀπόλλυσθαι, ita ut hic sit loci sensus: *iustum putabant, non hoc, vos vestrosque socios pacem agere, ceteros perire, sed illud, omnes communi consilio conservari.* Quare melius ante τοὺς δὲ commate, ante ἀλλὰ colo distingues *). Omnino eorum, quae Reiskius de suo addidit, vicesima pars vera non est, recteque dicit Cl. Wolfius (in praef. ad orat. in Lept. p. VIII.), istum sua labe optimum scriptorem contaminasse. V. ad p. 77, 8. Conf. quae dixi ad p. 79, 11. et p. 80, 11. WEISK. Verissime vir doctissimus. Adde quod Reiskius inserendo οὐκ orationem foedavit soloecismo: quae si talem particulam addi posceret, addenda erat, non οὐκ, sed μή. Sed non solus Reiskius hic lapsus est. Wolfius: „ἡγούμενοι καὶ δίκαιον εἶναι — μὴ μόνον — τοὺς δὲ μήτε —. ἀνανταπόδοτον. Sequitur enim ἡ ἀπόδοσις post ἀπόλλυσθαι, quod membrum interiectum est.“ Falso. Non est oratio ἀνανταπόδοτος, sed omnia eius membra recte et ordine cohaerent. Fefellit autem Wolfium illud μὴ μόνον, quod sensu vulgari intellectum retulit ad ἀλλὰ καὶ v. 15. V. not. ad v. 10. Haec autem ludus iocusque sunt,

---

*) Ante τοὺς δὲ posui signum commatis, cum Reiskius coli posuisset. Sed ante ἀλλὰ non opus aliter distingui, quam factum in Reiskiana. SCHAEFER.

praeut Augerus quae sibi licita putavit. Is mirabili audacia, quam a tali homine nemo facile exspectaverit, locum inde a v. 10. sic scriptum edidit: οὐχ ἡγούμενοι δίκαιον εἶναι τοῦτο καὶ φιλάνθρωπον, ἡμᾶς μόνον καὶ τοὺς ξυμμάχους τοὺς ἡμετέρους, καὶ Φίλιππον καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἐκείνου, ἄγειν τὴν εἰρήνην· τοὺς δὲ μήτε ἡμετέρους ὄντας, μήτε Φιλίππου ξυμμάχους, ἐν μέσῳ κεῖσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν κρειττόνων ἀπόλλυσθαι· ἀλλὰ καὶ τούτοις κ. τ. λ. Sensus quidem verus hinc nascitur: sed idem inest in scriptura librorum, quam nunc spero a nemine contrectatum iri. SCHAEFER.

P. 84. v. 15. καὶ ὑπὸ] καὶ abest ab Aug. tertio. REISK.

P. 84. v. 16. ὑμετέραν] Sic Paris. octavus, Aug. tertius et Harlei. REISK. ἡμετέραν Auger. Recte. Probavit etiam Weiskius in not. ad p. 80, 6. SCHAEFER.

P. 84. v. 17. ἡμᾶς] ὑμᾶς Paris. quintus, Aug. tertius et Harlei. REISK.

P. 84. v. 17. δὲ] Abest ab Aug. primo et secundo, item appendice Francofurtana. Eius loco vult seu Morellus, seu Lambinus δή. REISK. V. not. ad v. 6. SCHAEFER.

P. 84. v. 20. Φεραίων μὲν] Vulg. Φεραίων τε μέν. τε abest a Paris. secundo, quinto, octavo, Aug. primo, secundo, tertio, Bavarico et Harl. probatque Wolfius. Sustuli. REISK. Wolfius: „Φεραίων τε μέν. τὸ τὲ abundare videtur.“ SCHAEFER.

P. 84. v. 20. φρουρὰν] φρουρὰς Aldina Tayl. Paris. quintus et Aug. tertius, sed hic e correctione, nam prima manus vulgatam dederat. REISK.

P. 84. v. 21. δὴ] Ironicum. V. Markland. ad Euripid. Supplic. 521. p. 114. ed. Dind. SCHAEFER.

P. 84. v. 22. Ἀμβρακίαν] Ἀμπρακίαν Aug. primus (per π). REISK.

P. 84. v. 22. τὰς δ' ἐν Κασσωπίᾳ κ. τ. λ.] Locum hunc citat Harpocration saepius: v. Βούχετα, quod ait plurale esse. V. etiam Vales. p. 38. allegantem exempla veterum, pro Elatea Ἐλάτρειαν appellantium. item v. Πανδοσία et Ἀλέξανδρος. REISK.

P. 84. v. 22. Κασσωπίᾳ] Κασσωπείᾳ Aug. primus. Κασωπίᾳ Harl. REISK.

P. 84. v. 23. Ἐλάτειαν] γρ. Ἐλάτριαν Ald. Lessing. REISK.

P. 84. v. 25. εἰς τὰς πόλεις] Pro τὰς πόλεις nostrum antiquum habet εἰς τὰς πόλεις, addita praepositione. OBSOP. εἰς abest ab ed. Aldi et Felic., sed addidit Obsopoeus et appendix Francofurtana et Ald. Tayl. et Harlei. REISK. Dele εἰς cum edd. Ald. et Felic. βιάζεσθαι εἰς τινὰ hellenisticum videtur. Lucae Ev. c. 16, 16. πᾶς εἰς αὐτὴν (τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ) βιάζεται. Vitium fortasse ita natum, ut primum, repetita, ut fit, ultima

syllaba verbi antecedentis (πόλεις), scriberetur εἰσβιασάμενος, ut est in cod. Paris.), deinde corrector aliquis praepositionem transponeret. WEISK. εἰς omisit Augerus. Melius additur: *irruptione facta in urbes*, non, *vi illata urbibus* s. *coactis urbibus*. Nihil in hac locutione hellenistici. Xenophon Cyrop. III. 3. 69. εἰ βιάσαιντο εἴσω. SCHAEFER.

P. 84. v. 25. βιασάμενος] εἰσβιασάμενος Parisin. quintus. REISK. Videndum ne Orator hoc dederit. Passim enim utitur verbis compositis, ubi simplicibus defungi poterat. Sic p. 80, 15. συμπέμπων τοὺς συμπλευσομένους. SCHAEFER.

P. 84. v. 26. Ἀλεξάνδρῳ] V. Anecd. Bekk. p. 375, 25. SCHAEFER.

P. 84. v. 26. τῷ κηδεστῇ τῷ ἑαυτοῦ] τῷ ἑαυτοῦ κηδεστῇ Aug. primus, Aldina Taylori, appendix Francofurtana et Harl. REISK.

P. 84. v. 26. σφόδρα] Vulg. καὶ σφόδρα. καὶ abest ab Aug. primo, secundo, tertio, Bavar. Paris. secundo, quinto, octavo, item ab appendice Francofurtana, Aldina Taylori. Delevi copulam. REISK. Delevit etiam Augerus. SCHAEFER.

P. 84. v. 28. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. quintus. REISK.

P. 84. v. 28. διατελεῖ] διατελεῖν Ald. Sed correxit emendator Lessing. REISK.

P. 85. v. 1. μεγάλα] μεγάλους Harlei. REISK.

P. 85. v. 1. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. quintus. REISK.

P. 85. v. 2. διαβάλλοντα] ὡς διαβάλλοντα Ald. Tayl. REISK.

P. 85. v. 2. ἡμῖν] Abest ab Aug. secundo. Sed Harlei. dat ὑμῖν. REISK. Praefero ὑμῖν. SCHAEFER.

P. 85. v. 3. ἀναιδής] ἀναιδίς Harl. per ῑ. REISK.

P. 85. v. 3. ἐπιστολῇ] τῇ ἐπιστολῇ Aug. primus. REISK.

P. 85. v. 4. ἥ ἐστι νῦν] M. ἥ ἐστι καὶ νῦν. WOLF. ἥ ἐστι νῦν: id est ἥ ἐστιν ἔτι νῦν, *quae adhuc superest*. REISK. καὶ addidi, monente Wolfio. AUGER. Non opus addi. SCHAEFER.

P. 85. v. 5. αὐτῷ] ἑαυτῷ Bavar. REISK.

P. 85. v. 5. ἡ εἰρήνη] Vulg. εἰρήνη. ἡ εἰρήνη Aug. primus, Ald. P. Manut. Articulum addidi. REISK.

P. 85. v. 5. τοσαῦτα ἀγαθὰ ἡμᾶς ποιήσειν] τοσαῦτα ὑμᾶς ἀγαθὰ ποιήσειν Aug. primus, appendix Francofurtana. Etiam Parisinus quintus dat ὑμᾶς. τοσαῦτα ἡμᾶς ἀγαθὰ ποιήσειν Harlei. REISK. Harleianus Oratoris manum videtur servasse. SCHAEFER.

P. 85. v. 6. γράφειν] γράφοι Weimaranus. REISK.

P. 85. v. 6. εἰ] τὶ ed. P. Manutii. REISK.

P. 85. v. 6. ἐσομένην] ἑπομένην Aug. primus. V. v. 18. REISK.

P. 85. v. 7. δῆλον ὡς — γενομένης δὲ τῆς εἰρήνης] Haec Tiberius p. 42. sic citat: δῆλον γὰρ ὡς προκεχειρισμένων καὶ ἑτοίμων ὄντων τῶν ἀγαθῶν, ἐμέλλομεν ὑπ' ἐκείνου, τῆς εἰρήνης γινομένης· γινομένης δὲ τῆς εἰρήνης. SCHAEFER.

P. 85. v. 8. ἐμέλλομεν] μέλλομεν Aug. tertius. Fort. voluit μέλλοιμεν. REISK.

P. 85. v. 8. τῆς εἰρήνης γενομένης] Vulg. τ. ε. ἐσομένης. γενομένης Aug. primus: quod idem in continenti consequebatur in isto codice. γενομένης dat etiam Harlei. Pro ἐσομένης dedi γενομένης. REISK. γενομένης Reiskius e duobus codd., captans elegantiam ex repetito γενομένης, invito sensu. Restitue e ceteris codd. τῆς εἰρήνης ἐσομένης· γενομένης δὲ etc. i. e. *multa eramus bona nacturi, quamdiu pax erat futura; nunc, facta pace, illa abierunt, evaserunt, perierunt.* WEISK. ἐσομένης revocavit Augerus. Perperam: unice probandum enim γενομένης, quod tuetur etiam Tiberii scriptura leviter corrupta. Verte: *nimirum quasi in promtu parataque essent bona, quae percepturi essemus, si pax convenisset.* SCHAEFER.

P. 85. v. 10. ἡμεῖς] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 85. v. 10. ἐκποδών] Anecd. Bekk. p. 244, 10. Ἐκποδών: ἀφανής, ἐκ μέσου. SCHAEFER.

P. 85. v. 12. ἐὰν τοῖς μὲν αὐτοῦ φίλοις] ἐὰν μὲν τοῖς αὐτοῦ φίλοις Aug. tertius. αὑτοῦ cum aspero Aldus. Et sic quoque v. 13. idem. REISK. Hic αὑτοῦ Auger., non item v. 13. SCHAEFER.

P. 85. v. 13. καὶ] Abest ab Aug. tertio, sed additum est a secunda manu. REISK.

P. 85. v. 15. τιμωρήσησθε] τιμωρήσασθε Aug. primus. Voluit τιμωρήσαισθε. In Bavar. est τιμωρήσεσθε, quod eodem ducit. REISK.

P. 85. v. 15. ὑμᾶς] Abest a Bavarico. REISK.

P. 85. v. 15. εὐεργετήσει] Vulg. εὐεργετήσειν. εὐεργετήσει Aldus et index Aldi, unde hausit index Lambini. De vulgata postremam literam detraxi, non item ausus etiam οὐκ εἰδέναι addere post τιμωρήσησθε, quo addito haec exsistet sententia: se nescire, quantis vos beneficiis sit ornaturus. REISK. εὐεργετήσειν praeferendum; ὡς auget. Verte: *profitetur se in vos collaturum beneficia quam magna!* Sic Odyss. II. v. 47. πατὴρ δ' ὡς *) ἤπιος ἦεν. Quare Eustathius aliique Scholiastae et Lexicographi ὡς saepe per λίαν exponunt. Compara formulas ὡς σαφῶς, ὡς ἀληθῶς etc. WEISK. Infinitivum revocavit Augerus, adscripta hac

---

*) Recte in Homero editum ὥς, debuitque Weiskius hoc poëtae loco abstinere. Cum Homericis confer Herodotea III. 89. extr. quae spectavit Schol. Cod. Ambros. SCHAEFER.

nota: „Vel intellige ὡς μεγάλα *quam maxima*, vel εὐεργετήσειν muta in εὐεργετήσει, quod ultimum habent codd. L. N. (hic habet superscriptum εὐεργετήσειν) Ald. et Felic.“ SCHAEFER.

P. 85. v. 16. τὰ μέντοι εὐεργετήματα — αἱ δωρεαὶ ἔσονται] Citat Tiberius p. 34. sic scripta: τὰ μέντοι Φιλίππου εὐεργετήματα τοιαῦτα ἔσται· οὔτε τὰ ὑμέτερα ὑμῖν αὐτοῖς ἀποδώσει, οὔτε ἐν τῇ οἰκουμένῃ αἱ τιμαὶ ἔσονται. ad q. l. Boissonadus: „Vat. non μέντοι. Gal. non αὐτοῖς.“ SCHAEFER.

P. 85. v. 17. ἑαυτοῦ] αὐτοῦ Harlei. REISK.

P. 85. v. 17. τῇ οἰκουμένῃ] H. l. de tota Graecia intelligendum, quam late patuit. Sic etiam p. 242, 1. Scholiastes ad Aristophan. Equit. 739. p. 586. ed. Dind. λοιμοῦ τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκουμένην. V. L. Bos. Ellips. p. 431. SCHAEFER.

P. 85. v. 18. ἔσονται] ἕπονται Aug. primus et Harlei. V. v. 6. REISK.

P. 85. v. 20. ὡς ἔοικε, τόπος] τόπος, ὡς ἔοικε Aug. secundus, Aldus, ed. Wolfii. τόπος, ἔοικε (sine ὡς) P. Manut. Sed vulgatam dat appendix Francofurt. et Harlei. REISK. τόπος, ὡς ἔοικε Auger. Qui verborum ordo mihi magis placet. SCHAEFER.

P. 85. v. 22. παρασπονδῶν] Ubi Aldinum habet παρασπουδῶν, in nostro est παρασπονδῶν. Aperta menda, sed librariorum culpa, ut pleraque caetera, commissa: siquidem, quid παρασπονδεῖν τὴν εἰρήνην sit, vel literis graecis leviter imbutis liquere puto, et ita legendum, praesertim sequente participio simili λύων. Caeteris, ut tumultuarie perlustranti visum est, non dissentientibus. OBSOP. παρασπονδῶν reponit Obsopoeus e suo codice pro παρασπουδῶν, quod e suo Aldino profert. In meo vero vulgata clare legitur. REISK.

P. 85. v. 23. εἴπῃ] εἴποι Aug. tertius. REISK.

P. 85. v. 24. ἐπιτρέπειν] V. Zonaras c. 847. extr. SCHAEFER.

P. 85. v. 26. ποίᾳ] τίνι Paris. secundus, Aldina Taylori, Bavaricus in texto, sed margo vulgatam cum γρ. exhibet, item Aug. tertius. REISK.

P. 85. v. 28. τίνι ἡμέρᾳ] Pro τίνι dant ποίᾳ Paris. quintus et octavus, Aug. primus, appendix Francofurtana et Harl. REISK. Pro τίνι in vulgata correxi ποίᾳ: atque ita scriptum reperi in codicibus L. P. et Ec. Permulti codices ubique legunt τίνι, nullibi ποίᾳ. AUGER. Lege e bonis codd. ποίᾳ ἡμέρᾳ. De industria enim, comparandi gratia, iisdem repetit verbis, quae modo dixerat: τίνι μηνὶ καὶ ποίᾳ ἡμέρᾳ ἡ εἰρήνη ἐγένετο. Promiscue noster τίς et ποῖος solet iungere. Duo exempla luculenta et inter se simillima in Dissertat. attuli not. 15. extr. WEISK. Utrobique scribendum aut ποίᾳ ἡμέρᾳ aut τίνι ἡμέρᾳ. SCHAEFER.

P. 85. v. 28. Σέῤῥιον] Σέῤῥειον Bavar. sed cum iota super diphthongo scripto. REISK.

P. 86. v. 1. οὐ δὴ] οὐδὲ dederat prima manus in Aug. tertio, sed secunda vulgatam restituit. οὐδὲ δὴ Ald. Tayl. REISK.

P. 86. v. 2. πότερος πρότερος] Primum vocabulum abest ab editt. Aldi, P. Manutii et Wolfii. Unde animadversio haec Wolfii exstitit: „Fort. ὅτι (vel εἰ) πρότερος μήν ἐστι, vel, πότερος πρότερος μήν ἐστι." Sed vulgata est in appendice Francofurtana. REISK. Vulgata habet πότερος μὴν sine πρότερος. Adieci πρότερος, consentientibus universis fere codicibus. AUGER. V. de h. l. Commentar. in Aristophan. Comoed. VII, 1. p. 280. SCHAEFER.

P. 86. v. 3. καὶ] Abest ab edit. P. Manutii. REISK. Omisit etiam Augerus. Perperam. SCHAEFER.

P. 86. v. 5. ὑμῶν] ἡμῶν Paris. secundus, tertius, quintus, Aug. primus, secundus, tertius, Bavar. Aldus. REISK. ἡμῶν praestat. Praefert etiam Weiskius ad p. 80, 6. SCHAEFER.

P. 86. v. 6. ὃς] Constructio hic labat, cui gemino modo succurri possit, sive ὃς hic loci omittendo et pro φησὶ versu 3. φήσας legendo, sive servando φησὶ et pro ὃς sic legendo: ψευδόμενος. τὸν γὰρ Καρύστιον —. REISK. ὃς — ἐκεῖνος —. Huius phraseos constructio peccat contra grammaticae regulas: nam duo sunt nominativi ὃς et ἐκεῖνος. Sed huius irregularitatis plura occurrunt exempla apud oratores. AUGER. Frustra hic Reiskius audaces molitur correctiones. Bene omnia habent. Nam ἐκεῖνος, ut et cetera demonstrativa, post relativum pleonastice, ut aiunt, ponitur, ubi magna vis inest, ut Xenoph. Cyrop. I. 4. 19. οὐχ ὁρᾷς, ὅσον τὸ στῖφος τῶν ἱππέων ἕστηκε συντεταγμένον; οἵ, ἢν ἐπ' ἐκείνους ἡμεῖς ἐλαύνωμεν, ὑποτεμοῦνται πάλιν ἡμᾶς ἐκεῖνοι. WEISK.

P. 86. v. 6. τὸν μὲν Καρύστιον] Carystus urbs Euboeae, unde Καρύστιος. Sed hic videtur proprium esse nomen. WOLF.

P. 86. v. 6. τὸν] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 86. v. 7. πρεσβείας] πρέσβεις index Aldi et Aug. primus. REISK. Codd. K. L. et Ald. v. πρέσβεις. AUGER.

P. 86. v. 7. ἐπέμψατε — ἐκεῖνος —] Vulg. ἐπέμψατε τοῦτον ἀπαιτοῦντες τὸν ἄνδρα, ἐκεῖνος —. ἐπέμψατε ἀπαιτοῦντες τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἐκεῖνος — Aug. primus, appendix Francofurtana et Harlei. REISK. ἐπέμψατε, τοῦτον ἀπαιτοῦντες τὸν ἄνδρα, ἐκεῖνος — Auger. Praestat quod Reiskius dedit. SCHAEFER.

P. 86. v. 9. ἀναίρεσιν] αἵρεσιν Paris. octavus. REISK.

P. 86. v. 9. ἔδωκεν] δέδωκεν appendix Francofurtana. REISK. δέδωκεν non spernam. V. not. ad p. 81, 17. SCHAEFER.

P. 86. v. 10. ἅ τ'] F. ἄγε, nisi forte sit Hegesippi idiotismus inculcare τὸ τέ. WOLF. ἅ τ' ἐπιστέλλει posset stare, si sequeretur καὶ ἃ πράττει sine ἔτι δέ. Hoc autem insequente, videtur potius legendum esse ἃ μὲν ἐπιστέλλει. REISK. Correxi ἃ μὲν, ita postulante nexu phraseos. AUGER. Malim ἅ τινα ἐπιστέλλει.

Nam, licet possit fortasse hoc, τε — ἔτι δὲ, excusari similibus locis, ut Sophocl. Antigon. 1096. τό τ' εἰκάθειν γὰρ δεινόν· ἀντιστάντα δὲ ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα, tamen vereor, ne tale anacoluthon abhorreat ab oratore nostro. Pro ἔτι δὲ καὶ cod. Harl. habet ἔτι δὲ μὴ *). Hinc vera fortasse eruetur lectio: ἔτι μὴν ἃ πράττει —. WEISK. Frustra viri doctissimi laborarunt in corrigendo loco, qui est longe sanissimus. V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 193. a. SCHAEFER.

P. 86. v. 10. ἅ τ' ἐπιστέλλει πρὸς ἡμᾶς] πρὸς ὑμᾶς ἅ τε ἐπιστέλλει Harlei. REISK.

P. 86. v. 10. ἡμᾶς] ὑμᾶς Aug. primus, P. Manut. REISK.

P. 86. v. 11. καὶ ἃ] καὶ abest ab Aug. tertio, erasum: sed satis apparent eius vestigia. REISK.

P. 86. v. 11. ἃ] Pro ἃ Harl. dat μή. REISK.

P. 86. v. 11. ταῦτ'] Refertur simul et ad ἃ ἐπιστέλλει et ad ἃ πράττει. AUGER. Immo ad solum posterius. SCHAEFER.

P. 86. v. 12. τὸν ἔξω ἀγορᾶς] Puto loci esse proprium nomen. WOLF. V. v. 15. Pro nomine proprio etiam Augerus habens scripsit Ἀγορᾶς: et sic in sequentibus. SCHAEFER.

P. 86. v. 12. ὑμῖν] ἡμῖν Aldina Taylori. REISK.

P. 86. v. 15. καίτοι Χεῤῥονήσου οἱ ὅροι κ. τ. λ.] Scholiastes ad Hermogen. p. 401. Τιβέριός φησιν, ὅτι ἐνάργεια γίνεται κατὰ μὲν ἔννοιαν, ὅταν μὴ μόνον λέγῃς τόπον, ἀλλὰ τὰ παρακολουθοῦντα τῷ τόπῳ σημεῖα. οἷον ἐν τῷ τῆς Ἀλονήσου· καίτοι τῆς Χεῤῥονήσου οἱ ὅροι εἰσὶν οὐκ ἀγορά, ἀλλὰ βωμὸς Διὸς τοῦ Ὁρίου. καὶ ποῦ ὁ βωμός; ὅς ἐστι μεταξὺ Πτελεοῦ καὶ Λευκῆς ἀκτῆς. εἶτα πάλιν ἄλλο σημαντικόν· οὗ ἡ διωρυχὴ Χεῤῥονήσου ἔμελλεν ἔσεσθαι. REISK.

P. 86. v. 15. ἀλλ' ὁ βωμὸς] ἀλλὰ βωμὸς Aug. primus et tertius. REISK. Sic etiam Scholiastes ad Hermogen. l. c. SCHAEFER.

P. 86. v. 16. τοῦ Διὸς τοῦ Ὁρίου] τοῦ Διὸς τοῦ Ὀρείου, *Montani Jovis:* fortasse, quod eius fanum in monte situm esset. Si Ὁρίου legeretur παρὰ τὸν ὅρον, verterem *Terminalis* aut *Finitoris Iovis.* WOLF. V. 16. et 18. pro Ὀρείου in vulg. bis dedi cum Reiskio, legentibus ita codd. K. et M., Ὁρίου **), *Terminalis, regendis finibus praepositi.* AUGER. V. not. ad v. 18. SCHAEFER.

P. 86. v. 16. ὅς ἐστι — ἀκτῆς] Locorum Chersonesi propria nomina esse puto. Alias πτελεὸς *ulmum*, λευκὴ ἀκτὴ *album littus* vel *albam oram* significat. WOLF.

---

*) Fallitur. SCHAEFER.

**) Augeriana in textu et nota male habet cum spiritu leni. SCHAEFER.

P. 86. v. 16. *Πτελεοῦ*] Eustathius ad Homerum p. 324. antep. *μέμνηται δὲ Πτελεοῦ καὶ Δημοσθένης, καὶ ζήτει ποίον. Πτηλεοῦ* Aug. secundus. Sed paulo post idem recte. REISK.

P. 86. v. 16. *ἀκτῆς*] *ἐκ τῆς* Aug. secundus. REISK.

P. 86. v. 17. *οὗ ἡ διωρυχὴ κ. τ. λ.*] Hinc illud intelligitur *β. Φιλιππ. Χεῤῥόνησον δὲ τοῖς αὑτοῦ τέλεσι διορύξει.* WOLF.

P. 86. v. 17. *ὥς γε τὸ ἐπίγραμμα*] Vulg. *ὡς τὸ ἐπίγραμμα. ὥς γε τὸ ἐπίγραμμα* Aldus, sed in Aldina Taylori *γε* punctis est subnotatum. In Harl. deest. *γε* addidi. REISK.

P. 86. v. 18. *τοῦ βωμοῦ*] Lambinus videtur *τοῦ* sublatum isse. REISK. V. not. ad v. 15. Sed melius additur articulus. Arrianus Anab. I. 11. 13. *ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Ἑρκείου.* SCHAEFER.

P. 86. v. 18. *τοῦ Διὸς*] *τοῦ* in Aldina Taylori est punctis subnotatum. Ab Harl. abest. REISK.

P. 86. v. 18. *Ὁρίου*] Vulg. *Ὀρείου*. Videtur Wolfius *Ὁρίου, Terminalis*, praeferre. Neque dubito eum verum vidisse affirmare. Et sic est in appendice Francofurtana. Dedi igitur *Ὁρίου, finibus regundis praepositi.* Diversa enim ista sunt epitheta et perperam inter se permiscentur. V. Brodaei Miscell. 6, 9. p. 55. T. II. Lampadis Criticae. *Οὔριος* et *Ὅριος* idem est: nam *οὖρος* Ionice idem est atque *ὅρος*, *terminus*. REISK. V. not. ad v. 16. SCHAEFER.

P. 86. v. 18. *τουτί*] Post *τουτί* sequitur in Aug. primo et tertio, nec non in Bavarico hic titulus, *Ἐπιγράμματος ἀνάγνωσις*, et in Aug. primo quidem quadratis literis. Hunc titulum addidi. In appendice Francofurtana haec leguntur ad h. l.: „Ante versus hos in medio papyri sequentes poni debuissent verba haec duo, *Ἐπίγραμμα βωμοῦ.*" Quae cum obscura, tum suspecta mihi sunt. Verba *Ἐπίγραμμα βωμοῦ* etiam Ald. Tayl. dat. REISK. Titulum nostrum omisit Augerus. Annotatio appendicis Francofurtanae cur Reiskio obscura et suspecta fuerit, non intelligo. Scilicet alius librarius praescripserat titulum *Ἐπίγραμμα βωμοῦ.* SCHAEFER.

P. 86. v. 21. *Τόνδε καθιδρύσαντο κ. τ. λ.*] Epigramma exstat etiam in Anthol. Palat. T. II. p. 264. V. Iacobsii Not. p. 630. SCHAEFER.

P. 86. v. 22. *Λευκῆς*] Subaud. *ἀκτῆς*. Quae ellipsis notanda. SCHAEFER.

P. 86. v. 22. *Πτελεοῦ*] *Πτελέου* in Anthol. Palat. SCHAEF.

P. 86. v. 23. *ἀμμορίης*] *ἀμμοιρίαν καὶ ἀμμορίαν* interpretantur *τὴν κακὴν μοῖραν*. Quo significatu intelligi potest, Iovem prohibere calamitatem, quod utrinque arceat hostiles impetus. Sed cum *ἄμμορος* idem sit, quod *ἀμέτοχος*, *expers, non particeps*, ut apud Homerum, *ἄρκτος οἴη ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο,*

quid si ἀμμορίη sit ὁ ὅρος, *limes, terminus*, qui utrinque Chersonesitas excludat, ne ulterius progrediantur? Possit et scribi cum aspiratione ἁμμορίη, παρὰ τὸ ἅμα καὶ ὅρος, quasi ὁμορία, *confinium*. WOLF. ἀμμορίης: subaudio ἕνεκα, et explico *discretionis causa*, i. e. ut agri discernantur. AUGER. Verbum ἀμμορία Reiskius in Ind. explicat *immortalitas*, ut hic, puto, efficiatur sensus: *Ara haec Iovi sacra signum est confinii; ipse autem immortalis est.* At haec primum ad sensum non apte iunguntur; deinde ἀμμορία non est *immortalitas*, sed i. q. δυστυχία, ut explicat Eustathius ad Hom. Od. XX. v. 76. ὁ γάρ τ' εὖ οἶδεν ἅπαντα, μοῖράν τ' ἀμμορίην τε καταθνητῶν ἀνθρώπων. Nam et ἄμμορος est i. q. ἀμέτοχος, δυστυχής. Unum Etymol. Magn. habet: ἀμμόριον, ἀθάνατον, cuius tamen auctoritas, exemplis destituta, non est quod nos moveat. Denique mirum dictu foret *immortalitatis medium esse*, pro *immortalem esse*. Quare censeo ἁμμορίης legendum esse cum spiritu, ut sit i. q. συνορίης, *confinii*. Henr. Stephanus in Thesauro: „ἁμορία, *confinium, iunctos habere terminos*, τὸ ὁμορεῖν s. ἁμορεῖν: *nam ὅμοροι et ἅμοροι dicuntur contermini, confines*.“ Exemplum tamen non affert. At similia quidem non desunt, ut ἁμορβὸς, i. e. ὁ ἅμα τινὶ ὁρμῶν, ut explicat Suidas, unde ἁμορβεύειν et ἁμορμεύειν; tum ἁμαμηλὶς, ἁμάσυκος, ἁματροχία, ἅμιππος et alia. Huc accedit, quod maior eiusmodi epigrammatum, quam iusti poëmatis, est licentia vel in rhythmo vel in verbis pangendis coniungendisque. Quare nec verbi usum rariorem nec productam duplicata littera syllabam mirabimur. Aptus autem nascitur sensus:

Hancce deo posuere insignem ornatibus aram,
Leuces et Pteleì quâ media ora foret,
Indigenae, signum campis; confinia namque
Rex superûm medius Iuppiter ipse tenet.

Iam patet verbi μέσος apte repetiti concinnitas: *velut ara ista, sic ipse Iupiter medius est in confinio, praesentique numine adest.* WEISK. ἀμμορίης pro ὁμορίης ex hoc loco in Lexic. retulit Schneiderus. IACOBS. Reiskii interpretationem reprehendit etiam Seagerus in Diar. Class. LII. p. 236. „Iovem“ inquit „immortalitatis μέσον esse, quid ad argumentum huius epigrammatis faciat, me non intelligere fateor. Legendum puto ἁμορίης. ἁμορία est *confinium*. Ara Iovis inter Leucam et Pteleum posita, Iupiter ipse per figuram medium confinium tenere dicitur.“ Mihi, ut Augero, vulgata placet. ἀμορία, *disiunctio*. Opp. συμμορία, *coniunctio*. Iam Wolfius sensum vocis perspexit, qui nollem de eo dubitasset. SCHAEFER.

P. 86. v. 25. ὅσην] ὅσον Paris. secundus. ὅσοι Aug. secundus. REISK.

P. 86. v. 26. ὡς ἑαυτοῦ] Desunt Harl. REISK.

P. 86. v. 27. ἄλλοις] ἄλλον Harl. REISK.

P. 86. v. 27. *δέδωκε*] Subnotatum punctis in Aldina Tayl. reperi. REISK.

P. 86. v. 27. *ὑμέτερα*] *ἡμέτερα* Paris. quintus. REISK.

P. 86. v. 28. *ἔξω*] *εἴσω* Paris. octavus, Aug. primus. *ἔσω* P. Manut. liber Weimaranus. Et hoc praefert Wolfius. Appendix Francofurtana haec dat: „*οἰκοῦσιν ἔσω ἀγορᾶς*. Quidam pro *ἔσω εἴσω* scribunt." REISK. Confudit Reiskius hunc versum cum sequente. SCHAEFER.

P. 87. v. 1. *πρὸς Καρδιανοὺς*] Non cohaeret cum *ἐπιστέλλει*, sed cum *διαδικάζεσθαι*. Constructio paulo intricatior ita est expedienda: *ἐν τῇ νῦν πρὸς ὑμᾶς πεμφθείσῃ ἐπιστολῇ ἐπιστέλλει ὑμῖν, ὅτι δεῖ ὑμᾶς διαδικάζεσθαι πρὸς Καρδιανοὺς*, *vobis in iure agendum esse cum Cardianis.* Tum rursus veluti suspirans et indignans atque fremens iterat *πρὸς Καρδιανοὺς*, *cum Cardianis, me miserum!* REISK. Post *διαδικάζεσθαι* pone subdistinctionem. SCHAEFER.

P. 87. v. 1. *ἔσω*] Alii *ἔξω*. Sed hoc videtur rectius. WOLF. In Aldina h. l. est *ἔξω*. Sed annotator Tayloranus *εἴσω* adscripsit. Praetuli *ἔσω*. REISK. Vulgo *ἔξω*. Legi, postulante sensu, *ἔσω*, et ita dat Fel. Codd. N. et Cc. legunt *εἴσω*, quod L. dat ad marginem. Codd. D. et K. habent *ἔσω* scriptum supra *ἔξω*. AUGER. V. not. ad p. 86, 28. Hoc loco, sed memoriter, opinor, citato, utitur Lobeckius ad Phrynich. p. 128. SCHAEFER.

P. 87. v. 2. *ἐν τῇ νυνὶ ἐπιστολῇ*] Vulg. *ἐν τῇ νῦν ἐπιστολῇ*. *ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ νῦν* Aug. tertius. Bavaricus solummodo *νυνὶ* dat. REISK. *ἐν τῇ νῦν ἐπιστολῇ* Auger. SCHAEFER.

P. 87. v. 2. *πρὸς Καρδιανοὺς*] Verba haec videtur Lambinus deletum isse. REISK.

P. 87. v. 3. *κατοικοῦντας*] Vulg. *οἰκοῦντας*. *κατοικοῦντας* Paris. quintus et octavus, Aug. primus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori et Harlei. REISK. *οἰκοῦντας* Auger. SCHAEFER.

P. 87. v. 3. *ὑμετέρᾳ*] *ἡμετέρᾳ* Paris. quintus et octavus, Aug. primus. REISK.

P. 87. v. 3. *τι*] *τοι* Aug. tertius. Saepe istaec errore inter se permutantur. REISK.

P. 87. v. 5. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* Paris. quintus. REISK.

P. 87. v. 6. *μικροῦ*] *μικρῶν* Paris. quintus et octavus, Harlei. Aldina Tayl. Aug. primus. REISK.

P. 87. v. 7. *εἶναι*] Abest a Paris. quinto et octavo, Aug. primo et secundo. REISK.

P. 87. v. 7. *ἐγκτήματα*] Sic etiam in Wolfiana Basileensi est: sed cum Francofurtanae operae dedissent *ἐγκχήματα*, corrigitur id vitium in appendice. REISK.

P. 87. v. 7. *ἐγκτήματα — κτήμαθ'*] Ipse auctor discrimen

satis declarat. WOLF. Hoc est Ulpiani scholium. κτῆμα, inquit, ἐγκτήματος διαφέρει. κτῆμα μὲν γάρ ἐστιν, ὅταν τις ἐν οἰκείᾳ γῇ κτήσηταί τι χωρίον· ἔγκτημα δὲ, ὅταν ἐν ἀλλοτρίᾳ. AUGER. V. Anecd. Bekk. p. 251, 1. 260, 4. et Valckenar. ad Ammon. p. 84. SCHAEFER.

P. 87. v. 7. φασὶν] λέγων Aug. primus, Aldina Taylori et appendix Francofurtana. λέγουσιν Harlei. REISK. Dele φασὶν, pro quo codd. complures vel λέγουσι vel corrupte λέγων habent: quare patet, meras has esse interpolationes. WEISK. Mihi quidem minus patet: verba dicendi enim passim confunduntur. SCHAEFER.

P. 87. v. 8. αὐτῶν] ἑαυτῶν Aug. primus. REISK. Reiskius et Augerus, ut vulgo, αὐτῶν, quod mutavi. SCHAEFER.

P. 87. v. 8. κτήμαθ'] Rectius Augerus, ut vulgo, κτήματα: nam sequitur interpunctio. SCHAEFER.

P. 87. v. 10. Κάλλιππον] Κάλλιπον (uno π) Aug. primus. Κάλιππον (uno λ) Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 87. v. 11. ἀληθὲς] ἀληθῶς Paris. secundus, Bavaricus. REISK.

P. 87. v. 12. ἀπεψηφίσασθε] S. αὐτοῦ. WOLF.

P. 87. v. 13. ὑμῖν] ὑμῶν Paris. quintus, octavus, Aldina Taylori, Harlei. Aug. primus, secundus et tertius. Bavaricus utrumque dat. REISK. Codd. fere omnes ὑμῶν, recte. Graviter dicit: *vestram ditionem reddidit dubiam.* WEISK. Non damnem ὑμῖν. SCHAEFER.

P. 87. v. 13. κατεσκεύακεν] κατεσκεύασεν Paris. quintus, Aldina Taylori. REISK.

P. 87. v. 13. τούτου] τούτων Paris. octavus, Harlei. REISK.

P. 87. v. 15. τολμήσετε] *sustinebimus, patiemini:* de re indigna et foeda. Augerus non male: *vos non pudebit.* SCHAEFER.

P. 87. v. 15. ὑμετέρ'] Hoc quidem loco hiatus fuga Reiskium egit transversum: neque enim longa vocalis elidi potest. Recte Augerus, ut vulgo, ὑμετέρα. SCHAEFER.

P. 87. v. 17. ἔσται] Vulg. ἐστι. ἔσται Paris. secundus, quintus, octavus, Aug. primus et tertius, item appendix Francofurtana et Ald. Tayl. Utrumque dat Bavar. REISK. ἐστι Auger. SCHAEFER.

P. 87. v. 18. διαδικάζεσθαι] δικάζεσθαι simplex Aug. tertius. REISK.

P. 87. v. 20. ἀναγκάσειν] Vulg. ἀναγκάζειν. Sic et Bavaricus, sed cum σ super ζ scripto. ἀναγκάσει Harlei. REISK.

P. 87. v. 20. οὐδ' ἀναγκάσαι Καρδιανοὺς] M. οὐδὲ Καρδιανοὺς ἀναγκάσαι. WOLF. Cohaeret οὐδὲ, non cum ἀναγκάσαι, sed cum Καρδιανούς. *ne Cardianos quidem*, civitatem tam debilem. REISK. Reiskius intelligi iubet: *quasi vos ne Cardianos quidem*

P. 95. v. 10. πόθεν] Post πόθεν videtur desiderari ἔχει. *unde habeat Diopithes illas copias.* REISK. Non desideratur. Subaud. ἐπορίσατο. SCHAEFER.

P. 95. v. 15. τοῖς ἐναντιουμένοις τούτοις] Recte Augerus: *horum adversariis.* Nota hunc concursum duorum dativorum, quorum utrique sua est σύνταξις, ne alibi offendas ad similia: id quod infra Seagero accidit. V. not. ad p. 96, 23. SCHAEFER.

P. 95. v. 15. μὲν] Abest ab Aug. secundo. ὑμεῖς μέντοι νῦν εἰώθατε Aldina Taylori. REISK.

P. 95. v. 16. εἰώθατε] εἰώθαμεν Aug. secundus. Forte voluit εἰώθατε μέν. REISK.

P. 95. v. 16. παριόντα] παρόντα Paris. tertius et septimus; quae centies inter se permutantur, ego e meis annotare aspernatus sum. REISK.

P. 95. v. 18. εἰσοίσετε] εἰσοίσητε Aug. tertius. REISK.

P. 95. v. 18. στρατεύσεσθε] στρατεύσετε Aug. tertius. στρατεύεσθε Harl. πραγματεύσεσθαι Aldina Taylori. REISK.

P. 95. v. 20. συντάξεις] τάξεις simplex P. Manut. REISK.

P. 95. v. 20. Διοπείθει] Διοπείθῃ Aug. secundus; et sic quoque p. 96, 11. REISK.

P. 95. v. 21. πορίσηται] πορίσητε Harlei. REISK.

P. 95. v. 22. λέγω] λέγειν Paris. quintus, Aldina Tayl. REISK.

P. 95. v. 24. ὥστε καὶ περὶ ὧν — καὶ περὶ τούτων] *ut et quas res —, iis etiam de rebus.* Observa hunc usum particulae καί. WOLF.

P. 95. v. 25. ἂν] Abest ab Aug. primo. REISK. Recte delevit Bekker. Alioqui φασι mutandum in φῶσι. SCHAEFER.

P. 95. v. 25. καὶ] Deletum it index Lambini. REISK. Frustra: cum vi enim particula iteratur. SCHAEFER.

P. 95. v. 26. ὅ τι τοίνυν δύναται ταῦτα ποιεῖν] *Quidnam ista valeant.* Articulus compositus est, non coniunctio. WOLF.

P. 95. v. 27. ὑμῶν μαθεῖν] Invertit Aug. primus et Harl. REISK. μαθεῖν ὑμῶν Bekker. SCHAEFER.

P. 95. v. 27. λέξω δὲ μετὰ παῤῥησίας κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 176. καὶ ἑτέρωθι δὲ ἐπαγγελίᾳ χρησάμενος· λέξω δὲ μετὰ παῤῥησίας· καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἄλλως δυναίμην. εἶτα ἀποστήσας ἐπάγει· πάντες, ὅσοι πώποτε —. REISK.

P. 95. v. 28. ἅπαντες, ὅσοι πώποτ' κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 414. REISK.

P. 95. v. 28. ἅπαντες] Ita et Harlei. πάντες ed. Wolf. REISK. πάντες etiam Aristides l. c. et sic Auger. et Bekker. SCHAEFER.

P. 96. v. 1. ἢ] Id est, *aut alias, si mendax deprehendar.* Citat h. l. Thomas M. cum aliquo assumento suo v. τιμῶ [p. 854.]. REISK. Nempe Grammaticus sic citat: ἢ ἐγὼ πάσχειν ὁτιοῦν τιμῶμαι, ἂν μὴ τὰ δίκαια φῶ πρὸς ἡμᾶς. quod additamentum, monente Oudendorpio, habet etiam Phavorinus. Ab interprete profectum est. SCHAEFER.

P. 96. v. 1. τιμῶμαι] αἰτιῶμαι Paris. quintus. In Aug. tertio erasae vetustae lectioni superscripta erat a secunda manu alia, quae videbatur αἰτιῶμαι esse. Ego equidem aliud nihil illinc exsculpere poteram. Hermogenes p. 414. ἕτοιμός εἰμι. REISK.

P. 96. v. 2. Ἐρυθραίων] Non sinus Persici accolae, sed cives Erythrae, urbis Ionicae. Stephanus varias Erythras recenset, ut hanc Ionicam, aliam Libyae, aliam Locridis, aliam Boeotiae, aliam Cypri, quae nunc Paphus dicatur. WOLF.

P. 96. v. 2. ἂν] Abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 96. v. 3. τούτων — λαμβάνουσι] Hermogenes l. c.: παρὰ τούτων τὰς νήσους οἰκούντων χρήματα λαμβάνουσι. REISK. De structura verborum τούτων τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκούντων λέγω v. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 306. et not. ad v. 23. SCHAEFER.

P. 96. v. 5. ἔχοντες] Thomas M. p. 815. dat κεκτημένοι e memoria. REISK. Locum in Grammatico frustra quaesivi. SCHAEF.

P. 96. v. 7. ἀντ' οὐδενὸς] *pro nullo, re nulla, nihilo:* id est, nihil gratis aut temere largiuntur. WOLF.

P. 96. v. 8. τὸ μὴ] Vulg. μή. τὸ μὴ Paris. quintus et septimus et Harl. Articulum addidi. REISK. Addidi τὸ assumptum ex codd. N. Cc. Dd. Ee. AUGER. Delevit Bekker. Bene. SCHAEFER.

P. 96. v. 8. ἀδικεῖσθαι] διακεῖσθαι Aug. primus. REISK.

P. 96. v. 9. μηδὲ] μὴ Bavar. REISK. Recte μὴ Bekker. Omnia haec commata sunt ἀσύνδετα. SCHAEFER.

P. 96. v. 9. δὲ] Abest ab Aug. primo et tertio, item Bavar. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 96. v. 10. αὐτῶν] ἑαυτῶν Harlei. REISK.

P. 96. v. 10. *τὰ τοιαῦτα*] Scilicet *χρήματα διδόασιν*, *eam pecuniam dant.* Vel, quod malo, *τὰ τοιαῦτα*, scilicet *ἐστὶ τὰ πράγματα*, *ita se res habent.* Vel *διὰ τὰ τοιαῦτα*, *propter eius generis alia*, *si qua sunt eius generis alia.* WOLF. *et caetera*, h. e. ut mittam reliquos, si qui sunt, harum largitionum fines atque praetextus. REISK. *cetera huiusmodi*, scilicet emunt commoda. AUGER. Quantocius restitue interpunctionem Reiskianae in nostra pessime corruptam: — *τὰ αὐτῶν, τὰ τοιαῦτα. φασὶ* —. Sic etiam Auger. et Bekker. Nec potest aliter interpungi. Saepius Demosthenes, ubi res aliquot enumeravit, hoc pronomen in cumulum addit, articulo nunc praeposito, nunc omisso. p. 123, 27. *ψιλοὺς, ἱππέας, τοξότας, ξένους, τοιοῦτον — στρατόπεδον.* SCHAEFER.

P. 96. v. 10. *εὐνοίᾳ*] *εὐνοίας* Aug. primus errore scribae, qui more suo volebat iota ad *α* adiungere, quod nos puncto subscripto indicamus. REISK. Non error scribae est, sed genuina scriptura, recepta etiam a Bekkero. *largitiones*, *Gratificationen.* Conf. p. 432, 2. *τίς εἰσφορά; τίς εὔνοια;* Quod si *εὐνοίᾳ* servas, commodo sensu caret quod continuo sequitur, *καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχει τὰ λήμματα ταῦτα.* Ne quem autem offendat pluralis *εὐνοίας*, sciat eodem huius nominis numero uti Aeschylum, cuius loca indicavit Schneiderus in recentissima Lexici Gr. editione. SCHAEFER.

P. 96. v. 11. *καὶ δὴ*] Absunt ab Aug. primo. REISK.

P. 96. v. 11. *Διοπείθει*] *Δειοπείθει* Harlei. REISK. V. not. ad p. 95, 20. SCHAEFER.

P. 96. v. 13. *λαμβάνοντα*] Vulg. *λαβόντα. λαμβάνοντα* Paris. octavus, Aug. primus. Hoc praetuli. REISK. *λαβόντα* Auger. SCHAEFER.

P. 96. v. 17. *ἀγείρει — δανείζεται*] Syrianus ad Hermogen. p. 211, 13. *κατηγοροῦντας μὲν ἢ αὐταῖς ταῖς λέξεσι τῶν ἐγκλημάτων δεῖ χρῆσθαι, οἷον ἱεροσυλίᾳ καὶ τῷ δημοσίῳ ἀδικήματι, ἢ καὶ πικροτέραις, ἐὰν δυνώμεθα, ἀπολογουμένους δὲ συστέλλειν τὰ ὀνόματα, καὶ κλοπὴν μὲν τὴν ἱεροσυλίαν ὀνομάζειν, ἀδίκημα δὲ* [videtur hic *ἰδιωτικὸν* deesse] *τὴν δημοσίαν ὁρίζεσθαι βλάβην. οὕτω καὶ Δημοσθένης τῶν ἐγκλημάτων τὰ μέγιστα μετριωτέροις ὀνόμασι συνεσκίασε περὶ τοῦ Διοπείθους λέγων, ἢ* [id est *ὀγδόῳ*] *τῶν Φιλιππικῶν, τὸ μὲν ληστεύειν ἀπείργειν* [lege *ἀγείρειν*] *προσειπὼν, το δὲ ἁρπάζειν προσαιτεῖν καὶ δανείζεσθαι.* REISK. Sed talis *συσκιασμὸς* tam parum probabilis est, ut Syrianus Oratori iniuriam fecisse videatur. Esto, *εὐνοίας* illas saepe invitis extortas fuisse: tamen ne ab adversariis quidem potuerunt dici *λῃστεῖαι καὶ ἁρπαγαί.* SCHAEFER.

P. 96. v. 17. *ἀπὸ τούτων διάγει*] S. *τοὺς στρατιώτας. de ea sustentat milites*, vel *ipse victitat cum suis.* Usurpatur enim hoc verbum et active et absolute, ut in Nicocle Isocrates: *χρὴ τοὺς*

ὀρθῶς βασιλεύοντας τὰς πόλεις ἐν ὁμονοίᾳ πειρᾶσθαι διάγειν. WOLF. *διαζῇ* interpretatur Thomas M. p. 214. ubi citat verba *ἀφ' ὧν ἀγείρει — διάγει.* Quem Grammatici locum Reiskius perperam retulit ad p. 93, 17. SCHAEFER.

P. 95. v. 18. *οὖν*] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 96. v. 18. *προλέγουσιν*] *κελεύουσιν.* Xenophon Anab. VII. 7. 3. *προλέγομεν οὖν ὑμῖν — ἀπιέναι ἐκ τῆς χώρας.* Glossar. *Edico. προλέγω, παραγγέλλω.* Sic *προειπεῖν* p. 114, 8. SCHAEFER.

P. 96. v. 20. *διδόναι*] *δοῦναι* appendix Francofurtana. *ἐκδιδόναι* Aldina Taylori. REISK. *δοῦναι* non displicet. SCHAEFER.

P. 96. v. 20. *ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι*] Hoc est, *περὶ ὧν ἂν φασι μέλλειν αὐτὸν ποιεῖν*, ut supra dixit. WOLF. p. 95, 23. s. SCHAEFER.

P. 96. v. 21. *δώσοντι — ποιήσαντί — συγκαταπραξαμένῳ*] Vereor, ne isti tres dativi, qui non possunt alio quam ad Diopithen referri, vitiosi sint, et ne in eorum locum ponendi sint aut dativi plurales, aut accusativi plurales, ut nempe dativi referantur ad *ἅπασι*, accusativi autem sint absoluti. Possit locus diversis modis constitui; sive: *ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι δώσουσι* [daturis] *δίκην, μή τι ποιῆσαί* [in infinitivo ob *μελλῆσαι*] *γε ἢ συγκαταπράξασθαι*· sive sic: *ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι δώσουσι δίκην, μή τι ποιήσασί γε ἢ συγκαταπραξαμένοις*· sive denique: *ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι δώσοντας δίκην, μή τι ποιήσαντάς γε ἢ συγκαταπραξαμένους. quasi futurum sit, ut, qui contribuere quicquam Diopithi modo velit et paret, huius suae voluntatis sit poenas daturus, nedum* [h. e. multo magis] *si fecerit* [h. e. si stipem Diopithi contulerit] *aut operam ei navam praestiterit in nescio quo eius emolumento adipiscendo aut in facinore quopiam bellico exsequendo.* REISK. Perperam Reiskius in animo habebat pluralem participiorum substituere *δώσουσι — ποιήσασί — συγκαταπραξαμένοις*, hoc sensu: *quasi futurum sit, ut, qui contribuere quicquam Diopithi velit, huius suae voluntatis sit poenas daturus, nedum si fecerit.* Qua de re nusquam sermo est. Contra Demosthenes iam p. 90. l. 13. p. 95. l. 10. affirmabat, Athenienses etiam iis insidiari, quae Diopithes aliquando facturus sit, eaque poena notare. Huc spectant nostra verba. Quod si Athenienses tam stulte agunt, ut Diopithem etiam eorum poena afficiant, quae futuro tempore facturus esse censetur, non solum eorum, quae vel solus fecit vel alios adiuvit: quis illi quidquam praestabit? Haec est Demosthenis mens. BREMI. Sic iam Wolfius intellexit. V. not. ad v. 20. Assentitur praeter Augerum Seagerus ad v. *τοῦ μελλῆσαι* eundem quem Wolfius locum citans Diar. Class. LII. p. 237. Nec potest hic locus aliter intelligi: ut Reiskii *τὸ ἀβλέπτημα* vehementer mirer. Sed etiam acutissimi passim caecutiunt. SCHAEFER.

P. 96. v. 21. *μή τι — γε*] pro quo alias *μὴ ὅτι*, *nedum.* WOLF.

P. 96. v. 21. *συγκαταπραξαμένῳ*] Pro *συγκαταπραξαμένῳ*, quod ad dativum *ἐκείνῳ* refertur, malim, ut Felic. habet, *καταπραξαμένῳ*. WOLF. *καταπραξαμένῳ* appendix Francofurtana, Aldus, Felic. P. Manut. (cuius index vulgatam refert). Wolf. hoc simplicius vulgato praefert. Sed decompositum dat Aldina Taylori. REISK. Vera est vulgata. SCHAEFER.

P. 96. v. 21. *τοῦτ' εἰσὶν οἱ λόγοι*] Hoc est, *τοῦτο δύνανται*, quo verbo supra usus est. WOLF. Id est, *ταῦτα λέγουσιν οἱ κατήγοροι*, haec iactant Diopithis inimici: aut, *ταῦτα δύνανται αὐτοῖς οἱ ἐκείνων λόγοι*, haec sibi volunt, huc spectant et tendunt sermones ab illis iactati ad hunc modum: Verumtamen Diopithes parat hoc vel illud oppidum obsidione premere? Verumtamen Graecos [Asiaticos] prodit [regi Persarum puta]? REISK. Seagerus Diar. Class. LII. p. 237. frustra coniicit *τοιοῦτοι εἰσὶν οἱ λόγοι*. Conf. v. 27. SCHAEFER.

P. 96. v. 22. *Μέλλει — Ἑλλήνων*] Citat Tiberius p. 46. SCHAEFER.

P. 96. v. 22. *Μέλλει — μέλει*] Quamquam certus sum, Demostheni nunquam in mentem venisse tam frigidae et umbratilis puerilitatis, ut in vocabulis *μέλλει* et *μέλει* luderet, Hermogenes tamen docet, fuisse in vetustis Technicis, qui sibi visi fuissent in hoc commento acrimoniam (*δριμύτητα*) nescio quam reperisse. Verba sunt p. 333. *τὸ καθ' ὁμοιότητα λέξεως ἐμφαίνει τινὰ δριμύτητα, οἷον· μέλλει πολιορκεῖν. τοὺς Ἕλληνας ἐκδίδωσι. μέλει γάρ τινι τούτων τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκούντων Ἑλλήνων; ἐγὼ μὲν σφόδρα εὐλαβῶς εἶχον θεῖναι ὡς παράδειγμά τινος δριμύτητος· ἐπεὶ δὲ τῶν σφόδρα εὐδοκιμησάντων τινὲς κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἀνθρώπους καὶ νῦν δ' εὐδοκιμούντων ἐπὶ θεωρίᾳ λόγων ἐν οἷς ἀπολελοίπασι βιβλίοις οὕτως τεθεωρήκασι καὶ τοῦτο, καὶ τεθείκασί γε ὡς παράδειγμα δριμύτητος τοιαύτης, εἰρήσθω καὶ ἡμῖν. καίτοι τάχ' ἴσως οὐδ' ἡ τοιαύτη δριμύτης, εἴπερ οὕτω γένοιτο, ἐκφεύγει τὴν ψυχρότητα*. REISK. Sic p. 122, 13. *ἔμελεν — ἔμελλεν*. Tiberius l. c. hanc figuram dicit *τῆς παρονομασίας εἶδος χαριέστερον, ὃ παρὰ γράμμα γίνεται*. Reiskio hanc Technicorum curiositatem obscuramque diligentiam ridenti iure assentitur Bremius ad p. 11, 14. SCHAEFER.

P. 96. v. 23. *μέλει γάρ τινι — κήδεσθαι*] *Quippe his hominibus, qui eiusmodi sermones iactant, curae cordique sit Graecorum in Asia salus.* [Est haec subsannantis oratoris responsio.] *Melius quippe hi homines de alienis, quam de patria, studeant mereri.* REISK. Augerus: *Numquid enim istis curae sunt Graeci Asiatici? Ergo aliis melius quam patriae consulerent.* Seagerus (Diar. Class. LII. p. 237.): *Does any one of you then care about the Greeks who inhabit Asia? Truly, were that the case, they (who interest themselves about the Asiatic Greeks) would take much more care of others than of their own country.* ambo pro-

bantes Hermogenis interpunctionem, qui post Ἑλλήνων posuit signum interrogationis. Haec interpungendi ratio mihi quoque perplacet: ut quae continuo sequuntur responsionem contineant. Conf. Aristophan. Acharn. 161. s. Br. et Dionys. Halic. de C. V. c. XXV. p. 402. meae edit. Sed multum fallitur Anglus post τινι subaudiens ὑμῶν. Verissime Wolfius: „τινι τούτων. τῶν διαβαλλόντων Διοπείθην.“ coll. p. 97, 11. Imposuit viro optimo duorum concursus genitivorum, τούτων et τῶν, quorum utrique sua est constructio. Conf. not. ad p. 95, 15. SCHAEFER.

P. 96. v. 23. Ἑλλήνων] Tiberius l. c. Ἑλλήνων λέγω, sic ut post οἰκούντων subdistinctio ponatur. Est haec scriptura sane quam notabilis et Oratore dignissima. Editor Technici clarissimus: „Lectio Tiberiana multum habet vis, nec abhorret a stylo Demosthenis *). Philipp. III. p. 129, 2. αὐτοὶ πρῶτον ἀμυνόμενοι καὶ παρασκευαζόμενοι τριήρεσι, καὶ χρήμασι, καὶ στρατιώταις λέγω. Et statim: ἐκπέμπωμεν πρέσβεις πανταχοῦ, εἰς Πελοπόννησον, εἰς Ῥόδον, εἰς Χίον, ὡς βασιλέα λέγω. In Timocrat. p. 701, 24. προσέκρουσ' ἀνθρώπῳ πονηρῷ καὶ φιλαπεχθήμονι καὶ θεοῖς ἐχθρῷ, ᾧ τελευτῶσα ὅλη προσέκρουσεν ἡ πόλις· Ἀνδροτίωνα λέγω. Malim cum Rufo in Τέχνῃ s. 23. legere Ἀνδροτίωνι λέγω.“ Adde quod acris sanna sic novo aculeo armatur: quippe hic ἀφορισμὸς, Ἑλλήνων λέγω, summonet, istis hominibus in detrimentum Athenarum totiusque Graeciae curae esse barbaros, si quid emolumenti ab illis percipiant. SCHAEFER.

P. 96. v. 25. ἀμείνους — κήδεσθαι] ut Virgilius: *et cantare pares et respondere parati.* WOLF.

P. 96. v. 25. μέντ' ἂν] μέν γ' ἂν index Lambini. REISK. V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 403. Ceterum paulo melius dedit Augerus μέν τ' ἂν. Sed praestat scribi μὲν τἂν. Neque enim haec elisio est, sed crasis. SCHAEFER.

P. 96. v. 25. τῆς] τοῖς Harlei. Sed est menda librarii. REISK.

P. 96. v. 26. καὶ τό γε εἰς τὸν Ἑλλήσποντον κ. τ. λ.] Εἰρωνείαν esse puto, quasi dicat: Egregiam vero sollicitudinem de Graecis! Diopithen, strenuum et fortunatum ducem, revocare volunt: alium ignavum et futilem illi successorem dare, qui evertat omnia. WOLF. Hoc volunt, huc tendunt adversariorum criminationes: submoto Diopithe, suffectum eunt alium imperatorem, sive ignavum et imbellem tardumque strenuo et acri, sive eadem cum Diopithe factitaturum et vestigia eius pressurum. Hic erit fructus tantorum sumtuum in novam classem expediendam faciundorum. Nihil hic deest **). Subaudi modo: Stultus et vanus

*) V. not. ad v. 3. SCHAEFER.

**) Tangit Lambinum suspicantem, post τοῦτ' ἐστίν aliquid excidisse. „Lambinus“ inquit „lacunam, quam hic subesse suspicatur, sic explet: — τοῦτ' ἐστί. τοῦτο δ' ὑμῖν οὐ ποιητέον ἐστίν. εἰ γὰρ — .“ SCHAEFER.

foret eiusmodi conatus; eodem enim, quo illi tendunt, multo minore contentione pervenire licet. REISK. Interpretes mihi hunc locum parum recte intellexisse videntur. Reiske explicat: „Hoc volunt — — — faciundorum.“ Iacobs vertit: „*Und hat der Wunsch, einen andern Feldherrn in den Hellespont zu schicken, einen andern Zweck?*“ Non de muneris abrogatione hic sermo est (hanc ipsam Demosthenes vult, si Diopithes male fecisse convincatur); sed Diopithis adversarii alium ipsi addere volebant *στρατηγὸν*, ne, ut dicebant, Diopithes in damnum Atheniensium et Graecorum facere possit, quae velit. Huc spectat nostra enuntiatio [*καὶ τό γε — τοῦτ' ἐστίν*] et p. 97. l. 2. *δαπάναις καὶ τριήρεσι τοσαύταις ἡμᾶς αὐτοὺς φυλάττειν.* Verba igitur sic intelligenda sunt: „Atque etiam quod insuper *στρατηγὸν* mitti volunt in Hellespontum, eodem spectat.“ scilicet, ut Diopithis potestati adversentur eiusque conamina irrita reddant. BREMI. *τοῦτ' ἐστίν: ἐστὶν* pro *ἔξεστιν*, *licet. Mittere etiam alium ducem — hoc quoque in vestra potestate est. Melius hoc quam Diopithem hic conviciis vanis incessere, illic tantis sumtibus, tam multis navibus custodire.* Aliter accipiunt Wolfius et Reiskius; sed perperam, ut mihi videtur. Ironiam, quam hic esse putat Wolfius, nullam cerno. Secundum Reiskii interpretationem inconsequentia esset: nam quomodo cohaerent haec —*Huc tendunt adversariorum criminationes. Submoto Diopithe, suffectum eunt alium imperatorem. Si enim indigna facit Diopithes et naves deducit, eum ad reatum revocare potestis* (duce alio suffecto, quod necesse fuisset)? Particula *καίτοι*, non *γὰρ*, usus esset Demosthenes, si id, quod opinatur Reiskius, dicere voluisset. Addit Orator, *ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοὺς ἐχθροὺς — ἃ νῦν οὗτοι ποιοῦσι.* quae priora illa, *καὶ τό γε εἰς τ. Ἑ. ἐ. ἔ. σ., τοῦτ' ἐστίν*, illustrant. SEAGER. *Diar. Classic.* LII. p. 237. Vere negat, haec ironice dici: cetera viri doctissimi non probo. Nec Bremio assentior locum de collega Diopithi dando interpretanti. Recte, ut puto, Reiskius et Iacobsius de imperii abrogatione intellexerunt. Hoc consilio Diopithis adversarii iactabant alium imperatorem mittendum, sumtus faciendos, classem instruendam, scilicet ut ille, si dicto non esset audiens, vi cogeretur: non illi quidem sperantes, Athenienses hoc facturos esse, ac ne volentes quidem hoc fieri, sed nihil non moventes, quo populum adversus Diopithem irritarent. Tali autem molimine in re tam facili haudquaquam opus esse Demosthenes expositis rationibus docet. SCHAEF.

P. 96. v. 26. *ἐκπέμπειν*] *εἰσπέμπειν* index Aldi. REISK.

P. 96. v. 27. *δεινὰ ποιεῖ Διοπείθης καὶ κατάγει τὰ πλοῖα*] Idem est ac si dixisset *δεινὰ ποιεῖ κατάγων* [vel *ἐν τῷ κατάγειν*] *τὰ πλοῖα.* REISK. Supra p. 92, 11. *Διοπείθης ἀδικεῖ κατάγων τὰ πλοῖα.* SCHAEFER.

P. 96. v. 27. *Διοπείθης*] *Διοπείθου* Harlei. REISK.

P. 96. v. 27. *κατάγει*] *μετάγει* Aug. primus. REISK.

P. 96. v. 28. μικρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μικρὸν πινάκιον] Citat Photius c. 316. extr. omittens ἄνδρες. SCHAEFER.

P. 96. v. 28. μικρὸν πινάκιον] Interpretor de epistola a S. P. Q. A. ad Diopithen missa, qua successori dato decedere de imperio iubeatur et in urbem redire ad causam capitis dicendum. Aliter accepit Harpocratio v. πινάκιον, scilic. de libello accusatorio, quo Diopithes ad populum de maiestate appellaretur. Verba eius haec sunt: ἐν δὲ τοῖς Φιλιππικοῖς ὅταν λέγῃ, μικρὸν, ὦ ἄ. Ἀ., μικρὸν πινάκιον πάντα ταῦτα, [sic enim legendum et distinguendum est,] ἐνταῦθα τυχὸν πινάκιον λέγεται, εἰς ὃ ἐγγράφεται τὰ ἐγκλήματα κατὰ τῶν εἰσαγγελλομένων etc. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 288, 32. 299, 3. SCHAEFER.

P. 97. v. 1. δύναιτ' ἄν] δύναςαν Harlei. corrupte. REISK.

P. 97. v. 1. λέγουσιν] Id est, κελεύουσιν. WOLF.

P. 97. v. 1. ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας] τοὺς ἀδικοῦντας ταῦτα, ne quem inversus ordo verborum turbet. WOLF. Emenda distinctionem ad hunc modum: λέγουσιν οἱ νόμοι, *praecipiunt leges*, ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας [vocabulis oratorio more transpositis, pro vulgari loquendi more τοὺς ταῦτα ἀδικοῦντας] εἰσαγγέλλειν, *deferre horum criminum reos.* Verum vidit ex parte Wolfius quoque. REISK. Cur dicat, Wolfium *ex parte* vidisse, non intelligo. Quae in Reiskiana post ταῦτα posita est subdistinctio, servata illa in Bekkeriana, eam ego delevi. Delevit etiam Augerus. SCHAEFER.

P. 97. v. 2. οὐ μὰ Δί', οὐ δαπάναις] οὐ μὰ Δία δαπάναις Paris. quintus, septimus, octavus, Aug. primus. REISK. Bene Bekker. οὐ μὰ Δία δαπάναις. Conf. not. ad p. 54, 12. 124, 22. SCHAEFER.

P. 97. v. 3. ἡμᾶς] ὑμᾶς Bavar. REISK.

P. 97. v. 3. ἡμᾶς αὐτοὺς φυλάττειν] ἡμᾶς φυλάττειν αὐτοὺς, scilicet τοὺς ἀδικοῦντας. WOLF. Verius, ut puto, Augerus ἡμᾶς αὐτοὺς arcte iungit, ut sit *nosmetipsos.* SCHAEFER.

P. 97. v. 7. ἡμᾶς] ὑμᾶς Aug. tertius. REISK.

P. 97. v. 8. εἰσαγγελία] V. Anecd. Bekk. p. 244, 14. SCHAEF.

P. 97. v. 8. πάραλος] Πάραλον sacram triremem fuisse scribit Suidas, tum ad alios publicos usus accommodatam, tum vero etiam ad duces peregre accersendos. Phavorinus a Paralo, quodam heroë, nominatam esse ait, et remiges eius navis παράλους vocari. Vulgata Lexica (nescio quo auctore) addunt, fuisse iudicia per tribus facta. Quod si cui tributa iudicia (sic enim Latine tributa comitia dicimus) displicent, is πάραλον revocationem interpretetur licet. WOLF. V. Anecd. Bekk. p. 293, 3. SCHAEFER.

P. 97. v. 10. τὰ] Abest ab Aug. primo. REISK.

P. 97. v. 13. εἴπῃ] εἴποι Harlei. REISK.

P. 97. v. 14. πάντων τῶν κακῶν] τῶν κακῶν πάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 97. v. 15. εἴπῃ τις τῶν πολιτῶν] τῶν πολιτῶν εἴπῃ τις Aug. primus, Harlei. REISK. Melior hic ordo: et sic edidit Bekker. SCHAEFER.

P. 97. v. 16. λέγῃ] λέγοι Harlei. REISK.

P. 97. v. 16. τἀληθῆ] In Aldina Taylori punctis est subnotatum. REISK.

P. 97. v. 18. ἐκεῖνος ἦγεν] Aug. tertius medium interponit τε. Sed videtur γε voluisse. REISK.

P. 97. v. 20. ὡς μὲν οὐκ — ἀντιλέγειν] Idem est ac si dixisset: οὐκ ἔχετε τούτοις ἀντιλέγειν, οὔτε φάσκειν, ὡς οὐκ ἔστιν ἀληθῆ. REISK.

P. 97. v. 20. ἔχετε] Sic etiam Bavar. sed cum ξ super χ scripto. REISK.

P. 97. v. 21. ὥσπερ ἀπολλύναι τι] *eum, qui verum dicat, rempublicam laedere.* Et coarguisse et opinionem sibi praeconceptam extorqueri iacturam quandam esse putant. Tenerius amant opiniones suas quam pecunias. WOLF.

P. 97. v. 23. ἔστω παῤῥησία] Alexander de Figuris sententiae p. 22. locum hunc recitans ad παῤῥησία addit τοῦ λέγειν, de suo nempe: quod ipsi est relinquendum. REISK.

P. 97. v. 23. ἐκ πολλοῦ] S. χρόνου. WOLF.

P. 97. v. 27. ἂν] κἂν Aldina Tayl. REISK. κ natum ex antegresso ς. SCHAEFER.

P. 97. v. 28. ὃν ἴστε ὅτι λήψεσθε] *quem vos capturos scitis.* id est, si civis aliquis accusetur, qui vobis elabi non potest. WOLF.

P. 97. v. 28. φατὲ καὶ βούλεσθε] φατὲ τοῦτον εἶναι τὸν αἴτιον καὶ βούλεσθε αὐτὸν λαμβάνειν, h. e. κολάζειν. vel: φατὲ λήψεσθαι, *aitis, vos eum ad poenas dandas esse retracturos,* καὶ βούλεσθε, *et parati estis hoc facere.* REISK.

P. 98. v. 1. ὃν κρατήσαντας τοῖς ὅπλοις] Sententia est: Philippum, malorum omnium auctorem, non minis aut decretis, sed armis vincendum esse et puniendum. WOLF.

P. 98. v. 1. κρατήσαντας] κρατήσαντες Paris. secundus, quintus et septimus, Aug. secundus et tertius. REISK.

P. 98. v. 2. ἐστι] ἔσται Paris. octavus, Harl. REISK.

P. 98. v. 3. ἐχρῆν — ἐπιδεικνύναι] Sic verba ordinanda sunt: ἐχρῆν — τοὺς πολιτευομένους — ἐθίζειν ὑμᾶς εἶναι πράους — et: ἐπιδεικνύναι ὑμᾶς —. WOLF.

P. 98. v. 3. δὲ] γὰρ Paris. octavus, Aug. primus, Harl. REISK. γὰρ Bekker. Praefero δέ. SCHAEFER.

P. 98. v. 3. ἢ νῦν] Subaudi γίγνεται. REISK.

P. 98. v. 5. πράους] πρᾴους Bekker. SCHAEFER.

P. 98. v. 6. ὑμᾶς ἐθίζειν εἶναι] εἶναι ὑμᾶς ἐθίζειν Aug. secundus. REISK.

P. 98. v. 8. ἐπιδεικνύναι] Wolf. mavult ἀποδεικνυναι. REISK. Idem et ego malim. SCHAEFER.

P. 98. v. 10. γὰρ] δὲ Aug. secundus. REISK.

P. 98. v. 12. ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις — κινδυνεύειν] Eadem leguntur p. 111, 15. SCHAEFER.

P. 98. v. 15. καὶ] Abest ab Aug. tertio. REISK. Adest etiam p. 111, 17. De discrimine inter τὰ πράγματα et τὰ γιγνόμενα v. Reisk. Ind. Graecit. p. 119. τὰ πράγματα, nisi fallor, sunt *die Staatsangelegenheiten*, τὰ γιγνόμενα *die Zeitereignisse.* SCHAEFER.

P. 98. v. 16. φέρε γὰρ — ῥαθυμίαν] Citat Tiberius p. 25. s. Sed p. 29. initium huius loci, inter praeclarissimos Demosthenicorum numerandi, insigni cum varietate sic scriptum affert: ἐὰν οὖν οἱ Ἕλληνες πέμπωσι πρὸς ὑμᾶς καὶ λέγωσι, πέμπετε, ὦ Ἀθηναῖοι, πρὸς ἡμᾶς ἑκάστοτε πρεσβεῖς *) λέγοντας, ὡς ἐπιβουλεύει Φίλιππος ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι. En exemplum inprimis notabile diversitatis scripturae, cuius sola causa est labans memoria citantis. Conf. quae nuper scripsi ad Euripid. Hecub. Porsoni p. XII. Citat etiam Scholiastes ad Aristophan. Nub. 219. usque ad v. καιρῶν: neque ille sine scripturae diversitate. SCHAEF.

P. 98. v. 16. εἰ λόγον —] Apodosis huius sententiae est in illis p. 99, 7. ἂν ταῦτα λέγωσι, τί ἐροῦμεν —; REISK. Adverte, conditionem in illis sic iterari, ut nullo ad sensum discrimine pro particula εἰ ponatur ἂν, pro optativo ob mutatam particulam coniunctivus. Scholiastes ad Aristophan. Nub. l. c. etiam hic habet ἂν — ἀπαιτήσωσιν, quod debetur memoriter citantis errori. SCHAEFER.

P. 98. v. 16. οἱ] Abest a Paris. secundo et tertio, item Aug. secundo et tertio. REISK.

P. 98. v. 17. παρήκατε] γρ. παρείκατε appendix Francofurtana et Aldina Taylori, item exemplum Lessingianum (cuius margini adscriptum est hoc scholium: οἱ Βοιωτοὶ τὸ η εἰς τὸ ει τρέπουσι), Parisini secundus et quintus, Aug. tertius. In Bavarico, item in Aug. primo utrumque est. Obsopoeus: „Pro παρήκατα legendum videtur παρήκατε." Ergo istud in Aldina sua, quae est prior editio, reperiebat Obsopoeus. Ego in posteriore Aldina vulgatam reperi. Scholiastes Aristophanis ad Nubes v. 218. [219.] male allegat παρήκασθε in medio. REISK. παρείκατε Bekker. SCHAEFER.

P. 98. v. 17. καὶ ἔροιντ' Ὑμεῖς, ἄνδρες —] Vulg. καὶ ἔροιντ' ὑμᾶς· Ἄνδρες —. Malui sic exarare atque distinguere: καὶ ἔροιντ' [i. e. ἔροιντο, *atque vos interrogent:* nam ὑμᾶς facillime omittatur:] Ὑμεῖς, ἄνδρες —, *Vos, o Athenienses* —. Satius enim est

---

*) Immo πρέσβεις. SCHAEFER.

nominativum, cui πέμπετε innitatur, expressum quam repressum esse, quamquam vis eius in πέμπετε utique inest. REISK. Vulgatam olim scripturam restituerunt Augerus et Bekkerus. Quod nemo non probabit: ineptum enim est illud ὑμεῖς. SCHAEFER.

P. 98. v. 20. ἡμῖν] ὑμῖν Paris. quintus, septimus, octavus et Harlei. REISK.

P. 98. v. 20. καὶ] καὶ secundum abest ab Aug. tertio. REISK.

P. 98. v. 21. καὶ ἅπαντα — ποιοῦμεν γὰρ ταῦτα] Haec verba signis parentheseos incluseram, sed operarum festinatio praetervidit. Adde itaque tu, quisquis es, lector, ista signa sententiae necessaria. Orator enim hanc sententiolam vel potius notam atque reprehensionem de suo ingessit in orationem a se confictam Graecorum. REISK. Parentheseos signa posuerunt Augerus et Bekkerus, ille vulgaria, hic, ut solet, lineolas. Sed Augerus parenthesia a v. ἀνάγκη orditur, καὶ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα antecedentibus iungens: quod non probandum. SCHAEFER.

P. 98. v. 21. ἅπαντα] πάντα Bekker. SCHAEFER.

P. 98. v. 21. τὰ τοιαῦτα] Post τὰ τοιαῦτα de meo addidi ἅ. *et reliqua talia, quae necesse est nos fateri vera esse: factitamus enim.* REISK. Recte deleverunt ἅ Auger. et Bekker. SCHAEFER.

P. 98. v. 22. ἀνάγκη φάσκειν] S. ἡμᾶς. *necesse erit nos assentiri et fateri, legatos mitti a nobis.* WOLF.

P. 98. v. 22. ποιοῦμεν γὰρ ταῦτα] Est ambiguum, dicaturne μιμητικῶς, *facere nos*, an vero αἰτιολογικῶς, *facimus enim ita.* Quae sequuntur, εἶτ', ὦ πάντων —, iterum sub persona sociorum dicuntur. WOLF. Nihil hic ambigui. SCHAEFER.

P. 98. v. 22. ταῦτα· εἶτ'] ταῦτα πάντα· εἶτ' Paris. quintus et septimus. REISK.

P. 98. v. 22. εἶτ', ὦ πάντων ἀνθρώπων φαυλότατοι] Citat Tiberius p. 26. post πάντων addens τῶν. Pergit idem: πικρῶς γὰρ καθικνεῖται τῶν Ἀθηναίων διὰ τοῦ προσώπου τῶν Ἑλλήνων. ubi notanda locutio rarior, καθικνεῖσθαί τινος. Multo frequentior altera illa, κατατρέχειν τινός, de qua v. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 401. SCHAEFER.

P. 98. v. 23. ἀπογενομένου] Opponitur infra v. 28. οἴκοι μενόντων. V. Ind. Graec. p. 63. SCHAEFER.

P. 98. v. 23. τἀνθρώπου] τοῦ ἀνθρώπου Aug. primus. REISK.

P. 98. v. 25. ἀποληφθέντος] ἀπολειφθέντος Paris. quintus, septimus, octavus, Harl. REISK.

P. 98. v. 27. οὔτε] οὐδὲ Harl. REISK.

P. 98. v. 27. ὑμετέρων] ἡμετέρων Aug. primus. REISK.

P. 98. v. 28. ὑμῶν] ἡμῶν P. Manut. REISK.

P. 98. v. 29. δεῖ] δὴ Bekker. V. mox not. ad v. φῆσαι. SCHAEF.

P. 98. v. 29. ὑγιαίνειν] Acerbe deflexum verbum ad sanita-

tem mentis indicandam. V. Plutarchus T. VI. p. 799. R. Wolfius: „Correctio nascens e polysemia verbi, quod tam ad mentis integritatem, quam ad valetudinem corporis refertur. ‚Ὑγίεια καὶ νοῦς ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύο." Inter Sententias Singulares Brunckii v. 490. ubi nota hunc usum vocis ἐσθλά: est enim rarior. SCHAEFER.

P. 98. v. 29. φῆσαι] Aristides p. 204. φήσαιμεν dat: quo admisso legendum esse δὴ pro δεῖ recte admonuit Normannus. REISK. φήσαιεν Bekker. Mihi δεῖ et φῆσαι magis placent. SCHAEF.

P. 98. v. 29. δύο μὲν ἐν Εὐβοίᾳ] Vulg. δύο ἐν Εὐβοίᾳ. δύο μὲν ἐν Εὐβοίᾳ Paris. septimus et octavus, Aug. primus. Addidi μέν: quo cum careri facile possit, praecessit enim modo versu 28., at placent tamen sibi Graeci in accumulandis eiusmodi particulis, quibus oratio lubricetur. REISK. δύο ἐν Εὐβοίᾳ Auger. et Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 99. v. 1. τὸν μὲν] τοὺς μὲν Aug. tertius: sed corrector vulgatam superscripsit. REISK.

P. 99. v. 2. ἐπιτειχίσας] Audacule dictum τύραννον ἐπιτειχίζειν: verum si metonymiam assumens aias, tyrannum usurpatum esse pro potestate tyranni, evanescit omnis illa, quae videtur, durities dictionis. *populo cuidam ad latus apponere, velut arcem quandam, tyrannum*, h. e. in mandatis ei dare, ut populum vicinum armorum suorum terrore atque aculeo reprimat, molitiones atque excursiones eius observet atque coërceat, invitum cogat, rebellantem domet. REISK. Vix teneas risum legens Reiskii vernaculam interpretationem in Ind. Graecit. p. 242. Sed omnino Reiskius Demosthenica βωμολοχικῶς vertens vernacule Oratori personam imponit scurrae. Conf. p. 133, 22. τυραννίδα ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ. Alia eiusdemmodi congessit Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 264. s. ed. Bip. SCHAEFER.

P. 99. v. 2. ἐπὶ Σκιάθῳ] Diodorus Sic. XII. 81. ἐπιτειχίσαντες δὲ τοῦτο τὸ χωρίον ἐπὶ τῆς Ἀργείας. Malim ἐπὶ τῇ Ἀργείᾳ. SCHAEFER.

P. 99. v. 2. Σκιάθῳ] Sciathus insula e regione Magnesiae. Stephanus: Σκίαθος νῆσος Εὐβοίας. F. ἄντικρυς *) Εὐβοίας. WOLF. γρ. Σκίαθον Paris. secundus, Aldina Taylori. Super ω dat ον Bavar. κνάθῳ (vel μνάθῳ) Aug. tertius: nam prima litera erat a correctore inter corrigendi operam obscurata. Idem super υ scripserat iota. REISK.

P. 99. v. 2. ἀπελύσασθε] ἀπελήσασθε: ἀπελύσασθε, ab ἀπολύω, vel ἀπηλάσασθε, ab ἀπελαύνω, *repulistis*, *propulsastis*. WOLF. ἀπελήσασθε appendix Francofurtana, Aldus: unde fort. nata est Wolfio coniectura importunior ἀπηλάσασθε. Malim sic

---

*) Malim πλησίον, ut Photius c. 384. SCHAEFER.

legi: *οὐδὲ ταῦτ' ἀπολύσασθαι* (in infinitivo aor. 1.), *εἰ μηδὲν ἄλλο, ἐβούλεσθε.* Sententia haec est: Decebat vos alia plura dedecora eluisse: vos vero noluistis. Saltim haec duo debebatis: at ne haec quidem iuvit vos eluere. REISK. *Vos autem ne hinc quidem vos expedivistis, si aliunde nolebatis. Ihr habt euch nicht einmal von diesem los gemacht, wenn ihr zu nichts anderm den Muth hattet. περὶ Ῥοδίων ἐλευθερ.* p. 191. l. 9. s. *τὰς παρὰ τῶν διαβαλλόντων τὴν πόλιν ἡμῶν βλασφημίας ἔργῳ μετὰ δόξης καλῆς ἀπολυσαμένους.* Sic intelligenda sunt, quae Astius habet ad Plat. de legg. I, 9. p. 56. Reiskii coniectura infirmat orationem. BREMI. Rescribendum procul dubio *ἀπεκωλύσασθε.* SEAGER. *Diar. Classic.* LII. p. 238. Fallitur. Nec Seageri *ἀπεκωλύσασθε* nec Wolfii *ἀπηλάσασθε* usus videtur tulisse. In his aoristorum formis summa opus est cautione, ne forte fingamus quibus Graeca lingua abstinuit morosissime *). Velut quod dederunt p. 140, 2. *ἀκούσαιτο* et p. 475, 29. *ἀκούσαισθε,* nego a quoquam scriptorum Graecorum usurpari. SCHAEFER.

P. 99. v. 5. *οὐδ' ἂν δεκάκις — κινήσεσθε*] Enuntiatio plena gravitatis et ponderis in verbis eorumque collocatione. Negatio *οὐδ'*, ut par est, collocatur ante conditionem; post conditionem illico sequitur negatio fortior, *οὐδὲν μᾶλλον,* ut augeatur negatio. Acerbum *γε* post *ὑμεῖς* vix quisquam non agnoscat: *homines quales vos estis.* Ignominiosum in *κινεῖσθαι* **) de hominibus, qui se movere non valent, nemo non animadvertit. Negationis repetitio, quamquam interdum viris doctis invisa, non rara est. Infra l. 28. s. *οἶδε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι, οὐδ' ἂν πάντων τῶν ἄλλων γένηται κύριος, οὐδὲν ἔστ' αὐτῷ βεβαίως ἔχειν.* p. 119. l. 5. s. *ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ Φιλίππου καὶ ὧν ἐκεῖνος πράττει νῦν, οὐχ οὕτως ἔχουσιν.* Conf. Erfurdt. ad Sophocl. Antig. edit. min. Addend. v. 5. 6. BREMI.

P. 99. v. 6. *ὑμεῖς γε*] Absunt a Parisino octavo et ab Aug. primo, ut etiam ab Harl. REISK.

P. 99. v. 6. *πρεσβεύεσθε*] Vulg. *πρεσβεύετε. γρ. πρεσβεύεσθε* Paris. secundus, quintus, septimus, octavus, Aug. primus et tertius, appendix Francofurtana et Harlei. Utrumque dat Bavaricus, vulgatam infra, alteram supra. Praetuli *πρεσβεύεσθε* in medio. Legati, legatione ad exteros fungentes, dicuntur *πρεσβεύειν:* a quibus autem civitatibus mittuntur, hae non ipsae *πρεσβεύουσι,* sed *πρεσβεύονται,* delegant legatos suo nomine, quibus mandata a se committant. REISK. Dedi cum Reiskio ex auctoritate codicum K. L. N. Dd. Ee. *πρεσβεύεσθε* pro *πρεσβεύετε*

---

*) Hac in re non immunis culpae Thomas M. p. 416. Contrario errore passim finguntur futurorum quorundam formae activae, Graecis solas usurpantibus medias. Totus hic campus latissime patet, sed adhuc iacet satis incultus, posterique nostram in talibus barbariem mirabuntur. SCHAEFER.

**) V. p. 112, 5. Vernacule *sich rühren.* SCHAEFER.

in vulgata. Cod. Y. habet πρεσβεύεσθε scriptum supra πρεσβεύετε. AUGER. V. Ammonius p. 118. 120. et Thomas Mag. p. 737. ibique Oudendorpius. SCHAEFER.

P. 99. v. 7. ἡμῖν] ὑμῖν Aug. tertius. REISK.

P. 99. v. 8. τί ἐροῦμεν, ἢ τί φήσομεν] *qua oratione utemur? quae praetexemus?* REISK. Prius de iusta excusatione, posterius de probabili caussa dictum videtur. φήσομεν futurum h. l. est verbi φάσκειν, quod propria significatione de eo adhibetur, qui dicit quae praestare non potest. BREMI. Aliter interpretatur Reiskius in Ind. Graecit. p. 184. Augerus: *quid aiemus nos, quid respondebimus?* Parum probabile mihi est discriminis aliquid inter haec verba intercedere, putoque Demosthenem nihil aliud quam duo verba idem significantia iunxisse, sive ut vim augeret interrogationis, sive ut numeris auribusque consuleret. Conf. p. 579, 18. οὐδαμοῦ πώποτε Μειδίας τῶν συνηδομένων οὐδὲ τῶν συγχαιρόντων ἐξητάσθη τῷ δήμῳ. ubi συνηδομένων a συγχαιρόντων non magis differt, quam h. l. ἐροῦμεν a φήσομεν puto differre. Neque inepte compares p. 24, 25. μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν. p. 32, 23. τίνα — χρόνον ἢ τίνα καιρόν. quod contulit Ernestius cum Callimacheo τίνα χρόνον ἢ πότε Hymn. in Del. init. p. 123, 25. οὐδὲν δ' ἐκ παρατάξεως οὐδ' ἐκ μάχης γινόμενον. Add. p. 108, 15. τί χρήσεσθε καὶ τί δεῖ ποιεῖν. SCHAEFER.

P. 99. v. 8. γὰρ] Abest a Paris. secundo et tertio, ab Harl., ab Aug. primo, secundo et tertio: sed in hoc manus nova superscripsit. REISK.

P. 99. v. 10. τοίνυν] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 99. v. 10. τὸν παριόντα] *progressum, eum, qui concionaturus est*, qui σύμβουλος, et συμβουλεύων, et λέγων, etsi pluraliter fere οἱ λέγοντες, ut et caetera participia, et δημηγόρος, et δημηγορῶν nominatur. WOLF.

P. 99. v. 12. καὶ ἀληθέστατον τοῦτο ἀποκρινοῦμαι] τοῦτο ἀποκρινοῦμαι καὶ ἀληθέστατον Harlei. REISK.

P. 99. v. 12. ταῦτα] Deest Harlei. REISK.

P. 99. v. 13. νυνὶ] νῦν Bavar. REISK.

P. 99. v. 14. καὶ ὅπως — ἐθελήσωσι] *et ut velint, modo velint.* Ἐλλειπτικὸν est, ut subintelligatur ὁρᾶν χρή, vel πειρατέον: vel ὅπως ἐθελήσωσιν accipiendum pro ἐθελέτωσαν. WOLF. Votum hoc est. Omittitur ante ὅπως verbum, ut suppleat quisque quod possit aut velit. Oratorem animo votum concepisse, etiam infinitivus γνῶναι l. 16. ostendit. Hic enim in votis saepe pro imperativo, ut aiunt, ponitur. Non igitur opus est verbo δεῖ, quod Reiskius post τοῦτο inseruit et quod, nisi votum praecessisset, vix abesse posset in nostro scriptore. BREMI. Pro voto habens etiam Bekkerus post ἐθελήσουσι (sic enim ille) posuit signum exclamationis: quod mihi quidem parum placet. Neque optare puto Oratorem, sed hortari et monere. SCHAEFER.

P. 99. v. 14. ὅπως] Post ὅπως addit σκοπείτωσαν appendix

Francofurtana. καὶ σκοπείτωσαν ὅπως ἐρωτῶ Aldina Taylori. Eadem dat ἐθέλωσι. REISK.

P. 99. v. 15. ἐθελήσωσι] ἐθελήσουσι, quod monui dedisse Bekkerum, repudiat Bremius ad p. 28, 6. Vereor ut causâ satis iustâ. SCHAEFER.

P. 99. v. 15. δεῖ] De meo addidi inductus a loco simili, qui est p. 100, 11. s. REISK. Addidit item Augerus ab eodem inductus loco. Omisit Bekkerus, probante Bremio ad v. 14. Nec mihi videtur oportere addi. V. not. ad v. 16. SCHAEFER.

P. 99. v. 16. ὑμῖν] Sic etiam Aug. tertius a prima manu: sed corrector dedit ἡμῖν. REISK.

P. 99. v. 16. βεβαίως—λέλυκε] Citant Anecd. Bekk. p. 161, 29. ubi verbo λέλυκε additur littera paragogica. SCHAEFER.

P. 99. v. 16. γνῶναι] Pendet a verbo χρή. Etsi fortasse id non incommode repeteretur: χρὴ τοῦτο παρ' ὑμῖν αὐτοῖς βεβαίως γνῶναι. WOLF. Reiskius in Libello varr. lectt. hanc Wolfii notam posuit: „Subaudi χρὴ, quod tacite repetendum e versu 11. tametsi non incommode addatur hunc in modum: τοῦτο χρὴ παρ' ὑμῖν αὐτοῖς βεβαίως γνῶναι.“ Assentior Wolfio χρὴ tacite repetenti e versu 11. SCHAEFER.

P. 99. v. 17. τούτων] τούτου Paris. septimus. REISK. Praetuli τούτου, quod dant codd. K. L. M. R. et Dd. AUGER. τούτου etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 99. v. 20. τῷ τῆς πόλεως ἐδάφει] Significatur acerrimus hostis, qui urbem adducat, si possit, εἰς κίνδυνον ὑπὲρ αὐτῶν τῶν ἐδαφῶν, quod periculum summum est. V. p. 803. extr. et Aeschines p. 525. med. R. Conf. infra p. 104, 17. SCHAEFER.

P. 99. v. 20. τοῖς] τῷ Harlei. REISK.

P. 99. v. 22. εἰ δὲ μή] Scil. πιστεύουσιν ἐμοὶ ταῦτα φάσκοντι. vel, εἰ δὲ μὴ φασὶν ἀληθῆ ταῦτ' εἶναι. REISK.

P. 99. v. 22. σκεψάσθωσαν] De vulgari hac imperativi forma v. Elmslei. ad Euripid. Iphigen. Taur. 1480. p. 232. ed. Dind. coll. Haack. praefat. ad Thucydid. T. II. p. V. et Matthiae not. ad Euripid. l. c. (v. 1446.). SCHAEFER.

P. 99. v. 22. Εὐθυκράτην καὶ Λασθένην] Εὐθυκράτη καὶ Λασθένη Paris. secundus, Aug. secundus et tertius. Εὐθυκράτει καὶ Λασθένει Bavar., sed super utroque ει erat η superscriptum. REISK. Εὐθυκράτη καὶ Λασθένη Bekker. SCHAEFER.

P. 99. v. 23. Ὀλυνθίους] ἐγχωρίους appendix Francofurtana, Aldinâ Tayl. REISK.

P. 99. v. 25. προὔδοσαν] προέδοσαν Aug. primus, Harl. REISK.

P. 99. v. 25. ἀπολώλασιν] Propter ignominiam, ut opinor, de qua vide Orationem falsae legationis. Etsi nihil vetat, ac potius consentaneum est, eos exitio factis suis digno periisse. Notum est dictum Philippi in Olynthi proditores, qui Macedones homines rusticos esse dicebat, quod scapham scapham nominarent et ficum ficum. WOLF.

P. 99. v. 27. οὐδὲ ἓν] οὐδὲν Aug. primus. REISK.

P. 99. v. 27. καταλύσῃ] καταλύσει Aug. tertius, sed cum η super diphthongo scripto. REISK. καταλύσει Bekker., improbante Bremio ad p. 28, 6. Mihi Bekkerus videtur recte fecisse. V. not. ad p. 134, 18. SCHAEFER.

P. 99. v. 28. νῦν γε δὴ] Absunt a Paris. quinto, septimo, octavo, ab Aug. primo, ab appendice Francofurtana et ab Harl. REISK. Omisit Bekkerus iusto plus fidei, opinor, habens libris delentibus. Eadem enim temporis circumscriptio et supra legitur p. 70, 5. et infra recurrit in centone Pseudodemosthenis p. 134, 18. SCHAEFER.

P. 100. v. 1. οὐδ' ἂν — οὐδὲν] V. Bremius ad p. 99, 5. SCHAEFER.

P. 100. v. 1. ἂν] Non est δυνητικὸν ἂν, sed pro ἐὰν capitur, ut saepe alias. Cave igitur, ne fallaris. WOLF.

P. 100. v. 2. ἔσται] ἔστ' Bekker. SCHAEFER.

P. 100. v. 2. δημοκρατῆσθε] δημοκρατεῖσθε Aug. primus, secundus, tertius. REISK.

P. 100. v. 3. ἃ] ἣ Paris. secundus et tertius, Aug. secundus. REISK. De plurali ἃ post singulare πταῖσμα v. not. ad Porsoni Orest. 910. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 100. v. 3. γένοιτ' ἂν] Pro γένοιτ' lege γένοιτ' ἂν. OBSOP. ἂν γένοιτο Aug. primus et appendix Francofurtana. ἂν abest ab Aug. secundo, Aldina et Harlei. Sed addi vult Obsopoeus, dubium relinquens, unde sumtum, e suone libro Pannonico, an ingenio. REISK. De suo addidisse Obsopoeum mihi probabilius est, etsi talia illi Critici parum curabant. Scilicet particulam videtur sumsisse a Pseudodemosthene p. 135, 2. SCHAEFER.

P. 100. v. 3. ἥξει] Scil. πρὸς ὑμᾶς ex insequentibus. REISK.

P. 100. v. 4. συμβεβιασμένα] Vulg. βεβιασμένα. συμβεβιασμένα Aldus, P. Manut. ed. Wolfii. Sed vulgata est in appendice Francofurtana et Aldina Taylori. Praetuli compositum. *vi et necessitatis quasi coagulo invita unita, ceu torculari quodam compressa aut destina ferrea connexa.* REISK. Simplex legitur p. 135, 3. et videndum ne praestet. Observa autem usum neutrius, ubi homines intelligendi. V. Ind. ad Homeri Odyss. p. 170. SCHAEF.

P. 100. v. 7. ἐνοχλῆσαι τοῖς ἄρχειν βουλομένοις] Quid sentiendum sit de Phavorini animadversione, Ἐνοχλῶ Ἀττικῶς συντάσσεται αἰτιατικῇ, κοινῶς δὲ δοτικῇ, apparet ex hoc aliisque Demosthenis locis. In universum dici potest, Atticos hoc verbum saepius construere cum dativo, quam cum accusativo, sine significationis discrimine, opinor. BREM. V. Anecd. Bekk. p. 155, 26. et Iacobs. ad Anthol. Palat. p. 732., qui quod ait in Bione XVI. 7. ambiguam esse constructionem, non dubito, ὁδοιπορέοντ' pro accusativo habendum esse. Iota enim horum dativorum tam raro eliditur, ut de tali elisione nolim nisi coactus cogitare. SCHAEF.

P. 100. v. 8. ἐξαφελέσθαι] ἀφελέσθαι simplex Aug. primus. REISK. ἐξαφελέσθαι natum puto e διττογραφίᾳ commista, aliis libris dantibus ἐξελέσθαι, aliis ἀφελέσθαι. ἐξελέσθαι legitur in centone Demosthenico p. 135, 8. Sed ἀφελέσθαι videtur verbum hac de re proprium fuisse. V. p. 1328, 8. 1358, 17. 1360, 3. SCHAEFER.

P. 100. v. 8. οὔκουν — ἐφεδρεύειν] Citant Anecd. Bekk. p. 136, 23. SCHAEFER.

P. 100. v. 10. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] S. λόγου. *neque multis est opus.* Alii interpretantur, quasi esset πολλοῦ γε καὶ δεῖ, *multum certe abest.* Huic similem locutionem, οὐδ᾽ ὀλίγου δεῖ, eodem modo intelligo, scilicet λόγου. *ne paucis quidem verbis opus est,* hoc est *supervacaneum prorsus est hac de re dicere. Es bedarf nicht viel Worte. Es bedarf nicht Rede.* WOLF. Idem est ac si sic struxisset orationem: οὐ κακῶς οὐδ᾽ ἀργῶς ταῦτα λογιζόμενος. οὐ τοῦ πολλοῦ δεῖ πρὸς τὸ ταῦτα ὑπολαμβάνειν, ἀλλὰ τοῦ παντός. *non male sic autumans neque segniter degeneremque in modum: quod qui de Philippo suspicetur,* (eum scilic. istas rationes malas ducere, aut motum segnitie et ignavia,) *nae is non parum, sed toto coelo sit aberraturus a vero.* Quare non male feceris sic distinguens: οὐδὲ (πολλοῦ δεῖ) οὐ κακῶς —: ubi οὐδὲ possit pro simplici οὐ accipi et insequens οὐ pro supervacaneo haberi. REISK. Eadem Reiskius in Ind. Graecit. p. 130. s. Augerus sic interpunxit: οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ. „Ad οὐδὲ" inquit „sub. βούλεται, et intellige, οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ, *non sane vult, multum abest.*" Quae interpunctio etsi non est probanda, continuo enim spiritu haec pronuntiantur, tamen apparet, Augerum formulam recte intellexisse, vehementer errasse Wolfium et Reiskium. Scilicet πολλοῦ δεῖ ubique valet *multum abest*, i. e. *minime gentium.* Haec autem formula si subiicitur enuntiationi neganti, ut h. l. factum est, solet ei οὐδὲ sic praeponi, non ut tollatur vis formulae affirmans, sed ut augeatur negans enuntiationis. Anecd. Bekk. p. 284, 29. *Οὐδὲ πολλοῦ δεῖ: ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὅλως.* quibus verbis Grammaticus solum πολλοῦ δεῖ interpretatur. Sic Hesychius T. II. c. 982. *Πολλοῦ γε καὶ δεῖ, οὐδ᾽ ὅλως.* Simile Euripidis Phoeniss. 1640. Pors. οὐκ ἂν προδοίην, οὐδέ περ πράσσων κακῶς. ubi quod duo codd. dant καίπερ πράσσων κακῶς, debetur interpreti οὐδὲ perinde negligenti ut Grammaticus in Anecd. Bekk. negligit. SCHAEF.

P. 100. v. 11. ἀργῶς] *temere*, re non accurate cognita. SCHAEFER.

P. 100. v. 17. ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν κατασκευάζεται] ἐ. τ. ἡ. π. παρασκευάζεται Paris. secundus, quintus, septimus, octavus, Aug. primus et tertius, Harlei. Aldina Taylori, Bavaricus, index Aldi, index P. Manutii. REISK. παρασκευάζεται Bekker. quomodo p. 135, 15. V. Bremius ad p. 11, 14. Ego vero velim etiam prius κατασκευάζεται mutatum in παρασκευάζεται, quo gravior fiat oppositio. Conf. not. ad p. 168, 15. SCHAEFER.

P. 100. v. 18. *ἀμύνεται*] *ἀμυνεῖται* Paris. octavus, Aug. primus. REISK. Aliqui codd. legunt *ἀμυνεῖται*, quod non improbarim ob id ipsum, quod eadem vox modo recurrit. AUGER. *ἀμυνεῖται* verum puto. SCHAEFER.

P. 100. v. 18. *ἡμῶν*] *ὑμῶν* Aug. secundus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 100. v. 20. *οὕτω γ' εὐήθης ἐστὶν*] *οὕτως ἐστὶν εὐήθης* Aug. primus, Harlei. REISK.

P. 100. v. 20. *ὥστε ὑπολαμβάνειν*] *ὃς ὑπολαμβάνει* Bekker. V. Melet. Crit. p. 71. s. SCHAEFER.

P. 100. v. 21. *τῶν μὲν ἐν Θράκῃ κακῶν — Μάστειραν*] Citat Photius c. 183. non sine vitiis scripturae. SCHAEFER.

P. 100. v. 21. *τί γὰρ ἄλλο τις ἂν εἴποι*] *ἂν* abest ab Aug. primo. *εἴπῃ ἂν* Aug. secundus. *τί γὰρ ἂν ἄλλο τις εἴποι* appendix Francofurtana. *τί γὰρ ἂν ἄλλο τις ἂν εἴποι* Harlei. REISK. *ἂν* omisit etiam Photius. Placet Harleiani scriptura. SCHAEFER.

P. 100. v. 22. *Δρογγίλον — Μάστειραν*] Citat h. l. Harpocrat. in vocc. *Δρογγίλον*, *Καβύλη*, *Μάστειρα*, ubi suspicatur legendum esse *Βάστειρα*. REISK. V. Photius l. c. SCHAEFER.

P. 100. v. 22. *Δρογγίλον*] Photius *Δρόγγιλον*. SCHAEFER.

P. 100. v. 22. *Καβύλην*] V. Photius c. 91. SCHAEFER.

P. 100. v. 22. *Μάστειραν*] *Μάσειραν* Aug. secundus. REISK.

P. 100. v. 22. *ἐξαιρεῖ*] Malim in medio *ἐξαιρεῖται*. REISK. Activum recte habet. SCHAEFER.

P. 100. v. 23. *κατασκευάζεται*] Dedi ex meo *καταστρέφεται*, quod hic multo melius convenit quam *κατασκευάζεται*, nec verisimile est hanc vocem breviori intervallo ab oratore ter fuisse repetitam. AUGER. Mutatio longe audacior quam pro Augero, quem summa in coniectando modestia decuit: nec solicitanda vulgata. Conf. p. 101, 3. SCHAEFER.

P. 100. v. 26. *νεωρίων*] *νεωριῶν* Aug. tertius, quasi a *νεωρία* in nominativo singularis. REISK.

P. 100. v. 26. *τριηρῶν*] *τριήρων* Aug. secundus et alii alibi saepius. Quod semel hic annotasse sufficiat: mirifice enim codices in hoc variant. *καὶ τριηρῶν* ab Harleiano absunt. REISK. *τριήρων* Auger. et Bekker. V. not. ad p. 46, 7. 135, 22. SCHAEFER.

P. 100. v. 27. *ἀργυρείων*] Vulg. *ἀργυρίων*. *ἀργυρείων* Aldus, Felic. P. Manut. et codd. quoque: quod praetuli. REISK. Placuit etiam Tayloro. V. Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 118. Eadem scripturae diversitas p. 135, 22. SCHAEFER.

P. 100. v. 28. *ὑμᾶς ἐάσειν*] Vulg. *ἐάσειν ὑμᾶς*. Invertit Aug. primus et Harl. REISK. *ἐάσειν ὑμᾶς* Auger. et Bekker. ad aurium sensum ordine verborum paulo meliore. SCHAEFER.

P. 100. v. 28. *μελινῶν*] Citat h. l. Harpocrat. v. *μελίνη*.

item Etymolog. M. eadem voce p. 577, 49. μελίνων Paris. secundus, quintus, octavus. μελίων (sic) Ald. Taylori, index Aldi, index Pauli, Aug. secundus. λιμένων Aug. tertius absurdo errore, erasa vetusta lectione, quae videtur cum vulgata consensisse. REISK. Citat etiam Photius c. 188., a quo simul discas, cur in Pariss. μελίνων scriptum sit. Add. Anecd. Bekk. p. 278, 21. et not. ad p. 135, 27. SCHAEFER.

P. 101. v. 1. ὀλυρῶν] ὁλύρων cum aspero Paulus Manutius. Sed in spiritibus, accentibus et huiusmodi minutiis editio Pauli est perquam vitiosa. ἐλύρων Aug. tertius: sed a correctore superscripta est vulgata cum γρ. REISK. ὁλυρῶν Auger. V. Anecd. Bekk. p. 284, 28. SCHAEFER.

P. 101. v. 1. Θρακίοις] Θρακείας Harlei. REISK.

P. 101. v. 1. σιροῖς] Ita et Harlei. σειροῖς Aug. primus. σιῤῥοῖς Felic. P. Manut. REISK. V. Photius c. 380. Arcadius p. 68, 14. et not. ad Longi Pastor. p. 336. ubi item duplici canina scribitur, quomodo h. l. etiam Augerus scripsit, itemque p. 135, 27. SCHAEFER.

P. 101. v. 1. ἐν τῷ βαράθρῳ] Locus Athenis, in quem praecipitabantur malefici, ut Spartae Κεάδας, Romae Scalae Gemoniae. Sic appellat Thracici coeli inclementiam per translationem, οἷον ἐν τῷ ὀλέθρῳ, perinde ac si *in peste* vel *interitu* dixisset, ut Suidas annotat. WOLF. Citat h. l. Harpocrat. v. βάραθρον. REISK. Item Etymolog. M. c. 187. extr. SCHAEFER.

P. 101. v. 1. βαράθρῳ] Sic etiam in texto Aug. tertii: sed nova manus superscripsit γρ. θαράβρῳ. Mirifica lectio *). Aldina Taylori dat βαρβάρῳ. REISK.

P. 101. v. 7. ἀξιοῦν] Scil. χρήματα εἰσφέρειν. REISK. V. diligentissimus Krügerus ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 117. SCHAEFER.

P. 101. v. 7. τὸ συνεστηκὸς τοῦτο — στράτευμα] Diopithis copias designat. REISK.

P. 101. v. 8. συμμενεῖ] γρ. συμβαίνει Paris. secundus et Aldina Tayl. συμμένῃ Paris. tertius, quintus, septimus, Aug. secundus. συμμένοι Paris. octavus. συμμένει Aug. primus, Bavar. In Aug. tertio est συμβαίνῃ, sed secunda manus superscripsit γρ. συμμένῃ. REISK. Satis turbarum. Sed quis in animum inducet futurum loco movere? Conf. not. ad p. 21, 17. SCHAEFER.

P. 101. v. 9. ἑτοίμην] Sic et Bavaricus, sed cum ον in fine superscripto. REISK.

P. 101. v. 9. ἔχει] ἔχῃ Bavar. ἔχοι Harlei. REISK.

P. 101. v. 9. ἀδικήσουσαν] ἀδικοῦσαν Aug. primus. REISK.

*) Nihil hic mirifici. V. Bastii Commentat. Palaeograph. p. 709. s. SCHAEFER.

P. 101. v. 10. *οὕτω καὶ τὴν*] Vulg. *οὕτω τὴν*. *οὕτω καὶ τὴν* Aug. tertius: sed secunda manus copulativam transverso calamo rursus induxit. Addidi *καί*. REISK. Deleverunt Auger. et Bekker. Nec quicquam opus addi, etsi scriptores Graeci in huiusmodi structura usu huius particulae luxuriantur. SCHAEFER.

P. 101. v. 11. *ἅπασιν*] Deest Harlei. REISK.

P. 101. v. 11. *ἑτοίμην*] Rursus hic quoque Bavaricus *ον* super *ην* superscriptum dabat. REISK.

P. 101. v. 11. *ἐστι*] *ἔνεστι* Bavar. appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK.

P. 101. v. 11. *βοηθείαις*] Tumultuarium et subitarium exercitum ita vocat: cuiusmodi misera nostra est cum Turcis et perniciosa bellandi ratio. WOLF.

P. 101. v. 15. *ταμίας καὶ δημοσίους*] Vulg. *ταμίας δημοσίους*. *ταμίας καὶ δημοσίους* Paris. secundus et tertius, Aug. primus, secundus, tertius, Bavaricus, appendix Francofurtana. *ταμίαις καὶ δημοσίαις* Aldina Taylori. Rursus addidi *καί*, item p. 137, 10. ubi locus hic iteratur. Vulgata copulam omittens quaestores cum diribitoribus (iuvat ita appellare, seu lictoribus, convenientiore appellatione statim non succurrente) miscet, honoratos magistratu fungentes publice demandato cum servis publicis. Citat h. l. Harpocrat. v. *δημόσιος*. REISK. *ταμίας δημοσίους* Auger. Quae lectio vide ne sit genuina: ut hic etiam *καὶ* natum sit ex antecedente ϛ̄. Publici quaestores videntur oppositi privatis, qualis Timotheo fuit Antimachus ille, de quo p. 1186, 20. Sed Reiskio assentitur Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. I. p. 195. vertens *Schatzmeister und öffentliche Diener*. SCHAEFER.

P. 101. v. 20. *τῆς αὐτοῦ*] Vulg. *τῆς αὐτοῦ*. *τῆς αὑτοῦ* cum aspero Aldus. *τοῖς αὐτοῦ* cum leni Aug. tertius. A Bavarico spiritus aberat. REISK.

P. 101. v. 21. *ἀναγκάσετε*] *ἀναγκάσητε* Aug. primus, Harlei. Utrumque dat Aug. tertius. REISK.

P. 123. v. 13. ἐπιδεδωκέναι] Pro ὑποδεδωκέναι nostrum ἐπιδεδωκέναι, procul dubio rectius. OBSOP. Felicianus cum Obsopoeo pro ὑποδεδωκέναι legit ἐπιδεδωκέναι, haud sane incommode. Sed illa rei bellicae incrementa quae fuerunt? Perfidia et proditiones et assiduitas Philippi. WOLF. Vulg. ὑποδεδωκέναι. ἐπιδεδωκέναι Paris. quintus et octavus, Aldina Taylori, Bavar. Aug. primus, secundus, tertius, codex Obsopoei, Felicianus, P. Manutius, margo Aldinae Lessingianae, liber Weimaranus. Probat id quoque Wolf. in annotatt. et in editione sua exhibuit. Appendix autem Francofurtana vulgatam dat. ὑποδεδωκέναι, *decrevisse*. Imo vero *increvisse*, ἐπιδεδωκέναι, quod praetuli. Artes enim omnes quo diutius et crebrius et diligentius exercentur, hoc propius ad fastigium perfectionis ascendunt. Et adversatura foret oratoris sententiae vulgata. Hortaturus ad assiduitatem et vigilantiam et contentionem nervorum omnium Athenienses ipse sese subverteret atque rideretur, si sic argueret: Olim difficile maioribus vestris erat cum Lacedaemoniis bella gerere, quia ratio bellandi, qua Lacedaemonii utebantur, multo erat et callidior et rebus omnibus formidolosior, quam qua nunc Philippus vos impugnat. Artes bellicae hodie decreverunt, in desuetudinem venerunt, frigent, iacent. Imo vero: Ratio vetusta bellandi ad novam se habet, ut ludicrae puerorum dimicationes ad virorum acria certamina. Artes belli ad summam subtilitatis perductae sunt, quae olim agrestes et prorsus cascae, ἀρχαῖαι, erant. REISK. Satis verborum ad commendandum quod antegressa vox ἐπίδοσιν sola commendaret, etiamsi omnes libri in absurdissimo illo ὑποδεδωκέναι conspirarent. Mirerisque hominem parcissimum alias verborum intempestive tam loquacem factum. SCHAEFER.

P. 123. v. 15. πρῶτον μὲν] V. not. ad p. 116, 29. SCHAEFER.

P. 123. v. 16. ἄλλους] Abest ab Aug. primo et secundo et Aldina Tayl. REISK. Omiserunt Auger. et Bekker. V. quae notavi in Bos. Ellips. p. 578. s. SCHAEFER.

P. 123. v. 16. Ἕλληνας] Abest ab Harrison. Aug. tertio et a Bavarici texto, sed in margine scriptum est cum γρ. Abest item ab appendice Francofurtana et Aldina Taylori. REISK.

---

*) Habet enim in textu οὐδέν. SCHAEFER.

P. 123. v. 16. *τὴν ὡραίαν αὐτὴν*] Tametsi me formulam hanc alibi legisse non memini, nec apud auctores, nec in ullis Lexicis explicatam, tamen ex collatione eius, quod sequitur, *καὶ σιωπῶ θέρος καὶ χειμῶνα, ὡς οὐδὲν αὐτῷ διαφέρει, οὐδ᾽ ἐστὶν ἐξαίρετος ὥρα τις, ἣν διαλείπει,* satis intelligitur, *αὐτὴν τὴν ὥραν* *ipso belli gerendi opportuno tempore*, id est, aestivo aut etiam verno, intelligi debere. Nam *τὸ ὡραῖον* maturum et tempestivum est apud Thucydidem lib. 1. *χαλεπωτέραν ἕξουσι τὴν κατακομιδὴν τῶν ὡραίων.* et apud eundem aestivo tempore susceptas esse expeditiones subinde legitur, ut lib. 4. *τοῦ δ᾽ ἐπιγιγνομένου θέρους περὶ σίτου ἐκβολήν.* et 2. *ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ*, et, *τοῦ δὲ θέρους εὐθὺς ἀρχομένου οἱ Πελοποννήσιοι* etc. WOLF. ipsam solam aestivam tempestatem, qua coeli clementia sinit homines sub dio versari. *ἡ ὡραία*, scil. *ὥρα τοῦ ἔτους*, bellissima et maturrima anni tempestas, quae profert omnia ad *τὴν ὥραν*, perfectionem, percocta et maturata. Destituebat h. l. bonum Wolfium memoria. REISK. Ad *ὡραία* non subaudiendum esse *ὥρα*, satis docuisse mihi videor in Bos. Ellips. p. 577. Leve est, sed probandum, quod Bekkerus ante postque haec verba posuit hypostigmen. SCHAEFER.

P. 123. v. 17. *στρατεύεσθαι, καὶ τοῦτον τὸν χρόνον*] Verba haec absunt ab Aug. tertio. Sed ab illo codice, praesertim in extremis eius, hoc est Philippica tertia et quarta et oratione ad Philippi literas, multa sunt a festinante librario omissa, quos eius lapsus mihi duxi tacendos potius, quam proferendos atque notandos. Desunt tamen etiam Bavarico eadem verba et in Aldina Tayl. punctis sunt subnotata. REISK. Uncis haec verba inclusit Bekker. Ego mallem plane deleta: videntur enim officere concinnitati orationis. SCHAEFER.

P. 123. v. 17. *ἐμβαλόντας ἂν καὶ*] Vulg. *ἐμβαλόντας καὶ. ἐμβαλόντας ἂν καὶ* Aug. primus et secundus, Harl. edit. P. Manutii, appendix Francofurtana. *εἰσβαλόντας* Aldina Taylori. *ἂν* addidi. REISK. Parum cogitate omisit Auger. Vertam: *si forte fecissent irruptionem.* Tetigit h. l. Bremius ad p. 9, 9. SCHAEFER.

P. 123. v. 18. *ὁπλίταις καὶ πολιτικοῖς στρατεύμασιν*] gravis armaturae militibus et civilibus exercitibus, id est, in quibus ipsi cives militarent. WOLF. sola pedestri militia, quae, quod gravis et lenta est, late excurrere incendiaque stragesque late circumferre nequit, ideo minus est metuenda, quam equestris. Deinde nil utebantur Lacedaemonii mercenariis militibus, sed solis civibus, quibus diu domo abesse soloque hostili continenter incumbere non liceret. Praeterea tantus esse numerus civium in castris agentium esse non poterat, quantum mercenariorum contrahere potest, si cui numorum satis suppetat, praesertim cum parti civium alteri domi remanendum sit ad patriam tuendam, altera in aciem exeunte. REISK.

P. 123. v. 18. πολιτικοῖς] πεζικοῖς appendix Francofurtana et Aldina Taylori. REISK.

P. 123. v. 20. οὕτω δ' ἀρχαίως] οὕτω δὴ ἀρχαίως Aug. secundus. REISK.

P. 123. v. 20. οὕτω δ' ἀρχαίως εἶχον κ. τ. λ.] Id est, tanta erat eorum simplicitas, vel potius civilitas, id est, integritas. WOLF. Citat h. l. Harpocrat. v. ἀρχαίως. REISK. Item Etymolog. M. c. 151, 5. et Zonaras c. 310. med. V. not. ad p. 124, 6. SCHAEFER.

P. 123. v. 21. πολιτικῶς] καὶ πολιτικῶς Paris. quintus. REISK.

P. 123. v. 21. ὥστε — οὐδὲν] Citant Anecd. Bekk. p. 180, 11., sed male dant ὠνεῖσθε. SCHAEFER.

P. 123. v. 22. προφανῆ] Sic Weimaranus corrigit vitiosum προσφανῆ Aldinae. καὶ ante hoc vocabulum abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 123. v. 23. νυνὶ] νῦν Paris. quintus et octavus. REISK.

P. 123. v. 25. οὐδ' ἐκ μάχης] οὐδὲ μάχης Aug. primus, Bavar. Harl. REISK. οὐδὲ μάχης Bekker. SCHAEFER.

P. 123. v. 26. ἄγειν βαδίζονθ'] ἄγειν καὶ βαδίζονθ' Aldina Taylori. REISK. Iunge ἀκούετε δὲ Φίλιππον βαδίζονθ' ὅποι βούλεται. SCHAEFER.

P. 123. v. 27. ψιλοὺς, ἱππέας, τοξότας, ξένους] In singulis vocibus puto interpungendum. WOLF.

P. 123. v. 27. τοιοῦτον] V. not. ad p. 96, 10. SCHAEFER.

P. 123. v. 28. ἐξηρτῆσθαι] Ab ἐξαρτάομαι. Sed lego ἐξηρτῦσθαι, ab ἐξαρτύομαι, *instructum esse*, per ῡ in penultima. WOLF. ἐξηρτύσθαι Aug. primus, secundus, tertius, Harlei. REISK. ἐξηρτῦσθαι Auger. peiore accentu, quam libri Reiskiani. Frequens confusio horum verborum. V. Matthiae ad Euripid. Hippol. 1176. Nostram scripturam Reiskius interpretatur in Ind. Graecit. s. v. Ego alteram praetulerim: nam ἐξαρτύειν proprium verbum est de apparatu bellico magisque decet huius loci gravitatem. SCHAEFER.

P. 123. v. 28. τούτοις] τούτους appendix Francofurt. REISK.

P. 123. v. 28. κρατῶν] Abest ab Aug. tertio, Bavarico, Aldino, ed. Wolfii. Sed addit Weimaranus et appendix Francofurtana, item Harrison. Harlei. et margo Lessingianus. REISK.

P. 124. v. 1. καὶ τεταραγμένους] Absunt a Paris. secundo et tertio, Aug. tertio, Bavarico et Aldino. Sed addit Harris. Harl. et margo Aldinae Lessingianae. REISK. Omiserunt Auger. et Bekker. Mallem servata. V. not. ad p. 22, 7. SCHAEFER.

P. 124. v. 1. προσπέσῃ] ἐμπέσῃ Harrison. REISK.

P. 124. v. 2. ἐξίῃ] ἐξήει Aug. primus. REISK.

P. 124. v. 3. οὐδὲν αὐτῷ διαφέρει] Vulg. οὐδὲν διαφέρει

οὐδὲν αὐτῷ διαφέρει Paris. octavus, Harrison. Harlei. Aug. primus et secundus, Weimaranus, P. Manut. appendix Francofurtana, margo Aldinae Lessingianae. *οὐδὲν διαφέρειν αὐτῷ* Aldina Tayl. *αὐτῷ* addidi. REISK.

P. 124. v. 4. *οὐδ' ἐστὶν — διαλείπει*] nullas ferias agit, nunquam cessat. WOLF.

P. 124. v. 4. *ὥρα*] *χώρα* Aug. primus. REISK.

P. 124. v. 4. *μέντοι*] *μὲν δὴ* Weimaranus, P. Manut. REISK.

P. 124. v. 5. *πάντας*] *πάντες* Harlei. REISK.

P. 124. v. 5. *δεῖ*] Abest ab Aug. primo et indice P. Manutii. REISK.

P. 124. v. 5. *προσέσθαι*] Loco *προέσθαι* antiquum *προσέσθαι* legit. OBSOP. Vulg. *προέσθαι*. *προσέσθαι* codex Obsopoei, quod probat Wolfius in farragine. *προσδέχεσθαι* Paris. quintus et octavus, Harlei. Weimaranus. *λογιζομένους οὐ δεῖ προσδέχεσθαι* Aug. primus et secundus, item index P. Manutii. *οὐ δεῖ προέσθαι* index Aldi et Harrison. In margine Aldinae Lessingianae et Aldinae Tayloranae sic est: *γρ. εἰδότας καὶ λογιζομένους οὐ δεῖ προσδέχεσθαι τὸν πόλεμον.* In appendice Francofurtana haec leguntur: „*οὐ δεῖ πως δέχεσθαι* (vel *μὴ προέσθαι*) *τὸν πόλεμον εἰς τὴν χώραν.* ubi etiam loco simplicis *δέχεσθαι* reperias *προσδέχεσθαι.*“ Praetuli *προσέσθαι*, quamquam vulgata quoque facile defendatur. REISK. *εἰδότας καὶ λογιζομένους οὐ δεῖ προσέσθαι* Auger. Debuit igitur mox pro *μηδ'* scribere *οὐδ'*: nam Graeci dicunt aut *οὐ δεῖ προσέσθαι*, aut *δεῖ μὴ προσέσθαι*. Nunc, cum hic receperit *οὐ*, post non mutaverit *μηδ'*, constructionem fecit soloecam. Reiskius qui potuerit dicere, facile defendi *προέσθαι*, non intelligo. SCHAEF.

P. 124. v. 6. *μηδ'*] *οὐδ'* Aug. primus et secundus, Harlei. Harris. index P. Manutii. Utrumque dat Bavaricus. REISK. Bene, si ante legas *οὐ δεῖ*. SCHAEFER.

P. 124. v. 6. *τὴν εὐήθειαν*] Quia sine proditionibus et statis anni temporibus ea bella gerebantur, hoc nomine utitur: *καίτοι καὶ τοῦ Περικλέους ιέ τάλαντα εἰς δέον ἀνηλωκέναι φήσαντος. Ἀρχίδαμος ἔφυγε προδοσίας, ὥς φασιν οἱ ῥήτορες.* WOLF. Bene Augerus *simplicitatem*: nam bono sensu vox h. l. usurpatur perinde ut supra p. 123, 20. *ἀρχαίως. Alte griechische Rechtlichkeit.* SCHAEFER.

P. 124. v. 6. *πρὸς Λακεδαιμονίους*] *πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους* Harlei. Aug. primus, appendix Francofurtana. REISK.

P. 124. v. 7. *ἐκτραχηλισθῆναι*] Citat h. l. Etymolog. M. v. *ἐκτραχηλισθῆναι* [c. 324, 47.]. REISK.

P. 124. v. 7. *ἐκ πλείστου*] Pro *ἐκ πλείστου* est in appendice Francofurtana *πόῤῥωθεν*. REISK.

P. 124. v. 8. *ὅπως*] *οὕτως* Aug. secundus. REISK.

P. 124. v. 10. κινήσεται] κινήσηται Aldina Taylori, Paris. secundus. Utrumque hoc dat Bavaricus. κινηθήσεσθε Aug. secundus. Voluit sine dubio κινηθήσεται. In appendice Francofurtana est κινήσετε. REISK.

P. 124. v. 10. οὐχὶ συμπλακέντας διαγωνίζεσθαι] Idem est ac si plenius dixisset: οὐχὶ δεῖ συμπλακέντας ὑμᾶς Φιλίππῳ διαγωνίζεσθαι αὐτῷ. cavere oportet atque hoc machinari, ut domi eum suae retineatis constrictum atque prodire impeditum, nequaquam vero cum eo acie congredi, qua salutem vestram in discrimen sitis daturi. REISK. Recte ad οὐχὶ supplevit δεῖ: cave enim hanc particulam iungas infinitivo διαγωνίζεσθαι. V. not. ad v. 5. SCHAEFER.

P. 124. v. 10. συμπλακέντας] συμπλεκέντας Aug. primus. REISK.

P. 124. v. 11. πόλεμον — ἀγῶνα] πόλεμος bellum, etiam cum non conseruntur manus: ἀγὼν proelium, conflictus. Hoc discrimen servat Demosthenes etiam in oratione περὶ συμμοριῶν, ubi dicit: τὸν μὲν πρὸς Πέρσας πόλεμον χαλεπὸν, τὸν δ' ἐκ τοῦ πολέμου ἀγῶνα ῥᾴδιον ἂν ἐσόμενον: inversa quodammodo hac sententia ob diversum genus hostium. WOLF.

P. 124. v. 11. πολλὰ — ἡ φύσις — ἄλλα μυρία] πολλὰ generale est: ἡ φύσις ἐξηγητικῶς subiicitur: ἄλλα μυρία ὑπερβολικῶς. Nam si illa enumeranda essent, fortasse vix unam atque alteram commoditatem addere potuisset. WOLF.

P. 124. v. 11. πολλὰ] ἄλλα πολλὰ appendix Francofurtana. REISK.

P. 124. v. 11. ἡμῖν] ὑμῖν Paris. quintus, Aug. primus, secundus et tertius, Aldus, P. Manutius. Sed Harlei. dat ἡμῖν. REISK. ὑμῖν Auger. Male: nam sequitur ἐθέλωμεν. SCHAEFER.

P. 124. v. 13. ἧς] Omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 124. v. 15. ἄλλα] καὶ ἄλλα Aldina Taylori. REISK. Minus e consuetudine. V. Krüger. ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 145. SCHAEFER.

P. 124. v. 15. ἡμῶν] ὑμῶν Paris. quintus. REISK.

P. 124. v. 16. οὐ μόνον — λογισμῷ] Locum hunc canoni Augustani primi accommodavi. Vulgata sic dat: οὐ μόνον δὲ δεῖ ταῦτα γινώσκειν, οὐδὲ τοῖς ἔργοις ἐκεῖνον ἀμύνεσθαι τοῖς τοῦ πολέμου, ἀλλὰ καὶ τῷ λογισμῷ —. REISK.

P. 124. v. 16. ταῦτα χρὴ] Sic Paris. octavus, Aug. primus et secundus et Harlei. REISK. δεῖ ταῦτα Auger. SCHAEFER.

P. 124. v. 16. οὐ μόνον — οὐδὲ —] Adverte Graecorum consuetudinem in talibus enuntiationibus adverbium μόνον soli priori membro sic tribuentium, ut etiam ad posterius pertineat. V. quae Angli e schedis meis evulgarunt in H. Stephani Thesauro s. v. μόνον col. 6225. C. SCHAEFER.

P. 124. v. 17. τοῦ πολέμου χρὴ, ἀλλὰ] Sic Aug. primus et

secundus, Aldina Taylori et Harrison. REISK. τοῦ πολέμου, ἀλλὰ Auger. et Bekker. Bene: nam iteratum χρὴ friget. SCHAEFER.

P. 124. v. 18. διανοίᾳ τοὺς] διανοίᾳ καὶ τῷ τοὺς Weimaranus, appendix Francofurtana et editio P. Manutii, unde repetiit index Lambini. REISK.

P. 124. v. 18. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. secundus, tertius, septimus, Bavar. REISK.

P. 124. v. 20. μισῆσαι] μισεῖσθαι Paris. quintus. μισεῖν appendix Francofurtana. REISK. μισεῖν pluribus in libris repertum facile praeferrem. SCHAEFER.

P. 124. v. 20. ἔνεστι] ἐστὶν Aug. secundus. REISK.

P. 124. v. 20. ἔξω] Deest Harrison. REISK.

P. 124. v. 22. ἐκείνῳ] ἐκείνοις Bekker. Vere: praecessit enim τῶν ἔξω τῆς πόλεως ἐχθρῶν. Quanquam Orator de pluribus loquens unum Philippum cogitavit. ἐκείνοις e libris sumsisse virum egregium suspicor: sin coniectura est, nemo non videt, quibus rationibus palaeographicis sic possit adstrui, nihil ut dubitationis relinquatur. SCHAEFER.

P. 124. v. 22. ὃ οὐ] Vulg. ὃ. οὐ vel οὐ (nam spiritus aberat) Aug. primus. Praetuli de meo ὃ οὐ inveniens in Augustano οὐ sine ὅ. Sic ambo ista copulavi. REISK. Male copulavit. Recte deleverunt οὐ Auger. et Bekker. Ac nescio quomodo factum est, ut Reiskius hac chorda saepius oberraret: opinor, quod sciret, Graecos luxuriari cumulandis negationibus. Sed haec res certis finibus regebatur. V. not. ad p. 54, 12. 97, 2. 172, 17. SCHAEF.

P. 124. v. 23. οὐδὲ βούλεσθε] Absunt ab Aug. primo. REISK.

P. 124. v. 23. ἀλλ' εἰς τοῦτο — τί λέγω] Tiberius p. 22. sic scripta citat: ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἀφῖκται μωρίας, ἢ παρανοίας, ἢ — οὐκ ἔχω τί λέγω. ad q. l. doctissimus editor: „Gal. παροινίας. Cf. Notam ad Marinum p. 101. — Gal. λέγειν et sic P." SCHAEFER.

P. 124. v. 26. μή τι δαιμόνιον τὰ πράγματα ἐλαύνῃ] Plane vates hic est Demosthenes. Vidit fatalem esse Graeciae stultitiam Demosthenes et imminere patriae servitutem, et tamen adversandum esse duxit, dum ulla salutis spes superesset. Neque dubium est, quin vir patriae amantissimus summum ex ea re dolorem ceperit. Alii oscitabundi fuerunt eo feliciores. *Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος· Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν.* Sed in multa sapientia multa est afflictio, et viri prudentes longeque in posterum prospicientes magis anguntur, cum ex moribus hominum de futuris eventibus divinant: unde perquam eleganter Ovidius nec minus vere: *Augurium ratio est et coniectura futuri: Hac divinavi notitiamque tuli.* Hunc Demosthenis locum imitatus Iacobus Sadoletus, *Ira Dei*, inquit, *et amentia nostra nobis adversatur*, cum videret, universum

Christianum orbem, quasi veterno flagitiorum oppressum, minime cogitare de crudelissimis et assiduis Turcorum grassationibus prohibendis*). De Philippo etiam Isocrates sic scribit: ἡγοῦμαι δὲ καὶ τὰ πεπραγμένα πρότερον οὐκ ἄν ποτέ σοι γενέσθαι τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, εἰ μή τις τῶν θεῶν αὐτὰ συγκατώρθωσεν. WOLF. Non δαιμόνιόν τι dici debuit ἐλαύνειν τὰ πράγματα, sed ochlocratiae perversitas, summa civium ignavia morumque corruptio vires Athenarum fregerunt. Quem rerum statum cum Demosthenes, admirabilis orator, contemnendus philosophus, parum expenderet, identidem somnians immortalia facta veterum Atheniensium, Philippicis suis patriae plus obfuit, quam profuit. Longe longeque providentior fuit egregius ille Phocio, cuius verum in Oratorem sibi ἀντιπολιτευόμενον apophthegma iucunde leges apud Plutarchum T. VI. p. 712. R. SCHAEFER.

P. 124. v. 27. ἐλαύνῃ] ἐλαύνοι Aug. tertius. ἐλαύνει Aug. primus et Bavaricus, item Harlei. REISK.

P. 124. v. 27. ὥστε λοιδορίας κ. τ. λ.] Vide levitatem vulgi. WOLF.

P. 124. v. 27. σκώμματος ἢ ἧστινος ἂν τύχητε ἕνεκ' αἰτίας] Felic. post σκώμματος recte addidit ἕνεχ', subintellecto τῷ ἤ. WOLF. Vulg. σκώμματος, ἧστινος ἂν τύχητε αἰτίας. σκώμματος ἕνεχ' ἧστινος τύχητε αἰτίας Felicianus, P. Manutius, probante Wolfio. τύχῃ αἰτίας Aug. tertius. ἧστινος ἕνεκα τύχητε Harrison. τύχητε ἕνεκα αἰτίας Paris. quintus et octavus, Harlei. Aug. primus et secundus, Weimaranus. σκώμματος ἢ ἧστινος ἂν τ. α. index Lambini. In appendice Francofurtana haec leguntur: „σκώμματος, ἧστινος ἂν τύχητε. hic alii ἕνεκα non σκώμματος, sed τύχητε voci subiiciunt.“ Emendator exempli Aldini, quod in potestate Lessingii V. C. nunc est, dedit σκώμματος, ἢ ἧστινος ἂν τύχητε ἕνεκα αἰτίας. REISK. Codd. M. et N. legunt σκώμματος, ἢ ἧστινος ἂν τύχητε ἕνεκ' αἰτίας, quam lectionem ei praetulimus, quam habet vulg. σκώμματος ἕνεκ', ἢ ἧστινος ἂν τύχητε αἰτίας. Inter ceteros codices alii non habent ultimum ἢ, alii omittunt ἕνεκ', in aliis et ἢ et ἕνεκ' desiderantur: sic et Aldus: nulli legunt ut vulgata. Felic. ut vulg. nisi quod desit ultimum ἤ. AUGER.

P. 125. v. 1. ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι] Recte Augerus, omissa negativa particula: *se esse tales*. Tetigit Reiskius in Ind. Graecit. s. v. ἀρνεῖσθαι. V. mea in nova editione Thesauri H. Stephani s. v. ἀρνέομαι col. 2251. C. et Buttmann. ad Demosthen. Orat. in Mid. p. 144., ubi vir praestantissimus etiam nostro loco utitur. Passim viri docti ad talia offenderunt. Xenophon de Republ. Athen. 2, 17. ἀρνεῖσθαι —, ὅτι οὐ παρῆν. Multum errat Schnei-

---

*) Quid Sadoletum censes dicturum, si ad nos reversus τῶν Τουρκιζόντων machinationes, probrum et dedecus huius saeculi, cognosceret? SCHAEFER.

derus ante ὅτι οὐ παρῆν putans excidisse καὶ λέγειν ἑκάστῳ. Ceterum in recta oratione, qualem hic habemus, ponitur οὐ: in obliqua μή. Xenophon Hellen. VII. 3. 7. οἱ μὲν ἄλλοι ἠρνοῦντο μὴ αὐτόχειρες γενέσθαι. Scilicet verborum negandi eadem est ratio syntactica quae verborum iurandi. His quoque in recta oratione iungitur οὐ, in obliqua μή. Ac posterioris quidem eorum structurae exempla tam crebra sunt, ut cuivis etiam non quaerenti facile occurrant *): prioris sunt multo rariora. Unum ex Apollonio Rhodio II. 289. s. citavi in Ind. ad Homeri Od. p. 171. Vellem plura nunc possem citare: sed haec studia per longam annorum seriem intermissa adeoque fastidita recolere sero coepi. Add. not. ad p. 77, 12. 103, 20. SCHAEFER.

P. 125. v. 1. τοιοῦτοι, λέγειν κελεύετε] τοιοῦτοι λέγειν, λέγειν κελεύετε Harrison. REISK.

P. 125. v. 2. οὐχὶ τοῦτό πω δεινὸν] οὐχί πω τοῦτο δεινὸν Aug. primus. REISK. Hoc recepit Bekkerus. SCHAEFER.

P. 125. v. 3. καὶ] In Aldina Taylori punctis subnotatum est. REISK.

P. 125. v. 3. δεδώκατε] ἐδώκατε Harrison. REISK.

P. 125. v. 5. ὑμῶν] ἡμῶν Harlei. REISK.

P. 125. v. 6. ἀκροᾶσθαι] ἀκούειν Paris. quintus et octavus, Aug. primus et secundus, Harlei. Aldina Taylori. REISK.

P. 125. v. 7. τῶν ἐν τοῖς πράγμασι] Scilicet ὄντων. M. ἐπὶ. hoc est, τῶν πολιτευομένων καὶ στρατηγούντων τινές. WOLF. Reiskius in Ind. Graecit. p. 416. vertit *ad clavum reip. sedentium*. ἐν non solicitandum. Thucydides III. 28. οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν. Scholiastes: οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττοντες. V. Krüger. Commentatt. post Dionysii Halic. Historiogr. p. 269. ubi locutiones similes larga manu congessit. SCHAEFER.

P. 125. v. 8. φρονοῦντες] Abest ab Aug. tertio, qui dat τινὲς μὲν τὰ Φιλίππου καὶ in texto, et in margine τινὲς μὲν Φίλιππον καὶ πάνθ' ὑπηρετοῦντες: quae lectio possit probari, si legatur τινὲς μὲν Φιλίππου (aut τοῦ Φιλίππου), ut subaudiatur ἦσαν **), ut statim sequitur τοῦ βελτίστου. Et sic est in appendice Francofurtana. REISK. τινὲς μὲν Φιλίππου καὶ πάνθ' ὑπ. Bekker., quod cum h. l. maxime concinnum sit (v. quae statim

*) Theocritea aliquot indicavi ad Idyll. XXI. 59. ubi quod legitur, ὤμοσα δ' οὐκέτι — θεῖναι, tam insolens, paene dixi tum soloecum est, ut Brunckianam scripturam ὤμοσα μηκέτι — θεῖναι cupide amplecterer, nisi antegressum μὲν oppositam sibi particulam imperiose flagitaret: nam violentam quam Brunckius sibi indulsit versus praecedentis mutationem nemo sanus probabit. SCHAEFER.

**) Quid opus subaudiri quod iam adest? An voluit Reiskius scribere ὄντες? SCHAEFER.

sequuntur), Porsonus tamen, nisi fallor, ut durum, si non soloecum, erat repudiaturus. Sed conf. quae congessi in tert. edit. Lips. Hecubae p. 58. et v. not. ad p. 174, 5. *) SCHAEFER.

P. 125. v. 9. τινὲς δὲ τοῦ βελτίστου] τινὲς δὲ ὑπὲρ τοῦ βελτίστου sola Felicianea, quod Wolfius probat in farragine. Utrumque, et ὑπὲρ, et τοῦ, omittit appendix Francofurtana. ὑπὲρ abest etiam ab Harrison. Ad vulgatam subaudi μέρους κοινωνοί. *nonnulli parte cum meliore facientes.* Sed ad Felicianeae scripturam subaudi μέρους μαχόμενοι: quod nihilo vulgata neque melius neque deterius est. Quod autem ὑπὲρ solam Felicianeam habere aio, Paulina quidem et Wolfiana idem e Felicianea reddiderunt, verum, huius umbrae quod sunt, eo auctoritate carent et in numero editionum in censum non veniunt. REISK. ὑπὲρ retinuit Auger. SCHAEFER.

P. 125. v. 9. ὅπως μὴ — πράττοντες] Citant Anecd. Bekk. p. 159, 15. ubi δουλεύσουσιν legitur. SCHAEFER.

P. 125. v. 9. δουλεύσωσιν] Vulg. δουλεύσουσιν. δουλεύσωσιν Paris. quintus et octavus, Aug. primus et secundus, Aldus, P. Manutius. Praetuli δουλεύσωσιν, non admodum gravi de causa: et nunc facti poenitet. Nam vulgata perinde bona est, et erunt adeo qui eam praeferant, postquam Dawesius et Toupius planum fecerunt, Atticos amare ὅπως cum indicativis copulare. REISK. δουλεύσουσιν Bekker., improbante Bremio ad p. 28, 6. Sed falli Bremium, manifesto apparet ex Anecd. Bekk. l. c., ubi Grammaticus diserte docet, h. l. ὅπως poni μετὰ ὁριστικοῦ ῥήματος. Qui Grammatici locus si forte virum egregium fugit, in rectam eum viam ducere poterat quod legitur p. 126, 6. ss. Εὔφραῖος δέ τις [ἔπραττεν], — ὅπως ἐλεύθεροι καὶ μηδενὸς δοῦλοι ἔσονται. SCHAEFER.

P. 125. v. 10. δὴ] δὲ Aldus, Felic. πότερον δὴ Ald. Tayl. REISK. δὲ Auger. Male. *Iam utri* —. SCHAEFER.

P. 125. v. 10. ἀπώλεσαν] ἐξαπώλεσαν Aug. tertius. REISK. In pluribus repertum libris perinde probarem, ut mox ἐξαπώλετο. Antiatticista in Anecd. Bekk. p. 93, 15. Ἐξαπολωλότα: Δημοσθένης κατὰ Φορμίωνος. ut fuisse videantur nasuti homines, qui ἐξαπολλύναι improbarent. Conf. Bastii Append. ad Epist. Crit. p. 58. a. SCHAEFER.

P. 125. v. 11. προὔδοσαν] προέδοσαν Aug. primus et secundus. REISK. Atthis solutam in talibus formam aversatur. SCHAEF.

P. 125. v. 11. ἀπώλετο] Sic etiam in texto Aug. tertii est: verum margo dat ab eadem manu ἐξαπώλετο. REISK. V. not. ad v. 10. SCHAEFER.

---

*) Add. e Platone III. 1. p. 120. extr. Bekk. τῆς τε θυγατρὸς λύτρα φέρων καὶ ἱκέτης τῶν Ἀχαιῶν. ubi Porsonus, opinor, additurus erat ὤν. Non opus: nec codicum Bekk. ullus addit. SCHAEFER.

P. 125. v. 12. ἦν] V. Bremius ad p. 69, 23. SCHAEFER.

P. 125. v. 15. καὶ] Abest ab Aug. tertio. REISK.

P. 125. v. 15. Ὀλυνθίων] Ἀθηναίων Aldina Taylori. REISK.

P. 125. v. 16. οὐ τοίνυν] Deest Harrison. REISK.

P. 125. v. 16. τοῦτο] Omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 125. v. 17. πάντα] Abest ab Aug. tertio. πάντα τὰ κακὰ exhibet Harlei. REISK.

P. 125. v. 17. εἰργάσατο] ἠργάσατο Paul. Manutius. REISK.

P. 125. v. 18. γε] Abest ab Aug. primo et secundo. REISK. Delevit Bekkerus. Neque ego intelligo, quam vim particula h. l. habeat. SCHAEFER.

P. 125. v. 18. Πλουτάρχου] τοῦ Πλουτάρχου Aldus, P. Manutius, edit. Wolfii. Sed omittit articulum Harl. appendix Francofurtana et Aldina Taylori. REISK. Articulum Augerus restituit. SCHAEFER.

P. 125. v. 18. ξένων] ἔξω Aldina Taylori. REISK.

P. 125. v. 20. εἶχε τὴν πόλιν] εἶχε καὶ τὴν πόλιν Harrison. REISK.

P. 125. v. 20. οἱ μὲν] καὶ οἱ μὲν index Lambini. REISK.

P. 125. v. 21. ἀκούοντες δὲ τούτων] Lege ἀκούοντες δὲ τούτων. OBSOP. ἀκούοντες δὲ τούτων lego. WOLF. Abest δὲ ab edit. Aldi et P. Manutii. Sed fuit in codice Obsopoei*). Restituit etiam Wolfius in Annotatt. et addidit annotator in Aldina Taylori. REISK.

P. 125. v. 22. τὰ πάντα] Vulg. πάντα. τὰ πάντα Paris. quintus et octavus, Aug. primus et secundus, Aldina Taylori et Harlei. Articulum addidi. REISK.

P. 125. v. 23. αὐτῶν] Sic Auger. et Bekker. Reiskiana αὑτῶν. SCHAEFER.

P. 125. v. 23. καὶ γάρτοι] Appendix Francofurtana: „Fort. τοιγάρτοι." REISK. Non opus, cum vulgatae eadem sit significatio. V. p. 744, 10. Hesychius T. II. c. 107. Καὶ γάρ τοι. τοιγαροῦν. Etiam p. 106, 5. vide ne praestet altera scriptura, quam tuetur Pseudodemosthenes quoque p. 149, 18. SCHAEFER.

P. 125. v. 25. καὶ φίλος] Absunt ab Aug. primo et secundo et Harlei. REISK. V. not. ad p. 113, 17. SCHAEFER.

P. 125. v. 26. τὰ τείχη περιεῖλε τοῦ Πορθμοῦ] Freti portus muniti utique fuerunt. WOLF.

P. 125. v. 28. ἤδη βουλομένους σώζεσθαι] Scilicet τοὺς Ἐρετριεῖς. *cum iam tandem sero sapere vellent.* Fortasse cum expeterent amicitiam Atheniensium. WOLF.

---

*) Non fuit in Pannonico, sed Obsopoeus de suo inseruit. SCHAEFER.

P. 126. v. 1. τότε] Bene Bekkerus τοτὲ. Huic τοτὲ μὲν respondet quod sequitur πάλιν δέ. V. Boissonadus ad Tiber. p. 63. vere corrigens in Technico ὅτὲ et Bremius ad p. 116, 29. SCHAEF.

P. 126. v. 2. καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν;] Forma loquendi multo usu trita, inprimis a similis classicorum. V. Wyttenbachii Iulianea p. 142. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 126. v. 3. Φιλιστίδης] Sic Aug. primus (et sic post quoque), Bavar. Aug. tertius. Conf. p. 119, 22. REISK. Φιλιστείδης Reisk. et Auger. Φιλιστίδης Bekker. In talibus a Reiskiana desciscere non dubitavi. SCHAEFER.

P. 126. v. 3. ἔπραττε Φιλίππῳ] *favebat Philippo, in Philippi gratiam* ἐπολιτεύετο. Plenius p. 365, 15. Θηβαίοις τὰ πράγματα πράττει. Conf. p. 128, 1. SCHAEFER.

P. 126. v. 5. Ἀγαπαῖος] ἀγασσαίοις Harrison. (sic). REISK.

P. 126. v. 6. Εὐφραῖος] Citat h. l. Harpocrat. v. Εὐφραῖος. REISK.

P. 126. v. 6. ἄνθρωπος] ἀνὴρ Aug. secundus. Post ἄνθρωπος ad sensum nil deest. Suspicor tamen nihilo minus, μέτριος vel ἐπιεικὴς vel tale quid deesse. REISK. Suspicionem Reiskii probat Augerus. SCHAEFER.

P. 126. v. 7. ὑμῖν] ἡμῖν P. Manutius. REISK. Sic etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 126. v. 7. ἐνθάδε οἰκήσας] Dicitur enim aliquamdiu Platonem frequentasse. REISK.

P. 126. v. 8. προεπηλακίζετο] προυπηλακίζετο Aug. primus. REISK. προὐπηλακίζετο Bekker. Neque aliter scribi potuit. V. not. ad v. 28. et ad p. 125, 11. SCHAEFER.

P. 126. v. 10. ὑπὸ] παρὰ Aug. secundus. REISK.

P. 126. v. 10. τοῦ τῶν Ὠρειτῶν] τοῦ abest ab Aug. secundo et in Aldina Taylori subnotatum est. Verba τοῦ τῶν Ὠρειτῶν absunt ab appendice Francofurtana. REISK. Omisit haec verba Bekkerus. Nec mirer, si videantur e margine in textum illata: quanquam etiam v. 17. legas ὁ δῆμος ὁ τῶν Ὠρειτῶν, ubi nec libri Demosthenici variant nec Tiberius. SCHAEFER.

P. 126. v. 10. πολλὰ] Post h. v. μὲν inserit Aldina Taylori. REISK.

P. 126. v. 11. ἐνέδειξεν] *accusavit*. Verbum de hac re proprium. SCHAEFER.

P. 126. v. 11. ὡς] Deest Harlei. REISK.

P. 126. v. 12. Φιλιστίδην] Sic Bekker. Φιλιστείδην Reisk. et Auger. V. not. ad v. 3. SCHAEFER.

P. 126. v. 15. Φίλιππον] τὸν Φίλιππον Aug. primus, Harlei. Ald. Taylor. REISK.

P. 126. v. 15. πρυτανευόμενοι] Citat h. l. Harpocrat. v.

πρυτανεύοντα, ubi πρυτανευόμενοι interpretatur per διοικούμενοι καὶ διατρεφόμενοι: nam sic ibi legendum est, non, ut vitiose ibi vulgo circumfertur, διαστρεφόμενοι. *alimentis aliisque vitae quotidianis necessitatibus instructi a Philippo.* REISK. πρυτανευόμενοι, inquit Harpocratio, ἀντὶ τοῦ διοικούμενοι καὶ διαστρεφόμενοι, Δημοσθένης ἐν δευτέρῳ (imo ἐννάτῳ) Φιλιππικῶν. AUGER. V. Photius c. 346. in. SCHAEFER.

P. 126. v. 15. ἐκείνου] αὐτοῦ Aldina Taylori. REISK.

P. 126. v. 17. ὁ δῆμος — παθεῖν ἔφη] Citat Tiberius p. 56. non sine scripturae diversitate. SCHAEFER.

P. 126. v. 17. τῷ μὲν] τούτῳ μὲν Tiberius. SCHAEFER.

P. 126. v. 18. ἀποτυμπανίσαι] Hoc etiam in Bavarici texto est, sed margo dat καὶ τυπανίσαι. REISK.

P. 126. v. 18. τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο κ. τ. λ.] Citat h. l. Alexander de figuris p. 66. ubi pro verbis τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο dat editio Aldina καὶ τοῖς μὲν ὅμως ὠργίζετο. unde suspiceris, in libris quibusdam Demosthen. olim fuisse τοῖς μὲν οὐδαμῶς [vel οὐδ' ὅλως] ὠργίζετο. REISK.

P. 126. v. 18. ἐπιτήδειον] ἄξιον. Sic Latine *idoneus* pro *dignus*. SCHAEFER.

P. 126. v. 18. ἐπιτήδειον — ἔφη] ἐπιτήδειον ταῦτα παθεῖν ἔφασαν Tiberius. SCHAEFER.

P. 126. v. 20. ἐπέχαιρε] *insultabat Euphraeo, delectabatur eius calamitate.* WOLF. Vulgarem interpretandi huius compositi rationem secutus est Reiskius in Ind. Graecit. s. v. Veriorem tradidisse mihi videor in edit. noviss. Lips. Euripidis Porsoni ad Med. 136. p. 26. SCHAEFER.

P. 126. v. 21. ὁπόσης] ἃ Aug. secundus. ὁπόσα Harris. REISK.

P. 126. v. 21. ἠβούλοντο] ἐβούλοντο Aug. secundus, margo Ald. Lessing. et Taylor. ἐβούλετο Aldus. Utramque varietatem annotavit etiam appendix Francofurtana. REISK.

P. 126. v. 21. ὅπως ἡ πόλις ληφθήσεται] Citant Anecd. Bekk. p. 159, 16. SCHAEFER.

P. 126. v. 22. κατεσκευάζοντο] παρεσκευάζοντο Aug. secundus. REISK.

P. 126. v. 23. ἔπαθε] πέπονθε Aug. secundus. REISK.

P. 126. v. 25. μεμνημένος] μεμνημένοι Bavar. REISK. Probarem, si plures libri darent: nam τὶς saepe dicitur vi collectiva. SCHAEFER.

P. 126. v. 25. διέκειντο τῷ φόβῳ, ὥστε] Vulg. διέκειντο, ὥστε. διέκειντο τῷ φόβῳ, ὥστε margo Ald. Lessing. Harrison. Harlei. Aug. primus et secundus. διέκειτο (in singulari) Aldina Taylori. Duo vocabula τῷ φόβῳ addidi. REISK. Addidi τῷ φόβῳ ex multis et optimis codicibus. AUGER. Uncis inclusit Bekker. SCHAEFER.

P. 126. v. 25. *πρότερον ἐτόλμησεν οὐδεὶς*] *πρότερος ἐτόλμησέν τις* Aldina Tayl. REISK.

P. 126. v. 26. *ῥῆξαι φωνήν*] Significanter dictum. *loqui, tanquam ruptis vinculis, quibus timor vocem constrinxerat.* SCHAEF.

P. 126. v. 27. *διασκευασάμενοι*] *διασκεψάμενοι* Paris. quintus. REISK. Reiskius in Ind. Graec.: *succincti, armati, instructi.* Augerus: *instructa acie.* SCHAEFER.

P. 126. v. 27. *προσήεσαν*] *προσίεσαν* Aug. tertius. REISK.

P. 126. v. 28. *δ'*] Omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 126. v. 28. *ἠμύνοντο*] *ἠμύναντο* Aug. primus et secundus, Aldina Taylori. REISK.

P. 126. v. 28. *προὐδίδοσαν*] *προεδίδοσαν* Aug. primus et secundus. *προὔδοσαν* Aldina Taylori. REISK. V. not. ad v. 8. SCHAEF.

P. 126. v. 28. *τῆς δὲ πόλεως οὕτως*] *τῆς πόλεως δ' οὕτως* Aug. primus et secundus, item appendix Francofurtana et Aldina Taylori. REISK.

P. 126. v. 29. *οἱ μὲν ἄρχουσι — ἀποκτείναντες*] Scribendum et distinguendum: *οἱ μὲν ἄρχουσι καὶ τυραννοῦσι τοὺς τότε σώζοντας αὐτούς,* (illos, quorum opera incolumes conservati fuissent, quum accusasset Euphraeus,) *καὶ τὸν Εὐφραῖον ἑτοίμους ὁτιοῦν ποιεῖν ὄντας·* (eosdem illos, qui nihil non in Euphraeum maleficii admittere parati essent:) *τοὺς μὲν ἐκβαλόντες, τοὺς δὲ ἀποκτείναντες.* Alludit ad illa supra p. 126. l. 16. *ὁρῶν δὲ ταῦθ' ὁ δῆμος ὁ τῶν Ὠρειτῶν, ἀντὶ τοῦ τῷ μὲν* (Euphraeo) *βοηθεῖν, τοὺς δ'* (proditores) *ἀποτυμπανίσαι, τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο, τὸν δ' ἐπιτήδειον εἶναι ταῦτα παθεῖν ἔφη καὶ ἐπέχαιρε.* Huius loci sensum nec Wolfius nec Reiskius cepit: id quod ex illius nota, ex huius interpunctione manifestum est. SEAGER. *Diar. Classic.* LII. p. 238. Recte locum interpretatus est, erravitque Wolfius, quem Augerus in vertendo sequi non debebat. In Reiskiana locus sic interpunctus est: *οἱ μὲν ἄρχουσι καὶ τυραννοῦσι τοὺς τότε σώζοντας αὐτούς, καὶ τὸν Εὐφραῖον, ἑτοίμους ὁτιοῦν ποιεῖν ὄντας, τοὺς μὲν ἐκβαλόντες· τοὺς δὲ ἀποκτείναντες. ὁ δ' Εὐφραῖος κ. τ. λ.* quam interpunctionem, ut vides, mutavi. Reiskium autem eodem modo intellexisse, quo Wolfius interpretatus erat, non potest dubitari: alioqui Wolfium correxisset. Ceterum Seagerus post *ὄντας* non debebat coli sed commatis signo interpungere. SCHAEFER.

P. 127. v. 1. *τυραννοῦσι*] Absolute accipiendum, quod sequitur, *τοὺς τότε σώζοντας* [pro *τῶν τότε σωζόντων*] *αὐτοὺς καὶ τὸν Εὐφραῖον, ἑτοίμους ὄντας ὁτιοῦν ποιεῖν, τοὺς μὲν* etc. *imperant: eos, qui tum* (cum urbs oppugnaretur) *et se tuebantur*, id est, defendebant patriam, *et Euphraeum*, id est, vinculis liberabant, *qui pro defensione patriae nullum periculum recusabant, partim eiecerunt, partim occiderunt.* WOLF. Non absolute accipiendi illi accusativi: satis enim constat, regi eos a participiis *ἐκβα-*

λόντες, ἀποκτείναντες. Frequentissimae huius constructionis vide exempla in Matthiae Grammat. Gr. p. 402. SCHAEFER.

P. 127. v. 1. αὐτοὺς] Sic etiam Bekkerus. Et potest servari, modo recte intelligas. Sed praestat cum Seagero scribere αὑτούς. SCHAEFER.

P. 127. v. 1. Εὐφραῖον] Post h. v. non interpungendum. SCHAEFER.

P. 127. v. 2. ἑτοίμους ὁτιοῦν ποιεῖν ὄντας] ἑτοίμους ὄντας ὁτιοῦν ποιεῖν Aldus, P. Manutius, edit. Wolfii. Sed appendix Francofurtana vulgatum dat ordinem. ἑτοίμους ποιεῖν ὁτιοῦν ὄντας Harrison. ὁτιοῦν ἑτοίμους ποιεῖν ὄντας Harlei. REISK.

P. 127. v. 2. ὁτιοῦν ποιεῖν] *omnibus modis vexare, alles mögliche anzuthun.* SCHAEFER.

P. 127. v. 5. δικαίως καὶ καθαρῶς] Pro δικαίως καὶ καθαρῶς antiquum addita adhuc coniunctione καὶ δικαίως καὶ καθαρῶς habuit. OBSOP. In Harl. καὶ ante δικαίως deest. REISK. καὶ δικαίως καὶ καθαρῶς Auger. SCHAEFER.

P. 127. v. 5. ἀνθειστήκει] ἀνθέστηκε Paris. quintus. REISK.

P. 127. v. 6. τί οὖν ποτ' αἴτιον] τί οὖν τὸ αἴτιον Aldina Taylori, Aug. primus et secundus. Plane abest et ποτ' et τὸ ab Harlei. REISK.

P. 127. v. 6. τοῦ] τὸ Aug. primus, secundus et tertius, Bavar. Harrison. Aldina Taylori. REISK.

P. 127. v. 7. Ὠρείτας] Ὠρίτας Aug. tertius. REISK.

P. 127. v. 8. λέγοντας] λέγον Harlei. REISK.

P. 127. v. 8. ἢ τοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν] Plene ἢ πρὸς τοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν. Sic passim post particulam ἢ praepositio ex antecedentibus subaudienda est. Plato I. 2. p. 174. Bekk. ἢ Ὅμηρος περὶ ἄλλων τινῶν λέγει ἢ ὧν περ σύμπαντες οἱ ἄλλοι ποιηταί; i. e. ἢ περὶ ὧν περ —. SCHAEFER.

P. 127. v. 8. ἑαυτῶν] αὐτῶν P. Manutius et Harlei. REISK. Post h. v. cum Bekkero ponendum signum interrogandi, non post ἐστιν. SCHAEFER.

P. 127. v. 10. νῦν ἐστιν] Post ὑμῖν addunt νῦν Paris. secundus et margo Bavarici. ἐστιν addit Harlei. Paris. quintus et Aldina Taylori (sine νῦν). Utrumque, hoc est νῦν ἐστιν, Paris. secundus et Aug. primus. Addidi νῦν ἐστιν, id est νῦν γίνεται. REISK. Non habet vulgata νῦν ἐστιν. Inter codices, quos inspexi, alii non habent neque νῦν neque ἐστιν, alii dant utrumque, sive in textu, sive additum inter lineas, sive ad marginem, alii dant ἐστιν sine νῦν. Ad νῦν ἐστιν subaud. τὸ αἴτιον. AUGER. νῦν ἐστίν uncis inclusit Bekker. SCHAEFER.

P. 127. v. 11. οὐδὲν εἰπεῖν] εἰπεῖν οὐδὲν Harris. Harl. REISK.

P. 127. v. 12. σωθήσεται] σωθήσονται appendix Francofurtana. REISK.

P. 127. v. 13. εἰσφέρειν ἐκέλευον κ. τ. λ.] Hunc locum sic distinguo: εἰσφέρειν ἐκέλευον (s. οἱ ὑπὲρ τοῦ βελτίστου λέγοντες)· οἱ δ' (s. οἱ συμπράττοντες Φιλίππῳ) οὐδὲν δεῖν ἔφασαν. πολεμεῖν καὶ μὴ πιστεύειν (s. Φιλίππῳ)· οἱ δ' ἄγειν εἰρήνην, etc. De sententia constat, utcunque verba distinguantur. Ait enim, libertatis assertores tributa imponere et bellum movere, proditores utrumque prohibere. WOLF. Ut Wolfius, ita distinxit Augerus. Etiam Bekkerus verba δεῖν ἔφασαν iunxit antecedentibus οἱ δ' οὐδέν. Quare ratio longe concinnior Reiskiana ideoque unice probanda. SCHAEFER.

P. 127. v. 13. εἰσφέρειν] οἱ μὲν εἰσφέρειν index Lambini. REISK. Neque hic nec v. 15. addendum οἱ μέν. V. L. Bos. Ellips. p. 329. s. coll. Ind. Gr. ad Eurip. Hecub. Pors. p. 111. b. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 127. v. 15. οὐδέν· δεῖν ἔφασαν πολεμεῖν] Vulg. οὐδὲν δεῖν ἔφασαν. πολεμεῖν —. Sic distinguit et reformat index Lambini: οὐδέν. οἱ μὲν δεῖν ἔφασαν πολεμεῖν. Possit quoque distinctio probari, quam Aldina Taylori dat: οἱ δ' οὐδὲν δεῖν ἔφασαν. πολεμεῖν δεῖν καὶ μὴ πιστεύειν. REISK.

P. 127. v. 17. οἶμαι τρόπον] Vulg. τρόπον οἶμαι. Invertunt Harrison. Harlei. et appendix Francofurtana. REISK. τρόπον οἶμαι Auger. et Bekker. SCHAEFER.

P. 127. v. 17. πάνθ'] Subnotatum est punctis in Aldina Taylori. REISK.

P. 127. v. 17. καθ' ἕκαστα] καθ' ἕκαστον Aug. primus, Aldina Taylori et Harlei. REISK.

P. 127. v. 18. ἤδη] Abest ab appendice Francofurtana et Harris. REISK. Non sine vi additum est. Opp. ἔμελλον. SCHAEFER.

P. 127. v. 18. ταῦτ' ἔλεγον] Post ταῦτ' ἔλεγον addunt καὶ ἐλύπουν οὐδὲν Paris. tertius, Aug. primus et secundus, appendix Francofurtana, Harris. Harl. Vocabula καὶ ἐλύπουν οὐδὲν addidi. REISK.

P. 127. v. 18. οἱ δ', ἐξ ὧν — ἀπέχθειαι] Ubi Aldinum habet οἵδ' ἐξ ὧν ἔμελλον σωθήσεσθαι, πολλὰ δὲ καὶ etc., in nostro antiquo plura verba aderant ad hunc modum: οἵδ' ἐξ ὧν ἔμελλον σωθήσεσθαι· πολλὰ δὲ οἷς προσῆσαν ἀπέχθειαι καὶ etc. quae necessaria esse ad verborum sensum, vel semidoctus intelligit. OBSOP. οἱ δ' ἐξ ὧν ἔμελλον σωθήσεσθαι. Addenda ex Veneta Feliciani editione et Obsopoei annotatione haec clausula: οἷς προσῆσαν ἀπέχθειαι. WOLF. Post σωθήσεσθαι addunt προσῆσαν δ' ἀπέχθειαι Aug. primus, secundus, tertius, appendix Francofurtana, Aldina Taylori, codex Obsopoei. Habet idem additamentum margo quoque libri Weimarani. Probat item Wolfius citans οἷς προσῆσαν

ἀπέχθειαι, uti etiam exhibent Harris. et Harlei. nisi quod οἷς Harleiano deest. Addidi προσῆσαν δ' ἀπέχθειαι. REISK. Augerus locum dedit sic scriptum: — ἔλεγον, καὶ ἐλύπουν οὐδέν· οἱ δ' ἐξ ὧν ἔμελλον μὲν σωθήσεσθαι, οἷς δὲ προσῆσαν ἀπέχθειαι. „Vulg." inquit „ἔλεγον. οἱ δ' ἐξ ὧν ἔμελλον σωθήσεσθαι, οἷς προσῆσαν ἀπέχθειαι, quod emendavi partim ex codd. quos adivi, partim ex meo. Codd. M. et Cc. addunt in textu καὶ ἐλύπουν οὐδὲν, L. addit ad marginem. Codd. K. M. Cc. Dd. habent προσῆσαν δὲ ἀπέχθειαι, servato οἷς, V. et Ee. omisso οἷς, et ita L. legit ad marginem. Codd. D. N. O. V. X. Rr. Ss. legunt σωθήσεσθαι. πολλὰ —, ceteris omissis. Ita Ald. Fel. et ed. Par." οἷς videtur additum ab interpretibus, quos fugisset idioma syntacticum Graecis scriptoribus satis usitatum. Scilicet ad προσῆσαν subaudiendum αὐτοῖς. SCHAEF.

P. 127. v. 19. καὶ] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 127. v. 20. τὰ τελευταῖα] *postremo*. SCHAEFER.

P. 127. v. 20. οὐχ οὕτως — ἀλλ'] Pro ἀλλὰ exspectes ὥς. Sed ita saepius Graeci. Non multum differt οὐ μᾶλλον, ἀλλά, de quo v. not. ad Aesopum Heusingeri p. 97. SCHAEFER.

P. 127. v. 20. οὔτε — οὔτε] οὔτε utrumque sic est in Bavar. exaratum, ut super τ esset δ scriptum, quo significaretur, in aliis codd. legi οὐδὲ. REISK.

P. 127. v. 21. προΐεντο] προεῖντο Aug. primus et secundus. πρόειντο appendix Francofurtana. προσίεντο Bavar. προΐεντο ἑαυτοὺς Paris. quintus, Harl. προεῖντο ἑαυτοὺς Ald. Tayl. REISK.

P. 127. v. 21. ὅλοις] ἄλλοις Harrison. REISK.

P. 127. v. 22. Ἀπόλλω] Ἀπόλλωνα Harlei. REISK. Hoc Ἑλληνικόν, nostrum Ἀττικόν. V. Moeris p. 33. Thomas Mag. p. 98. et Porson. ad Euripid. Orest. 584. SCHAEFER.

P. 127. v. 22. ἔγωγε] Omittunt γε Aug. primus et secundus et Harlei. REISK. ἐγὼ Bekker. SCHAEFER.

P. 127. v. 23. πάθητε ὑμεῖς] πάθοιτε ὑμεῖς Bavar. πάθητε καὶ ὑμεῖς Wolfius mavult in farragine. Sed in Harrison. καὶ deest. REISK.

P. 127. v. 23. ἐπειδὰν — ἐνόν] Id est, ubi vos omnia consilia destituerint. WOLF.

P. 127. v. 23. εἰδῆτε] γρ. ἴδητε Paris. secundus, margo Bavar. Aug. secundus. REISK. Bene Bekker. ἴδητε. SCHAEFER.

P. 127. v. 23. ἐκ λογισμοῦ] λογιζόμενοι Aug. primus et secundus, Harrison. Harlei. ἐκλογιζόμενοι Paris. quintus. REISK. Non spernam participium, seu simplex malis, seu compositum. SCHAEFER.

P. 127. v. 25. καὶ τοὺς — τὴν πόλιν] Tota haec sententia usque ad πόλιν v. 27. abest a Bavarico, et ne suppleta quidem est in margine. REISK. Uncis inclusit Bekker. Nec valde repugna-

rem, si quis vel unius auctoritate libri deleret: adeo languet, adeo frangit vim reliquorum, ut vix dubitem pannum esse ab ineptissimo homine olim assutum purpurae Oratoris. Egregium vero quod dicitur, istos homines talia machinari ἢ ἐξεπίτηδες ἢ δι' ἄγνοιαν! Taceo alia, quae nemo non rationi et orationi Demosthenicae satis adsuetus per se facile intelligat: cuiusmodi est usus verborum ὀῤῥωδεῖν et δυσωπεῖσθαι. SCHAEFER.

P. 127. v. 26. δυσωποῦμαι] Citat h. l. Harpocrat. v. δυσωποῦμαι, interpretans per φοβοῦμαι. Atqui sic discriminis nil video inter ὀῤῥωδῶ et δυσωποῦμαι. Sententia est: non metuo quidem illos, verumtamen reverentia et pudore eorum comprimor, conticesco. REISK. δυσωποῦμαι interpretatur φοβοῦμαι Harpocratio; cui non assentior, nam δυσωποῦμαι auget vim vocis ὀῤῥωδῶ: itaque mihi videtur significare *aversor, detestor.* AUGER. V. Anecd. Bekk. p. 234, 23. Ruhnken. ad Timaei Lexic. p. 90. et inprimis Lobeck. ad Phrynich. p. 190. SCHAEFER.

P. 127. v. 27. ὑπάγουσι] ἐπάγουσι Aug. secundus. ἄγουσι simplex Aug. tertius. Citat h. l. Harpocrat. v. ὑπάγειν. REISK. V. Photius c. 454. med. et Zonaras c. 1781. SCHAEFER.

P. 127. v. 27. καίτοι μὴ γένοιτο κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 200. βαρύτητος δὲ καὶ τὸ ἀπεύχεσθαι τὰ ἄτοπα. καίτοι μὴ γένοιτο —. REISK.

P. 127. v. 27. γένοιτο] Post γένοιτο addunt Harrison. Aug. primus et secundus μέν. Aldina Taylori sic dat: καίτοι μὴ γένοιτο μὲν τὰ πράγματα ἐν τούτῳ. REISK.

P. 127. v. 28. γὰρ] δὲ Aristides Τέχν. p. 200. REISK.

P. 127. v. 28. μυριάκις] πολλάκις Aug. secundus. REISK.

P. 128. v. 1. κολακείᾳ] κολακίᾳ Aug. primus. REISK.

P. 128. v. 1. ποιῆσαι Φιλίππῳ] Subaudi πρὸς χάριν. REISK. Conf. not. ad p. 126, 3. SCHAEFER.

P. 128. v. 1. ὑμῶν αὐτῶν λεγόντων] Vulg. ὑμῶν λεγόντων. ὑμῶν αὐτῶν λεγόντων Paris. quintus, Aug. primus, Aldina Tayl. ὑμῶν λεγόντων αὐτῶν Harlei. αὐτῶν addidi. REISK. Omisit Augerus: quod probo. SCHAEFER.

P. 128. v. 2. τινάς] τινά Aug. primus et secundus, Harlei. et emendator Lessingianus. REISK. Non displicet. SCHAEFER.

P. 128. v. 2. καλήν γ' οἱ πολλοὶ κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 200. pen. κατὰ δὲ σχῆμα οὕτω βαρύτης γίνεται, ὅταν τις τῷ τῆς διανοίας σχήματι χρῆται. οἷον· ὅμοιός γε, οὐ γάρ; Σόλων νομοθέτης καὶ Τιμοκράτης. καὶ πάλιν· καλήν γε οἱ πολλοὶ ἀπειλήφασιν Ὠρειτῶν χάριν etc. REISK.

P. 128. v. 2. καλήν γ'] καλὴν δ' Harrison. REISK.

P. 128. v. 2. νῦν] Omittit Aristides l. c. REISK.

P. 128. v. 2. ἀπειλήφασιν Ὠρειτῶν] Invertit Aug. secundus et Aldina Taylori. REISK.

P. 128. v. 3. *αὑτοὺς*] *ἑαυτοὺς* Paris. quintus, septimus, Harlei. Aristides. *αὐτοὺς* (cum leni) Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 128. v. 5. *ἐώθουν*] *pellebant*, id est repudiabant, aversabantur. WOLF. *ἐμίσουν* Aug. primus, Aldina Taylori, appendix Francofurtana, Aristides, Harlei., cuius margo una vulgatam exhibet. REISK. Vix risum teneas legens vernaculam versionem Reiskii in Ind. Graecit. p. 542. SCHAEFER.

P. 128. v. 5. *γ'*] *δ'* Paris. quintus, septimus. REISK.

P. 128. v. 5. *ὁ τῶν Ἐρετριέων*] Vulg. *ὁ Ἐρετριέων. ὁ τῶν Ἐρετριέων* Paris. quintus, septimus, Aug. primus et secundus, Aldina Taylori. Posteriorem articulum addidi. REISK. Addidi *τῶν* cum codd. D. Cc. Dd. Ec. AUGER. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 128. v. 6. *ὑμετέρους μὲν*] *μὲν ἡμετέρους* Aug. primus et secundus, item Harlei. *μὲν* omittit Aristides. REISK. *μὲν ὑμετέρους* Bekker. Malim *μὲν ἡμετέρους*. SCHAEFER.

P. 128. v. 6. *ἀπήλασε*] *ἀπήλασαν* Aristides. REISK.

P. 128. v. 6. *ἐνέδωκεν*] *ἔδωκεν* simplex Aug. tertius. Pro *ἐνέδωκεν αὐτόν* dat Aristides *ἐνέδωκαν ἑαυτούς*. REISK.

P. 128. v. 7. *γε*] *τε* Paris. tertius. Aristides dat *καὶ δὴ δουλεύουσί γε μαστιγούμενοι*. Quae lectio, praeterquam quod contemnenda non est, etiam exquisita possit haberi. REISK.

P. 128. v. 7. *στρεβλούμενοι*] *σφαττόμενοι* Aug. primus, Aldina Tayl. appendix Francofurtana, exemplum Lessing. Aldinae. REISK. F. *στρεβλούμενοι καὶ σφαττόμενοι*. SCHAEFER.

P. 128. v. 8. *ἐφείσατο*] *ἐφείσαντο* Aug. secundus. REISK.

P. 128. v. 8. *Λασθένην*] *Λασθένη* Bavar. Harrison. REISK. *Λασθένη* Bekker. SCHAEFER.

P. 128. v. 10. *καὶ κακῶς*] Vulg. *κακῶς. καὶ κακῶς* Paris. quintus et septimus, Aug. primus et secundus, Aldus, P. Manut., edit. Wolf. Sed appendix Francofurtana cum vulgata *καὶ* omittit. Particulam addidi. REISK. Vulg. habet *καὶ* ante *κακῶς*: ego transposui [sic: *κακῶς βουλευομένους καὶ αὐτοὺς*] ex auctoritate codicis U. Codd. D. O. et P. prorsus omittunt *καί*. Cod. K. non habet *αὐτοὺς*, L. neque *καὶ* neque *αὐτούς*. AUGER.

P. 128. v. 10. *βουλευομένους*] *βουλομένους* Aug. tertius, Aldina Taylori. REISK.

P. 128. v. 10. *αὑτοὺς*] Abest a Parisino septimo. REISK. Recte omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 128. v. 11. *τῶν*] *τῶν* prius abest ab Aug. tertio. REISK.

P. 128. v. 12. *ἡγεῖσθαι πόλιν*] Invertit Harlei. REISK.

P. 128. v. 13. *ὥστε — πείσεσθαι*] *ὥστε τὴν πόλιν, τηλικαύτην τὸ μέγεθος οὖσαν, δύνασθαι μηδοτιοῦν δεινὸν πάσχειν, ἀλλ' ἔξω παντὸς κινδύνου εἶναι.* WOLF. Nunquam, quod sciam, vox *δεινὸς* per se *τῷ πάσχειν* adiungitur, nisi in plurali numero. Ma-

lim igitur: ὥστε μηδὲν, ἂν ὁτιοῦν ᾖ, δεινὸν πείσεσθαι. vel: ὥστε μηδὲν, μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ, δεινὸν πείσεσθαι. SEAGER. *Diar. Classic.* LII. p. 239. Possis paulo lenius: δεινόν τι πείσεσθαι. Sed cur mutetur vulgata causae quidquam esse nego. Adverte autem constructionem particulae ὥστε cum infinitivo futuri πείσεσθαι. Herodotus I. 189. ἐπηπείλησε, οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως τὸ γόνυ οὐ *) βρεχούσας διαβήσεσθαι. V. not. ad Theogn. p. 17. SCHAEFER.

P. 128. v. 13. μηδ'—δεινὸν] μηδ' ὁτιοῦν ἂν ᾖ δεινὸν Aug. secundus: et sic quoque primus et Aldina Taylori, nisi quod ab iis, ut et ab Harrison. et Harlei., ᾖ abest. Utramque hanc lectionem dat appendix quoque Francofurtana. ὁτιοῦν ἂν δεινὸν Harl. REISK.

P. 128. v. 15. κἀκεῖνό] Vulg. ἐκεῖνό. κἀκεῖνό Aug. primus et Harlei. quod praetuli. REISK.

P. 128. v. 15. ὕστερόν ποτ' εἰπεῖν] ὕστερόν τε εἰπεῖν Aug. secundus. In Aldina Taylori punctis subnotatum est εἰπεῖν. REISK.

P. 128. v. 16. ἂν] Abest ab Aug. primo et secundo. REISK.

P. 128. v. 16. νὴ τὸν Δία κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 264. et 348. ubi sic ait: καθόλου τὸ χωρὶς καταστάσεως εἰς ἀρχὴν ἀσυνδέτως ἀνάγειν τὸν λόγον ἐνδιάθετον καὶ ἀληθινόν. οἷον· νὴ τὸν Δία, ἔδει γὰρ τὸ καὶ τὸ ποιῆσαι, καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι. εἶτα ἐξ ἐπεμβολῆς, οὐ καταστήσας, ἐπήγαγεν ἀσυνδέτως καὶ σφόδρα ἐνδιαθέτως· πολλὰ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν Ὀλύνθιοι —. καὶ τὸ ἐφεξῆς δὲ τοιοῦτόν ἐστιν· ἀλλὰ τί τούτων ὄφελος; εἶτ' ἐπήγαγεν ὁμοίως ἐξ ἀσυνδέτου, μὴ καταστήσας, σφόδρα ἐνδιαθέτως· ἕως ἂν σώζηται τὸ σκάφος — μάταιος ἡ σπουδή. Citat item Stobaeus p. 377, 38. REISK.

P. 128. v. 16. νὴ τὸν Δία κ. τ. λ.] Haec εἰρωνικῶς καὶ μιμητικῶς a Demosthene respondentur. WOLF. Immo responsio Oratoris incipit a verbis πολλὰ ἂν εἰπεῖν ἔχοιεν —. Sic etiam Bekkerus intellexit. SCHAEFER.

P. 128. v. 17. τὸ] Prius τὸ appendix Francofurtana omittit. REISK.

P. 128. v. 17. καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι] Absunt ab Aug. secundo. REISK. Malim καὶ τὸ καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι, quomodo citat Reiskius in Ind. Graecit. p. 353. extr. Etiam Augerus sic vertit. SCHAEFER.

P. 128. v. 17. πολλὰ ἂν εἰπεῖν ἔχοιεν — πολλὰ Φωκεῖς] Citat Tiberius p. 59. s. SCHAEFER.

P. 128. v. 18. νῦν] Omittit Tiberius. SCHAEFER.

P. 128. v. 18. προείδοντο] προείλοντο Paris. septimus. REISK. i. e. προυσκέψαντο: quo sensu medii usus est legitimus. SCHAEFER.

---

*) Al. μὴ, quod praeferam. SCHAEFER.

P. 128. v. 20. πολλὰ Φωκεῖς] πολλὰ ἂν Φωκεῖς Aug. secundus. REISK. πόλλ' ἂν Φ. non displicet. Et sic statim malim πόλλ' ἂν τ. ἁ. ἕ. SCHAEFER.

P. 128. v. 21. ἀλλὰ τί τούτων ὄφελος αὐτοῖς;] Tiberius p. 60. sic scripta citat: ἀλλὰ τί τοῦτο ὄφελος τῇ πόλει; SCHAEFER.

P. 128. v. 21. ἕως — εἶναι] Citat Tiberius l. c. SCHAEFER.

P. 128. v. 21. ἕως γὰρ ἂν] Vulg. ἕως ἄν. Addidi γὰρ ex Aug. primo, cuius penes me magna est auctoritas. Verum ex praecepto Hermogenis modo [ad v. 16.] recitato debueram omittere. REISK. Adieci γὰρ, quod et adiiciunt codd. M. Cc. et Dd. AUGER. γὰρ omisit etiam Tiberius recteque delevit Bekkerus. Nam τὸ ἀσύνδετον huius loci, quem ut illius figurae exemplum Technici ponunt, in hoc ipso cernitur, quod sine particula vinciente, qualis est γὰρ, antegressis adhaeret. Quod cum non attendisset doctissimus Tiberii editor, haec passus est sibi excidere: „Ut in adlatis verbis inveniatur τὸ ἀσύνδετον, forte legendum: χρὴ ναύτην, κυβερνήτην, πάντα ἄνδρα." SCHAEFER.

P. 128. v. 21. σώζηται] i. e. σῶν ᾖ. SCHAEFER.

P. 128. v. 21. σκάφος] Vox propria orationis altius surgentis. SCHAEFER.

P. 128. v. 22. ἄν τε μεῖζον, ἄν τ' ἔλαττον ᾖ] Omisit Tiberius. SCHAEFER.

P. 128. v. 22. ναύτην] Pro ναύτας. Nec enim in nave singuli remiges sunt, ut gubernatores. WOLF.

P. 128. v. 22. καὶ κυβερνήτην] Absunt ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 128. v. 23. πάντ' ἄνδρα ἐφεξῆς πρόθυμον εἶναι] πάντας ἑξῆς προθύμους εἶναι Paris. septimus, Harlei. Aug. primus et secundus, nisi quod hic ἐφεξῆς dat. Hermogenes Aldinus p. 264, 14. ed. Crisp. dat πάντα ἄνδρα ἑξῆς προθύμους εἶναι. REISK. προθύμους etiam Tiberius. ἑξῆς προθύμους Bekker. Bene. Sic ἑξῆς πάντα p. 722, 29. SCHAEFER.

P. 128. v. 25. ἀνατρέψῃ] Non mirer, si malis ἀνατρέψει. SCHAEFER.

P. 128. v. 25. τοῦτο] Male iungit antecedentibus Augerus. SCHAEFER.

P. 128. v. 26. ἡμεῖς] Ita et Harlei. ὑμεῖς edit. Wolf. REISK.

P. 128. v. 27. σῶοι] σῷοι Bekker. SCHAEFER.

P. 128. v. 28. κάλλιστον, τί ποιῶμεν; πάλαι —] Bekkerus sic interpunxit: κάλλιστον. Τί ποιῶμεν, πάλαι —. ubi ad καὶ ἡμεῖς τοίνυν subaudias tale quid: οὕτω ποιήσομεν, εἴ γε σωφρονοῦμεν. Vere, ut opinor. SCHAEFER.

P. 128. v. 28. ποιῶμεν] ποιοῦμεν Aug. primus, Harrison. REISK.

P. 154. v. 22. *ἄν τις μέγαν*] *ἄν τις αὐτὸν μέγαν* Paris. primus, quintus, septimus, Aug. primus, Bavaricus, Harlei. Aldina Taylori. REISK. Post *τις* addidi *αὐτὸν*, quod et addunt codd. K. L. M. Q. R. X. Cc. Dd. et Ee. Horum multi omittunt *αὐτὸς* quod praecessit: cod. Ee. habet *αὐτὸς* sine *οὗτος*. AUGER. Iure addidit *αὐτὸν*. Conf. p. 22, 12. SCHAEFER.

P. 154. v. 22. *νομίσειε*] *νομίσειεν* Aug. primus, tametsi sequente consona. REISK. V. Osanni Inscript. III. p. 116. SCHAEFER.

P. 154. v. 22. *σφαλερωτέραν*] *σφαλερώτερον* Aug. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 154. v. 23. *αὑτῷ*] *αὐτῷ* (cum leni) Paris. primus, quintus, septimus. REISK.

P. 154. v. 25. *Φίλιππόν τε χαίρειν*] Vulg. *χαίρειν Φίλιππόν τε*. *Φίλιππόν τε χαίρειν* Aug. primus, Harlei. REISK. Conf. p. 22, 16. SCHAEFER.

P. 154. v. 27. *ταύτης*] Scilic. *τῆς δόξης*, non item *τῆς ἀσφα-*

λείας. REISK. Omnino, quo referri oporteat pronomina οὗτος et ἐκεῖνος, non iudicandum est ex eorum positu, sed e tenore orationis. SCHAEFER.

P. 154. v. 28. τέκνα, γονεῖς, γυναῖκας] Talia ἀσυνδέτως deinceps poni solent. Euripides Suppl. 724. Matth. νέων, γερόντων. V. not. ad Longi Pastoral. p. 403. SCHAEFER.

P. 155. v. 1. αὐτοῦ] αὐτῶν Aug. primus, Harlei. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 155. v. 1. ὥστε καὶ τοὺς] Vulg. ὥστε τοὺς. ὥστε καὶ τοὺς Aug. secundus. Addidi copulativam. REISK. Recte omisit Augerus. SCHAEFER.

P. 155. v. 2. πῶς] ὅπως Paris. primus, Aug. primus, Harlei. REISK.

P. 155. v. 2. διάκεινται] Post h. v. addit Aug. secundus καὶ. REISK.

P. 155. v. 3. ἑταίρους] ἑτέρους Aug. primus, P. Manutius. REISK. Conf. p. 23, 2. SCHAEFER.

P. 155. v. 4. ἀνδρίᾳ] ἀνδρείᾳ Aug. primus et tertius. REISK.

P. 155. v. 5. ὁ πρὸς] Vulg. πρὸς. ὁ πρὸς Aug. primus, Aldina Taylori. Articulum addidi. REISK.

P. 155. v. 6. μόνον] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 155. v. 7. αὐτοὺς] Vulg. αὑτοὺς. αὐτοὺς cum leni Paris. primus, Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 155. v. 8. μὲν] Abest a Paris. quinto et septimo. REISK.

P. 155. v. 10. πολέμοις] πολεμίοις Paris. primus et septimus, Aldina Taylori, Aug. primus. Quod ferri potest, si a τὰ πολέμια repetatur, quod idem est atque τὰ πολεμικά. REISK. Vulgata quin praestet, nemo dubitabit. ἐν τοῖς πολεμίοις nusquam non est *in hostibus*. Frequentissima autem harum vocum confusio, cuius causam aperuit Bastius Commentat. Palaeograph. p. 834. SCHAEFER.

P. 155. v. 10. οὐκ ἐλάχιστον] Malim οὔτ᾽, quia sequitur καί. WOLF. Wolfius mavult οὔτ᾽ ἐλάχιστον. Male, sive οὔτε in mente habuit, sive οὐ τό *). Nam si hoc, debebat saltim οὐ τοὐλάχιστον dare pro οὐ τὸ ἐλάχιστον: sin illud, obstat praemissum καὶ h. v., respondens alteri καὶ v. 11., ut locus τῷ οὔτε esse hic nullus possit. REISK.

P. 155. v. 11. χωρὶς ἰδίᾳ] Cave putes posita ἐκ παραλλήλου, ut Augerus vertit simpliciter *seorsim* **). χωρὶς, scil. τούτων, *praeterea: ἰδίᾳ, privatim*. SCHAEFER.

---

*) Prius Wolfium voluisse satis apparet. Sic autem scribendum fuit: τοῖς δὲ οὔτε τῶν ἐν τ. π. κ. ἐλάχιστον μέρος μέτεστι κ. τ. λ. SCHAEFER.

**) Ita plurimi. Sed recte Forcellinus: „*Seorsim* barbarum est.“ SCHAEFER.

P. 155. v. 11. τὸν] τὸν secundum abest ab Aug. primo, secundo et tertio. REISK. Potest, non debet, abesse. SCHAEFER.

P. 155. v. 12. ἐπειδὰν] ἐὰν Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori, Harlei. REISK. Praestat ἐπειδὰν ob sequens ὅταν. SCHAEFER.

P. 155. v. 13. τὰ μέγιστα] Vulg. μέγιστα. μάλιστα Paris. primus, Aug. primus. τὰ μέγιστα dat farrago Wolfiana, aut μάλιστα. Articulum de meo addidi. REISK. Addidi τὰ cum Reiskio. Dant μάλιστα codd. K. M. Q. R. Cc. AUGER. Genuinum puto μάλιστα. Primum enim κατορθώσωσι positum est absolute, quo magis respondeat antecedenti ἁμάρτῃ, item absolute posito: deinde concinnior et significantior est antithesis inter μάλιστα κατορθώσωσι et μάλιστα σκορακίζονται. κατορθοῦν et διαμαρτάνειν eadem ratione posuit absolute Xenophon Memor. III. 1. 3. μεγάλα τά τε ἀγαθὰ, κατορθοῦντος αὐτοῦ, καὶ τὰ κακὰ, διαμαρτάνοντος, εἰκὸς γίγνεσθαι. Add. infra p. 156, 5. SCHAEFER.

P. 155. v. 13. κατορθώσωσι] κατορθώσουσι Aug. primus. REISK. Vides etiam optimos codices passim dare vitiosa, ubi multo deteriores bona offerunt. V. not. ad p. 156, 5. SCHAEFER.

P. 155. v. 15. σκορακίζονται] κορακίζονται Weimaranus e secundo codice. REISK. Recte Albertius ad Hesych. T. I. c. 1460. hoc verbum derivat a formula imprecandi ἐς κόρακας, quam vulgus videtur τρισυλλάβως pronuntiasse σκόρακας. Hanc ego causam esse dicam, cur scribatur ἐς κόρακας, non item εἰς κόρακας. Seagerus Diar. Class. LIII. p. 48. ad h. l.: „Idem fere Graecis εἰς κόρακας (unde σκορακίζω) quod Anglis, *go to hell. All sciences a fasting Monsieur knows: And bid him go to hell, to hell he goes.* Johnson Imit. of Juvenal.“ SCHAEFER.

P. 155. v. 15. καὶ προπηλακίζονται] Absunt a Paris. quinto et septimo. REISK.

P. 155. v. 16. εἷς] τις Paris. septimus. REISK.

P. 155. v. 16. οὕτω] οὕτως Bavar. Aug. secundus. Sed haec talia rariuscule annotabo, quae poteram quam plurima coacervare, si tanti esset. REISK. Sed tanti erat. Talia quod priorum Critici temporum neglexerunt, subtiliorem Graecae linguae cognitionem nonnihil retardavit. SCHAEFER.

P. 155. v. 18. ἅπαντ'] Vulg. πάντα. ἅπαντα Paris. secundus et septimus, Aug. secundus, Bavar. REISK. πάντα Auger. SCHAEFER.

P. 155. v. 20. στρατηγῶν] στρατητῶν Aug. tertius, quasi dubitasset, utrum vulgatam, an στρατιωτῶν daret. REISK. De v. στρατιωτῶν non puto librarium cogitasse. Certe Philippus non potuit invidere gregariis militibus: potuit ducibus exercitus Macedonici praefectisque militum mercenariorum. V. v. 3. SCHAEFER.

P. 155. v. 21. ἀποτυχοῦσι] ἀτυχοῦσι Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 155. v. 22. αὐτῷ] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 155. v. 22. παραμένουσιν] παραμενοῦσιν Bavar. REISK.

P. 155. v. 23. αὐτὸν] Abest a Paris. quinto. In hac voce exibat ultima pagina codicis Augustani tertii; quo fit, ut ex eo nihil in posterum sim prolaturus. REISK. αὐτὸν deest p. 23, 27. SCHAEFER.

P. 155. v. 24. αἱ γὰρ εὐπραξίαι κ. τ. λ.] Locum hunc, sed aliter, citat Seneca Controv. 24. teste Schotto Observ. Hum. p. 214. REISK.

P. 155. v. 24. συγκρύψαι] κρύψαι Paris. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 155. v. 24. καὶ] ἢ Aug. primus. REISK.

P. 155. v. 24. καὶ συσκιάσαι] Etiam noster legit in Demosthene p. 23, 28. ut nulla illic fides Bavarico libro habenda videatur. SCHAEFER.

P. 155. v. 25. συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων] συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν Aldina Taylori, Harlei. Aug. primus, cum quibus Bavaricus quoque in ordine trium postremorum verborum consentit. REISK. Conf. p. 23, 28. SCHAEFER.

P. 155. v. 25. τι] τις Paris. septimus. REISK.

P. 155. v. 25. πταίσει] V. not. ad p. 23, 28. SCHAEFER.

P. 155. v. 26. πάντα ταῦτα] τὰ τοιαῦτα ὀνείδη appendix Francofurtana. τοσαῦτα ὀνείδη Aldina Taylori. REISK.

P. 155. v. 26. ταῦτα] quae modo de clandestinis adversus Philippum simultatibus sociorum, ipsorumque Macedonum, tam gregariorum militum, quam ducum et amicorum, nec non qui mercenario militi praeessent, disputavi. V. p. 23. ult. sqq. ubi locus hic iam praecessit, hic iteratus. REISK.

P. 155. v. 26. συμβαίνει γὰρ] Ita praemissum est sequentibus, ut nullo ea vinculo syntactico contingat: id quod magis apparebit, ubi deinceps dixero, quomodo interpunctio huius periodi refingenda sit. Eodem modo praemittuntur, ut absolute pendeant, verba δοκῶ, οἶδα et οἶμαι. V. not. ad Theocrit. p. 220. et ad Sophocl. Oed. Col. 995. Item impersonale δοκεῖ. Pausanias V. 27. 5. δοκεῖ μοι δὴ, τοῦ Ὀνατᾶ μαθητὴς ἢ παῖς ὁ Καλλιτέλης ἦν. SCHAEFER.

P. 155. v. 27. ἡμῶν] ὑμῶν P. Manutius. REISK. Post h. v. cum Augero ponendum signum commatis. SCHAEFER.

P. 155. v. 28. ἐπὰν] ἐὰν Harlei. REISK.

P. 156. v. 2. ὑγιαῖνον] ὑγιεινὸν Paris. quintus et septimus, Aug. secundus, Bavar. Ald. Felician. Sed ὑγιαῖνον dat Aldina

Taylori. ὑγιαινὸν (sic) Harlei., si recte enotatum est. REISK. Post h. v. minor ponenda distinctio: sequentia enim cum antecedentibus arcte cohaerent. SCHAEFER.

P. 156. v. 5. κατορθῶσιν] κατορθοῦσιν Aug. primus. REISK.

P. 156. v. 5. ἀφανῆ τὰ κατὰ τοῖς πολλοῖς ἐστίν] ἀφανῆ τοῖς πολλοῖς ἐστι τὰ κακὰ appendix Francofurtana. REISK. Post v. ἐστὶν pone signum commatis. SCHAEFER.

P. 156. v. 5. ἐπὰν] ἐπειδὰν Paris. quintus. REISK.

P. 156. v. 5. τι] Omittit appendix Francofurtana. REISK. Fortasse natum e littera sequente. V. not. ad p. 155, 13. SCHAEF.

P. 156. v. 6. καθ' αὑτὸν] κατ' αὐτὸν Aug. primus. REISK.

P. 156. v. 7. γίγνεται] γίνεται Auger. SCHAEFER.

P. 156. v. 7. ἅπασιν] πᾶσιν Paris. primus, quintus, septimus, Aldina Taylori. REISK.

P. 156. v. 11. μεγάλη γὰρ ῥοπὴ — πράγματα] Sallustius in Catilinario: Sed profecto fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis quam ex vero celebrat obscuratque. Cicero 2. Offic.: Magnam vim esse in fortuna in utramque partem, vel secundas ad res, vel adversas, quis ignorat? Nam et cum prospero flatu eius utimur, ad optatos exitus pervehimur, et cum reflavit, affligimur. WOLF. V. not. ad p. 24, 13. SCHAEFER.

P. 156. v. 12. ἐστὶ] Abest ab Aug. primo. παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ Dionysius. REISK. V. p. 24, 13. SCHAEFER.

P. 156. v. 13. ἡμετέραν] ὑμετέραν Paris. quintus et septimus. REISK.

P. 156. v. 14. τῶν προγόνων] Ex hoc aptum est non solum τούτου v. 15., sed etiam πάντων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων v. 16. *ab iis, qui maiores fuerunt non huius Philippi solummodo, sed universe regum quotquot in Macedonia unquam fuerunt omnium.* Nam paulo durior haec videtur constructio: οὐ παρὰ τῶν τούτου προγόνων μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ πάντων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων. REISK. Rectius vertit Augerus: *Principatum enim a maioribus accepimus ex tempore longiori non modo quam iste, sed, ut breviter dicam, quam omnes Macedoniae reges.* „τούτου" inquit „et τῶν βασιλευσάντων, hi genitivi reguntur a πλείονος." οἱ πρόγονοι sunt ipsorum Atheniensium, non Philippi ceterorumque regum Macedoniae. SCHAEF.

P. 156. v. 15. ἡγεμονίαν] εὐδαιμονίαν Aldina Taylori, Paris. primus, Aug. primus. REISK. Hoc genuinum puto: nam de felicitate Atheniensium hic agitur, non de hegemonia; felicitatis autem documentum obiter commemorantur vectigalia ab ipsis Macedoniae regibus accepta, nemini unquam pensitata. SCHAEFER.

P. 156. v. 15. μόνον] Pro μόνον dat Aldina Taylori μόνου. REISK.

P. 156. v. 17. κἀκεῖνοι μὲν Ἀθηναίοις φόρους ἤνεγκαν] V. Valckenarius Diatr. de Phil. p. 270. *) Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 443. et Weiskius de Hyperb. I. p. 22. SCHAEF.

P. 156. v. 18. οὐδενὶ πώποτε] Vulg. οὐδενί πω. οὐδενί ποτε Paris. quintus. οὐδενὶ πώποτε Paris. primus, Aug. primus, Ald. Tayl. Harlei. Praetuli πώποτε. REISK. Dedi οὐδενὶ πώποτε ex codd. Q. R. et Cc. AUGER.

P. 156. v. 18. ἀνθρώπων] Abest a Paris. primo et Aug. primo. REISK. Cod. M. non habet ἀνθρώπων. AUGER.

P. 156. v. 18. ἔτι δὲ] δὲ refertur ad τε v. 14. Quae construendi ratio satis frequens est, inprimis ubi particula δὲ, ut hoc loco, iuncta est adverbio ἔτι. V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 193. SCHAEFER.

P. 156. v. 18. τοσούτῳ] τούτῳ Paris. septimus. REISK.

P. 156. v. 20. παρὰ τῶν θεῶν] Vulg. τῶν θεῶν. παρὰ τῶν θεῶν Paris. primus, Harlei. Aug. primus. παρὰ addidi. REISK. παρὰ adieci ex auctoritate codicum Q. et Cc. Cod. L. habet παρὰ ad marginem, M. vero inter lineas. AUGER. V. p. 24, 18. SCHAEF.

P. 156. v. 23. ἡμῶν] ὑμῶν Paris. quintus, Aug. secundus. REISK.

P. 156. v. 26. παριεὶς] παρεὶς Paris. primus et septimus, Aug. primus. REISK. Vulgata praestat. SCHAEFER.

P. 156. v. 26. παραλείπων] παραλιπὼν Aug. primus. Quod idem in Paris. quoque primo fuisse suspicor, tametsi margo Lutetianae ex eo λιπὼν solummodo refert. REISK. V. p. 24, 26. SCHAEFER.

P. 157. v. 1. πυνθανόμενοι — λέγεται νεώτερον] V. Casaubonus ad Theophrasti Charact. p. 107. ed. Fisch. SCHAEFER.

P. 157. v. 6. ἡμῖν] Vulg. ἡμῶν. ἡμῖν Paris. primus et quintus, Aug. primus, Harlei. Correxi ἡμῖν. REISK. Dedi ἡμῖν iuxta codd. Q. R. U. V. X. Cc. Ee. AUGER.

P. 157. v. 7. οἴκαδε λαμβάνειν] V. not. ad p. 80, 28. SCHAEFER.

P. 157. v. 7. λαμβάνειν νομίζοντες] Vulg. λαμβάνοντες. λαμβάνειν νομίζοντες Paris. primus, quintus, septimus, Aug. primus, Aldina Taylori. Praetuli λαμβάνειν νομίζοντες. Conf. p. 80,

---

*) Valckenarius absurdissimum dicit, quod Orator scripserit, — πάντων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων· κἀκεῖνοι μὲν Ἀθηναίοις φόρους ἤνεγκαν. Vereor, ne paulo iniquius. Lenius, opinor, iudicaturus erat, si expendisset scripturam illam Parisini primi εὐδαιμονίαν, (nam eandem esse aliorum codicum primus docuit Reiskius,) praetereaque cogitasset, ἐκεῖνοι non significare omnes Macedoniae reges, sed solos eos, qui Atheniensibus tributarii facti essent. SCHAEFER.

27. s. REISK. Habent λαμβάνειν νομίζοντες codices K. M. Q. R. Dd. Ee. AUGER. Male revocavit Augerus λαμβάνοντες. SCHAEFER.

P. 157. v. 8. τὰ τῆς πόλεως — πωλοῦντες] Citant Anecd. Bekk. p. 162, 2. SCHAEFER.

P. 157. v. 11. στασιάζειν] Vi transitiva, quae rarior constructio huius verbi est. P. 444, 3. ἡνίκα ἐστασιάζετο μὲν αὐτῷ τὰ τῶν Θετταλῶν. SCHAEFER.

P. 157. v. 12. ξενοτροφεῖν] Citat h. l. Pollux 3, 58. v. ξενοτροφεῖν. REISK.

P. 157. v. 13. οὔκουν ἐστὶν οὐδὲν θαυμαστὸν] Vulg. οὔκουν οὐδέν ἐστι θαυμαστὸν. Pro postrema voce in Harlei. et Paris. primo est δεινὸν, item in Aug. primo et Ald. Tayl. et Bavarici texto (nam margo vulgatam cum γρ. exhibet), sed hoc verborum ordine: οὐκοῦν οὐδέν ἐστι δεινὸν. In Aug. secundo sic est: οὐκοῦν οὐδέν ἐστι θαυμαστὸν. REISK.

P. 157. v. 16. ὧν] Pro ὡς rectius legi videtur ὧν: et tamen sic quoque videtur cohaerere durius cum τοὺς πολεμοῦντας. Sed verbum ποιεῖν subintelligitur. WOLF. γρ. ὡς Paris. secundus. ὡς etiam Ald. quod in Weimarano correctum cernitur ὧν. Et sic Wolfius quoque e coniectura correxit. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 157. v. 16. πάντα] τὰ πάντα Paris. quintus et septimus, appendix Francofurt. f. e margine Lutet. REISK.

P. 157. v. 18. λαβόντας] λαβόντα in singulari Aug. primus. Verumtamen statim post idem dabat cum vulgata λογισαμένους. Etiam Taylorus ex Harlei. singularem λαβόντα enotarat, de altero nil admonens. REISK.

P. 157. v. 19. φάσκειν] Malis abesse. SCHAEFER.

P. 157. v. 21. κοινῶν] δημοσίων Paris. primus, Aug. primus, Aldus et index Aldi, (qui index vulgatam dare voluisse videtur,) item P. Manutius, edit. Wolfii. Sed appendix Francofurtana vulgatam dat. REISK. δημοσίων Auger. SCHAEFER.

P. 157. v. 22. χρῆσθαι δὲ] δὲ abest ab Aug. secundo. Sed Harlei. pro δὲ exhibet ἤ. REISK.

P. 157. v. 23. ὑπολάβοι] ὑπολάβῃ Aug. primus, Bavaricus. Sed Harlei. dat ὑπολάβοι. REISK. Recte Augerus ὑπολάβῃ. Iubere oratorem, non optare, ostendunt quae sequuntur v. 26. s. et 28. SCHAEFER.

P. 157. v. 25. ἐκ χρηστῶν] Omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 157. v. 25. τὰ] τὰ secundum abest a Paris. primo, quinto, septimo, ab Harlei. et ab Aug. primo. Primum abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 157. v. 27. ὑμῶν] ἡμῶν Paris. primus et septimus, Aug. primus. Omnia ab hoc ὑμῶν ad alterum ὑμῶν p. 158, 1. insequentia aberant ab eo codice, unde enotatae sunt variantes appendicis Francofurtanae. REISK.

P. 157. v. 27. ἑτέρους] Appendix Francofurtana: „forte ἑταίρους." Non videtur frivola haec et inepta annotatiuncula a Sylburgio profecta esse. REISK.

P. 157. v. 28. ὑμετέρων] ἡμετέρων Paris. primus, Aug. primus, P. Manutius. REISK.

P. 158. v. 1. ὑμῶν] ἡμῶν Paris. primus, Aug. primus, P. Manutius. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 158. v. 1. κινδύνους μεγάλους] Invertit Aug. primus et Harlei. REISK.

P. 158. v. 2. ὑμᾶς] ἡμᾶς Aug. primus et Harlei. REISK.

P. 158. v. 3. μηδ'] μὴ Aug. primus. REISK.

P. 158. v. 3. ὑμῖν] Vulg. ἡμῖν. ὑμῖν Paris. quintus et septimus. REISK. ἡμῖν Auger. Minus recte. SCHAEFER.

P. 158. v. 5. ἀμύνεσθαι] ἀμύνασθαι Aug. primus. REISK.

P. 158. v. 5. ἐκ Μακεδονίας] contemtissima terra, ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον πρίασθαι p. 119, 9. SCHAEFER.

P. 158. v. 6. ὥσθ' ὑπὲρ τοῦ μείζω κ. τ. λ.] V. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 3. a. SCHAEFER.

P. 158. v. 8. μηδενὸς ὑπακούειν] Malim vel μηδενὶ, vel ἀκούειν simplex verbum. Nam ὑπακούειν genitivo iungi videtur insolentius, etsi auctorum exempla non desunt, suspecta tamen: et Suidas cum dativo construi monet. WOLF. Codd. V. et X. dant μηδενὸς ἀκούειν. AUGER. Vulgatam non mutem. Nam ὑπακούειν etsi fere adsciscit dativum (v. Anecd. Bekk. p. 176, 16.), tamen etiam genitivo recte iungitur. Herodotus III. 101. f. καὶ Δαρείου βασιλῆος οὐδαμᾶ ὑπήκουσαν. Xenophon Cyrop. VIII. 1. 4. ταύτην ἥκιστα τῶν πολεμίων ἀναγκαζομένην ὑπακούειν. quod non erat cur Brodaeo displiceret. SCHAEFER.

P. 158. v. 10. ἐν τοῖς] Vulg. τοῖς. ἐν τοῖς Paris. septimus, Aug. primus, Aldina Taylori. ἐν addidi. REISK. Addidi ἐν, quod habent codd. K. M. Q. R. Cc. Dd. Ee. AUGER.

P. 158. v. 10. τούτους] Pone τούτους si quis e versu 8. δὲ iteret, haud offendet elegantiam Atticam, quamquam ad sententiam plane redundaturum sit. REISK. Recipienda foret particula, si vel unus codex daret: nunc, cum omnes taceant, non oportet addi. SCHAEFER.

P. 158. v. 13. ἡμᾶς] ὑμᾶς Paris. primus, quintus, septimus. REISK.

P. 158. v. 15. *ἄλλους*] Abest a Paris. primo, quinto, septimo, ab Harlei. et ab Aug. primo. REISK.

P. 158. v. 15. *λόγοις — τοῖς ἔργοις*] Saepius hac in oppositione alterum nomen habet articulum, alterum non habet. V. Porson. ad Euripid. Phoen. 512. SCHAEFER.

P. 158. v. 15. *καὶ*] Abest ab Aug. primo. REISK.

P. 158. v. 16. *ὑπὲρ ἡμῶν*] *παρ' ὑμῶν* Par. primus, Aug. primus. *ὑπὲρ ὑμῶν* index Aldi. *παρ' ἡμῶν* Aug. secundus, Ald. Taylori et Bavaricus, item appendix Francofurtana. REISK. Qui *παρ'* dederunt libri, videntur *περὶ* dare voluisse. V. Reisk. ad v. 17. SCHAEFER.

P. 158. v. 16. *ἐστι*] Deest Harlei. REISK.

P. 158. v. 17. *πράξεων*] *πράξεως* Aug. primus, Harlei. Ald. Taylori. REISK.

P. 158. v. 17. *παρὰ*] *περὶ* Bavar. crebro errore. REISK.

Bavarico haec clausula est adscripta, quam non intelligo: *πρὸς τὴν ἐπιστολὴν Φιλίππου Η|Δ|ΔΔΔΔ* (190) *ΠΙ ΔΙωρα*[ε]*ϛδυο αττικ*[υ]*ϛ*. Tum sequitur *ἐπιστολὴ Φιλίππου* cum numero *ιβ*. Nam pro peculiari ea habetur opusculo in quibusdam libris *). Epistola haec ab Augustano primo plane aberat: cuius titulum Aldina Taylori sic exhibet: *ἐπιστολὴ Φιλίππου πρὸς Ἀθηναίους*. Et videtur a Parisino primo abfuisse, e quo margo Lutetianae non affert nisi unam lectionem ad p. 159, 27. Sed vereor, ne ibi in numero codicis edendo a typographis erratum sit. Credibile enim non est, ad opusculum non brevissimum, si fuisset in illo codice, non fuisse maiorem copiam variantium lectionum in codice tum bonae notae. REISK.

ANNOTATIONES AD EPISTOLAM PHILIPPI.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΦΙΛΙΠΠΟΥ] Tayloro non videtur genuina esse. V. not. ad p. 23, 23. Atque ipsa eius longitudo, magis sophistam decens quam regem, suspicionem movere possit. Conf.

*) V. not. ad p. 165, 11. SCHAEFER.

Philippi Epistolas, quae in Oratione de Corona leguntur. Pro genuina videtur cum plerisque habuisse Wyttenbachius in Iulianeis p. 207. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 158. v. 2. πρέσβεις] Pro πρέσβεις antiquum πρεσβείας habebat. OBSOP. γρ. πρεσβείας Paris. secundus, quintus, septimus, Aldina Taylori. REISK. Vide ne hoc Epistolographus dederit. SCHAEFER.

P. 158. v. 3. ἐπιστροφὴν] στροφὴν Paris. septimus. REISK.

P. 158. v. 6. ὑπαρχόντων] ὄντων Paris. quintus et septimus. REISK.

P. 159. v. 1. ἐστιν ὑπὲρ] ἐστὶ περὶ Aldus. Sed vulgatam dat Aldina Taylori. REISK.

P. 159. v. 2. ἁρπασθέντος] Num ἀναρπασθέντος? REISK. Malim cum Reiskio ἀναρπασθέντος. AUGER.

P. 159. v. 3. [ὅτι τὴν δίκην]] Felicianus et Manutius ὅτι παρὰ τὴν δίκην, scilicet ἐβιάσαντο. *ut sontes ob ius violatum castigaveritis.* Sed quid si ὅπερ ἦν δίκαιον? *id quod aequum fuisset.* WOLF. Absunt haec a Paris. quinto et septimo. ὅτι παρὰ τὴν δίκην P. Manutius, et id coniecit Wolfius quoque in farragine. ὅτι τὴν παρὰ δίκην Weimaranus, si recte exscripsi: nam aut sic scripsit ille, ut P. Manutius edidit cum Feliciano, aut ita certe scribere voluit. Wolfius in annotationibus coniecit ὅπερ ἦν δίκαιον: et sic exhibet quoque eius editio. Sed vulgatam dat appendix Francofurtana. In margine Aldinae Lessingianae leguntur haec: γρ. οὐκ ἐπετιμήσατε τὴν δίκην. Vocabula ὅτι τὴν δίκην, ut amputanda, uncis inclusi, cum quia plerisque absunt a codicibus, tum quia sententiam interturbant. Videtur olim iis in libris, unde tradita nobis sunt, ita fuisse exaratum: ἐπετιμήσατε, ὅ τι ἦν δίκαιον. *non increpastis, non animadvertistis, prout ius et fas erat.* REISK. ὅπερ ἦν δίκαιον Auger. „Ita emendavit" inquit „Wolfius de suo, quum plerique libri habeant ὅτι τὴν δίκην, quas voces prorsus omittunt codices Dd. Ee. Codex U. legit ὅτι οὐ τὴν δίκην." SCHAEFER.

P. 159. v. 4. εἵρξατε] εἴρξατε cum leni Paris. quintus et septimus. ἥρξατε Bavaricus, sed cum ει superscripto. REISK.

P. 159. v. 6. ὑποδεχομένων] ἀπευχομένων Ald. Tayl. REISK.

P. 159. v. 7. τοὺς βουλομένους] Scilic. ἐκεῖσε καταφεύγειν. *illuc confugientes, illuc receptum habentes.* REISK.

P. 159. v. 10. τὴν χώραν] S. τὴν ἐμὴν, τὴν Μακεδονίαν: etsi fortasse Κρωβύλη καὶ Τιρίστασις Thraciae fuerunt oppida, cuius partem non exiguam tenuit Philippus. WOLF.

P. 159. v. 11. Τιρίστασιν] Τριρίστασιν Paris. quintus et septimus. Ad scholium huic loco in margine Lutetianae adscriptum annotavit haec Wolfius in farragine: „In margine inepte adscriptum est οἶμαι τὴν περίστασιν, cum haud dubie sit loci nomen." REISK.

P. 159. v. 13. ὑπὲρ] Pro περὶ in antiquo ὑπὲρ legi. OBSOP. περὶ Aldus. Sed e codice suo vulgatam retulit Obsopoeus, quae etiam scripta est in margine Ald. Lessing. REISK. περὶ Auger. SCHAEFER.

P. 159. v. 15. ἀπελύτρωσε] ἀπηλύτρωσε Bavar. REISK.

P. 159. v. 16. εὖ δοκοῦντα] Scilicet πεπρᾶχθαι, ἢ συνδοκοῦντα WOLF. Malim εὐδοκοῦντα, i. e. ἀρέσκοντα: quod est cadentis Graecitatis. Polybius XX. 5. 10. τοῖς δὲ Θηβαίοις οὐχ ὅλως εὐδόκει τὸ γεγονός. SCHAEFER.

P. 159. v. 16. καίτοι τὸ παρανομεῖν] Pro καὶ τὸ παρανομεῖν in antiquo καί τοι τὸ παρανομεῖν legi. OBSOP. καίτοι etiam dant Paris. quintus et septimus, P. Manutius, edit. Wolf. Sed appendix Francofurtana dat καὶ vulgatam. Pro καὶ τὸ dat margo Lessing. καίτοι. Correxi καίτοι τὸ παρανομεῖν. REISK.

P. 159. v. 17. τοῖς ἄλλοις] Vulg. καὶ τοῖς ἄλλοις. Loco primi vocabuli volebam prius παρὰ dare, deinde prorsus delevi meo iudicio. REISK. Delevi et ego. AUGER. Recte deleverunt. Natum est ex antecedente ς̄. Sin quis praefracte defendat, deleat oportet quod sequitur τε. SCHAEFER.

P. 159. v. 17. τε] Abest a Parisino quinto et septimo. REISK. Codex Y. expungit τε. AUGER.

P. 159. v. 20. γοῦν] Vulg. οὖν. γοῦν appendix Francofurt. Bavar. νῦν Weimaranus. Praetuli γοῦν. REISK. Praetuli γοῦν ex codicibus L. M. Y. Dd. Ee. AUGER.

P. 159. v. 21. εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν] F. εἰς τοῦτ' ὀργῆς ἐλήλυθεν. *tanta iracundia populus exarsit.* WOLF. εἰς τοῦτο ἦλθεν Aldina Taylori. REISK. ἦλθεν praeferam. SCHAEFER.

P. 159. v. 22. ὑπόμνημα] Vulg. ὑπομνήματα. Correxi de meo iudicio ὑπόμνημα in singulari, cum fuerit unum modo monumentum. REISK. ὑπόμνημα etiam Auger. Vulgata mihi quidem non displicet, ut paulo melius arguens colorem orationis sophisticum: nam totus hic locus sophistam manifesto prodit. De hoc usu pluralis numeri in poëtis satis obvio v. Porsoni nota ad Euripid. Orest. 1051. Sin quis curiosior pluralem proprie usurpatum esse contendat, per me licet intelligat statuam cum epigrammate. SCHAEFER.

P. 159. v. 22. στῆσαι] Vulg. ἔστησαν. στῆσαι Weimaranus, P. Manutius. Praetuli στῆσαι. REISK. Correxi στῆσαι. AUGER.

P. 159. v. 23. ἐφ' οἷς παθόντες] εἰ, ἐφ' οἷς παθόντες. Aut τὸ εἰ abundat, aut pro αὐτοὺς φαίνεσθαι ποιοῦντας v. 24. legendum αὐτοὶ φαίνεσθε ποιοῦντες secunda persona, ut est ab Obsopoeo annotatum. WOLF. εἰ abest ab Aldina, unde repetiit index Lambini, item a Bavarico. Coniunctionem εἰ sustuli. REISK.

P. 159. v. 24. αὐτοὺς φαίνεσθαι ποιοῦντας] Ubi corrupte legitur in Aldino αὐτοὺς φαίνεσθαι ποιοῦντας, in antiquo sic

emendatum reperi: *αὐτὰ φαίνεσθε ποιοῦντες*. Atque ita legendum esse antecedentia verba satis confirmant. *Qui vero hoc grave esse non possit, quod ea, quorum gratia alios sic odio habuistis, nunc ipsi facere videmini?* Quin etiam particula *εἰ* sic legi cogit. OBSOP. *αὐτὰ φαίνεσθε ποιοῦντες* Paris. secundus, quintus, septimus, index Aldi, codex Obsopoei, qui cum hanc probat lectionem, tum alteram damnat. *αὐτοὺς* dat Bavaricus in texto, *αὐτὰ* in margine cum *γρ*. Pro *αὐτοὺς* etiam Aldina Taylori dat *αὐτά*. Post *φαίνεσθαι* subaudi *ταῦτα*, quamquam addi utique praestet. REISK. Codd. D. L. M. Dd. Ee. Ald. v. legunt *αὐτὰ* sine *αὐτοὺς*, ceteri dant, ut vulgata, *αὐτοὺς* sine *αὐτά*. Ego utrumque ex meo copulavi. AUGER. Dedit enim *αὐτοὺς αὐτὰ*, quod vix cuiquam probabit. *αὐτὰ* illud, quod in tot libris repertum est, natum puto ex *αὐτοὶ*, ut locus sic scribendus videatur: *εἰ — νῦν αὐτοὶ φαίνεσθε ποιοῦντες*. *φαίνεσθε ποιοῦντες* non est, ut Obsopoeus vertit, *facere videmini*, sed *palam facitis*. SCHAEFER.

P. 159. v. 25. *Καλλίας τοίνυν*] Augerus: *Callias utique*. Immo: *Porro Callias*. Sic *ἔτι τοίνυν* v. 8. pro quo *χωρὶς τοίνυν τούτων* legitur p. 160, 6. SCHAEFER.

P. 159. v. 25. *ἐν*] *ἐπὶ* Paris. quintus et septimus. REISK. Recte habet *ἐν*, quae praepositio non est intelligenda de vicinia: nam voc. *κόλπος* complectitur littora sinum terminantia. Eadem ratione intellige in Xenophontis Anab. IV. 8. 22. *ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ*. Pari modo nomina urbium complectuntur agros circumiacentes. Itaque *ἡ ἐν Πλαταιαῖς μάχη*, ut hoc utar, est *pugna in agro Plataeensi*. SCHAEFER.

P. 159. v. 26. *Παγασίτῃ*] *Παγασεῖ τῇ* (sic) Bavar. REISK.

P. 159. v. 27. *ἐνόρκους*] *foedere iurato iunctas*. SCHAEFER.

P. 159. v. 27. *συμμαχίδας*] *συμμάχους* Paris. quintus et septimus cum *γρ*. *συμμαχίας* Bavar., sed margo *συμμάχους* dat. Aldina Taylori dat *συμμάχους ἢ συμμαχίας*. REISK. *συμμαχίδας* Sophistae insolentiora captanti non eripiam. SCHAEFER.

P. 159. v. 27. *εἰς Μακεδονίαν*] *ἐν Μακεδονίᾳ* Paris. primus. REISK. V. Reiskii notam ultimam ad Orationem antecedentem. Recte autem *εἰς Μακεδονίαν*. Conf. p. 160, 5. SCHAEFER.

P. 160. v. 2. *ἔσται καινότερον*] id est, *γενήσεται* vel *ὑπάρξει παρ' ὑμῶν καινὸν εἶδος ἀδικίας, οὔπω πρότερον ὑφ' ὑμῶν κατ' ἐμοῦ πεπραγματευμένον*. *ecquod existere possit novum iniuriarum genus, bello adversus me palam a vobis declarato, quod a vobis antea nondum fuisset exercitatum, pacem sublestam mala fide agentibus*. REISK.

P. 160. v. 3. *φανερῶς*] Restituenda particula negativa: *οὐ φανερῶς*. Nisi si sensus sit hic: — *quid peius facere possitis, si mecum belligerare confiteamini. Quae enim olim, quum ex professo et aperte dissideremus, fecistis, eadem omnia nunc, sub*

pacis specie, facitis. SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 48. Sane hic sensus est, isque tam manifestus, ut miseris de inserenda negativa cogitari potuisse. SCHAEFER.

P. 160. v. 5. ἡμᾶς] Vulg. ὑμᾶς. ἡμᾶς Bavar. Weimar. P. Manut. *ad me Macedonasque meos.* REISK. V. p. 159, 27. SCHAEF.

P. 160. v. 6. τούτων] Addidi e Weimar. P. Manut. REISK. τούτων abest a vulgata. Addidi assumptum ex Fel. et edit. Turn. AUGER.

P. 160. v. 7. δυσμενείας] ἀπεχθείας appendix Francofurt. REISK.

P. 160. v. 8. πείσοντας] πείσοντες (in nominat.) Ald. Tayl. Mallem cum articulo τοὺς πείσοντας. REISK. Articulo facile caremus. SCHAEFER.

P. 160. v. 10. νεωτερίσῃ] Vulg. νεωτερίζῃ. νεωτερίσῃ Aug. secundus. Praetuli νεωτερίσῃ in aoristo. REISK. Sic etiam Auger. SCHAEFER.

P. 160. v. 11. ἅπαντας] Abest a Paris. quinto et septimo. REISK.

P. 160. v. 11. τοσοῦτον — μίσους] V. Wyttenbachii Iulianea p. 207. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 160. v. 12. πρὸς ἐμὲ] περὶ ἐμὲ Paris. septimus. REISK.

P. 160. v. 13. περὶ τῆς ἐπισυμμαχίας] συμμαχία societas est et inferendi et propulsandi belli: ἐπιμαχία propulsandi tantum, ut explicat Thucydidis interpres. Hic vero legendum περὶ τῆς ἐπ' ἐμὲ συμμαχίας. WOLF. συμμαχίας simplicius Paris. quintus. Wolfius τῆς ἐπ' ἐμὲ συμμαχίας mavult in annotationibus, quod idem, ut nonnunquam facit, in farragine repetiit. ἐπισυμμαχία est foedus par foederatorum inter sese obligans ad ferendum in bello mutuum auxilium, ut, si e. c. Persae a Philippo armis appeterentur, necesse Atheniensibus esset succurrere, et rursus, Philippo Athenienses aggrediente, Persae tenerentur Atheniensibus opem ferre. Lectio Wolfianae editionis, τῆς ἐπ' ἐμὲ συμμαχίας, commentum est ipsius Wolfii, auctoritate nullius codicum omnium subnixum. Est utique foeda illius editionis macula, quod Wolfius, sive ipse, sive operae Basileenses, eius auctoritate gratiave ducti, coniecturas eius omnes tacite, clam, lectoribus ignaris neque admonitis, in textum immiserunt, vetustis probis primigeniisque lectionibus eiectis et suppressis. Quod est ingens et inexpiabile facinus prorsus furiosae arrogantiae atque intemperantiae. REISK. Wolfius dat περὶ τῆς ἐπ' ἐμὲ συμμαχίας. Revocavi veterem vulgatamque lectionem περὶ τῆς ἐπισυμμαχίας. Universi libri, quos mihi adire licuit, dant ἐπισυμμαχίας, excepto codice Ec., in quo legitur simplex συμμαχίας. AUGER. ἐπισυμμαχία perrara vox neque usquam mihi reperta nisi h. l. et in diversitate scripturae ad Xenophontis Cyrop. III. 2. 23. Sed et illic et hic

arbitror natam esse e confusa διττογραφίᾳ. Ac Xenophonti quidem a Poppone recte vindicatum est ἐπιμαχίαν, quod et propria ipsius vis satis tuetur, nec parum commendant quae antecedunt nomina cum eadem praepositione composita. Nostrum autem Epistolographum non dubito dedisse συμμαχίας. Ceterum de diversa significatione horum verborum v. etiam Ammonius pag. 131. SCHAEFER.

P. 160. v. 17. ταῦτα] F. ταυτά, eadem. SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 48. Fallitur. SCHAEFER.

P. 160. v. 18. καὶ γράφετε] ἐγγράφετε Paris. quintus et septimus. REISK.

P. 160. v. 20. *Τήρην καὶ Κερσοβλέπτην*] De his Thraciae regibus vide orationem contra Aristocratem et primam Olynthiacam. WOLF.

P. 160. v. 21. τῶν περὶ] Invertit Bavaricus. REISK.

P. 160. v. 22. ἐν ταῖς στήλαις] quibus insculpta nimirum erat formula pacis Philippo cum Atheniensibus initae, quae stelae aliae in confiniis agri Attici, aliae in finibus Macedoniae fixae erant, quo pacis conclusae conditiones neminem fugerent. REISK.

P. 160. v. 25. τοῖς παρ' ἐμοῦ πρεσβευταῖς] id est, πρὸς τοὺς παρ' ἐμοῦ πρεσβευτὰς ἰδίᾳ, οὐ κοινῇ καὶ πρὸς τοὺς παρ' Ἀθηναίων, *privatim erga meos legatos, non item publice seu communiter etiam erga legatos Atheniensium.* REISK.

P. 160. v. 26. ἰδίᾳ] ἰδίους Aug. secundus, Aldina Taylori. REISK.

P. 160. v. 27. στρατηγῶν] πρεσβευτῶν Paris. septimus. REISK. Suspicor, a nostro Epistolographo nihil scriptum esse nisi ὑπὸ τῶν ὑμετέρων. Quod ut interpretarentur, alii videntur adscripsisse στρατηγῶν, alii, iique sensum horum verborum melius perspicientes, πρεσβευτῶν. SCHAEFER.

P. 161. v. 3. [ὑφ']] Omittit praepositionem P. Manutius. Uncis inclusi, verbum ἀποδείκνυσθαι pro medio accipiens et interpretans *vos eum civem vestrum declarare.* Vulgatam qui tuebitur, is pro infinitivo passivi habebit. Quamquam hoc sit orationem conturbare, si tenens eandem constructionem infinitivis activae et mediae formae, φάσκειν, ποιήσασθαι, αἱρεῖσθαι, infinitivum passivum immisceas, cum consentaneum sit omnia illa potius media esse. REISK. ὑφ' ὑμῶν universi libri praeter Felic. et P. Manut., qui recidunt ὑφ'. Hanc ego lectionem assumpsi, propterea quod verbum ἀποδείκνυσθαι in medio melius conveniat cum aliis infinitivis, φάσκειν, ποιήσασθαι, αἱρεῖσθαι. Pro ὑφ' ὑμῶν cod. U. dat ὑπὲρ ὑμῶν. AUGER.

P. 161. v. 6. πόλεμον αἱρεῖσθαι] αἱρεῖσθαι πόλεμον, *deligere, praeferre bellum,* melius hic conveniat, an ἀναιρεῖσθαι, *suscipere,* quaerant alii. REISK. Pro αἱρεῖσθαι melius forsan legeretur

ἀναιρεῖσθαι. AUGER. Add. Reisk. in Ind. Graecit. p. 18. Ego vero malim *αἵρεσθαι.* SCHAEFER.

P. 161. v. 6. *ἡμᾶς*] *ὑμᾶς* Aldus. Sed correctum id est in Weimarano. REISK.

P. 161. v. 12. *τῷ Συρακουσίῳ*] Absunt ab edit. P. Manutii, forte ex errore typographico. REISK.

P. 161. v. 13. *τοὺς ἐκβαλόντας ἑκατέρους*] Dionysium iuniorem a Dione pulsum constat: de Nicocle (nam Euagoram in regno suo esse mortuum Isocrati credo) mihi non liquet. Aelianus quidem eum una cum Stratone, cum quo luxu certarit, male periisse scribit. WOLF.

P. 161. v. 16. *ὅσης*] Vulg. *ὅσην*. *ὅσης* Paris. quintus et septimus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Sed indices utriusque dant vulgatam. REISK.

P. 161. v. 16. *ἦρχεν*] Vulg. *εἶχεν*. *ἦρχεν* Paris. secundus, Bavaricus, Aldus et index Aldi (qui index vulgatam videtur dare voluisse), P. Manutius: sed eius index vulgatam dat. Praetuli *ὅσης — ἦρχεν.* REISK. Vulg. *ὅσην — εἶχεν.* Praetuli *ὅσης — ἦρχεν,* quod habent plerique libri. Aliqui codd. legunt corrupte *ὅσην — ἦρχεν,* aliqui *ὅσης — εἶχεν.* AUGER.

P. 161. v. 16. *εἰ δὲ τοῖς μὲν κ. τ. λ.*] Citat h. l. vetus Lexicon in Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 496. REISK. Anecd. Bekk. p. 135, 28. de constructione verbi *ἐνοχλῶ*: *ὁ αὐτὸς* [*Δημοσθένης*] *καὶ πρὸς αἰτιατικήν· „μηδέ γε ἐγκαλεῖν ἀξιοῦτε μηδὲν, ἐμὲ δὲ ἐνοχλεῖτε.“* Mirus error Grammatici hanc Epistolam ut a Demosthene scriptam citantis. SCHAEFER.

P. 161. v. 17. *μηδ' ἐγκαλεῖν*] *οὐδ' ἐγκαλεῖν* appendix Francofurtana. REISK.

P. 161. v. 17. *ἐμὲ*] *ἐμοὶ* Weimaranus, P. Manutius. REISK. *ἐμοὶ* Auger. Perperam. V. Anecd. Bekk. l. c. in not. ad v. 16. Quanquam alteram constructionem noster mox v. 26. sequitur. SCHAEFER.

P. 161. v. 21. *γεγονὼς αὐτοῖς*] Wolfius in farragine mavult *γεγονὼς μὲν αὐτοῖς.* REISK.

P. 161. v. 22. *δ'*] Post *ἐθελόντων* addunt *δ'* Paris. quintus et septimus, item Bavaricus et appendix Francofurtana. Particulam addidi. REISK. *δ'* abest a vulgata. Addidi ex codd. L. M. Dd. Ee. et edit. Turn. AUGER. Rectius, opinor, abest. *Cardianis autem, quibus ante pacem foedere iunctus sum, aio me ideo auxiliari, quod vos iure cum iis disceptare recusatis.* SCHAEFER.

P. 161. v. 28. *πρότερον μὲν — τὰ δ' ὑπογυιότατα —*] Sic Isocrates Euag. extr. p. 277. ed. Bekk. Oxon. *τὸ μὲν παλαιὸν — τὸ δ' ὑπογυιότατον —.* SCHAEFER.

P. 162. v. 1. *Πεπαρηθίων*] *Πεπαροιθίων* Aldina Taylori. REISK. *Πεπαῤῥηθίων* Auger. SCHAEFER.

P. 162. v. 5. φρουρούς] Ubi Aldus habet φρουρούς, nostrum φῶρας, *fures*, habuit. OBSOP. φρουρούς rectius legi existimo. Nam Philippus, Sostrato expulso, utique praesidium insulae imposuerat, quod Peparethii in suam potestatem redactum detinuerunt. WOLF. Recte Wolfius vulgatam tuetur. SCHAEFER.

P. 162. v. 6. ἀπεδίδοσαν] ἀπέδοσαν Paris. quintus et septimus. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 162. v. 7. Πεπαρήθιοι] Strabo l. 9.: Contra Magnesiam quidem frequentes incumbunt insulae. Nobiliores sunt Sciathus et Peparethus et Irus et Scyrus cum eiusdem nominis urbibus. WOLF. Πεπαῤῥήθιοι Auger. SCHAEFER.

P. 162. v. 7. οὐδὲν] οὐδενὶ (in dativo) malim. Nam ἐπισκήπτεσθαί τινι usurpatur, non τι. *queri, expostulare aliqua de re, ut de facinore iniquo et iniusto, item de testimonio falso, commenticio, exceptionem imposturae obmovere.* REISK.

P. 162. v. 7. ἐπεσκήψασθε] Pro ἐπισκήψασθε emenda ἐπεσκέψασθε. OBSOP. F. τούτοις μὲν οὐδὲν ἐπεσκήψασθε. WOLF. ἐπεσκέψασθε Aldina Taylori, Paris. quintus et septimus. Pro ἐπισκήψασθε, quod esse in Aldino suo ait Obsopoeus, ipse corrigit ἐπεσκέψασθε, dubium relinquens, suone ex ingenio, an e codice Pannonico. Verum in Aldino meo vulgatam reperi. REISK.

P. 162. v. 8. τὴν δὲ τιμωρίαν — ὅτι] τὴν δὲ τιμωρίαν ἀκριβῶς εἰδότες, καί τοι. Fel. τὴν δὲ τιμωρίαν, ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι. Ego malim sic: ἐπεσκήψασθε, ἀκριβῶς εἰδότες· τὴν δὲ τιμωρίαν διεβάλετε *), vel διεσύρατε, vel νῦν συκοφαντεῖτε. Videtur enim et inversus esse ordo verborum, et deesse verbum aliquod. WOLF.

P. 162. v. 8. τὴν δὲ τιμωρίαν] Aut deest hic verbum accusativum adsciscens, e. c. μέμφεσθε, vel προφέρετε, *exprobratis, caussamini, profertis per obtrectationem*, aut, si nihil deest, in locum accusativi sufflci debet dativus, τῇ δὲ τιμωρίᾳ, scil. ἐπισκήπτεσθε. *questi nil estis neque succensuistis iniuriis, quas a Peparethiis tuli, at multum expostulastis de poenis, quas ego ab iis repetii.* Et paene consentanea his etiam Wolfius in annotationibus et in farragine scripta reliquit. REISK.

P. 162. v. 8. ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι —] Vulg. ἀκριβῶς εἰδότες· καίτοι —. Distinxi et correxi ad hunc modum: ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι —. *probe tenentes, insulam neque iis neque vobis a me ereptam esse.* ὅτι habent Weimaranus, P. Manutius, unde index Lambini repetiit. REISK. Vulgata dat τούτων μὲν οὐδὲν ἐπεσκήψασθε· τὴν δὲ τιμωρίαν ἀκριβῶς εἰδότες συκοφαντεῖτε. καίτοι —. Eieci συκοφαντεῖτε, quod nulli libri habent et ex suo addidit

*) διαβεβλήκατε idem in farragine. REISK.

Wolfius; mutavi *καίτοι* in *ὅτι*, quod dant cod. Weimar. Fel. et P. Manut.; denique mutavi *ἐπεσκήψασθε* in *ἐπεσκέψασθε*, quod dant codd. D. M. Dd. et Ee. Si servetur *ἐπεσκήψασθε*, legendum est *οὐδενὶ* et *τῇ τιμωρίᾳ*, verbo *ἐπισκήπτομαι* regente semper dativum. AUGER. Mihi quoque placet *ἐπεσκέψασθε*, *rationem habuistis*. SCHAEFER.

P. 162. v. 12. *κατεκράτει*] *ἐκράτει* simplex Bavaricus, Aldina Taylori. REISK.

P. 162. v. 16. *λαμβάνειν — ἀπολαβεῖν*] V. not. ad p. 78, 3. SCHAEFER.

P. 162. v. 16. *μὲν*] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 162. v. 20. *γνοὺς ἐγὼ*] Interpone copulam, sive *δὲ*, sive *οὖν*. REISK. *γνοὺς δ' ἐγὼ* Auger. SCHAEFER.

P. 162. v. 21. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* Weimar. P. Manut. REISK.

P. 162. v. 21. *εἰ*] Immo *ἐάν*. SCHAEFER.

P. 162. v. 21. *ἐμὴ γνωσθῇ*] *ἐμοῦ κρίνοιτο* farrago Wolfiana, quasi ea varians lectio esset. Ego vero pro scholio Wolfiano habeo. *ἐμοῦ* est in Paris. quinto et septimo. Abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 162. v. 22. *χωρίον*] *φρουρίον* P. Manut. REISK.

P. 162. v. 26. *παρὰ*] *ὑπὲρ* Paris. secundus. REISK.

P. 162. v. 26. *ὑπερβεβηκότων*] *παραβεβηκότων* Aldina Taylori, Paris. secundus cum *γρ*. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 163. v. 1. *εἰ δὲ — ὀργίζεσθε*] Citant Anecd. Bekk. p. 160, 6. SCHAEFER.

P. 163. v. 2. *εἰς τοῦτο δὲ προβεβήκαμεν ἔχθρας*] *εἰς τοσοῦτον δὲ προβέβηκεν* Paris. quintus et septimus: et videtur in iisdem *ἡ ἔχθρα* fuisse, quamquam de hoc quidem margo Lutetianae tacet. Malim *προβεβήκατε* in secunda persona. Nam si crimen hoc secum quoque communicaret, decebat eum non iniurias solummodo ab Atheniensibus acceptas commemorare, sed etiam, id quod insuper habuit facere, ut rem sibi parum decoram, iniurias a se rursus Atheniensibus oblatus. REISK. *προβεβήκατε* Auger. „Vulg. habet" inquit „*προβεβήκαμεν*, quod mihi videtur mendum evidens. Codd. Dd. et Ee. legunt *προβέβηκεν*, unde posset legi *προβέβηκεν ἡ ἔχθρα*." Mihi quidem vulgata non displicet. Sensus: *Tam hostilis rerum status inter nos exortus est, non mea quidem culpa, sed sola vestra.* Hunc enim sensum esse, totius Epistolae tenor satis arguit. SCHAEFER.

P. 163. v. 6. *κληρούχων*] Citat h. l. Harpocrat. v. *κληροῦχοι*. REISK.

P. 163. v. 7. *τοιαῦτα*] Abest a Paris. quinto et septimo. REISK.

P. 163. v. 8. *διαγγέλλοντος*] Pro *διαγγέλλειν* recte Felicia-

nus *διαγγέλλοντος*. WOLF. Vulg. *διαγγέλλειν*. *διαγγέλλόντος* Weimaranus, Felicianus, P. Manutius, probante Wolfio in annotatt. et farragine. Correxi *διαγγέλλοντος*. REISK.

P. 163. v. 10. *πολεμεῖν*] Pro *πάλιν* recte Felicianus *πολεμεῖν*. WOLF. Vulg. *πάλιν*. *πολεμεῖν* Weimaranus, P. Manutius, unde repetiit index Lambini. Probat Wolfius. In Bavarico est *πόλιν*, quod a *πολεμεῖν* propius abest. Correxi *πολεμεῖν*. REISK.

P. 163. v. 10. *προστάττετε*] *προσάπτετε* Parisin. quintus. REISK.

P. 163. v. 13. *ὑπὲρ ὧν αἰτιώμεθα ἀλλήλους*] Anecd. Bekk. p. 120, 2. de constructione verbi *αἰτιῶμαι*: *ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ Φιλίππου δοτικῇ· ,,ὑπὲρ ὧν αἰτιώμεθα ἀλλήλοις.“ τοῦτο δὲ ἀντὶ τοῦ ἐγκαλοῦμεν*. SCHAEFER.

P. 163. v. 13. *αἰτιώμεθα*] *ᾐτιώμεθα* Weimaranus, P. Manutius. REISK.

P. 163. v. 15. *ἀλλήλους*] *ἀλλήλοις* Parisin. quintus et septimus. Bavaricus ita quoque habebat a prima manu, sed secunda ex *οι* fecit *ου*. REISK. Dativum tuentur etiam Anecd. Bekk. l. c.: ut praeferendum esse non dubitem. SCHAEFER.

P. 163. v. 15. *καίτοι σκοπεῖσθε — διακρίνεσθαι*] Citant Anecd. Bekk. p. 131, 26. SCHAEFER.

P. 163. v. 15. *σκοπεῖσθε*] *σκοπεῖτε* Aug. secundus. REISK. Item Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 163. v. 16. *διακρίνεσθαι*] Citat vetus Lexicon apud Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 496. REISK.

P. 163. v. 18. *Θασίους — Στρύμης*] Thasus insula Aegaei maris. Maroneum vinum apud Homerum celebratur. Stryme urbs Thraciae, auctore Stephano. WOLF.

P. 163. v. 18. *καὶ Μαρωνείτας—λόγοις*] Citant Anecd. Bekk. p. 131, 28. SCHAEFER.

P. 163. v. 19. *διακριθῆναι*] Citat vetus Lexicon apud Montfaucon. l. c. REISK.

P. 163. v. 20. *ἀμφισβητοῦμεν*] Vulg. *ἀμφισβητοῦσι*. *ἀμφισβητοῦμεν* Paris. quintus, quod praetuli. REISK. Dedi *ἀμφισβητοῦμεν* ex cod. Ee. AUGER.

P. 163. v. 20. *τὸν τρόπον τοῦτον*] Vocabula *τὸν τρόπον τοῦτον*, *pari pacto*, non ad verbum *ἀμφισβητοῦμεν*, sed ad *διαλύσασθαι* adstringenda sunt. REISK.

P. 163. v. 22. *ὑφ'*] *ἐφ'* Paris. quintus. REISK.

P. 163. v. 22. *πάντων*] *πάντως* Paris. quintus. REISK.

P. 163. v. 23. *πέμψαντος*] *τοῦ πέμψαντος* Aldina Taylori. REISK.

P. 163. v. 23. *ἀπὸ τῆς συμμαχίας πάσης*] *ab omnibus foederatis*. SCHAEFER.

P. 163. v. 27. *πρεσβευόντων*] *πρεσβευτῶν* Aug. secundus. REISK.

P. 164. v. 1. *ἡμῶν*] *ὑμῶν* Aug. secundus. REISK.

P. 164. v. 3. *οἱ — ἔμποροι*] *vestrae reipublicae mercatores, nundinatores, caupones.* Legendum utique *ἔμπειροι*, *gnari. οἱ γὰρ λέγοντες οἱ τῆς πολιτείας ἔμποροί εἰσιν, οὐχὶ δὲ οἱ ἀπαγγέλλοντες Φιλίππῳ.* Oratores, quod turpissimum esse scribit Cicero, quaestui habent rempublicam. WOLF. *ἔμπειροι* Paris. quintus et septimus: quod Wolfius quoque coniecit; verum eius annotatio videtur ipsa sibi repugnare. REISK. Wolfius videtur ab initio sanam habuisse vulgatam, post eius vitium intellexisse. Recte Augerus *ἔμπειροι*. SCHAEFER.

P. 164. v. 5. *τὴν μὲν εἰρήνην πόλεμον αὐτοῖς εἶναι*] Vide annotationes in Philippicam Isocratis. WOLF.

P. 164. v. 6. *ἀεί τι λαμβάνειν*] Vulg. *ἀντιλαμβάνειν. ἀεί τι λαμβάνειν* Weimaranus, P. Manutius. *ἀντιλαμβάνει* Aug. secundus. Correxi *ἀεί τι λαμβάνειν. semper aliquid lucelli ab imperatoribus emungere, sive reis patrocinentur, sive ipsi eos iniquis et ementitis criminationibus urgeant.* REISK.

P. 164. v. 8. *τῶν ἔξωθεν*] Vulg. *τοῖς ἔξωθεν. τῶν ἔξωθεν* Weimaranus, Lessingianus et P. Manutius. Correxi *τῶν ἔξωθεν.* REISK. Dedi *τῶν ἔξωθεν* cum codd. Weimar. Lessing. Felic. P. Manut. et edit. Turn. AUGER. Nota *τοὺς ἔξωθεν* oppositos *τοῖς πολίταις.* SCHAEFER.

P. 164. v. 10. *περιποιεῖσθαι*] Vulg. *περιποιεῖσθε. περιποιεῖσθαι* Bavaricus, Aug. secundus, Aldus, P. Manutius. Correxi *περιποιεῖσθαι*, qui infinitivus aptus est e *φασὶ* versu 3. Vulgata si probetur, accusativus *λοιδορουμένους* cum nominativo foret mutandus. Atqui sic conversa foret haec accusatio ad universum populum Atheniensem, ad quem nil pertinet, sed ad solos oratores Philippo infestos, quibuscum Philippus hic non agit, sed de iis ad S. P. Q. A. queritur. REISK.

P. 164. v. 13. *τὴν πρὸς ἡμᾶς εὔνοιαν*] Vulg. *τὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν.* Haec scriptura possit sententiam satis commodam ferre, nimirum hanc: auctoritatem eorum aere meo redimens, qua vos ducti credatis ipsis aientibus, me vobis bene velle. Visum tamen fuit, nescio an non satis quidem gravi de causa, at non improbabili tamen, *ὑμᾶς* cum *ἡμᾶς* mutare, ut haec exsisteret sententia: *τὴν ὑμετέραν πρὸς ἐμὲ εὔνοιαν*, vestram erga me benevolentiam aere meo ab ipsis redimens. Utrum praestet in eiusmodi causis, neque cicum interest, neque disceptari ab idoneo arbitro potest. REISK. *ὑμᾶς* Augerus, vertens ille *vestram benevolentiam*, perinde ac si scriptum sit *τὴν παρ' ὑμῶν εὔνοιαν.* Bene Reiskius *ἡμᾶς*, quem mireris de hac scriptura dubitare potuisse. SCHAEFER.

P. 164. v. 14. *πρὸς*] Pro *παρὰ* antiquum *πρὸς* legit. OBSOP. *παρὰ* Aldus. Sed vulgatam dant codex Obsopoei et Weimaranus. REISK.

P. 164. v. 16. *ὑπὲρ ἧς — δικαιότερα*] Citant Anecd. Bekk. p. 120, 10. ubi omittitur *τῶν* legiturque *οἶμαι* et *δικαιότερον*. SCHAEFER.

P. 164. v. 16. *οἴομαι*] *οἶμαι* Auger. SCHAEFER.

P. 164. v. 17. *ἂν λέγειν*] Vulg. *λέγειν*. *ἂν λέγειν* Weimaranus, P. Manutius. *ἂν* addidi. REISK. Omisit Auger. SCHAEFER.

P. 164. v. 20. *ὅθεν καὶ — ἀνέστησεν*] Sic legendum: *ὅθεν καὶ τῶν αἰχμαλώτων Μήδων ὧν ἀπαρχὴν ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀνέστησεν. statuam auream erexit.* OBSOP.

P. 164. v. 20. *τῶν αἰχμαλώτων Μήδων*] Persarum captorum, cum Alexander oppidum illis eriperet. SCHAEFER.

P. 164. v. 21. *Μήδων ἀπαρχὴν*] *Μήδων ὧν ἀπαρχὴν* Obsopoeus, Aldina Taylori, quae etiam *χρυσοῦ* (sine *ν*) dat. REISK.

P. 164. v. 22. *μὲν*] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 165. v. 1. *ἐν τοῖς τόποις*] Absunt a Parisino quinto. REISK.

P. 165. v. 2. *ἀντιποιεῖσθε*] *ἀντεποιεῖσθε* Paris. quintus, Bavaricus. REISK.

P. 165. v. 3. *γὰρ*] Abest a Paris. secundo et Aug. secundo. *πολλάκις μοῦ γράφοντος* Aldina Taylori. REISK.

P. 165. v. 5. *ἐγνώκατε*] Pro *ἐγνωκότες* lege *ἐγνώκατε*. WOLF. Vulg. *ἐγνωκότες*. *ἐγνώκατε* Weimaranus, P. Manutius, probante Wolfio. Correxi *ἐγνώκατε*. REISK.

P. 165. v. 5. *τότε μὲν — ἔχοντος ἐμοῦ*] Lege *τότε μὲν — ἔχοντος δ' ἐμοῦ*. WOLF. *τότε μὲν*, non insequente *νῦν δὲ*, prodit defectum, quem Wolfius quoque subodoratus videtur. Suspicor, librarium, e cuius calamo vulgata manavit, oculo a superiori v. *πόλιν* ad inferius idem vocabulum delapso, interiecta praetervidisse. Videantur autem haec ferme deficere: — *ἔχοντος ἐμοῦ τὴν πόλιν, ἐπὶ τῷ* [vel, quod idem est, *ἐφ' ᾧ*] *τὰ ἑαυτῶν ἑκάστους ἔχειν, νῦν δὲ καὶ τῇ στήλῃ προσεγγράψαντες τὴν πόλιν. qui non solum tum temporis, me Amphipolim tenente, pacem mecum ea lege contraxeritis, ut, quae quisque cum maxime teneret, ea sibi haberet atque servaret, sed etiam nunc nomen Amphipoleos insculpseritis tabulis foederis, ut civitatis mecumque vobiscumque foederatae, conditionibus iisdem, quibus reliquas.* REISK. Satis operose Reiskius. Sed multo lenior ratio suppetit. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 165. v. 6. *ἔχοντος ἐμοῦ — συμμαχίαν*] In indice Lambini sic est: *γρ. ἔχοντος ἐμοῦ τὴν πόλιν, κᾆτα συμμαχίαν*. REISK. *ἔχοντος δ' ἐμοῦ τὴν πόλιν καὶ τὴν συμμαχίαν* Auger., lectore non monito. Lambiniani indicis scriptura vera est sensumque loci ita

expedit, nihil ut remaneat difficultatis. τότε μὲν et κάτα inter se opponuntur: ubi ne quem offendat καὶ positum post μὲν, meminerit, Graecos liberrime uti his particulis, quoties solam vim habent copulandi: ut nunc δὲ referatur ad antecedens τε, de quo v. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 192. s., nunc τε s. καὶ ad antecedens μέν. Cum nostro loco conf. Sophoclis Trachin. 691. 3. Br. ἔχρισα μὲν — κἄθηκα —. SCHAEFER.

P. 165. v. 7. ἑτέρα] Abest a Paris. secundo et Aug. secundo. REISK.

P. 165. v. 8. ταύτης — τῆς —] Sic pronomen demonstrativum frequentissime ponitur, explicatione eius eodem in casu omninoque eadem in syntaxi statim ita sequente, ut ipsum redundare videatur *). Conf. not. ad p. 116, 28. SCHAEFER.

P. 165. v. 11. τρίτον — προσηκόντων] Anecd. Bekk. p. 120, 12.: Ἀμφισβητῶ: γενικῇ. ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ **)· „τρίτον συγχωρηθείσης ὑφ' ὑμῶν τῶν εἰθισμένων ἀμφισβητεῖν καὶ οὐθὲν ***) ὑμῖν προσηκόντων." SCHAEFER.

P. 165. v. 13. ὡς δὲ προϋπαρχόντων — κακοποιουντων] Ad προϋπαρχόντων subaudi ὑμῶν χειρῶν ἀδίκων. *His itaque sumtis, vos inimicitiarum ultro fecisse initium, a me nil provocatos, tum hanc maxime ob causam impetum in me fecisse, quod ego ultra, quam par esset, cavissem vos lacessere, denique vos nullum iniuriarum genus, quod in potestate vestra sit, reliquum vobis facere ad me vexandum* —. Ad haec tria participia, προϋπαρχόντων et ἐπιτιθεμένων et κακοποιούντων, addet lector attentus tacita cogitatione ὑμῶν: nam alias praedicata haec subiecto carerent. REISK.

P. 165. v. 16. διαλήψομαι περὶ τῶν καθ' ὑμᾶς] S. πραγμάτων ἢ διαφορῶν. *distinguam vel diiudicabo res vestras*, hoc est, transigam controversiam et litem decidam. Conferant studiosi quaedam loca Panegyrici Isocratis et Archidami cum hac epistola, ubi illic de iure principatus et Messenae, hic Amphipoleos agitur. WOLF.

Clausula in Bavarico est haec: ἐπιστολὴ Φιλίππου. ⟡ (hoc est sexies deni versus, 60). REISK.

---

*) Ad nostrum sensum vere redundat, non item redundabat ad sensum Graecorum, qui, quo erant etiam in communi vita orationis vigore, demonstrativarum usu vocum mire luxuriabantur. SCHAEFER.

**) *Λόγον* Grammaticus dicit hanc Epistolam. V. Reisk. ad p. 158, 17., ubi de clausula Orationis antecedentis in libro Bavarico narrat. SCHAEFER.

***) Forma posterioris Graecitatis. V. Ind. Graec. ad Porsoni Medeam p. 134. b. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 165. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΙ*] Incipiunt hinc Demosthenis *συμβουλευτικοί*. Primae orationi hoc de genere, quae est *περὶ συντάξεως*, praefixus est hic titulus in Augustano, *Δημοσθένους συμβουλευτικοὶ*, in plurali numero. Pertinet enim hic titulus non ad solam istam orationem, sed ad totam hanc suasoriarum classem, quae cum hac oratione reliquas etiam quatuor insequentes a p. 165. ad p. 220. complectitur: unde in titulo quoque *συμβουλευτικοὶ* dedi pro *συμβουλευτικὸς* et *ἤτοι* delevi. In Bavarico titulus sic erat conceptus: *συμβουλευτικοί.* [item in numero plurali.] *περὶ συντάξεως.* Aldina Tayl. titulum sic dat: *Λιβανίου ὑπόθεσις τοῦ περὶ τῆς συντάξεως συμβουλευτικοῦ λόγου.* REISK. Titulum hunc generalem Bekkerus*) omisit. SCHAEFER.

ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM ORATIONIS DE CONTRIBUTIONE.

P. 165. v. 2. *γὰρ*] *δὲ* Bavar. REISK.

P. 166. v. 1. *παρελθὼν ὁ Δημοσθένης πείθει*] *πείθει παρελθὼν ὁ Δημοσθένης* appendix Francofurtana. REISK.

P. 166. v. 1. *συνταχθῆναι*] Post *συνταχθῆναι* addunt Parisinus quintus et Aldina Taylori *τε.* REISK. Encliticam adscivit Bekker. SCHAEFER.

P. 166. v. 3. *Ἑλλήνων*] *Ἑλληνικῶν* Aldina Taylori, Paris. secundus et quintus. REISK.

P. 166. v. 4. *τῶν*] Post *τῶν* addit margo Lutetianae *παρὰ*, tacito auctore. Quod si admittatur, Wolfius censet legendum *τῶν παρὰ τοῖς πάλαι δεικνύς.* Aldina Taylori sic dat: *ταπεινότερα τὰ παρὰ τῶν παλαιῶν.* REISK. Praepositionem qui addiderunt, videntur sic legisse: *παρὰ τὰ τῶν παλαιῶν.* Hoc ego quidem non spernam: est enim constructio paulo reconditior dignaque Rhetore captante exquisitiora. SCHAEFER.

*) Cum huc pervenissem commentando, Seidlerus Oxoniensem Demosthenis editionem a viro egregio curatam mihi benevole transmisit. Praestabo igitur quod p. 609. recepi me facturum, in Appendice suppleturus quae ad criticen in antecedentibus Orationibus Epistolaque quae Philippi dicitur spectantia enotare illinc non licuit. SCHAEFER.

ANNOTATIONES AD ORATIONEM DE CONTRIBUTIONE*).

P. 166. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ Ο ΠΕΡΙ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ ΛΟΓΟΣ* **)] *Σύνταξις* apud Isocratem *tributum*, *τὰς συντάξεις διδόναι*: quo nomine Graeci, profligato Xerxe, eam pecuniam vocabant, quam pro defensione Graeciae a barbaris pendebant Atheniensibus, repudiato nomine *τῶν εἰσφορῶν καὶ φόρων*. Grammaticis est *apta consecutio verborum*. Alias, *quicquid ordine fit et apte*, *σύνταξις* dicitur. Ego inscriptionem eo minus *de ordinanda republica* vertere sum veritus, quod 3. Olynthiaca de his ipsis theatralibus pecuniis agens, *τὴν ἀταξίαν*, inquit, *ἀνελὼν εἰς τάξιν ἤγαγον τὴν πόλιν, τὴν αὐτὴν τοῦ λαβεῖν, τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ δικάζειν, τοῦ ποιεῖν τοῦθ', ὅ τι καθ' ἡλικίαν ἕκαστος ἔχει καὶ ὅτου καιρὸς εἴη, τάξιν ποιήσας*: quod certe non est aliud, quam ordinare rempublicam. Budaeus *descriptionem in classes civium tributa conferentium* interpretatur. WOLF. Titulus in editione Morellana huic orationi praefixus hic est: *Δημοσθένους συμβουλευτικὸς ἤτοι ὁ περὶ συντάξεως λόγος*. unde secundum et tertium vocabulum expunxi. Non enim unam solummodo consultoriam vel suasoriam scripsit Orator, sed plures, neque haec de contributione sola ex hoc genere superest, sed quinque insequentes orationes usque ad illam pro corona sunt suasoriae vetustisque in libris Demosthenis *οἱ συμβουλευτικοὶ* appellantur: cuius de nominis convenientia nunc non disputabo. *σύνταξις* universe census omnis est, seu imperatus, seu condictus, sive numarius, sive etiam modus operae in corpore praestandae in functione munerum pro salute patriae obeundorum. Hic loci usurpatur pro pecuniaria contributione seu censu collaticio, civi cuique pro modo fortunarum indicto, quae pecunia militi conscripto aut conscribendo in manus daretur, unde sibi vestem, arma, commeatum compararet. REISK. Non esse Demosthenis hanc Orationem satis, opinor, nunc constat. F. A. Wolfius Prolegom. ad Leptin. p. LXXIV.: „Si quid video, Oratio, quae inscribitur *περὶ*

---

*) Verius, Wolfio praeeunte, *de republica ordinanda*, quomodo vulgo citatur, e. c. in Ind. Reisk. p. 618. 621., a Piersono ad Moer. p. 11. a. et a Lennepio ad Phalar. p. 214. a. Sic etiam Libanius intellexit. V. Argument. Conf. p. 167, 6. 168, 22. ss. et alibi. SCHAEFER.

**) Bekker. nihil nisi hoc: *ΠΕΡΙ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ*. SCHAEFER.

συντάξεως, seu de Republ. ordinanda, Demosthenis non est, sed ex aliis eius, maxime Olynth. III. et Aristocratea ab aliquo Declamatore consutis pannis confecta." Pro suppositicia habuerunt etiam Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 70. 220. 238. 475., Weiskius de Hyperb. I. p. 16., Rüdigerus de Can. Philipp. p. 7., Bekkerus. SCHAEFER.

P. 166. v. 1. τοῦ παρόντος ἀργυρίου] Praesens pecunia est ἕτοιμον ἀργύριον, *baar Geld. De hac pecunia.* WOLF. παρόντος non improbo. Suspicor tamen de περιόντος. *De pecunia redundante:* quae cum redisset reipubl. post detracta necessaria impendia supermanet, *überschiest; der Cassenbestand; was nach Abzug aller Ausgaben noch in der Casse übrig und vorräthig bleibt.* REISK. Vulgata recte habet. Mox v. 13. τἀργύριον — τοῦτο, περὶ οὗ βουλεύεσθε. SCHAEFER.

P. 166. v. 2. ποιεῖτε] αὐτοὶ ποιεῖτε Aug. primus, sed sic, ut αὐτοὶ in margine esset scriptum, verumtamen ab eadem antiqua manu, ut inserendum. Non videtur quicquam hic addendum. Si quid tamen sit, potius videatur ταύτην convenire. REISK. ποιεῖσθε Bekker. Vere. ποιεῖν ἐκκλησίαν, *populum in concionem cogere;* ποιεῖσθαι ἐκκλησίαν, *in concione esse*, ἐκκλησιάζειν, βουλεύεσθαι. Discrimen hoc videtur Wolfium fugisse. V. not. ad p. 167, 6. SCHAEFER.

P. 166. v. 3. ἐπιτιμήσαντα τοῖς νέμουσι] Anecd. Bekk. p. 136, 14. sic scripta citant: ἐπιτιμήσαντα τοῖς νέοις. SCHAEFER.

P. 166. v. 3. τοῖς νέμουσι καὶ διδοῦσι] Puto συνωνυμίαν ἢ παράλληλον εἶναι. Si esset τοῖς νεμομένοις, hoc de populo intelligerem: τοῖς διδοῦσι de tribunis plebis. WOLF.

P. 166. v. 3. τοῖς νέμουσι καὶ διδοῦσι τὰ κοινὰ] τοῖς νέμουσι τὰ κοινὰ καὶ διδοῦσιν Aug. primus. REISK.

P. 166. v. 8. σκοποῦντες] Scilicet τὰ πράγματα. WOLF.

P. 166. v. 10. ὡς — χρείας — ἔχουσιν] Sicut οὕτω γνώμης ἔχω. Supra, τινὰ ἐν χρείᾳ εἶναι τοῦ λαβεῖν, id est, χρείαν ἔχειν, δεῖσθαι. WOLF.

P. 166. v. 11. καὶ] F. ἤ. SCHAEFER.

P. 166. v. 11. περιουσίας] Vide ne scribendum sit παρουσίας, quod ex hac Oratione citavit Photius c. 292., coll. not. ad p. 168, 6. Eodem modo Plato Comicus: ὡς καὶ νῦν ἔχομεν παρουσίας. V. Porson. ad Euripid. Med. p. 35. ed. Lips. tert. SCHAEF.

P. 166. v. 11. εἰσηγησαίμην] ἡγησαίμην Aug. secund. REISK.

P. 166. v. 12. ἀντείποιμι] ἂν ἀντείποιμι appendix Francof. REISK.

P. 166. v. 15. τὸ δ' ἔθος μέγα] Sic Plato: *Ut delictum parvum sit, at parva non est peccandi consuetudo.* WOLF. Post vocabula τὸ δ' ἔθος μέγα videntur deesse haec, διὰ τὸ βλάβος. *at con-*

suetudo est res gravis, magni momenti, serio pensitanda, propter noxiam cum ista consuetudine coniunctam. REISK. Nihil excidit. SCHAEFER.

P. 166. v. 17. *κατασκευάσεσθε*] Pro *κατασκευάζεσθε κατασκευάσεσθε* reperi. OBSOP. *κατασκευάζεσθε* Paris. primus, Aldus. *κατασκευάσαισθε* Aug. primus, idemque videtur etiam Aug. secundus voluisse, qui *κατασκευάσασθε* dedit. REISK.

P. 166. v. 17. *οὐ βλάψετε*] *οὐδὲν βλάψεσθε* Paris. primus, Aldina Taylori. *βλάπτεσθε* Aug. primus. S. Fabricius seu H. Wolfius melius iudicat *βλάψαιτε* et *ὠφελήσαιτε.* REISK. *οὐδὲν* non displicet. SCHAEFER.

P. 167. v. 1. *ἡ ἑορτὴ*] Vulg. *ἑορτή. ἡ ἑορτὴ* Felicianea. Articulum addidi: non enim ludi seu dies festi quicunque, sed peculiariter Liberalia, *τὰ Διονύσια*, designantur. REISK. Articulum omisit Bekker. Recte, ut puto: Orator enim in universum loquitur. Sensus: *si vero et dies festi et quaevis alia occasio facient idoneum praetextum capiendae pecuniae.* SCHAEFER.

P. 167. v. 2. *τοὺς λόγους*] Id est *τὰς παραινέσεις. ne adhortationes quidem faciendi ea, quae praeterea fieri par est, meris verbis conceptas, neque ultra verba procedentes, nullamque vim, nullam necessitatem admoventes, auribus accipere sustinetis.* REISK. Plus significatur. V. v. 6. S. SCHAEFER.

P. 167. v. 4. *νομίσητε*] Id est *ὕστερον νομίσητε, postmodum vobis videamini.* REISK. Non opus subaudiri *ὕστερον*, cum praecesserit *μήποθ'*, *ne quando.* SCHAEFER.

P. 167. v. 4. *θορυβήσητε*] *θορυβῆτε* Aldus, unde etiam *θορυβήσατε* et *θορυβήσαιτε* poterat effici. *θορυβήσετε* dat Aug. secundus. REISK. *θορυβεῖν*, alibi de assentientium plausu usurpatum, h. l. significat *reprobantem obstrepere.* Sic p. 60, 27. *καί μοι μὴ θορυβήσῃ μηδεὶς, πρὶν ἂν ἀκούσῃ.* Infra p. 170, 5. *ὅπως δὲ μὴ θορυβήσῃ μοι μηδεὶς, πρὶν ἂν ἅπαντα εἴπω.* SCHAEFER.

P. 167. v. 5. *τῷ*] *τοῦ* Paris. quintus. REISK. Hoc recta ducit ad scripturam genuinam. Orator enim dedit: *ὡς περὶ τοῦ λαβεῖν* —. Iam, ut fieri adsolet in comparationibus, ad amussim respondent quae sequuntur: *οὕτω καὶ περὶ τοῦ συνταχθῆναι* —. SCHAEFER.

P. 167. v. 6. *ἐκκλησίαν ἀπεδώκαμεν*] Observentur modi loquendi: *ἐκκλησίαν ἀποδοῦναι, ποιεῖν ἢ ποιεῖσθαι, συνάγειν, συλλέγειν, γίνεσθαι, εἰς ἐκκλησίαν ἀναβῆναι.* WOLF. Intelligenda concio, coram qua haec Oratio haberi fingitur. SCHAEFER.

P. 167. v. 6. *καὶ*] Abest a Paris. primo et Aug. primo. REISK.

P. 167. v. 7. *ἀποδοῦναι*] *παραδοῦναι* Aug. secundus. REISK.

P. 167. v. 11. *μὴ τὸν δεῖνα — τί πράττει*] Antiptosis Graeca pro *μηδὲ πυνθάνησθε, τί ὁ δεῖνα πράττει.* Sic Terentius saepe. WOLF.

P. 167. v. 12. τὰ μὲν προσιόντα] τὰς προσόδους, τὰ προσοδευόμενα χρήματα. WOLF.

P. 167. v. 12. προσιόντα] προσόντα appendix Francofurt., Aldina Taylori. REISK.

P. 167. v. 13. παραναλίσκετε] Vulg. προσαναλίσκετε. παραναλίσκετε Aug. primus. Hoc praetuli. *insumitis in res frivolas, in nugas, vertändelt, versplittert.* REISK.

P. 167. v. 15. λαμβάνειν — τὸ ἴσον] Ubi Aldus legit λαμβάνειν ὑμᾶς φημὶ τὸ ἴσον, comperi deesse verbum ad hunc modum, λαμβάνειν ὑμᾶς φημὶ χρῆναι τὸ ἴσον ἕκαστον, plane ad sensum verborum necessarium. OBSOP. Consentit h. l. Aldina mea cum vulgata. Obsopoeus tamen haec annotavit: „—." Haec ille, dubium relinquens, ista *), quae addit, unde habuerit, de suone, an e Pannonico libro, an aliunde. Male me profecto saepissime habet ille maiorum mos pessimus, quem satis mirari non possum, unde exstiterit, tam conturbate, tam obscure, tam infinite et loquendi et agendi: unde non possunt non dubitationes erroresque et plurimi et gravissimi enasci. REISK. Non laudo illum morem maiorum, sed unde exstiterit intelligere mihi videor. Partim enim graviora habebant quae agerent, non solis illi verbis intenti, sed rebus satis exerciti, partim ea tunc erat litterarum antiquarum conditio, quae nostram μικρολογίαν nec requireret nec pateretur. SCHAEFER.

P. 167. v. 16. ὑμᾶς φημὶ χρῆναι] Post ὑμᾶς aut φημὶ aut χρῆναι videtur deesse τούτων. REISK. Non deest. SCHAEFER.

P. 167. v. 16. τοὺς μὲν ἐν ἡλικίᾳ] οἱ ἐν ἡλικίᾳ sunt iuvenes, quorum militaris est aetas. Unde Ovidius: *Quae bello est habilis, Veneri quoque convenit aetas. Turpe senex miles, turpe senilis amor.* WOLF.

P. 167. v. 16. στρατιωτικὸν] Scil. ἀργύριον. *velut in mercedem operae militaris, quam corpore quisque suo in castris praestat.* REISK. Bene Reiskius *velut.* Est enim haec constructio de genere earum, quas vulgo, sed sine causa, supplent subaudiendo particulam ὡς. SCHAEFER.

P. 167. v. 17. τοὺς δ' ὑπὲρ τὸν κατάλογον] emeritos, rude donatos, qui annum aetatis 45. excesserunt. WOLF.

P. 167. v. 17. ἐξεταστικὸν] Quasi dicas *inquisitivum.* ἐξετασμὸν Hesychius κρίσιν καὶ ἐρώτησιν interpretatur, id est, *iudicium et quaestionem.* Tertiae Olynthiacae peroratio, quam modo citavimus, locum hunc declarat. Sic igitur τὸ ἐξεταστικὸν verti, ac si δικαστικὸν esset: quamvis plura complectatur, omnia nimirum publica munera, quae in toga possunt administrari. WOLF. Proponit hoc nomen, ut, si placeat, non male conveniens pecuniae illi, quam auctor est dari civibus stipendia emeritis, quibus per aetatem venia est munium castrensium, ὑπὲρ τοῦ ἐξετάζειν,

*) Obsopoeus de solo verbo χρῆναι loquitur, quod videtur in Pannonico reperisse. SCHAEFER.

pro opera ab ipsis navanda, ut videant et quaerant, num iuniores, quorum sors est in castra exeundi, aut in urbe vigilias et stationes obeundi, fungantur muniis competentibus; num vices exeuntium in castra et illinc in urbem redeuntium rite alternent; num, quorum nomina in codicillis scripta sunt, ut actu militantium, omnes reapse militent, an sint, qui gratia, precibus, pecunia subterfugerint molestias laborum castrensium domi latitantes; num militantes idonei sint arma ferre, num armis iisque idoneis instructi aliisque rebus ad agendum sub pellibus necessariis. Haec enim agebant, haec curabant, de his ad S. P. Q. referebant sic dicti ἐξετασταὶ seu exploratores, revisores. REISK. V. Boeckh. de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 315. SCHAEFER.

P. 167. v. 20. καὶ] Abest ab Aug. primo. REISK.

P. 167. v. 21. ἀπὸ τούτων] Scilicet τῶν χρημάτων. *ab hac pecunia collaticia, ab hac contributione, quam ut vobis ipsi imponatis, auctor ego vobis sum.* REISK. Non sola pecunia illa intelligitur, sed τὰ προσιόντα τῇ πόλει πάντα. SCHAEFER.

P. 167. v. 21. ἵν' ἅμα τ' εὐπορῆτε] Vulg. ἵν' εὐπορῆτε. ἵν' ἅμα τε εὐπορῆτε Paris. secundus cum γρ. item margo Bavarici cum γρ., nam vulgata in eius texto est. REISK. ἅμα τ' uncis inclusit Bekker. Orator si addidit, (et suspicor eum addidisse,) constructio ita est expedienda, ut ostendi in Ind. ad Poët. Gnom. p. 366. s., nec cogitandum de encliticae transpositione. Haec cum alios olim habuisset patronos, nuper nacta est Hermannum defensorem, cuius hanc legas notam ad Sophoclis Philoct. 454.: „τὲ non semper suo loco poni, satis notum, ostenderuntque Schaeferus in Indice ad poes. gnom. h. v. et Meinekius Cur. crit. p. 10." Meinekius ostendere conatus est*): ego alia omnia docui; ut Hermanno fuerim non citandus ut testis, sed confutandus ut adversarius. SCHAEFER.

P. 167. v. 23. μὴ] μὴ etiam in texto Bavarici est, sed margo dat γρ. δὴ τοιαῦτα οἷά περ. REISK.

P. 167. v. 23. ταῦτα, ἅπερ] οἷάπερ Parisinus primus et quintus. τοιαῦτα, οἷάπερ Parisinus secundus, Aug. primus, Ba-

---

*) „Omnem" inquit „dubitantibus scrupulum eximent poetarum loci. Aristoph. Lysistr. 1159. τί δῆθ', ὑπηργμένων τε πολλῶν κἀγαθῶν. Aeschyl. Pers. 1051. ἡμεῖς δ' ἅμα τῷδ' ὥσπερ τε πόλις καὶ τὸ δίκαιον ξυνεπαινεῖ. — Theognis 1101. Br. ἐλπίδι τε πρώτῃ καὶ πυμάτῃ θυέτω." Theognideum locum, ad quem, quod vehementer miror, ne Bekkerus quidem offendit Meinekiana laudans, haec disputanti eripuisse mihi videor emendatione tam leni, ut lenior cogitari non possit. V. not. ad Theognid. v. c. p. 73. De Aeschyleo, qui non est Pers. 1051., sed Sept. c. Theb. 1075. s., dixi Ind. cit. p. 367. a. Restat Aristophanicus, quo Meinekius non magis uti debuit; corruptus est enim, oportetque corrigi: ὑπηργμένων γε πολλῶν κἀγαθῶν. Quod vidit etiam Dindorfius Commentar. in Aristophan. T. VI. p. 237. SCHAEFER.

varicus. In Aldina Taylori ad solum *ταῦτα* video adscriptum *τοιαῦτα*, nil practerea. REISK. *τοιαῦτα οἷάπερ* Bekker. Vulgata magis placet. SCHAEFER.

P. 167. v. 23. *νυνὶ*] *νῦν* Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 167. v. 23. *συμβαίνῃ*] Pro *συμβαίνει* malim *συμβαίνῃ*. Quod sequitur, *τοὺς στρατηγοὺς κρίνητε*, est *ἐξηγητικόν*. Ante *καὶ περίεστιν* v. 24. colon ponendum. Ego enim *ἵνα συμβαίνει καὶ περίεστιν* pro *ἵνα συμβαίνῃ καὶ περιῇ* scribere non ausim. Potest etiam *ἐλλειπτικῶς* accipi: *ἵν' ὑμῖν μὴ ταῦτα* (scilicet *γένηται*: sequitur enim *ἀλλὰ τί ὑμῖν γένηται*; v. 25.), *ἅπερ νυνὶ συμβαίνει· ἵνα τοὺς στρατηγοὺς κρίνητε*. WOLF. Vulg. *συμβαίνει*. *συμβαίνῃ* Aug. primus et secundus: et id mavult Wolfius quoque, et annotatum est item in appendice Francofurtana cum *forte*. REISK.

P. 167. v. 23. *τοὺς στρατηγοὺς*] Haec verba omitti nescio quo in libro quibusve in libris, testatur index Lambini. REISK.

P. 167. v. 24. *κρίνετε*] Vulg. *κρίνητε*. *κρίνετε* Aug. primus, Bavar. Praetuli *κρίνετε* in indicativo. Videtur olim in libris fuisse ad hunc modum: *ἅπερ νυνὶ, συμβαίνῃ. τί δὲ συμβαίνει; Ecquid autem evenit? Nempe* (respondet ipse sibi) *τοὺς στρατηγοὺς κρίνετε, imperatores vestros*, e castris revocatos, successoribus ante tempus missis, aut, expeditione finita, domum reversos, *ad iudicium vocatis*. REISK. Non persuadet. SCHAEFER.

P. 167. v. 24. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* P. Manutius. REISK.

P. 167. v. 24. *Ὁ δεῖνα — εἰσήγγειλεν*] Locum hunc citat Thomas M. v. *ὁ δεῖνα* p. 644. REISK. Citat ex Oratione de Corona: falso. SCHAEFER.

P. 167. v. 24. *Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸν δεῖνα*] *Ille nescio quis, filius nescio cuius, illum nescio quem. ὁ δεὶς* vel *ὁ δεῖνα* loco proprii nominis ponitur, quod exprimere aut nolumus, aut non possumus. Latinis erit hoc intellectu facilius, si propria substituas, exempli gratia: *Αἰσχίνης ὁ Ἀτρομήτου Κωθοκύδης γραφὴν παρανόμων ἐπήνεγκε κατὰ Δημοσθένους τοῦ Δημοσθένους Παιανιέως*, hoc est, *Aeschines Atrometi filius Cothocydes violatarum legum reum fecit Demosthenem Demosthenis filium Paeaniensem*. WOLF.

P. 167. v. 26. *γένηται*] Hic coniunctivus cum sequentibus, *ὦσιν, ἄγωσι καὶ φέρωσι, ὁρῶσιν, ποιῶσι*, pendent ab antegresso *ἵνα*. Notabilis constructio propter cohaerentiam per interiecta *τοὺς στρατηγοὺς κρίνετε κ. τ. λ.* solutam. SCHAEFER.

P. 167. v. 26. *τὰ αὐτὰ*] *ταῦτα* Paris. primus. REISK. *ταὐτὰ* dare debuit. SCHAEFER.

P. 167. v. 27. *ὑμῖν*] Vulg. *ἡμῖν*. *ὑμῖν* Paris. primus, secundus, quintus, Aug. primus et secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 167. v. 27. *τε*] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 168. v. 1. ἀφ' ὧν αἱ μὲν ὠφέλειαι κ. τ. λ.] Similia in Pseudophalaridis Epist. LXIX. cum h. l. contulit Lennepius p. 214. a. SCHAEFER.

P. 168. v. 5. συμμάχους καὶ φίλους] Prima duo vocabula absunt ab Aug. primo et Parisino primo. Postremo praefixum habet articulum τοὺς Parisinus quintus. REISK. συμμάχους καὶ omisit Bekker. Sic oratio fit aliquanto concinnior. SCHAEFER.

P. 168. v 6. παρουσίαν] Citat h. l. Harpocration. Sed is aut errore oculi memoriaeve deceptus παρουσίαν cum περιουσίαν commiscuit, aut alias locum secius interpretatus est, de quo iam Valesius suspicatus est. REISK. Conf. not. ad p. 166, 11. SCHAEF.

P. 168. v. 7. ἄνευ γὰρ] καὶ ἄνευ Paris. primus, Aug. primus, Aldus. Utramque lectionem copulatam dat P. Manutius sic: καὶ ἄνευ γὰρ τοῦ. In appendice Francofurtana sic est: „ἄνευ γὰρ τοῦ, vel ἄνευ τοῦ καὶ πρὸς." REISK. καὶ ἄνευ Bekker. SCHAEFER.

P. 168. v. 7. πολέμους — συμφέρειν] Lege πολέμους et συμφέρειν, in accusativo et infinitivo. Vel: καὶ ἄνευ τοῦ, ὅτι — συμφέρει. WOLF. Vulg. πολέμου et συμφέρει. πολέμους editio Wolfii, index Lambini. Docta nescio quae manus in Aldino, quo utor, etiam ς fini vocabuli appinxit. Correxi πολέμους et συμφέρειν, qui infinitivus aptus est ex ἄνευ τοῦ. REISK.

P. 168. v. 10. ἔχειν ὑμῖν] Invertit Aug. primus. REISK.

P. 168. v. 11. ἔχει] ἔχῃ Aug. primus. REISK.

P. 168. v. 11. λόγος οὗτος] Vulg. λόγος. Post λόγος addunt οὗτος Paris. primus, Aug. primus, Aldus, P. Manut. edit. Wolfii. Sed vulgatam dat appendix Francofurtana. οὗτος addidi. ἄλλος ἂν ἦν λόγος οὗτος significat hoc: adversariorum oratio, hortantium vos desidiae indulgere, nil agere, otiari, esset tum alia futura, quam nunc est, foret tum haud contemnenda, rebus aliter sese habentibus; iam vero, rebus sic se habentibus, ut reapse habent, oratio istaec levis et explodenda est. REISK. οὗτος omisit Bekker. Conf. p. 114, 23. ἄλλος ἂν εἴη λόγος οὗτος. p. 240, 26. ἕτερος λόγος οὗτος. SCHAEFER.

P. 168. v. 11. νυνὶ] Vulg. νῦν. νυνὶ Paris. quintus. REISK. Vulgatam Bekkerus recte revocavit: in talibus enim oppositionibus paragogicae formae locum non esse alibi dicere memini. SCHAEF.

P. 168. v. 12. μὲν ἀξιοῦντε] Consentit vulgatae textum Bavarici, sed margo dat γρ. μὲν ὑμεῖς ἀξιοῦντε. REISK. Pronomen, etiam a Bekkero enotatum e libris, non spernam. SCHAEFER.

P. 168. v. 13. ἐποπτεύσουσαν] Vulg. ἐποπτεύουσαν. ἐφεδρεύσουσαν Paris. primus et secundus. ἐφοδεύουσαν Aldina Taylori et Aug. primus a prima manu, sed erasa priore lectione, quae nescio an ἐφεδρεύσουσαν fuerit. Erat quidem ἐφ sine rasura clare cernere. Fabricio haud placet ista lectio, ἐφοδεύουσαν. In Weimarano est ἐποπτεύσουσαν (in futuro), item in texto Bavarici.

Sed huius margo dat γρ. ἐφεδρευσουσαν. In appendice Francofurtana annotatae sunt hae duae lectiones, ἐποπτευσουσαν et ἐφοδευσουσαν. Praetuli ἐποπτευσουσαν (in futuro), *inspecturam*, h. e. gubernaturam. Licet quoque ἐφοδευσουσαν probare, *partes veluti circitorum acturas copias, obituras vigilias omnes*. REISK.

P. 168. v. 13. φυλάξουσαν] φυλάξασαν Paris. primus. REISK.

P. 168. v. 15. παρασκευάζεσθε] Pro παρασκευάζεσθε reperi κατασκευάζεσθε. OBSOP. κατασκευάζεσθε Paris. primus, secundus, quintus, Aug. primus, appendix Francofurtana, index Obsopoei, Bavaricus, sed hic cum vulgata superscripta. In Aldina Taylori sic est: οὔτε κατασκευάσασθε (sic) οὔτε κατασκευάζεσθε. REISK. κατασκευάζεσθε Bekker. Verissime: tales enim oppositiones diversa composita, etiamsi congruant significati ne, non ferunt, siquidem scriptores studiosi sunt concinnae gravisque orationis. V. not. ad p. 100, 17. Reiskius autem quid sibi voluerit Ind. Graec. p. 383., parum perspicio. SCHAEFER.

P. 168. v. 16. ἐρημίας ὑμῶν] ἐγκαταλειφθεὶς ὑφ' ὑμῶν, *desertus a vobis*. Hoc malo, quam ἠρεμίας, ut quadret πρὸς τὸ ἐποπτεύειν καὶ φυλάττειν. WOLF. γρ. ἠρεμίας Paris. secundus et quintus, Aug. secundus, Aldus et index Aldi, qui vulgatam dare voluisse videtur, item index P. Manutii. Vulgatam dat Bavarici textum, alteram margo eiusdem cum γρ. ἐρημίας, *in solitudine*, utpote a vobis, qui socii eorum vultis haberi, deserti. Dorvillius ad Chariton. p 348. [p 411. ed. Lips.] lectionem ἠρεμίας praefert. Uti cuique suo sensu licet. Vulgatam equidem cur asperner, causam nullam video. REISK. ἠρεμίας Bekker., quod aliquanto melius congruit adiuncto ἡσυχίας. V. Dorvill. l. c. SCHAEFER.

P. 168. v. 16. ὁ Μιτυληναίων δῆμος] Hinc Isocratis epistola τοῖς Μιτυληναίων ἄρχουσιν, οὐχὶ δὲ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, inscribitur. WOLF. V. p. 195, 2. SCHAEFER.

P. 168. v. 16. Μιτυληναίων] Μυτιληναίων Bekkerus. V. Tzschuck. ad Pomp. Mel. II. 7. 4. SCHAEFER.

P. 168. v. 17. ἐχθρός γε ὢν ἡμῖν] Sic etiam textum Bavarici, sed margo dat γρ. ἐχθρός γ' ἡμῶν. REISK.

P. 168. v. 20. τῆς προαιρέσεως] Subaudi αὐτῶν. *illam ipsam ob metam, ad quam principatus paucorum contendunt*. REISK.

P. 168. v. 22. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. secundus, Aug. secundus, Bavaricus. REISK.

P. 168. v. 22. τὴν αὐτὴν] Post τὴν αὐτὴν videtur πάντων deesse. id est, πάντας δεῖν κατὰ σύνταξιν λαμβάνειν τε τὰ προσήκοντα καὶ αὖ πάλιν ποιεῖν τὰ προσήκοντα, *omnes oportere, pro rata quemque, convenientia pensa et mercedum auferre et operarum conferre ex condicto seu formula normave imperata et publico*

consensu probata. REISK. Non deest. Subaudi, si placet, ὑμῶν s. ὑμῖν. SCHAEFER.

P. 168. v. 23. καὶ πρότερον] Philippica prima puta. REISK.

P. 168. v. 25. καὶ διεξῆλθον] καὶ abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 168. v. 25. καὶ διεξῆλθον, ὡς ἂν συνταχθείητε κ. τ. λ.] Prima Philippica hac de re agitur. WOLF.

P. 168. v. 26. καὶ εὐπορία] Ante καὶ videtur colon deesse ad hanc fere sententiam: καὶ πάντα τὰ δέοντα ἐν καιρῷ καὶ μετὰ ῥαστώνης (vel ταχέως καὶ ῥαδίως) γενήσεται. *tum non solum agenda omnia tempori et per otium (celeriter atque faciliter) agentur, sed etiam communis ad singulos quosque accedet opulentia.* Sic membra secum bene respondebunt: nam in ἐκτός ἐστε desinit protasis. *docui, taxari, censeri* (vulgo *quotisari*) *si vos patiamini* —, *tum non solum agenda omnia* —. Nam ὡς versu 25. aequipollet τῷ ὅτι, *quod*, et ἂν aequipollet h. l. τῷ ἐὰν, *si.* REISK. Multum errat. ὡς valet *qua ratione*, ἂν autem est, ut vulgo dicunt, δυνητικόν. SCHAEFER.

P. 168. v. 26. ἂν] Omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 168. v. 26. ἅπασι] Abest a Parisino quinto. REISK.

P. 168. v. 27. γένοιτο κοινή] κοινῇ (in dativo) γένοιτο Aug. primus. REISK.

P. 168. v. 27. ἁπάντων παρέσχηκεν] παρέσχεν ἁπάντων Aug. primus. Videtur Aldus quoque varietatis aliquid h. l. e libris suis enotare voluisse: notavit quidem locum asterisco. Sed index eius tacet: quod centenis ei in locis usu venit; id quod hic semel monuisse sufficiat. Quisquis illum confecit indicem, nescio ubi mentem habuerit: tam mirifica et incredibilis illi toti indici et universe vetustioribus Demosthenis editionibus dominatur socordia, perturbatio, ἀκρισία, ἀβλεψία καὶ παραφροσύνη. REISK. παρέσχεν ἁπάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 168. v. 28. καὶ καλῶν καὶ μεγάλων] καὶ μεγάλων καὶ καλῶν Aug. primus. Pro καλῶν in Paris. quinto est κακῶν, crebro errore. REISK.

P. 169. v. 1. τούτων ἁπάντων] Scilicet περὶ ὧν πρότερον ὑμῖν διελέχθην καὶ διεξῆλθον. WOLF. Scil. studium principatus et imperii, τοῦ πρωτεύειν καὶ ὁρίζειν τοῖς ἄλλοις τὰ δίκαια (v. p. 168, 12.), et quae ex iis apta sunt emolumenta atque decora. REISK. Rectius Wolfius: intelligit enim Orator τό τε λαβεῖν καὶ τὸ ποιεῖν ἃ προσήκει. SCHAEFER.

P. 169. v. 1. οὐδενὸς οὐδεὶς] Invertit Aug. secundus. A Paris. secundo abest οὐδείς. REISK.

P. 169. v. 2. τοὺς μὲν] Scilicet δύω ὀβολούς. Nec enim de certo hominum genere intelligendum: etsi omnino verum est,

homines ignavos ne quidem esse pretii duorum obolorum, sed deportandos potius in desertas insulas, si reipublicae non modo conferre nihil, sed aerarium etiam diripere studeant. Idque sapienter animadvertit Antipater, qui, captis Athenis, 23000 *) turbulentorum et mendicorum hominum in colonias deductis, urbeque locupletioribus tradita, reipublicae statum effecit tranquilliorem. WOLF. Scilicet τοὺς δύο ὀβολούς. bini illi oboli, in quos tota civitas furiosa cum contentione fertur, neque nunc sunt plus, neque in aeternum fient unquam plus, quam bini oboli, hoc est vile, contemnendum, pudendum lucellum, de quo non nisi mendicissimi quique inter se contendant. REISK.

P. 169. v. 4. ἃ μετὰ τούτων εἶπον] Pro ἃ μετὰ τούτων, ὧν εἶπον, lege aut τὰ μετὰ τούτων, ὧν εἶπον, aut ἃ μετὰ τούτων εἶπον. WOLF. Vulg. ἃ μετὰ τούτων, ὧν εἶπον. In his abest ἃ a Paris. primo et Aug. primo. Eius loco aut τὰ suffici vult Wolfius, aut ὧν plane tolli. Ab eius editione ὧν exsulat. Loco ὧν dat margo Lessingiani νῦν. Ego vero, videns, postremum articulum, ὧν, orationem perturbare, meo usus arbitrio expunxi, vel, ut, si non verius, minore certe cum invidia dicam, auctore Wolfio, qui non pauca recte vidit in Demosthene. *quae autem adhuc alia agenda et praestanda et providenda tum aiebam, cum negarem me intercedere, quominus sportulam binorum obolorum ferretis, ex iis emolumenta referetis magni regis opibus acquiparanda.* Quaenam illa sunt, quae orator agi et praestari flagitaret? Ipse in continenti exponit, πόλιν, τοσούτους ὁπλίτας ἔχουσαν κ. τ. λ. REISK.

P. 169. v. 4. τῶν] Abest a Paris. secundo et quinto, ab appendice Francofurtana, Aug. secundo, Bavarico, sed in hoc erasa, quaecunque fuit, vetusta lectione et vacuo relicto spatio. REISK.

P. 169. v. 4. ἄξιά ἐστι] ἔστ' ἄξια Aug. primus. γρ. ἀντάξια index Lambini. REISK.

P. 169. v. 5. ἱππέας] ἵππους appendix Francofurtana, Paris. secundus et quintus, Aug. secundus, Bavaricus. REISK.

P. 169. v. 6. τί οὖν — λέγω] τί οὖν ταῦτα νῦν, φαίη τις ἂν, λέγω; Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 169. v. 6. τί οὖν — δεῖν ὑμᾶς —] Sic secundum antecessores meos omnes reddidi. Sed Phryx fui, ut saepe sum, cuius me maiorem in modum piget pudetque. Vix absoluta prelo plagula erat, cum in mentem veniret, sic distinguendum et corrigendum esse: τί οὖν, φαίη τις ἄν, ταῦτα νῦν; Hic desinit hypophora, seu ficta nescio cuius reprehensio, habitu interrogationis convestita. Subauditur λέγεις. *Ecquid autem tu nunc haec*

---

*) Conf. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. VIII. p. 462. Bip. SCHAEFER.

crepas? dicat vel sic occurrat mihi aliquis. Respondet orator: *Haec ille dicit pro sensu suo, et per me dicat licet.* ἐγὼ δὲ τί; *Ego vero quid?* scil. λέγω, *aio, suadeo, inculco.* Haec est sententia per se. Pergit: φημὶ δεῖν ὑμᾶς —. *Aio nempe, vos oportere.* Sic fit oratio strenua, acris, contentiosa, ἐναγώνιος. Nempe non satis tempori incideram in locum, qui huius meae correctionis fundus est, neque satis ad eum attenderam, qui paginae proximae 170. versu 13. legitur. REISK. Vulgatam cum Reiskius servaret, profecto non fecit quod dignum esset Phryge: sed quem ipse finxit orationis habitum, ut faceret ἐναγώνιον, subvereor ne quis dicat decere Phrygem. SCHAEFER.

P. 169. v. 7. ὑμᾶς] ἡμᾶς Bavaricus, sed cum ὑ superscripto. Ad ὑμᾶς addunt αὐτοὺς Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 169. v. 7. ἐπειδὴ τὸ μὲν — δυσχεραίνουσί τινες] Controversia verbi, ut et initio dixi, περὶ συντάξεως καὶ φόρων. WOLF.

P. 169. v. 8. ἅπαντας] πάντας Bekker. SCHAEFER.

P. 169. v. 10. δοκιμάζεται] δοκιμάζετε Aug. primus. REISK.

P. 169. v. 11. προθεῖναι] Pro προσθεῖναι lego προθεῖναι a προτίθημι. WOLF. προσθεῖναι Aldus, appendix Francofurtana, quod Wolfius in annotatt. corrigit ad modum vulgatae, quae iam est in edit. P. Manutii, item Weimaranus. REISK.

P. 169. v. 11. τούτων] τούτου Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 169. v. 12. ἀποφῆνασθαι] ἀποφήνασθαι Bekker. SCHAEF.

P. 169. v. 12. ὡς οὕτως ἔχει] Idem est ac si dixisset οὕτω γὰρ ἔχει, *nam sic se res habet.* REISK.

P. 169. v. 13. καιρὸν] Ad καιρὸν adde νῦν tacita cogitatione ex antecedentibus iterandum. *nam si nunc obsecundetis, arbitrati, rerum harum, quarum auctor sum, agendarum tempus opportunum cum maxime esse.* REISK.

P. 169. v. 13. εἰς χρείαν αὐτῶν ἔλθητε] αὐτῶν εἰς χρείαν καταστῆτε Paris. primus. αὐτῶν ἐν χρείᾳ καταστῆτε Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. αὐτῶν εἰς χρείαν ἔλθητε Bekker. αὐτῶν ἐν χρείᾳ καταστῆτε placet. SCHAEFER.

P. 169. v. 15. ὑπάρξει] ὑπάρχει Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 169. v. 16. δέῃ] δέοι Aug. primus. REISK.

P. 169. v. 17. εἶπεν] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 169. v. 17. πού λέγων] *usquam locorum temporumve prae se ferens,* h. e. nescio quo loco aut quo tempore. REISK. Reiskiana: ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοί, πού λέγων. Vulgo recepta haec ratio est, sed minime ferenda. Recte Bekker. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοί που λέγων, etiam post εἶπεν bene deleto signo commatis. Ubicun-

que enim vocativum sequitur enclitica, non debet post illum interpungi. Euripides Iphig. Aul. 603. σὺ δ᾽, ὦ τέκνον, μοι λεῖπε πωλικοὺς ὄχους. Scribe: σὺ δ᾽ ὦ τέκνον μοι λ. π. ὄ. Pusillum negotium non animadversum quantopere turbaverit clarissimos Tragici Interpretes, Matthiae, vir egregius, ad l. c. docuit. Sed res patet latius. Euripides ibid. 1414. παῦσαί· με μὴ κάκιζε. Scribe: παῦσαί με μὴ κάκιζε. Sic scripsisse veteres cum editor doctissimus probe intellexisset (v. Not. p. 401.), non debuit in textu interpunctionem servare nullo modo tolerandam, ut cui sana ratio adversetur. SCHAEFER.

P. 169. v. 18. τῶν διαῤῥηγνυμένων] *rumpendorum, ex eorum numero, quibus ilia rumpentur.* Innuit divitem aliquem proditorem. WOLF.

P. 169. v. 20. ἡμῖν] ὑμῖν Paris. primus et quintus, Aug. primus. REISK. Aut ὑμῖν probandum, aut etiam ἡμῶν v. 21. et ἡμᾶς v. 23. scribendum. SCHAEFER.

P. 169. v. 21. γέγονε] γέγονεν Bekker. SCHAEFER.

P. 169. v. 21. ὅς] Abest a Paris. primo et quinto et Aug. primo, item a texto Bavarici, sed est in margine. Notatus est hic locus in Aldina asterisco, sed index, quod multo saepissime, tacendo ludit spem inquirentium. REISK. Omisit ὅς Bekker. SCHAEFER.

P. 169. v. 21. ὅταν] ἤδη ὁπόταν Paris. primus, Aug. primus. Sed in hoc ἡμῶν erat in margine, verumtamen ab eadem illa antiqua manu, ut inserendum, adscriptum. ἡμῶν est in Bavarico pro ὑμῶν, tam in texto, quam in margine. Videtur in illo ἤδη νὴ Δί᾽ latere. REISK. ἡμῶν Bekker. V. not. ad v. 20. SCHAEF.

P. 169. v. 22. ἐπήνεσε] Vulg. ἐπαινέσας. ἐπήνεσε Paris. primus, Aug. primus, Ald. Tayl. Praetuli ἐπήνεσε. Nam alias ἐμπλήσας quoque dicendum fuisset atque διασύρας. REISK. Recte praetulit ἐπήνεσε: opponitur enim antegresso διέσυρε. SCHAEFER.

P. 169. v. 23. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. primus et secundus, Aug. primus et secundus, Bavaricus. REISK. ἡμᾶς Bekker. V. not. ad v. 20. SCHAEFER.

P. 169. v. 25. ὑμᾶς] In Bavarico est super versum scriptum. REISK.

P. 169. v. 25. τηλικαῦτ᾽ ἂν — πρᾶξαι ἀγαθὰ] πότερον ὁ Δημοσθένης ἔπραξεν ἂν τὴν πόλιν ἀγαθά; ἢ ἡ πόλις ἔπραξεν ἀγαθά; Vide annotationes Panegyrici. Sequitur mox, scil. p. 170, 1., eodem, ut opinor, sensu: τὸν βουλόμενόν τι ποιῆσαι τὴν πόλιν ἀγαθόν. πράττω ἢ ποιῶ σέ τι ἀγαθὸν, τὸ εὖ ποιῶ σε. WOLF. Iure praefert interpretationem priorem. Conf. v. 20. s. et 28. it. p. 170, 1. s. SCHAEFER.

P. 169. v. 25. οἴομαι] οἶμαι Bekker. Forma contractior praefixa est etiam Wolfianae annotationi. Conf. v. 28. SCHAEFER.

P. 169. v. 26. λέγειν] εἰπεῖν Paris. primus. ὥστ' εἰ νῦν εἰπεῖν ἐπιχειρήσαιμι Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. νῦν εἰπεῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 169. v. 27. μείζοσιν ἢ δυνατοῖς] I. q. μείζοσι τῶν δυνατῶν. Notabilis constructio. SCHAEFER.

P. 170. v. 5. θορυβήσῃ] θορυβήσει Bekker. Vix ausim imitari. SCHAEFER.

P. 170. v. 6. πρὶν ἂν] Vulg. πρίν. πρὶν ἂν Aug. primus, Aldina Taylori. ἂν addidi. REISK. V. Porson. ad Euripid. Med. 222. SCHAEFER.

P. 170. v. 6. ἀνέῳξάν] Vox mitis de re atroci, quales usurpavit plures euphemismus Atheniensium. SCHAEFER.

P. 170. v. 6. τινες πρώην δήπου] δήπου πρώην τινὲς Aug. primus. REISK. Sic Bekker. habetque hunc ordinem Photius haec citans c. 249. πρώην etiam Reiskiana. SCHAEFER.

P. 170. v. 7. τὸν ὀπισθόδομον] *posticum*, *posteriorem domum*. Hanc Suidas partem fuisse dicit arcis Atheniensium, ubi fuerit aerarium, post Minervae templum. Et Aristophanes Pluto: ἱδρυσόμεσθ' οὖν αὐτίκ', ἀλλὰ περίμενε, τὸν Πλοῦτον, οὗπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος, τὸν ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεοῦ. Locus hic de abrogatione status popularis habetur etiam in oratione Midiana. WOLF. Citat h. l. Harpocrat. v. ὀπισθόδομος. REISK. V. Photius c. 249. et Anecd. Bekk. p. 286, 26. SCHAEFER.

P. 170. v. 7. ἅπαντες] Abest ab edit. Feliciani, unde videtur appendix Francofurtana id sumsisse. REISK.

P. 170. v. 7. καταλελῦσθαι] Melius καταλελύσθαι Bekker., cum anceps producatur θέσει, non φύσει. SCHAEFER.

P. 170. v. 8. οὐκ ἔτ'] ἔτ' omittit Aug. primus. REISK. οὐκέτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 170. v. 8. εἶναι, τοιαῦτα, ἔλεγον] Dele subdistinctionem post τοιαῦτα. In Bekkeriana errore, ut opinor, typothetae sic interpunctum: εἶναι. τοιαῦτα ἔλεγον. V. not. ad p. 96, 10. SCHAEF.

P. 170. v. 10. καὶ σκοπεῖτε] Vulg. σκοπεῖτε. σκοπεῖσθε indices Aldi et P. Manutii. καὶ σκοπεῖτε Bavaricus, Aug. secundus. καὶ σκοπεῖσθε Paris. secundus cum γρ. Particulam copulantem addidi. REISK.

P. 170. v. 10. ἂν] *num*, vernacule *ob*. SCHAEFER.

P. 170. v. 12. κώπας] Valckenarius in κωπέας mutandum censuit. V. Sluiteri Lection. Andocid. p. 200. Anecd. Bekk. p. 274, 32. Κωπέας: τὰ ξύλα τὰ ἐπιτήδεια εἰς κώπας νεῶν. V. Valckenar. ad Herodot. V. 23. T. VI. 1. p. 22. Schw. et Boeckh. de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 75. s. Sed κώπας viro egregio cur displicuerit parum intelligo. Mihi quidem magis placet. Atrocius quid remos suffurari quam ligna remis fabricandis. SCHAEFER.

P. 170. v. 12. ὑφείλετο] ἀφείλετο Aug. secundus. REISK.

P. 170. v. 13. ἐβόων] V. not. ad Sophocl. Oed. T. 1287. SCHAEFER.

P. 170. v. 13. λέγοντες] οἱ λέγοντες Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 170. v. 13. καταλύεσθαι τὸν δῆμον] τὸν δῆμον καταλύεσθαι Aug. primus. REISK. Hoc altero ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 170. v. 15. ὑφαιρούμενον] Ad ὑφαιρούμενον addunt τι Paris. primus, Aug. primus. Verba τὸν μὲν ὑφαιρούμενον omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 170. v. 15. ὥσπερ ἐκεῖνοι] Scilicet φασίν. *ut illi aiunt.* WOLF. Scil. ἔλεγον. *ut illi dicebant, qui hunc hominem flagellis caedendum, torquendum, necandum clamabant.* Nisi si ἐκεῖνοι referas ad eos, qui Opisthodomum expilarant. *quemadmodum illi priores digni erant, qui extremo supplicio tollerentur.* Subaudi ὥσπερ ἐκεῖνοι θανάτου ἄξια ἐποίουν. REISK. Prius malim. SCHAEFER.

P. 170. v. 16. τούτων] τοῦτο Bavaricus. REISK.

P. 170. v. 16. πῶς — ὅταν] Adverte, de modo quaeri, responderi de tempore. Hoc non animadversum quam male Reiskium habuerit, v. in not. ad v. 23. SCHAEFER.

P. 170. v. 18. φαύλως ἠγμένοι] Contra τὸ εὖ ἦχθαι. Proba educatio Platoni magnum habet momentum ad virtutem. WOLF. χεῖρον ἄγου p. 1491, 2. SCHAEFER.

P. 170. v. 20. καὶ ἀσύντακτοι] καὶ omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 170. v. 20. τὰ αὐτὰ] τοιαῦτα Paris. primus. REISK.

P. 170. v. 20. γινώσκοντες] γιγνώσκοντες Bekker. SCHAEF.

P. 170. v. 21. ἦτε] Scilic. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *una sitis in concione.* Quamquam in dubio reliquam, sitne potius ἥκητε aut συνίητε legendum, scilic. εἰς τὴν ἐκκλησίαν. REISK. Sana est vulgata, suetam illa continens verbi periphrasin. SCHAEFER.

P. 170. v. 21. ψηφίσησθε] Vulg. ψηφίζησθε. Aug. primus et Bavaricus dant ψηφίσησθε, quod praetuli. REISK.

P. 170. v. 22. ἐπανορθοῦν] ἐπανορθοῖ Aug. primus, Paris. primus, Aldina Taylori. Utrumque dat Bavaricus. REISK. ἐπανορθοῖ Bekker. SCHAEFER.

P. 170. v. 23. παύσεται] παύσηται Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 170. v. 23. τοιαῦτα] γρ. ταῦτα index Lambini. REISK.

P. 170. v. 23. ὃ νυνὶ] ἃ νῦν Paris. quintus. REISK.

P. 170. v. 23. ὃ νυνὶ συμβαίνει] Videtur sic legendum: ὃ νυνὶ θρυλλεῖτε, συμβαίνει. id est, τότε συμβαίνει τοῦτο, ὃ νῦν

θρυλλεῖται, tum contingit id, quod vulgi sermonibus in triviis conteritur: scilic. ὁ δῆμος καταλύεται, *libertas plebis et forma gubernationis popularis, maiestas populi convellitur.* REISK. V. not. ad v. 16. SCHAEFER.

P. 170. v. 25. γε] Abest a Paris. primo et Aug. primo. REISK. Particula recte et ordine additur post ἕτεροι. Male additur in Cod. Bekk. post Δία. Porsonus Adversar. p. 33.: „Post iusiurandum, qualia sunt νὴ Δία, νὴ τὸν Δία, μὰ Δία, οὐ μὰ Δία, νὴ τὸν Ἀπόλλω et cetera huiusmodi, nunquam sequitur particula γε, nisi alio vocabulo interposito." Causa huius positionis satis manifesta est. Enclitica enim post vocem, ad quam refertur, debet collocari: non refertur autem ad formulas illas iurandi. Conf. not. ad Phoeniss. Pors. p. 115. ed. tert. Lips. SCHAEF.

P. 170. v. 27. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. primus. REISK.

P. 170. v. 28. ὑμᾶς] ἡμᾶς P. Manutius. REISK.

P. 171. v. 1. ταῦτα μὲν ὑμῖν τὰ δικαστήρια] ταῦτα μὲν τὰ δικαστήρια ἡμῖν Aug. primus. REISK.

P. 171. v. 2. ἐστὶ κοινὰ] Videtur φυλακτήρια vel tale quid interponendum esse. *novi, haec iudicia iurium civilium vestrorum esse munimenta, propugnacula publica nulli non civium vestrorum communia.* REISK. Nihil excidit. Plene: ταῦτα τὰ δικαστήριά ἐστι κοινὰ δικαστήρια τῶν πρὸς ἀλλήλους δικαίων. SCHAEFER.

P. 171. v. 2. ἐν δὲ τοῖς ὅπλοις] ἐν δὲ τοῖς ἐν τοῖς ὅπλοις Aldina Taylori. Quod hanc potest interpretationem ferre: διὰ δὲ τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις διαγόντων. *per homines in armis aetatem degentes necesse est vos vincere et superiores hostibus fieri.* REISK. Oscitantis librarii iteratio duarum vocum ineptam illam scripturam peperit. SCHAEFER.

P. 171. v. 2. διὰ τούτων] Vulg. τὸ διὰ τούτων. Expunxi τὸ. REISK.

P. 171. v. 3. οὐ γὰρ τὸ ψηφίσασθαι — νικᾶν] οὐ ποιήσει ὑμᾶς νικητὰς τῶν ἐνόπλων ἢ ὡπλισμένων πολεμίων. WOLF. Scilicet secutus est Wolfius vulgatam olim scripturam h. l., de qua v. not. ad v. 5. SCHAEFER.

P. 171. v. 3. τὸ] Abest a Paris. primo et quinto, ab Aug. primo, a Bavarico, ab Aldo et P. Manutio. REISK.

P. 171. v. 5. τοῖς] Vulg. τοὺς. τοῖς Aug. primus. Neque dubito, etiam in Paris. primo sic fuisse. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 171. v. 5. τὸ νικᾶν] Vulg. νικᾶν. τὸ νικᾶν Paris. primus, Aug. primus, appendix Francofurtana. Praetuli τοῖς ἐν τοῖς ὅπλοις [subaudi στρεφομένοις] ποιήσει [id est προσποιήσει, παρασκευάσει] τὸ νικᾶν. *versantibus in armis non consciscet suffragium* [seu suffragandi potestas seu quicquid per plebiscita decretum et iussum fuerit] *victoriam.* Hoc videbatur melius cum insequentibus

ὑμῖν παρασκευάσουσι convenire: nam alias vulgata h. l. vitio caret. REISK.

P. 171. v. 5. κρατοῦντες τοὺς ἐχθροὺς] Supra: ἐν τοῖς ὅπλοις δεῖ κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν. Suidas ait: κρατῶ ἐπὶ τοῦ κυριεύω γενικῇ· αἰτιατικῇ δὲ, ὅτε σημαίνει τὸ νικῶ. Varinus: κρατῶ, τὸ ἐξουσιάζω καὶ τὸ νικῶ, γενικῇ· κρατῶ, τὸ ἅπτομαι καὶ φέρω, αἰτιατικῇ. Exemplum Suidae, μάχας ἐκράτησεν οὐκ ὀλίγας, id est, ἐκράτησε κατὰ τὰς μάχας, *proelia obtinuit non pauca*, est aliud, quam si dicas πολεμίους ἐκράτησεν οὐκ ὀλίγους. In 2. Olynthiaca: πρὶν ἂν τῶν πραγμάτων κρατήσητε. et in Epitaphio: καὶ γὰρ τῶν Ἀμαζόνων ἐλθόντα στρατὸν ἐκράτησαν. hic paulo post: οἱ μετὰ τούτων (τῶν ὅπλων) κρατοῦντες τοὺς ἐχθρούς. ut videatur promiscua esse constructio: nisi forte ἡ ψευδογραφία τοῦ ων καὶ ους ista permisceat. WOLF. V. Anecd. Bekk. p. 151, 4. et Georg. Lecapen. in Matthaei Lectt. Mosqu. T. I. p. 67. s. SCHAEFER.

P. 171. v. 6. τοῦ] Articulum de meo addidi. REISK. Omisit Bekker. Neque opus addi. V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 265. s. Saepius Reiskium male habuit constructio cum solo infinitivo. V. Melet. Crit. p. 81. SCHAEFER.

P. 171. v. 6. ψηφίζεσθαι] Vulg. ψηφίσασθαι. ψηφίζεσθαι Paris. primus, Aug. primus. Infinitivum praesentis praetuli infinitivo aoristi. REISK. Recte: sequitur enim ποιεῖν. SCHAEFER.

P. 171. v. 6. εἴ τι] Vulg. ὅτι. εἴ τι Paris. quintus, quod praetuli. REISK. ὅ τι Bekker. Probo. SCHAEFER.

P. 171. v. 6. βούλεσθε] ἂν βούλησθε Cod. Bekk., quod non displicet. SCHAEFER.

P. 171. v. 7. ὑμῖν] Vulg. ὑμᾶς. ὑμῖν Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori, appendix Francofurtana. Praetuli ὑμῖν. REISK.

P. 171. v. 7. παρασκευάσουσι] Vulg. παρασκευάζουσι. παρασκευάσουσι Aug. primus, quod praetuli: quamquam nunc quidem praesens loco non sim moturus. REISK. Praesens restituit Bekker. SCHAEFER.

P. 171. v. 10. δοκῶ] δοκεῖ Paris. quintus. REISK.

P. 171. v. 10. μείζους — λόγους] οὐ φιλοσόφους καὶ ῥητορικοὺς, ἀλλὰ πολεμικοὺς καὶ στρατηγικοὺς λέγειν λόγους, οὐκ ὢν στρατηγός. Cavet scomma Hannibalis in Phormionem Peripateticum de imperatoris officio disserentem. WOLF.

P. 171. v. 11. αὐτὸ — δοκῶ] ὑπολαμβάνω αὐτὸν κρίνειν ὀρθῶς. Priore loco τὸ δοκῶ τὸ φαίνομαι significat. Possit fortassis legi αὐτὸ τοῦτο ὀρθῶς ἔχον αὐτῷ δοκεῖ. WOLF. αὐτὸ δοκῶ τοῦτο ὀρθῶς ἔχει Paris. primus. αὐτὸ τοῦτο ὀρθῶς ἔχει Aug. primus. Sed cum in vulgata sit ἔχειν, et in Aug. margine scriptum sit ab eadem antiqua manu δοκῶ, ut inserendum inter αὐτὸ et τοῦτο, videtur ille dare voluisse αὐτὸς δοκῶ τοῦτο ὀρθῶς ἔχειν: nam ς̄

finale saepissime omittitur. Bavarici prima manus dederat *αὐτὸ τοῦτο ὀρθῶς ἔχειν αὐτῷ δοκεῖ*, sed secunda manus e diphthongo *ει* ultimi verbi *ῶ* effecit. Num legendum est *καὶ αὐτὸς* [subaudi *ἐγὼ*] *τοῦτο ὀρθῶς ἔχειν αὐτῷ συνδοκῶ*? *etiam ego ipsemet recte eum in hoc opinari assentior.* REISK. *αὐτὸ τοῦτο ὀρθῶς αὐτῶν ἔχει* Bekker. Mihi placet quod dat Paris. primus cum margine Aug. primi, *αὐτὸ, δοκῶ, τοῦτο ὀρθῶς ἔχει, hoc ipsum, ut opinor, iustum et verum est.* SCHAEFER.

P. 171. v. 11. *τὸν γὰρ ὑπὲρ τηλικαύτης κ. τ. λ.*] Sic et in oratione *περὶ στεφάνου.* WOLF.

P. 171. v. 12. *τηλικαύτης*] *ταύτης* Paris. quintus. REISK.

P. 171. v. 12. *τοιούτων*] *τηλικούτων* appendix Francofurt. REISK. Placet ut gravius. SCHAEFER.

P. 171. v. 13. *παντὸς ἑνὸς τοῦ λέγοντος*] Legi possit *πάντως ἑνὸς τοῦ λέγοντος. utique, quovis pacto, omnino debet exsuperare videri fortunam et dignitatem oratoris, quippe qui solummodo unus sit homo privatus.* Sed causae nil est, cur a *παντὸς* discedatur, cuius haec possit esse sententia: *τῶν λεγόντων ἑκάστου, ἅτε ἑνὸς ὄντος, dicentium uniuscuiusque sortem.* Haud dissimulabo tamen, mihi non displicere hanc sententiam: *παντὸς ἑνὸς, excedere debere uniuscuiusque hominis singularis, quisquis is est, καὶ μάλιστα τοῦ λέγοντος, et inprimis oratoris sortem.* REISK. Hoc unum vere scripsit, causae nil esse, cur a vulgata discedatur. SCHAEFER.

P. 171. v. 13. *ἑνὸς*] *ἐντὸς* Aug. primus, quod Simoni Fabricio merito haud placet. REISK.

P. 171. v. 15. *ὅτι*] *γρ. διὰ τί* index Lambini. REISK.

P. 171. v. 16. *ταῦτα λέγει, τὰς προφάσεις ἐγὼ διέξειμι*] Vulg. *ταύτας λέγει τὰς προφάσεις, ἐγὼ διέξειμι.* Wolfius: „Lego *ταῦτα λέγει, τὰς προφάσεις ἐγὼ διέξειμι.* Et facilis est lapsus, et, nisi corrigatur, inepta et constructio et sententia.“ Distinxi et correxi ad mentem Wolfii: *ταῦτα λέγει* [scilic. *ὑμῖν, ἃ ἐγὼ νῦν ὑμῖν εἴρηκα περὶ τοῦ ἀληθινοῦ τρόπου τοῦ καταλύεσθαι τὴν δημοκρατίαν*], *τὰς προφάσεις* [subaudi *τούτου*] *ἐγὼ διέξειμι. Quod autem haec nemo vos docet, quae ego vos modo docui, causas eius rei nunc coram vobis exsequar.* REISK.

P. 171. v. 17. *οἱ μὲν — προσιόντες*] Opponuntur v. 27. *οἱ δὲ πολιτευόμενοι καὶ περὶ ταῦτ' ὄντες.* SCHAEFER.

P. 171. v. 17. *οἱ μὲν πρὸς ἀρχαιρεσίας κ. τ. λ.*] Sic Isocrates de pace: *παρελήλυθα γὰρ οὐ χαριούμενος ὑμῖν οὐδὲ χειροτονίαν μνηστεύσων, ἀλλ' ἀποφανούμενος, ἃ τυγχάνω γινώσκων.* WOLF.

P. 171. v. 17. *ἀρχαιρεσίας*] Vulg. *ἀρχαιρεσίαν. ἀρχαιρεσίας* Aldina Taylori, Paris. primus et quintus, Aug. primus. Utrumque dat Bavaricus. Praetuli pluralem numerum. REISK. Iure praetulit. Anecd. Bekk. p. 449, 29. *Ἀρχαιρεσίας: ἀρχαιρεσίας*

λέγουσι πληθυντικῶς, οὐκ ἀρχαιρεσίαν δὲ, οὐδὲ ἄλλως πως. Nostrum locum citavit Piersonus ad Moer. p. 11. a. V. etiam Lobeckii Parerga ad Phrynich. p. 518. *)*, qui Reiskiana incuriosius inspexit. SCHAEFER.

P. 171. v. 17. *ταύτην τὴν τάξιν*] scilic. de qua modo dicebam, *τῶν ὑφ' ὑμῶν τιμωμένων, hunc ordinem hominum penes vos honoratorum.* REISK. Immo intelligenda *ἡ τάξις τῶν πρὸς ἀρχαιρεσίας προσιόντων.* Conf. v. 27. *οἱ δὲ πολιτευόμενοι καὶ περὶ ταῦτ' ὄντες.* Est abundantia dicendi oratoria. SCHAEFER.

P. 171. v. 18. *ἐπὶ τῷ χειροτονεῖσθαι*] Vulg. *ἐπὶ τὸ χειροτονεῖσθαι.* Praetuli de meo sensu *ἐπὶ τῷ χειροτονεῖσθαι* in dativo. *χάρις ἡ ἐπὶ τῷ χειροτονεῖσθαι* est ea gratia activa, ea contentio alii gratificandi, studium placendi alii, penes quem sit potestas tibi honorem, quem ambis, suffragio suo addicendi. Servire huic generi gratiae est nihil non venari et observare, nihil non agere, quo tu speres futurum, ut proberis iis, penes quos sit in comitiis te magistratum creare; ut nihil audeas neque dicere neque agere, quo metuas opifices tuae fortunae atque amplitudinis offendere. REISK.

P. 171. v. 19. *τελεσθῆναι — σπουδάζων*] *τελεσθῆναι* Reiskius Ind. Graec. p. 492. simpliciter vertit *nuncupari, creari.* Sed paulo plus, ut opinor, significatur, videturque locutio esse Oratoris stomachantis. *singuli operam dantes, ut strategiae initientur mysteriis, jeder sich abmühend zum Strategos geweiht zu werden.* SCHAEFER.

P. 171. v. 20. *εἰ δέ τις — ἔργῳ*] Citant Anecd. Bekk. p. 136, 26. omittentia v. *οἷος.* SCHAEFER.

P. 171. v. 20. *καὶ*] Abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 171. v. 22. *τῶν ἐναντιωσομένων*] Utrum *τῶν λεγόντων, ἢ τῶν πολεμίων;* WOLF. De hostibus intellexit Reiskius. V. not. sequ. Malim intelligere de civibus adversae factionis. SCHAEFER.

P. 171. v. 22. *ἀπολαύσειν*] Vulg. *ἀπολαύων.* Dedi de meo *ἀπολαύσειν*, ut respondeat insequenti *κληρονομήσειν* et *ἕξειν*, quae tria apta sunt ex *ἡγεῖται. sperat futurum, ut gloria urbis praefulgens nominisque vestri terrore formidabilis in hostium solo strages edat, sed per ipsorum absentiam, nemine obstante.* REISK. *ἀπολαύων* bene restituit Bekker. Insequenti *κληρονομήσειν* respondet solum *ἕξειν.* SCHAEFER.

P. 171. v. 22. *τὰς δ' ἐλπίδας*] Vulg. *τὰς ἐλπίδας. τὰς δ' ἐλπίδας* Aldina Taylori, Paris. primus, Aug. primus. Sed in hoc particula adversativa videtur a secunda manu addita. Interposui *δέ.* REISK. Delevit Bekker. Recte, ut opinor. Participia tria, *ἔχων, ἀπολαύων, ὑποτείνων,* deinceps ponuntur *ἀσυνδέτως.* SCHAEFER.

---

*) In Plutarchi Marcello T. II. p. 456. R. cur *ἐπειγόντων* viro doctissimo displicuerit, parum intelligo. SCHAEFER.

P. 171. v. 23. *ὑποτείνων*] *γρ.* *ὑποτείνει* Paris. secundus. *ἀποτείνων* Paris. primus, Aug. secundus, idemque voluisse videtur etiam primus, tametsi *ἀποτίνων* dedit, crebro errore. REISK. Anecd. Bekk. p. 312, 24. *Ὑποτείνουσιν: ὑποβάλλουσι, προτείνουσιν.* V. Lennep. ad Phalar. p. 338. SCHAEFER.

P. 171. v. 23. *ἄλλο δ' οὐδὲν*] Scilicet *πράττων*. Post *οὐδὲν* comma ponendum, ut habet Feliciani editio. Alioqui tota sententia erit inexplicabilis. WOLF.

P. 171. v. 25. *ὅπερ ἐστὶν*] Idem est ac si dixisset *ὅπερ καὶ ὡς ἀληθῶς ὑπάρχει* vel *συμβαίνει*. REISK. Inclusi haec duo vocabula signis parentheseos: quod non fuit necessarium. SCHAEFER.

P. 171. v. 26. *αὐτῶν*] Abest a Paris. secundo et Aug. secundo, item appendice Francofurtana. REISK.

P. 171. v. 26. *τὸ ἴσον — ἕξειν*] *aequam cum caeteris partem, ut laborum, sic et praemiorum habituros.* *οἱ ἄλλοι* sunt, si *τὸ ἕξειν* ad [*τοὺς*] *στρατηγοὺς* referas, *οἱ πολῖται*: sin *ἕξετε* placeat, *οἱ στρατηγοὶ καὶ ξένοι*. WOLF. Non *habituros*, sed *habiturum*. SCHAEFER.

P. 171. v. 27. *αὐτὸν*] Vulg. *αὐτῶν*. Correxi de meo sensu *αὐτὸν*, quod cohaeret cum *ἕξειν*. *sese habiturum*. REISK. *αὐτῶν* Bekker. restituit. Recte: nisi forte aliquot auctoritate librorum plane tollendum sit. SCHAEFER.

P. 171. v. 27. *καὶ τῶν ἐκ τούτων*] Pro *καὶ τοῖς ἐκ τούτων* (ut est in priore Hervagiana) legendum cum Aldo *καὶ τῶν ἐκ τούτων*. Quanquam enim et Felicianus non male *καὶ τῆς ἐκ τούτων τιμῆς*, illud tamen, *καὶ τῶν ἐκ τούτων*, puto esse verius: ut non tantum honos, (tametsi eo quidem generosis animis non est aliud quicquam antiquius,) sed omnia victoriae praemia intelligantur. WOLF. Vulg. *κ. τοῖς ἐ. τ.* *τῶν* Paris. secundus cum *γρ.* item Aug. primus, Aldus, appendix Francofurtana. Vulgatam habet quidem Bavaricus quoque, sed e correctione, erasa vetusta lectione, quae *τῶν* fuisse videtur. P. Manutius et ex eo edit. Wolfii ita dant: *οὕτω καὶ τῆς ἐκ τούτων τιμῆς ἕξειν.* unde repetiit idem index Lambini. In margine Aldinae Lessingianae legitur *τῆς ἐκ τούτων δόξης*. In locum dativi *τοῖς* sulfeci genitivum *τῶν*. Subaudi *γιγνομένων ὠφελειῶν*. *sperat, se participaturum cum aliis aequalem portionem, ut laborum, ita emolumentorum quoque iis e laboribus exsistentium.* REISK. Ne subaudias *γιγνομένων ὠφελειῶν*: *τῶν* enim generis est neutrius. *τὰ ἐκ τούτων*, *fructus horum.* Illa vero, *τῆς — τιμῆς*, *τῆς — δόξης*, ne forte te fallant, (sensus enim sunt commodissimi,) memento, vitiosum illud *τοῖς* per itacismum, ut toties accidit, transiisse in *τῆς*: quod cum substantivo carere suo videretur, alii suppleverunt *τιμῆς*, alii *δόξης*. Conf. Bastii Commentat. Palaeograph. p. 836. SCHAEFER.

P. 171. v. 27. ἕξειν] Pro ἕξειν constructio postulat ἕξετε, ut ad Athenienses referatur: etsi non nego retineri posse respectu τῶν στρατηγῶν. WOLF. Haec Wolfii neque satis intelligo, et aperte falsa sunt. REISK. Falsa sunt Wolfiana, non item intellectu difficilia. SCHAEFER.

P. 171. v. 27. οἱ δὲ] οὐδὲ Paris. secundus cum γρ. οἱ πολιτευόμενοι opponuntur supra versu 17. dictis honorum et imperiorum candidatis. Alias Demosthenes illos στρατηγοὺς, hos ῥήτορας appellat. ῥήτωρ ἡγεμὼν, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βοησόμενοι τριακόσιοι. Illi sunt magistratus honoribus fungentes, hi syndici et Icti et consiliarii senatus atque plebis in curia atque in concionibus. REISK.

P. 171. v. 28. λέγειν] σκοπεῖν Paris. primus, Aldina Taylori, Aug. primus in margine, item Bavaricus in margine cum γρ., nam textum dat vulgatam. REISK.

P. 171. v. 28. ἡμῖν ἀφέντες] ὑμῖν, ἀφέντες. Post ὑμῖν comma ponendum. Sic enim ordinanda sunt verba: ἀφέντες τὸ λέγειν τὰ βέλτιστα ὑμῖν. WOLF. Vulg. ὑμῖν. Correxi de meo iudicio ἡμῖν, h. e. mihi meique similibus, exiguo gregi oratorum vestri studiosorum, suique dissimilibus. REISK. ὑμῖν iure revocavit Bekker. Wolfius locum recte intellexit: sed non interpungendum cum illo post ὑμῖν. Tales enim distinctiones (syntacticas appelles) non patitur vox pronuntiantis. SCHAEFER.

P. 172. v. 1. καὶ πρότερον μὲν κατὰ συμμορίας κ. τ. λ.] V. p. 26, 22. ss. Conf. Boeckh. de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 60. SCHAEFER.

P. 172. v. 2. νῦν] Cod. Bekk. νυνὶ, quod praefero. V. p. 26, 23. SCHAEFER.

P. 172. v. 2. νῦν δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας] Haec verba abesse a vetusto codice annotavit appendix Francofurtana. REISK.

P. 172. v. 2. ῥήτωρ ἡγεμὼν] Scilicet ἐστί. ἐξ ἑκατέρων, id est, *utriusque factionis*, necessario hic etiam legendum, ut in secunda Olynthiaca. WOLF. Wolfius, opinor, non ἐξ ἑκατέρων, sed solum ἑκατέρων post ἡγεμὼν addi voluit. V. p. 26, 25. Huic coniecturae adversatur Photius c. 361., siquidem, quod vix ambigas, hunc locum spectavit. SCHAEFER.

P. 172. v. 3. βοησόμενοι] V. Dorvill. ad Chariton. p. 624. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 172. v. 5. τριακόσιοι] οἱ τριακόσιοι cum articulo Aldina Taylori. REISK.

P. 172. v. 7. χαλκοῦς] Scilicet ἕστηκεν ἢ ἵσταται. *ponitur illi aerea statua*, ut Euagorae et Cononi. Nisi malis pro invicto accipere, sicut κλέπτης χαλκοῦς, quod non probo. Est enim usitata formula χαλκοῦν ἱστάναι, *aereum statuere*, pro *aeream statuam*

ponere. WOLF. *honore mactatus statuae aereae.* V. infra v. 18. et Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 425. Bip. Cave cum Wolfio subaudias ἕστηκεν ἢ ἵσταται. SCHAEFER.

P. 172. v. 7. ὁ δεῖν' εὐδαίμων] Scilicet λέγεται ἢ γίγνεται, εὐδαιμονεῖ ἢ εὐδαιμονίζεται. WOLF. Non magis subaudiendum. SCHAEFER.

P. 172. v. 7. ὑπὲρ τὴν πόλιν] in altiore dignitatis gradu collocati, quam reipublicae libertas patiatur, veluti tyranni quidam in republica. vel potius: maior est illorum dignitas et auctoritas, quam ipsius reipublicae. WOLF.

P. 172. v. 8. τῆς καθ' ἡμέραν ῥαθυμίας — προέμενοι] ῥαθυμίας genitivus est pretii: *venditis socordia, abiicitis per ignaviam:* sicut dicunt μισθοῦ φιλεῖν, *mercede amare.* WOLF.

P. 172. v. 8. καθ'] μεθ' Paris. quintus. REISK.

P. 172. v. 11. προέμενοι] προϊέμενοι Aug. primus. REISK.

P. 172. v. 11. ὅπως] πῶς Aug. primus, Aldina Tayl. REISK.

P. 172. v. 12. οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις — ἀλλ' οἰκείοις] Conf. p. 35. in. SCHAEFER.

P. 172. v. 13. ἐξέσθ'] Vulg. ἐξέσται. ἔξεσθ' Paris. secundus, Aug. secundus, Bavaricus. REISK. ἔξεσθ' Bekker. Reiskii ἐξέσθ' ferri nequit. Nam si habeas pro futuro, non potest elidi diphthongus: sin pro praesenti, laborat ab accentu. ἔξεστι legitur in loco simili p. 35, 3. SCHAEFER.

P. 172. v. 15. ἐκεῖνοι Θεμιστοκλέα κ. τ. λ.] Sic et in Aristocratea et tertia Olynthiaea *) et in oratione Aeschinis κατὰ Κτησιφῶντος**). WOLF. Repetitur hic locus iisdem paene verbis infra p. 686, 5., quem locum cum hoc nostro conferri dignum est. REISK. Olynthiacam III. et Aristocrateam citavit etiam Taylorus. V. Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 118. SCHAEFER.

P. 172. v. 15. ἐν Σαλαμῖνι] Insulae notio unà complectitur notionem maris alluentis. Ideo recte dicitur ἡ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχία. SCHAEFER.

P. 172. v. 15. ναυμαχίαν στρατηγήσαντα] στρατηγεῖν ναυμαχίαν notanda locutio. Similiter p. 1191, 21. στρατηγήσων τὸν ἐπ' Αἴγυπτον πόλεμον. SCHAEFER.

P. 172. v. 15. στρατηγήσαντα] στρατηγοῦντα Aldina Tayl. Paris. primus, Aug. primus. REISK. Praestat ob sequens ἡγούμενον. Et sic Bekker. SCHAEFER.

P. 172. v. 16. Μαραθῶνι] Pro Μαρθῶνι emenda Μαραθῶνι. OBSOP. Vulg. ἐν Μαραθῶνι. Praepositionem omittunt Paris. primus et Aug. primus. ἐν Μαραθῶνι non improbo: recte dictum fateor, neque sine exemplo, quod non longe hinc occurrit, hac

---

*) Conf. p. 35, 20. ss. SCHAEFER.

**) p. 635. s. R. SCHAEFER.

ipsa pagina, versu 23. Mori loquendi tamen convenientius praepositio omittitur in hac formula: quare eam sustuli. REISK.

P. 172. v. 17. οὐκ ἴσα] Id est, πολὺ μείζω, *multo maiora.* WOLF. Non obtrectandi neque detrahendi studio sic dicit, sed exaggerandi. Subaudi ἀλλὰ πολλῷ μείζω. *non dicam paria factis nostrorum imperatorum, sed dicam potius multis etiam modis maiora.* REISK.

P. 172. v. 17. ἴσα τοῖς νῦν στρατηγοῖς ἀγαθὰ] Recte versum a Reiskio: *paria factis nostrorum imperatorum.* De hac breviloquentia usu trita creberrimo v. not. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 164. SCHAEFER.

P. 172. v. 17. εἰργασμένους] Pro εἰργασαμένους aut εἰργασμένους aut ἐργασαμένους legendum. WOLF. εἰργασαμένους Aldus. Appendix Francofurtana et Aldina Taylori vulgatam dant. REISK.

P. 172. v. 17. οὐ μὰ Δί' οὐ] Vulg. μὰ Δί' οὐ. οὐ μὰ Δί' οὐ Aug. primus, Aldina Tayl. Priorem infitiantem addidi. REISK. Non debuit addere: et delevit Bekker. Hac chorda oberrantem Reiskium passim vidimus. SCHAEFER.

P. 172. v. 18. ἀλλ'] Pro ἀλλ' lego οὐδ': alioqui secum ipsa pugnabit oratio, cum ὑπερετίμων sequatur, quod maius est, quam ὑπερηγάπων. Quanquam, si ante ὑπερετίμων negationem οὐχ addas, bene sententia constabit. WOLF. Scilicet Wolfius v. s. legit: — ὄντας, ὑπερετίμων. quod si correctum vidisset, ut nos legimus, supersedisset vana hariolari. SCHAEFER.

P. 172. v. 20. αὐτῶν] αὑτῶν Bekker. SCHAEFER.

P. 172. v. 20. ὄντας, οὕτως ἐτίμων] Vulg. ὄντας ἐτίμων. ὄντας οὕτως ἐτίμων Paris. primus, Aug. primus. ὄντας ὑπερετίμων Hervag. prima, Felic. P. Manut. edit. Wolfii. Sed appendix Francofurtana vulgatam dat. οὕτως addidi. REISK.

P. 172. v. 23. ἀλλ' — ἀλλὰ —] Subaudi ex antecedentibus contrarium: πάντες λέγουσιν. SCHAEFER.

P. 172. v. 25. πολλοὶ] Vulg. οἱ πολλοί. Articulum omittit Aug. primus. Detraxi, vereor, ne multorum iudicio minus recte. REISK. Iure detraxit. Noluit Orator, certe non debuit talis infamiam adulationis communem dicere plerorumque omnium Atheniensium. V. p. 686, 21. SCHAEFER.

P. 172. v. 26. Κέρκυραν εἷλε Τιμόθεος κ. τ. λ.] Conf. Dinarchus p. 54. R. SCHAEFER.

P. 172. v. 26. τὴν μόραν κατέκοψεν Ἰφικράτης] Partes quasdam exercitus aut ordinem appellari μόραν scribit Hesychius et addit, qui olim πατρίλοχοι (si modo pro πατρὶ non legendum est πρὶν ποτὲ vel πάλαι λόχοι*)) dicerentur apud Lacedaemonios, postea mutato nomine μόραν fuisse dictos. Aemilius: Hoc exer-

*) Fugit haec Wolfii coniectura et Albertium et Ruhnkenium. SCHAEF.

citu moram Lacedaemoniorum intercepit, quod ipsum maxime tota celebratum est Graecia. De mora loquitur, quasi esset oppidum aliquod *). Xenophon lib. 4. Ἑλληνικῶν Phliasiorum meminit, quos occiderit Iphicrates: et postea de nuntio loquens, *λέγει τὸ τῆς ἐν Λεχαίῳ μόρας πάθος*, ubi 250 circiter sint occisi. WOLF. Citat h. l. Harpocrat. v. *μόρα*. REISK. V. Photius c. 209. s. Diodorus Sic. XIV. 91. simpliciter: *τῶν Λακεδαιμονίων μέρος τῆς στρατιᾶς*. SCHAEFER.

P. 172. v. 26. *κατέκοψεν*] Solenne verbum in hoc facinore narrando: ut vulgus Atheniensium eo usum esse videatur. V. p. 686, 23. Plutarchus T. III. p. 664. R. T. VII. p. 383. Photius c. 225. SCHAEFER.

P. 172. v. 27. *Νάξον*] *Νάξος* insula maris Aegaei. WOLF.

P. 172. v. 27. *ἐνίκα ναυμαχίαν*] Invertit Aug. primus. REISK. *ναυμαχίαν ἐνίκα* Bekker. Eodem ordine p. 686, 23., ubi tamen Bekkerus *ἐνίκα ναυμαχίαν* dedit. SCHAEFER.

P. 173. v. 1. *ἃς*] Cod. Bekk. *αἷς*, quod p. 686, 25. ante Reiskium legebatur. Illic Bekkerus dativum restituit: hic oblatum a Codice repudiavit. SCHAEFER.

P. 173. v. 1. *τούτων*] Scilicet *τῶν ἀνδρῶν*. REISK.

P. 173. v. 1. *πολιτικὰς*] Pro *πολιτικὰς* nostrum *πολιτείας* habuit. OBSOP. *πολιτείας* Paris. secundus et quintus cum *γρ.* item appendix Francofurtana. REISK. *δωρεαὶ πολιτικαὶ* sunt *δωρεαὶ τοῖς πολίταις διδόμεναι*. Opponuntur *δωρεαὶ τῶν ξένων* v. 3. SCHAEF.

P. 173. v. 2. *δωρεὰς οὕτως*] Vulg. *δωρεάς*. *δωρεὰς οὕτως* Aug. primus, margo Bavarici cum *γρ.* Addidi *οὕτως*. REISK.

P. 173. v. 2. *ἔνεμον*] *ἐδίδυσαν* Paris. primus, Aug. primus, Aldus, P. Manutius, edit. Wolfii. Sed vulgatam dat appendix Francofurtana. REISK. *ἐδίδοσαν* p. 686, 27. SCHAEFER.

P. 173. v. 5. *Ἠϊόνι*] *ἠϊὼν*, *ἀκτή*, *αἰγιαλὸς*, *ψάμμος*, *ὄχθη*, id est, *littus*, *arena*, *ripa*. *καὶ τὸ βάσιμον μέρος τῆς θαλάσσης*, *vadum maris*. Item *Ἠϊὼν* urbs Chersonesia, et alia Strymonica. Utrum hic proprium sit, an appellativum, haud affirmare possum. WOLF. V. Photius c. 62. SCHAEFER.

P. 173. v. 6. *διακοσίοις*] In exemplo posteriori [p. 687, 1.] est *τριακοσίοις*. REISK.

P. 173. v. 6. *πενέσταις*] Hi Thessalorum servi fuerunt, ut *εἵλωτες* Laconum, *κλαρωταὶ* et *περίοικοι* Cretensium. WOLF.

P. 173. v. 8. *Περδίκκα*] Atqui alias Alexandrum appellat. REISK. V. Ind. Histor. p. 588. SCHAEFER.

---

*) Num ob verbum *intercepit*? pro quo *interfecit* malit Wolfius ad Aeschin. p. 635. R. Sed nihil ambigui in verbis Nepotis. V. Interpretes ad XI. 2. 3. SCHAEFER.

P. 173. v. 10. *ἀναχωροῦντας*] *ἀναχωρήσαντας* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 173. v. 11. *ἐκ Πλαταιῶν*] *ἐκ Πλαταιέων, e Plataeensibus*, id est, e finibus Plataeensium: nisi forte *Πλαταιῶν* sit legendum, *Plataeis*. WOLF. Vulg. *Πλαταιέων*. Correxi *Πλαταιῶν*. Neque enim est a nomin. *Πλαταιεὺς*, sed a *Πλαταιαὶ*, a nomine oppidi, non oppidani. REISK. V. not. ad p. 203, 4. SCHAEFER.

P. 173. v. 12. *τῷ βασιλεῖ*] Articulum omittit Bavaricus. REISK. Nec desideretur, si absit. SCHAEFER.

P. 173. v. 13. *μεγάλην, οἶμαι, καὶ τιμίαν*] Pro *μεγάλην, οἶμαι, καὶ τιμίαν* nostrum seu antiquum exemplar *μεγάλην καὶ τίμιον, οἶμαι,* habuit. OBSOP. *μεγάλην καὶ τιμίαν, οἶμαι*, Aug. primus. Et sic quoque appendix Francofurtana et codex Obsopoei, nisi quod hic dat *τίμιον*. REISK.

P. 173. v. 15. *πάσης μείζονα εὐεργεσίας*] Hoc est, nullum esse tantum beneficium, pro quo civitas Atheniensis dari debeat. WOLF. quod ius civitatis Atticae nullum emereri posset quantumvis magnum in rempublicam collatum beneficium. REISK.

P. 173. v. 17. *οἰκότριβας, οἰκοτρίβων*] *οἰκοτρίβων οἰκότριβας. ὁ οἰκότριψ οἰκέτης. servos servis natos.* WOLF. Vulg. *οἰκοτρίβων οἰκότριβας*. Primum vocabulum omiserunt saepissime cessantes atque dormitantes Pauli Manutii operae. Aug. secundus inverso ista collocat ordine. Distinxi et ordinavi verba sic: *ἀνθρώπους οἰκότριβας, οἰκοτρίβων τιμὴν, ὥσπερ ἄλλου του τῶν ὠνίων, λαμβάνοντες, ποιεῖσθε πολίτας. homines vernas civitate donatis Attica, vendentes eam ipsi ac pretio prorsus eodem, quo soletis in foro venales vernas emere vel vendere: ita vendentes ius civitatis vestrae, quasi esset hoc ius simile ulli alii cuipiam rei in foro vestro venali.* REISK. *οἰκοτρίβων οἰκότριβας* Bekker. arcte, quomodo oportuit, iungens antecedentibus. Reiskii distinctio sensum adeo pervertit, ut mireris homini tam acuto in mentem venire potuisse, inprimis cum recte et ordine verterit: *ita vendentes ius — in foro vestro venali. οἰκότριβος οἰκότριψ* i. q. *τρίδουλος*. V. Anecd. Bekk. p. 286, 18. SCHAEFER.

P. 173. v. 17. *τιμὴν*] Scilic. *τῆς πολιτείας*. SCHAEFER.

P. 173. v. 17. *τιμὴν — πολίτας*] Hoc necessario pene fit in iis urbibus, ubi est opificum multitudo, ut possint elocari filiae. WOLF.

P. 173. v. 17. *του*] Vulg. *τινὸς*. *του* (enclitice) Paris. primus, Aug. primus, quod praetuli. REISK.

P. 173. v. 20. *χείρους ἐστὲ*] Vulg. *ἐστὲ χείρους*. Invertit Aug. primus. REISK.

P. 173. v. 21. *παρειστήκει*] Vulg. *παρέστηκε*. *παρειστήκει* Paris. primus, Aug. primus, margo Bavarici cum *γρ.*, nam textum eius dat vulgatam. REISK.

P. 173. v. 21. *ὑμῶν δ' — περιῄρηται τοῦτο*] *πῶς τοίνυν οὐ χείρους τὴν φύσιν, οἷς οὐ παρέστηκε μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτοῖς;* Sed orator ait, eos esse deteriores non natura, sed consuetudine, quae naturam depresserit. WOLF.

P. 173. v. 22. *ἔστι δ' οὐδέποτ', οἶμαι, δυνατὸν —*] In tertia Olynthiaca: *ἔστι δ' οὐδέποτ', οἶμαι, μέγα* etc., omisso *δυνατόν*. WOLF. Locus est p. 37, 10. SS. SCHAEFER.

P. 173. v. 25. *ὥσπερ οὐδὲ καλὰ — φρονεῖν*] Haec antithesis in tertia Olynthiaca praetermissa est. WOLF.

P. 173. v. 25. *καλὰ καὶ λαμπρὰ*] Vulg. *λαμπρὰ καὶ καλά*. *καλὰ καὶ λαμπρὰ* Aldus, P. Manutius, edit. Wolfii. *λαμπρὰ πράττοντας καὶ καλὰ* Aug. secundus. Vulgatam dat appendix Francofurtana. REISK. *λαμπρὰ καὶ καλὰ* Bekker. SCHAEFER.

P. 173. v. 28. *κεφάλαια*] *κεφάλαιον* Paris. quintus, si recte et fideliter inde relatum est: sed videtur in eo fuisse *κεφάλαι' ἂν ἔχοι*. REISK.

P. 173. v. 28. *τῶν πραγμάτων*] Absunt a Paris. secundo et Bavarico et appendice Francofurtana. REISK. Recte omisit Bekker. Addita ut onus iners gravant orationem, cum sequatur *περὶ τῶν — πεπραγμένων*. Conf. p. 34, 27. SS. SCHAEFER.

P. 173. v. 28. *εἰπεῖν περὶ τῶν τε ἐκείνοις*] *εἰπεῖν ἵν' ἀκούσαντες τῶν τ' ἐκείνοις* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 174. v. 1. *πεπραγμένων*] Pro *πεπραμένων* nostrum procul dubio rectius *πεπραγμένων* legit. Iubet enim Athenienses considerare facta maiorum et conferre cum suis ipsorum. OBSOP. Nempe Aldina prior vocabulum hoc sine *γ* dat. REISK.

P. 174. v. 1. *ὑμῶν αὐτῶν — κρείττους γενέσθαι*] Malim *ὑμῶν — γενέσθαι*, ut 1. Philipp., omisso et *κρείττους* et *βελτίους*. *an* *) *vos possitis asserere in libertatem, desinatis pendere ab aliis.* Videtur huius loci quaedam ex oratione *περὶ εἰρήνης* Isocratica Demosthenes mutuatus. WOLF. Infelix coniectura. SCHAEF.

P. 174. v. 1. *ἐκ τούτων γε*] *ἀλλ' ἐκ τούτων γε* Bekker., quod vim sententiae haud parum auget. SCHAEFER.

P. 174. v. 2. *δυνήσεσθε*] *δύνησθε* Bekker., ut oportuit. SCHAEFER.

P. 174. v. 2. *κρείττους γενέσθαι*] *κρείττους* malit Wolfius abesse. Non desiderem, si absit, sed neque quod dant codices repudiem. *γενέσθαι βελτίους* dant Paris. secundus, unde repetiisse videtur appendix Francofurtana, et Aug. secundus. *γενέσθαι κρείττους* Bavaricus. REISK. *γενέσθαι κρείττους* Bekker. SCHAEFER.

---

*) Immo *si*. SCHAEFER.

P. 174. v. 2. *πέντε — καὶ τετταράκοντα ἔτη*] Isocrates in Panegyrico septuaginta, in Panathenaico sexaginta quinque annorum meminit, Demosthenes in Philippica tertia 73. Proinde pro XLV legendum puto LXV, *ξέ*, non *μέ*: nisi quis forte cavilletur, legitimum imperium 45 durasse annos, reliquis in tyrannidem degenerasse. Sed et perpetua tyrannis illa fuit, aut certe *πειθανάγκη*: et haec exceptio non decet laudatorem. WOLF. V. not. ad p. 35, 5. SCHAEFER.

P. 174. v. 3. *ἑκόντων ἐκεῖνοι*] Vulg. *ἐκεῖνοι ἑκόντων*. Invertunt Aug. primus et Bavaricus, item appendix Francofurtana. REISK.

P. 174. v. 4. *συνήγαγον*] Sic etiam Bavaricus, sed super praepositione erat etiam *ἀν* superscriptum. Alibi maluit *ἀνήγαγον* usurpare. Neutrum male: quamquam prius vulgatius, posterius videri possit quodammodo exquisitius et convenientius, quia *ἄνω* in arcem comportabantur. REISK. *ἀνήγαγον* melius Bekker. V. p. 35, 7. SCHAEFER.

P. 174. v. 5. *πεζῇ*] Pro *πεζοῖ* malim *πεζῇ* per *ῃ*, ut in proverbio: *Πεζῇ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. Eo pedes, natare namque nescio.* Nisi placeat *ὀξυτόνως* scribi *πεζοὶ*, *pedites, terrestri proelio:* quod non placet. WOLF. *πεζῇ* mavult Wolfius pro *πεζοῖ*, quod est in Aldina et Manutiana, et *πεζοὶ*, quod est in ipsius editione. Vulgatam dat quoque appendix Francofurtana. REISK. V. p. 35, 10. *πεζοῖ* nusquam alibi legere memini, videturque corruptum e *πεζοὶ*, quod hic quoque praeferam. *καὶ πεζοὶ καὶ ναυμαχοῦντες* adde illis, quae congessi ad Euripid. Hecub. 782. Pors. p. 58. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 174. v. 6. *φιλοτιμούμεθα*] *ἡμεῖς φιλοτιμούμεθα* Aug. primus. REISK. Non displicet. SCHAEFER.

P. 174. v. 6. *ταῦτα νομίζετε*] Invertit Aug. primus. REISK.

P. 174. v. 10. *ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτε*] *ὅσης ὁρᾶτε πάντες* Paris. primus, Aug. primus, Ald. Tayl. REISK. V. p. 36, 2., ubi nonnulli eandem tuentur scripturam. V. not. ad l. c. SCHAEFER.

P. 174. v. 10. *ἐρημίας*] V. not. ad p. 36, 2. SCHAEFER.

P. 174. v. 12. *ἀνήλωται*] Sic etiam Bavaricus, sed cum *α* super *η* scripto. REISK. Citat Fischerus ad Weller. III. 1. p. 34 praeferens formam *ἀναύξητον*: sed tacet de proximo *ἐξανήλωνται*, ubi eadem diversitas scripturae. V. not. ad p. 36, 10. 93, 1. Bekkerus *τὴν αὔξησιν* olim spretam nunc admisit. SCHAEFER.

P. 174. v. 12. *τῶν Ἑλλήνων*] *γρ. τῶν ἄλλων Ἑλλήνων* margo Bavarici. REISK.

P. 174. v. 12. *τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους*] *Graecos mendicos.* Sic appellat mercenarios, ut puto, milites, *τοὺς μισθοφόρους, τοὺς ξένους*. WOLF. *τ. Ἑ. ἀποστόλους* margo Bavarici cum *γρ.*, Weimaranus, P. Manutius, appendix Francofurtana. *ἀπόρους*

non magis intelligo, quam ἀποστόλους, quod est in edit. Feliciani. Cur Athenienses egenas civitates Graecas opibus suis sublevarint, non video, nisi si forte rem sic concipias. Caritates annonariae cum saepius inciderent, Athenienses civitatibus pauperioribus de frumento prospexerunt, aut gratuito donato, aut vilissimi vendito. REISK. Pro εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους p. 36, 10. legitur εἰς οὐδὲν δέον. Aeschines p. 249. R. de eadem re: εἰς ἡγεμόνων ἀλαζονείας. Haec, qui potest, conciliet: mihi quidem videntur inter se quam maxime pugnare. Adde quod sumtus facti ad egenas civitates sublevandas testantur Atheniensium humanitatem, non stultitiam, quae veterum illorum sapientiae opposita hic notatur. Itaque vix dubito probandam esse alteram scripturam, ἀποστόλους. Eadem, nisi fallor, sententia Boeckhii de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 314. Quanquam non nego obscurum mihi esse, quid sibi velit additum τῶν Ἑλλήνων. Ceterum post ἀπόρους itemque post συμμάχων v. 15. rectius commatis signa pones: est enim haec una et continua interrogatio, quae exorsa a verbis οὐ πλείω pertinet usque ad ἀπολώλασιν v. 16. SCHAEFER.

P. 174. v. 12. ἐξανήλωνται] Sic etiam Bavaricus, sed cum α super η. REISK.

P. 174. v. 13. οἵ τε ἴδιοι πάντες οἶκοι] *et omnes privatae opes.* Notio enim vocis οἶκος complectitur πάντα ὅσα τις κέκτηται. V. Xenophon Oecon. 1, 5. SCHAEFER.

P. 174. v. 15. οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ — ἐν τῇ εἰρήνῃ ἀπολώλασιν] Si haec ad sociale bellum non pertinent, historiam mihi non liquere fateor. Isocrates in Areopagitico: τοὺς δ' ἡμετέρους αὐτῶν συμμάχους ἀπολωλεκότες. WOLF. V. p. 36, 10. s. SCHAEF.

P. 174. v. 16. ἀπολώλασιν] γρ. ἀπολωλέκασιν index Lambini. REISK.

P. 174. v. 17. χεῖρον] Post χεῖρον Reiskiana habet signum interrogandi. Mutavi: et sic Bekkerus. SCHAEFER.

P. 174. v. 20. ἀλλ', ὅ τι βούλεσθε] Vulg. ἀλλὰ τί; βούλεσθε. ἀλλ' ὅ τι βούλεσθε Paris. quintus, Aldus, P. Manutius, unde Wolfiana farrago mendose βούλεσθαι retulit. Eodem tendit ἄλλο τι βούλεσθε, quod est in Bavarico et in appendice Francofurtana. Praetuli ἀλλ', ὅ τι βούλεσθε [scil. ἐξετάζειν], ἐξετάσωμεν. *sed age examinemus, quamcunque partem vultis.* REISK. Sic autem tollendum signum interrogandi post ἐξετάσωμεν: et sustulit Bekkerus. SCHAEFER.

P. 174. v. 20. οἰκοδομήματα μέν γε κ. τ. λ.] Aristides de D. C. καὶ πάλιν ἐν γένει [praefatus de generalibus]· οἰκοδομήματα μέν γε καὶ κόσμον τῆς πόλεως — ὑπερβολὴν λελεῖφθαι. εἶτα κατ' εἶδος· προπύλαια ταῦτα, ὁ παρθενὼν etc. REISK. Conf. p. 35, 15. ss. et v. Boeckh. de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 70. SCHAEFER.

P. 174. v. 21. τῆς πόλεως] H. l. significat aedificia profana,

sive publica, sive privata, cum fanis deorum et navalibus, quae sunt extra urbem, opponantur. REISK. De privatis aedificiis noli cogitare. SCHAEFER.

P. 174. v. 21. καὶ ἱερῶν] Vulg. ἱερῶν. καὶ ἱερῶν Aug. primus. Addidi καὶ. REISK.

P. 174. v. 21. ἀκολούθων] ἀκολουθούντων Bavaricus. REISK.

P. 174. v. 22. ἐκεῖνοι] ἡμῖν Aristides Artis p. 208. REISK. Conf. p. 35, 16. SCHAEFER.

P. 174. v. 23. ἐπιγενομένων] Vulg. ἐπιγιγνομένων. ἐπιγενομένων Aug. primus, quod praetuli. REISK. ἐπιγιγνομένων revocavit Bekker. V. p. 35, 17. SCHAEFER.

P. 174. v. 23. προπύλαια — τἄλλα] Nominativi absoluti, h. e. liberi a nexu syntactico cum antecedentibus. SCHAEFER.

P. 174. v. 23. προπύλαια ταῦτα] Citat h. l. Harpocrat. v. προπύλαια ταῦτα. et Scholiastes Hermogenis p. 400. κατὰ δὲ ἄλλους καὶ τὰ δεικτικὰ σχήματα ἐναργῆ, οἷον· προπύλαια ταῦτα. REISK. V. Photius c. 338., ubi cum pro Πυκνός B. habeat πυκνῶς, apparet Lexicographum usum esse forma genuina Πυκνός. Conf. Doricum ἁλία, παρὰ τὸ ἁλής. SCHAEFER.

P. 174. v. 23. ὁ Παρθενὼν] Post προπύλαια ταῦτα addit Aristides ὁ παρθενών. REISK. παρθενὼν minuscula Reisk. et Bekker. τὰ προπύλαια et ὁ Παρθενὼν iunguntur etiam p. 597, 8. 617, 18. SCHAEFER.

P. 174. v. 25. τἄλλα] Bekker., ut solet, τᾶλλα. SCHAEFER.

P. 174. v. 26. παρέδωκαν] Sic etiam Bavaricus, sed cum superscripto παρέδοσαν. REISK. παρέδοσαν Bekker. SCHAEFER.

P. 174. v. 27. τότε] Abest a Paris. secundo, Aug. secundo, Bavarico, appendice Francofurtana. REISK. Omisit Bekkerus. SCHAEFER.

P. 174. v. 27. τῷ τῆς πολιτείας ὀνόματι ἀκολούθους] Id est, δημοτικάς, plebeias, minime tyrannicas. WOLF.

P. 174. v. 27. πολιτείας] πόλεως Paris. secundus cum γρ., Bavaricus in texto, sed vulgata in margine. REISK. πόλεως ortum e compendio male expleto. V. not. ad p. 117, 25. et add. not. ad p. 140, 24. SCHAEFER.

P. 174. v. 28. ἀκολούθους] Pro ἀκολούθους in nostro παραπλησίους legi. OBSOP. ἀκολούθως Bavar. Aug. secundus. παραπλησίους codex Obsopoei, quem codicem designare videtur appendix Francofurtana. REISK.

P. 174. v. 28. καὶ τὴν Κίμωνος] Copula abest ab Aldina, sed addidit annotator Tayloranus. REISK.

P. 175. v. 1. καὶ Μιλτιάδου] Absunt a Paris. secundo et quinto, Aug. secundo et Bavarico, item appendice Francofurtana. REISK.

P. 175. v. 2. οἶδεν ὑμῶν] Invertit Aug. primus. REISK.

P. 175. v. 5. *λήρους*] Hic etiam locus tuetur scripturam Demosthenici p. 36, 18. SCHAEFER.

P. 175. v. 6. *ἀλλ' ὑμῖν*] *ὑμῖν* omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 175. v. 7. *ὑπολαμβάνετε*] *ὑπολαμβάνεται* Aldus. REISK.

P. 175. v. 7. *εἶναι*] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 175. v. 7. *οἱ τῶν κοινῶν ἐπὶ τῷ γεγενημένοι*] *qui publicorum aliquod negotiorum administrarunt.* SCHAEFER.

P. 175. v. 10. *τὰς ἰδίας οἰκίας — ὑπερηφανωτέρας*] Citat h. l. Thomas M. v. *ὑπερήφανος* [p. 869.]. REISK.

P. 175. v. 10. *κατεσκευάκασιν*] *κατασκευάκασιν* Aldus. *κατασκευάζουσιν* Paris. quintus. REISK.

P. 175. v. 10. *τῶν πολλῶν*] Est masculini generis, i. q *τοῦ πλήθους*. Plena locutio: *τῶν οἰκιῶν τῶν πολλῶν*. V. Matthiae Gramm. Gr. §. 453. SCHAEFER.

P. 175. v. 11. *ὑπερηφανωτέρας*] Anecd. Bekk. p. 114. extr. *Ὑπερήφανον: ἀντὶ τοῦ καλὸν πάνυ. Πλάτων Γοργίᾳ.* SCHAEFER.

P. 175. v. 12. *πάντων*] *ἁπάντων* Bekker. SCHAEFER.

P. 175. v. 13. *ἦν δεσπότης*] *δεσπότης ἦν* Bekker. SCHAEFER.

P. 175. v. 13. *ἁπάντων*] Vulg. *πάντων*. *ἁπάντων* Paris. primus. REISK.

P. 175. v. 16. *μεταλαμβάνειν*] Ad *μεταλαμβάνειν* addunt *ὑμᾶς* Aug. primus et Aldina Taylori. REISK.

P. 175. v. 16. *νυνὶ*] *νῦν* Paris. primus, Aug. primus, appendix Francofurtana. REISK. *νῦν* Bekker. SCHAEFER.

P. 175. v. 18. *ἄν τι*] *ἐάν τι* Paris. quintus. *ἂν ἂν* Aug. primus. REISK. *ἃ ἂν* Bekker. SCHAEFER.

P. 175. v. 20. *αὐτοὶ*] *ὑμῖν οὗτοι* Aug. primus. *αὐτοὶ*, *ipsi, ultro, sponte sua, pro arbitratu suo.* In aliis est *οὗτοι*, quod tantum abest ut asperner, ut auctor potius sim utrumque copulandi, ut sit *οὗτοι αὐτοὶ*. REISK. *οὗτοι* Bekker. SCHAEFER.

P. 175. v. 20. *μεταδιδῶσι*] *μεταδίδωσι* Aug. primus. Sic aio et affirmo in illo codice esse, non, quod Simon Fabricius illinc retulit, *μεταδιδῶσι*. Et idem quoque dat margo Bavarici cum *γρ.*, nam textum eius cum vulgata consentit. Potest utique nova haec lectio defendi, si repetatur a verbo non contracto *μεταδίδω*, — *δίδεις*, — *δίδει*. Sed quia hoc est paulo insolentius *) et nulla est a vulgata discedendi necessitas, tueamur vulgatam. Ad *μεταδιδῶσι* subauditur *ὑμῖν*. REISK.

P. 175. v. 22. *πιστεύσειε*] *πιστεῦσαι* Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

---

*) Immo barbarum. SCHAEFER.

P. 175. v. 23. πρὸς] *de*. Sed alia vi hic positum est, alia v. 26. H. l. enim valet *adversus*, infra *pro*. SCHAEFER.

P. 175. v. 25. ἐψηφίσασθε] ἐψήφισθε Paris. primus, Aug. primus. SCHAEFER.

P. 175. v. 25. τὴν ὀργάδα] Suidas ὀργάδα foecundam, consitam, pinguem robustamque tellurem interpretatur, et postea, nescio quo auctore, citat, Periclem dedisse crimini Megarensibus, quod ὀργάδα, hoc est, consecratum agrum, colerent. WOLF. Citat h. l. Harpocrat. v. ὀργάς. REISK. V. Photius c. 250. et Ruhnken. ad Timaei Lexic. p. 195. SCHAEFER.

P. 175. v. 27. τὸ ἔναγχος] Omittunt articulum Paris. primus, Aug. primus. REISK. Non damnandus articulus, etsi rarius additur adverbio ἔναγχος. SCHAEFER.

P. 175. v. 27. μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς σφαγεῦσι] *coërcendos esse grassatores et homicidas*. Sic odiose vocari puto Lacedaemonios. *Τὰς ἐν Ἤλιδι σφαγὰς* in Philippicis commemoravit. Minuta ista et fere perpetua Graecorum latrocinia exquirere accuratius non est operae pretium. Ac vereor, ne posteri quoque nostrae aetatis tumultus omnes commemoratione indignos existiment et detestentur ut manifesti furoris et plus quam ferinae immanitatis argumenta. WOLF.

P. 175. v. 28. τοὺς βουλομένους] Scil. βοηθεῖν vel μετέχειν τῆς βοηθείας. Decreverant Athenienses plebiscito Phliasiis urbe patria expulsis succurrere, eosque domum reducere, non permittere sicariis, qui caedibus Phliuntem, patriam suam, desolassent, (nam Phliasii ipsi videntur hi fuisse, per caedes civium ad tyrannidem grassantes,) ut impune tantam immanitatem diutius exercerent, denique ad expeditionis huius societatem Peloponnesiorum invitare quotquot eam participare vellent. REISK.

P. 175. v. 28. παρακαλεῖν] Post h. v. malis subdistingui, ut ταῦτα p. 176, 1. propius cohaereat cum ἃ v. 23. et 26. SCHAEF.

P. 176. v. 1. καὶ δίκαια] Absunt ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 176. v. 1. τὰ δ' ἔργα τὰ ἀπὸ τούτων] Vulg. τὰ ἔργα δ' ἀπὸ τούτων. τὰ δ' ἔργα τὰ ἀπὸ τούτων Aug. primus. τὰ ἔργα δὲ τὰ ἀπὸ τούτων Ald. Tayl. et Bavarici margo cum γρ., sed textum cum vulgata consentit. Lectionem in margine Bavarici annotatam exhibet quoque appendix Francofurtana. Praetuli τὰ ἔργα δὲ τὰ ἀπὸ τούτων *). Licet, si iuvabit, ad τούτων signum interrogandi addere, ut ipse sese interroget orator sibique respondeat. *At effectus horum? ab his profecta?* Scil. ποῦ ἐστι; *ubi sunt?* Respondet: οὐδαμοῦ, *nusquam locorum*. REISK. τὰ ἔργα δὲ τὰ ἀπὸ τούτων Bekker. Signum interrogandi addere neminem, opinor, iuvabit. SCHAEFER.

---

*) In textu Reiskius dedit τὰ δ' ἔργα τὰ ἀπὸ τούτων. SCHAEFER.

P. 176. v. 2. οὐδαμοῦ] οὐδαμῶς margo Bavarici. REISK. Aut οὐδαμῶς probandum, aut οὐδαμοῦ vertendum *nihili*, *nullius pretii*, ut sit i. q. οὐδενός. Falluntur, puto, qui hoc οὐδαμοῦ, ut vulgo fit, de loco intelligunt. SCHAEFER.

P. 176. v. 3. ἐκφέρεσθε] *palam facitis.* SCHAEFER.

P. 176. v. 5. τὰ — ψηφίσματα — ψηφίζεσθε] Fugit hic locus Gersdorfium supra p. 130. SCHAEFER.

P. 176. v. 6. ὧν] οἷς Aldina Taylori, Paris. primus, Aug. primus. REISK. Placet. V. p. 174, 21. 28. SCHAEFER.

P. 176. v. 7. ἢ] De meo addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 176. v. 8.] Consentit h. l. Augustanus cum vulgata. οἷς hoc versu ille non habet, sed versu sexto. Sine dubio turbatum hic nescio quid est in schedis Fabricianis. REISK.

P. 176. v. 10. εἰ μὲν οὖν Σιφνίοις κ. τ. λ.] Citat h. l. Harpocrat. v. Κύθνος. Marcellinus ad Hermogenem p. 316. ἰστέον δὲ κἀκεῖνο περὶ τοῦ ἐνδόξου, ὅτι τῆς ποιότητος μάλιστα τῆς τῶν ἀκουόντων ἤρτηται. διὸ καὶ ποτὲ μὲν πλείστην, ποτὲ δ' ἐλαχίστην παρέξεται τῷ λέγοντι χορηγίαν. οὐ γὰρ ὁμοίως ὁ παρ' Ἀθηναίοις τε καὶ Λακεδαιμονίοις λέγων καὶ παρὰ Μεγαρεῦσι καὶ Σιφνίοις, ἀλλὰ παρ' Ἀθηναίοις μὲν καὶ Λακεδαιμονίοις, ἅτε τῆς ποιότητος τῶν προσώπων στοχαζόμενος, πλείστην τὴν χορηγίαν ἕξει, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ὀλίγην. τὸ γὰρ Σιφνίων ἦθος καὶ Μεγαρέων παρειλήφαμεν ἐκ τῆς ἱστορίας εὐκλείας οὐδένα λόγον ποιούμενον. REISK.

P. 176. v. 10. Σιφνίοις ἢ Κυθνίοις] Siphnos insula una ex Cycladibus in Aegaeo mari: Cythnos item. WOLF. V. Photius c. 136. SCHAEFER.

P. 176. v. 10. ἢ Κυθνίοις] Absunt ab edit. P. Manut. REISK.

P. 176. v. 12. τὸ τὴν δύναμιν] Lego μείζω τὴν δύναμιν. WOLF. Pro τὸ Wolfius e coniectura sua μείζω dedit in editione sua: ad sententiam utique recte, sed auctoritati, non malae illi quidem neque recusandae, at minus tamen gravi, deerat pondus. Num ab oratore sic profectum est: πρὸς τὸ τῆς πόλεως ὄνομα καὶ τὴν δύναμιν π. *copias comparare pares*, *consentaneas famae civitatis.* REISK. Vulgata non habet quod displiceat. SCHAEF.

P. 176. v. 13. παρασκευάζεσθαι] παρασκευάσασθαι Bekker. SCHAEFER.

P. 176. v. 15. αἰσχρὸν] Abest ab Aug. primo. REISK.

P. 176. v. 15. λιπεῖν] λείπειν Paris. prim. Aug. prim. REISK.

P. 176. v. 15. ὑμῖν] γρ. ἡμῖν Paris. primus. REISK.

P. 176. v. 16. οὐδ' ἐστὶν] οὐκ ἐστὶν Paris. primus, Aug. primus. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 176. v. 17. Ἑλληνικῶν] Ἑλλήνων Paris. primus, Aldus, P. Manutius, edit. Wolfii. Sed appendix Francofurtana vulgatam dat. REISK.

P. 176. v. 18. πέπρακται] Post h. v. cum Bekkero pone subdistinctionem. SCHAEFER.

P. 176. v. 18. τοὺς ὑπάρχοντας] τοὺς abest a Paris. primo, Aug. primo. REISK.

P. 176. v. 22. ὑμᾶς] Post ὑμᾶς addere quosdam, quos non nominat, ὅτι, testatur index Lambini. οἷς de meo addidi. *quibus non licet ipsis*, h. e. ultro, sponte sua, volentibus, *de republ. decedere.* REISK. οἷς delevit Bekker. Sed quod ita fit asyndetum, vereor ne Graecorum ratio non ferat, quippe talia asyndeta reliquae orationi non interserentium, sed subiicientium. V. not. ad p. 66, 16. Laudo igitur Reiskium, quod οἷς addidit. Quam facili autem errore οἷς elisum sit per antecedens ἅς, monere non attinet. SCHAEFER.

P. 176. v. 23. παύσασθαι] Post παύσασθαι addit Paris. primus πρὸς. REISK.

P. 176. v. 23. πεπολίτευσθε] πολιτεύεσθε Paris. quintus. REISK.

P. 176. v. 24. δ'] γὰρ Aug. secundus. REISK.

P. 176. v. 26. ποιήσουσιν] ποιοῦσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 176. v. 26. ὁποίους] ὁπότερα Aug. primus, ubi S. Fabricius, non video, qua satis magna de caussa, *perperam* suum adscripsit. REISK. ὁπότερ' Bekker. SCHAEFER.

P. 176. v. 27. βούλησθε] Sic etiam textum Bavarici. Sed in margine adscriptum est hoc scholium: ἀντὶ τοῦ βούλεσθαι (sic) ἢ λείπει τὸ εἶναι. cuius scholii partem priorem non intelligo. REISK.

P. 176. v. 28. οὗτοι] Deest in Aldina Taylori. REISK.

P. 176. v. 28. οἴωνται] οἴονται Bavaricus, Aug. secundus. REISK.

P. 177. v. 1. βουλομένους] Melius βουλομένους quam βουλευομένους. WOLF. βουλευομένους Paris. primus, Aug. primus, Aldus, P. Manutius. Sed Wolfius vulgatam praefert. REISK.

P. 177. v. 2. φαῦλον] φλαῦρον Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 177. v. 2. πλέον] πλεῖον Aug. primus. REISK.

P. 177. v. 3. πεισομένους] πειθομένους Paris. primus, Aug. primus, Aldus. REISK.

Clausula in Bavarico haec est: περὶ συντάξεως ΗΗΗΔΔΔ. (330.) REISK.

HENRICI AMERSFOORDTII
INTRODUCTIO
AD ORATIONEM DE SYMMORIIS *).

Quo facilius perpetua huius Orationis interpretatio succederet, visum est quaedam universe de ea praefari. Exponemus igitur in hac Introductione primum de tempore, quo Demosthenes habuerit Orationem *περὶ Συμμοριῶν*, deinde de auctoris consilio atque argumenti tractandi ratione, tandem de Orationis titulo.

A. Orationem *περὶ Συμμοριῶν* refert Dionysius Halic. Ep. ad Ammaeum p. 121. init. ad Olympiadis CVI. a. 3., qui fuit ante Chr. 354., quum Archon Athenis esset Diotimus; eamque fuisse dicit primam Demosthenis *δημηγορίαν*. Quod indicium si verum est, posteriora ita sunt accipienda, ut Dionysius significaverit, hanc Orationem primam fuisse earum, quas in concione populi Atheniensis habuerit Demosthenes. Nam si causas forenses intelligas, iam saepius eas egerat ante haec tempora, cum privatam, tum publicas; illam, Aphobum accusans eiusque socios de tutela male gesta, Olymp. CIII. a. 3. (uti monuerunt S. Petitus in Legg. Att. p. 267. et Ed. Corsinus Fast. Attic. T. II. p. 138.) annos natus 20; has, adversus Androtionem Olymp. CVI. a. 2., eodemque, ut videtur, anno adversus Leptinem (vid. Harlesius ad Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. p. 820. sq.). Sed inter *δημηγορικοὺς λόγους*, quos veteres etiam peculiari nomine *συμβουλευτικοὺς* dicebant, prima omnium fuit haec Oratio *περὶ Συμμοριῶν* (1). Atque eam in haec fere tempora incidisse, in-

*) Dissertatio de Symmoriarum apud Athenienses Instituto. Scripsit Henricus Amersfoordt, Gymnasii publici Snecani Rector. Pars prior, exhibens Demosthenis Orationem de Symmoriis, variis lectionibus duorum codd. Leydensium et annotatione perpetua instructam. Lugduni Batavorum. 1821. 8.

(1) De ratione, quam veteres sequebantur in distributione Operum Demosthenicorum vid. Reiskii Praefat. Vol. I. p. LXIII. [LVII.]. Causas forenses Dionysius l. l. ita distinguit a *δημηγορικοῖς*, ut eas dicat actas fuisse *ἐν δικαστηρίῳ*.

dicat alius locus ipsius Demosthenis in Orat. de Rhod. libert. p. 192, 1., quo huius a se habitae Orationis mentionem iniecit: *οἴομαι δ' ὑμῶν μνημονεύειν ἐνίους, ὅτι, ἡνίκ' ἐβουλεύεσθε περὶ τῶν βασιλικῶν, παρελθὼν ἐγὼ πρῶτος παρήνεσα· οἶμαι δὲ καὶ μόνος ἢ δεύτερος εἰπεῖν, ὅτι μοι σωφρονεῖν ἂν δοκοῖτε, εἰ [τὴν] πρόφασιν τῆς παρασκευῆς μὴ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἔχθραν ποιοῖσθε, ἀλλὰ παρασκευάζοισθε μὲν πρὸς τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθρούς, ἀμύνοισθε δὲ κἀκεῖνον, ἐὰν ὑμᾶς ἀδικεῖν ἐπιχειρῇ. καὶ οὐκ ἐγὼ μὲν ταῦτα εἶπον, ὑμῖν δ' οὐκ ἐδόκουν ὀρθῶς λέγειν, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἤρεσκε ταῦτα.* Oratio autem pro Rhodiorum libertate habita est Olymp. CVII. a. 2., uti monet Fabricius l. l. p. 825. Commode igitur potuit pristinum suum consilium memorare Orator in eiusmodi Oratione, quae in simili argumento versans triennio postea habita fuit, praecipue quum subinde novae dissensiones Athenienses inter et Persarum regem iisdem temporibus orirentur, earumque memoria non facile in civium animis periret. Hinc igitur iure allocutus esse suos cives postea censendus est Demosthenes, *οἴομαι δ' ὑμῶν μνημονεύειν ἐνίους*, quod in re vulgari minorisque momenti et arrogantiae et temeritatis signum potuisset existimari.

Alius est Demosthenis locus in Orat. p. Cor. p. 230, 27., itidem probans, non multum ante hunc Olymp. CVI. a. 3. hanc Orationem *περὶ Συμμοριῶν* habitam fuisse. Eo loco vitae suae universae rationem redditurus narrationem sic incipit: *τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐ δι' ἐμέ, οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε, πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε, κ. τ. λ.* Phocicum autem bellum s. sacrum susceptum est Olymp. CVI. a. 1., uti narrat Diodorus Sic. XVI. c. 23. Hoc itaque iam flagrante Orationem habuit Demosthenes, indeque etiam intelligitur, quosnam Graecorum saepius in hac oratione velit illis vocibus, *τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθρούς*, similibusque, Locrenses scilicet, Boeotios et Thebanos, quibus deinde accesserunt Thessali, Macedones aliique. Cf. Diod. Sic. XVI. c. 29. 35. sqq. Quemadmodum enim hi contra sacrilegos bellum susceperant, ita Phocensibus opitulabantur Athenienses, Lacedaemonii, caet.

De opportunitate autem, qua habita fuerit haec Oratio, parum nobis constat. Universe monet Libanii argumentum, dictam eam fuisse *φήμης ποτὲ γενομένης, τὸν Περσῶν βασιλέα παρασκευάζεσθαι στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας.* Neque accuratius haec cognosci possunt ex Diodoro, qui quidem L. XVI. c. 22. Persarum apparatus in Graeciam mentionem fecit, quo tempore Chares, praetor Atheniensium, ignorante populo, suppetias tulit Artabazo, qui defecerat a rege: verum haec tempora non satis huic Orationi conveniunt. Chares regis copias vicerat Olymp. CV. a. 4. Quum vero rex hanc iniuriam ulturus videretur, Athenienses eius minis perterriti, pacem composuerunt cum insulanis, quibuscum tres annos continuos bellum gesserant, quod

vulgo *sociale* dictum fuit. Neque igitur existimandum videtur, post tantum demum temporis intervallum de his Persicis rebus in concione actum fuisse: sic enim quadriennium fere inter Charetis expeditionem et Atheniensium de bello Persico deliberationem intercessisset. Imo vero, vix accepto regis nuntio, auditisque eius minis, tantum iis tribuerunt, ut, bello, cui impliciti erant, fine imposito, se paratiores reddere conarentur adversus Persas, neque haec ad tertium quartumve annum differenda esse existimarent.

Ad alios igitur recentiores Persarum apparatus haec Oratio referri debet, quorum tamen nulla diserta mentio apud historicos occurrit. Et potuerunt sane facile eos omittere, siquidem eosdem, etsi saepius repetitos, nullum bellum secutum est. Certe non multo post belli Persici metus iterum cepit Athenienses, quum hi Rhodios ab Artemisiae dominatione in libertatem vindicare studerent; quae acciderunt, ut modo monuimus, Olymp. CVII. a. 2. Cf. Demosthenis de ea re Orationem et quae disseruit I. T. Bergmannus in Annotat. ad Isocratis Areopag. p. 80. 190. Verum, quo facilius hae simultates sopirentur, fecere cum aliae caussae, tum inprimis utrique communis metus ingruentis Philippi Macedonis potentiae, cuius vires brevi non tantum Atheniensibus, verum ipsi etiam Persarum regi suspectae esse coeperunt. Tempus, quo facta fuerit haec conciliatio, accurate nobis indicavit Philippus in Epistola ad Athenienses scripta, quae servata est inter Demosthenica opera, p. 160, 8. *καὶ πρὸς τὸν Πέρσην ἀπεστάλκατε πείσοντας αὐτὸν ἐμοὶ πολεμεῖν· ὃ μάλιστα ἄν τις θαυμάσειε. πρὸ μὲν γὰρ τοῦ λαβεῖν αὐτὸν Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην ἐψηφίσασθε, ἂν ἐκεῖνός τι νεωτερίσῃ, παρακαλεῖν ὁμοίως ἐμὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἅπαντας εἰς αὐτόν· νῦν δὲ τοσοῦτον ὑμῖν περίεστι τοῦ πρὸς ἐμὲ μίσους, ὥστε πρὸς ἐκεῖνον διαλέγεσθαι περὶ τῆς ἐπισυμμαχίας.* Illa autem Aegypti Phoeniciaeque expugnatio facta est Olymp. CVII. a. 2—4. Cf. Diod. Sic. XVI. 40—52. Itaque ab eo inde tempore arctiori communis a Philippo formidinis vinculo iuncti fuerunt Persae atque Athenienses, quin etiam apertum bellum contra Philippum suscepit rex, quum hic Perinthum obsidione cingeret, Olymp. CIX. a. 4. Diod. Sic. XVI. 75. Verum iam antea factae fuisse censendae sunt Demostheni illae largitiones a Persarum rege, quibus incensus Philippo in ipsa Graecia bella concitaret, de quibus et alii prodiderunt, imprimis autem Aeschines in Orat. c. Ctesiphont. passim et Diodorus Sic. XVII. 4. *πολλὰ γὰρ χρήματά φασιν αὐτὸν* [h. e. *Δημοσθένη*] *εἰληφέναι παρὰ Περσῶν, ἵνα πολιτεύηται κατὰ Μακεδόνων.* Plutarchus in V. Demosth. p. 851. D. *λαβὼν δὲ τῆς πολιτείας καλὴν ὑπόθεσιν τὴν πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων δικαιολογίαν — ταχὺ δόξαν ἔσχε — ὥστε — θεραπεύεσθαι ὑπὸ τοῦ μεγάλου βασιλέως.* et p. 852. C. *Δημοσθένης — τῷ ἄνωθεν ἐκ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἐπιβατὸς χρυσίῳ*

γεγονὼς καὶ κατακεκλυσμένος. p. autem 887. E. dicitur *διαβληθεὶς μὲν ἐπὶ τοῖς βασιλικοῖς χρήμασιν.* Neque tamen Demostheni soli haec dona tribuebantur, verum etiam reliquis oratoribus, Macedonum factionis adversariis. Cf. Philostratus de V. Sophist. L. I. XVIII. p. 507. ibique Olearius et impr. A. H. L. Heerenus, vir eximius, in egregio opere Germanico de rebus politicis, de commercio et mercatura praecipuarum ex gentibus antiquis (*Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der Völker der alten Welt*) Vol. III. P. I. p. 411. sqq. Post illam etiam, de qua supra diximus, Aegypti Phoeniciaeque expugnationem non abstinuit Demosthenes, quo minus palam populo suaderet, ut Persarum opem contra Philippum implorarent. In Orat. Philipp. III. p. 129., quae habita videtur Olymp. CIX. a. 3., haec sunt eius verba: *ἐκπέμπωμεν πρέσβεις πανταχοῦ, εἰς Πελοπόννησον, εἰς Ῥόδον, εἰς Χίον, ὡς βασιλέα λέγω· οὐδὲ γὰρ τῶν ἐκείνῳ συμφερόντων ἀφέστηκε τὸ μὴ τοῦτον* [Philippum] *ἐᾶσαι πάντα καταστρέψασθαι.* quibus addi posset Philipp. IV. p. 139, 21. ad 140, 1. et p. 145, 5., nisi huius Orationis auctoritas et antea a multis esset impugnata, et nuper idoneis orationibus reiecta a W. H. Versteegio in Specim. Literar., quo Philippica IV. Demostheni abiudicatur, Gron. 1818. De obsidione Perinthi supra iam dictum est, quae ut solveretur, Athenienses a Persis adiuti bellum cum Philippo instaurarunt (cf. Diod. Sic. l. l. c. 77.), instigante eos eodem Demosthene in Orat. ad Philippi epist. p. 153, 20. sqq.

Neque vero magnam vim habere videtur argumentum, quod Dionysio Halic. hanc Orationem ad Olymp. CVI. a. 3. referenti eamque primam Demosthenis *δημηγορίαν* fuisse affirmanti opponi possit ex loco Plutarchi petitum in V. Demosth. p. 848. E., quem locum quia vir doctiss. Taylorus in Schedis post eius obitum a Reiskio editis adscripserat ei sui commentarii parti, quae de Oratione *περὶ Συμμοριῶν* agebat (cf. Oratt. Gr. Vol. VIII. p. 753. sqq.), quibusdam forte videatur consulto citavisse, ut inde Dionysii fidem aliquatenus labefactaret. Verba Plutarchi haec sunt: *τὸ πρῶτον ἐντυγχάνων τῷ δήμῳ θορύβοις περιέπιπτε, καὶ κατεγελᾶτο δι' ἀήθειαν τοῦ λόγου, συγκεχύσθαι ταῖς περιόδοις καὶ βεβασανίσθαι τοῖς ἐνθυμήμασιν πικρῶς ἄγαν καὶ κατακόρως δοκοῦντος· ἦν δέ τις (ὡς ἔοικε) καὶ φωνῆς ἀσθένεια, καὶ γλώττης ἀσάφεια, καὶ πνεύματος κολοβότης, ἐπιταράττουσα τὸν νοῦν τῶν λεγομένων τῷ διασπᾶσθαι τὰς περιόδους,* quibus alia adduntur ad eandem rem pertinentia. Iam dicas, si vera sint ea, quae prodidit Plutarchus, eum *τὸ πρῶτον ἐντυγχάνοντα τῷ δήμῳ* non tantum successu caruisse, verum etiam prorsus confusum atque deiectum caussa sua cecidisse, ipse autem Demosthenes in Orat. de Rhod. lib. l. l. hac a se habita Oratione, tanquam re bene gesta, glorietur, *καὶ οὐκ ἐγὼ μὲν ταῦτα εἶπον, ὑμῖν δ' οὐκ ἐδόκουν ὀρθῶς λέγειν, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἤρεσκε ταῦτα,*

cumque eo consentiat Philippus in Epist. l. c., manifesto falsam esse Dionysii traditionem, qua haec prima omnium Demosthenis δημηγορία fuisse statuatur. Sed primo monendum est, non magis laborare hanc Orationem longioribus periodis frequentioribusque enthymematibus, quam reliquas Demosthenicas, tametsi utroque hoc genere rite adhibito semper magnopere delectatus fuerit Orator. Vid. Hermogenes de Invent. L. IV. princ. Immo vero in argumento rhetoricae artis vix capaci, in exponenda ratione instituendae rei navalis, ita versatus est, ut prorsus assentiendum videatur H. Wolfio, qui in Commentario ad hanc Orationem, „Opus esse, ait, quadam animi attentione, quam, cum omnes Demosthenis orationes postulent, haec etiam flagitet." In reliqua autem sermonis parte, quae in uberiori materia atque adeo in deliberatione de bello Persico eiusque subsidiis versatur, non minorem se praebet, quam in caeteris quae maxime celebrantur Orationibus: nec facile ego hanc inter eas referam, de quibus Cicero dixit, Plutarcho narrante in V. Cicer. p. 872. F., ἐνιαχοῦ τῶν λόγων ἀπονυστάζειν τὸν Δημοσθένην. Illum autem superiorem locum Plutarchi de Demosthene a populo male accepto non referendum esse ad Orationem περὶ Συμμοριῶν indicant illae, quas iam antea habuerat contra tutores, itemque contra Androtionem et Leptinem, quae quidem omnium consensu inter eas recensentur, quae optime sunt elaboratae: quibus addunt alii Timocrateam: quarum quidem nonnullae in frequenti iudicio Atheniensium, cuius maior pars composita esse solebat ex inferioris loci hominibus, recitatae fuerunt, Demosthene causam vincente. Igitur par est ut credamus, Demosthenem postea, quum ad populum loqui coepisset, cuius magnam partem eum iam audivisse credibile est, causas publicas agentem se non inferiorem praebuisse. Et sane vix videtur otium Demostheni superfuisse, si hanc Orationem primam eius δημηγορίαν fuisse statueris, ad difficiles illas diuturnasque exercitationes, quas adhibuisse dicitur, ut corporis habitum vocemque corrigeret, siquidem hanc Orationem sequitur nullo fere temporis spatio interrupta series reliquarum ab eo habitarum: Timocratea, pro Megalopolitanis, περὶ Συντάξεως, in Aristocratem, pro Rhodiis, caet. Sed si ad tempora priora respexeris, abunde locum habere potuerunt illa cellae subterraneae aedificatio, inque ea saepius repetita commoratio per duos tresve menses continuos, barbaque altera parte abrasa, siquidem inde a suscepta lite adversus tutores ad eam quae proxime sequitur contra Androtionem novem anni fuisse videntur. Cf. supra dicta init. Existimandus igitur est Plutarchus locutus esse de quadam Demosthenis Oratione, quam etiam ante illam contra Androtionem in concione habuerit, cuius exemplar neque nunc invenitur in reliquiis Demosthenicis, neque unquam forte in publicum fuerit editum propter illa ipsa vitia a Plutarcho recensita. Dionysii igitur testimonium, quod docti

viri, historiae literariae peritissimi, fere omnes secuti sunt, hac ratione omnino stare poterit, si admiseris, hanc Orationem περὶ Συμμοριῶν primam fuisse, si temporis rationem spectes, omnium δημηγοριῶν, quae a Demosthene editae fuerunt, vel certe Dionysii aetate supererant. Ac ne quemquam offendat coniectura de Oratione deperdita, abunde impediet notitia aliarum Demosthenis Orationum hodie deperditarum, quasque ipsa etiam antiquitas iam desiderasse videtur, quales sunt Oratio contra Pythonem habita de laudibus Atheniensium, alia adversus Lamachum Myrinaeum in conventu Olympiaco, caet. (2)

B. Pergimus ad alteram Introductionis partem.

Quodnam fuerit Demosthenis consilium hanc Orationem habentis, ipse in Epilogo paucis verbis indicavit. Athenienses voluit monere, ut bellum apparando omnibus Graecis atque barbaris ostenderent, non eos se esse, quos impune aggredi cuiquam liceret: viderent autem, ne superbia copiarum suarum elati iniuste quid agerent, maiorumque gloriam non verbis suis, sed factis aequarent. Haec autem quomodo exposuerit, age videamus.

Athenienses, quum incertus, ut videtur, rumor ad eos pervenisset de Persarum rege bellum adversus se meditante, faciles aures praebuerunt vocibus illorum Oratorum, qui, quum vel consiliorum audacia ac temeritate fortitudinis laudem sibi vindicare studerent, vel celebrando maiorum gloriam populique superbiae blandiendo ad ampliorem in civitate locum eniterentur, patriam saepius in magnum salutis discrimen deduxerant. Hos igitur in maximo populi conventu Miltiadis et Themistoclis laudes celebrantes barbarique ignaviam vituperantes quum audirent, facile eo adducebantur, ut vix cogitantes, de quanta re ageretur, Persarum superbiam non ferendam esse pronuntiarent, sed evocandos esse ad commune contra barbaros bellum universae Graeciae incolas veteresque iniurias ulciscendas. Demosthenes autem, cuius ingenium, quamvis nunc primum ad remp. accedebat, multiplici tamen meditatione et studiorum assiduitate iam erat subactum, ab omni temeritate abhorrebat, sive coniiciens, non illud consilium esse Ochi suis rebus satagentis ac perpetuis cum satrapis bellis vexat, (hunc regem Diod. Sic. XVI. 40. dicit αὐτὸν μὲν οὐκ ὄντα φιλοπόλεμον,) ut maximum

(2) Olivierius in Hist. Philippi Macedonis gallice scripta Vol. I. p. 174. sqq., ubi varias leges de rebus navalibus diversis temporibus latas commiscuit, videtur orationem περὶ Συμμ. referre ad Olymp. CVI. a. 2. Nos quidem in eius refutatione, quippe qui et se et lectores eodem l. pluribus erroribus implicuit, tempus non teremus, quamvis caeteroquin eum non negligere didicimus a Valckenaerio ad Orat. de Philippi Amynt. indole, caet. p. 228. 244. alibi.

bellum etiam adversus Graecos susciperet, sive praesentius periculum in discidiis cum Thebanis eorumque sociis patriae instare animadvertens, ita Atheniensium audaciam reprimit coercetque, non ut eos securos esse iuberet ab omni Persarum impetu, verum ut eos moneret, si opes copiaeque reipublicae rite paratae dispositaeque essent, nihil periculi vel externi vel intestini patriae imminere. Itaque pauca praefatus de eiusmodi oratorum malo more maiores perpetuo laudantium nec quicquam tamen sani suadentium, ipse quaedam se invenisse modeste profitetur, quibus peractis patriae commodo melius consulatur. Neque tamen in praesenti periculo abs re esse existimat disputationem, qua ostenditur, quo animo erga universos Graecos sit rex Persarum, quoque hi inter se ipsi. Persa quidem universae Graeciae hostis est, neque adeo ad singulas civitates, verum ad universas bellum cum eo pertinet. Harum vero pleraeque, publicam salutem negligentes, privata autem commoda curantes, eo insaniae processerunt, ut barbaros amiciores sibi ducere coeperint illis ipsis, quibuscum communis originis sermonisque ac morum vinculo essent iuncti. Metuendum igitur erat, ne hi, bello cum Persis coorto, in communis patriae certamine vel auxilia non ferrent, vel etiam Persis ea contra caeteros Graecos locarent. Sic periculum erat, ne ad Athenienses solos totum discrimen perveniret, atque de iis suspicio oriretur, ac si veterem suam in Graecos dominationem instaurari cuperent. Quibus omnibus ne fides adhiberi posset, opus erat copiis reip. recte ordinatis et iustitia consiliorum, quibus et auctoritas et fides civitatis cresceret. Ne vero praecipites in manifestum bellum ruant, iubet eos considerare naturam bellorum, quae cum Persis suscipiantur: facilem quidem esse victoriam, si ad ipsum discrimen acierum perventum sit, sed difficiles praeparationes omni bellorum generi communes: quum vero Athenae has vix sustineant contra iam manifestos hostes, qui tandem prudentis esset consilii, praesenti periculo neglecto, in novum incertumque adhuc suas opes perdere. Neque vero caeteros Graecos, quos maior Atheniensium suspicio quam Persarum metus incesserat, prius cum his signa collaturos esse probabile erat, quam sponte intellexissent, ad universos seque adeo ipsos amittendae libertatis periculum pertinere: tum vero lubentes Atheniensibus se iuncturos opibus ad bellum praevalentibus. Illae autem opes quomodo instruendae sint, iam dispicere incipit orator, praemissa tamen admonitione, ut ante omnia bono esse animo studeant atque ita parati, ut ipsi rebus suis operam dare non vereantur. Itaque quum Atheniensium potentia praecipue maris imperio atque copiarum navalium abundantia niteretur, legem se laturum indicat, qua harum instituendarum ratio tota absolvatur (3). Eius legis tria praecipua

(3) Sic recte G. F. Schömannus de comitiis Atheniensium, Gry-

sunt capita, primum de trierarchorum lectione et divisione, alteram de pecunia publice trierarchis solvenda ad sumtuum compensationem, tertium de distribuendis navalibus eorumque cura. Quum vero in omni bello maxime civitatibus opus sit eiusmodi reditibus, quibus bellici sumtus sustineri possint, monet cives suos Demosthenes, ne in praesentia ditioribus, a quibus eiusmodi auxilia inprimis praestanda essent, molesti esse conentur, utpote qui sponte sua, si barbarum vere appropinquare cognovissent, omnes opes pro libertate patriae servanda conferrent: nunc quidem, si hos vexare coepissent, omnem regionis Atticae reditum, quamvis ditissimae Graeciae civitatis, nullo modo cum Persarum opibus posse comparari: quod si classis bene instructa fuerit, vix dubium futurum, quin rex, memor cladium illarum, quas ipsius proavi a multo minoribus Atheniensium copiis accepissent, mox ultro a bello abstineat, quum magno suo malo Persae didicerint, quanto inferiores ipsorum milites sint Graecorum exercitibus. Nec metuendum videri, ne reperiantur nonnulli inter Graecos, qui magnis stipendiis adducti cum rege faciant contra suos gentiles; perspicuum enim esse hoc et illis miserrimum fore, qui haec auxilia praestitissent, neque utile regi, cui ea tantum victoria posset placere, quam per suos milites, non ea, quam per exteros reportasset. Thebanos etiam, in quos maxime ista suspicio convenire videbatur, omnem profecto operam navaturos, ut illam ignominiam, quam in prioribus Medicis bellis susceperant, diluerent: nec esse dubium, quin reliqui Graeci, causae s ac iustitia confisi, proditores superaturi essent. Quapropter non metuendum esse regem Persarum, cuius inimicitias maximum lucrum Graeciae afferre saepius cognoverant, simulatam vero amicitiam ingentes clades: neque tamen singulare bellum cum eo suscipiendum propter metum caeterorum Graecorum: strenue vero omnes reip. copias esse instruendas apparandasque. Sic enim futurum, ut maximus regem timor invadat, cumque ad pacem servandam hortetur: siquidem, conspirantibus ad eius perniciem universis Graecis, non habebit, quo se adversus eorum impetum sustineat.

Ita cognito Orationis argumento, sponte nobis oritur admiratio Demosthenis, qui vigesimo octavo modo aetatis anno,

---

phiswald. 1819. p. 291.: „Oratio de Symmoriis non ipsam legem ac rogationem continet, sed consilia tantum, quibus tentare civium animos et praeparare voluisse Demosthenes videtur ad legem postea fortassis ad se ferendam, sed nunquam latam.“ De postremis verbis dubito: multa hodie deperdita sunt legum Atticarum psephismata, ac potuit facile in eorum numero esse lex hoc tempore lata de Symmoriis. Saepissime fuit in hac re variatum, atque hinc praecipua difficultas in cognoscendo hoc Atheniensium instituto manavit, facilius multo tollenda, si omnes leges etiamnum superessent.

hoc est, in ea vitae parte, cuius vigor atque robur audaciora plerumque probat consilia, consilio et prudentia solus (4) caeteros cives superarit, firmissimumque patriae praesidium illud existimaverit, quod omnis posteritas probavit, ut respublica, copiis opibusque ad bellum necessariis bene instructa, non aliarum auxilio nitatur, earumque spe se decipi patiatur, verum ipsa cuicunque repentinae fortunae sufficere conetur (5). Quam acute vero facta est tota Orationis inventio et dispositio elocutioque! Modeste quidem incipiens de suo in patriam amore eiusque iuvandae studio, paullatim ad ipsum argumentum progreditur de bello Persico, cuius pericula et damna accurate ostendit contra reliquorum audaciam et temeritatem: tum unicum patriae praesidium in usu propriarum virium situm esse probans, idoneam earum adhibendarum rationem docet, non tantum his temporibus, verum et sequentibus accommodatam: sed ea sermonis pars, quia in pronunciando parum habebat, quod auditores alliceret, media collocata est inter duo loca splendidiera, in quibus artis praeceptis magis obtemperari poterat (6). Eius autem partis expositio quia pluribus capitibus absolvitur, illud ab Oratore caput prudenter in postremum locum relatum est, a quo facilior esset transitus ad ea, quae dicenda restarent. De sumtibus bellicis loquenti sponte oritur opportunitas conferendi Atheniensium opes cum Persarum divitiis: ex qua comparatione patet, bellum ab Atheniensibus ultro susceptum prosperi eventus

(4) Id enim conficimus ex verbis saepius laud. in Or. de Rhod. libert. *οἶμαι δὲ καὶ μόνος ἢ δεύτερος εἰπεῖν:* siquidem posteriora verba *ἢ δεύτερος* addidisse videtur, ne iuvenis suis laudibus commemorandis in invidiam civium suorum incideret. Et infr. in hac ipsa Orat. p. 184, 22. diserte dicit: *πιστεύω γὰρ μόνος τἀληθῆ καὶ τὰ γενησόμενα εἰρηκὼς φανήσεσθαι.*

(5) Egregie Heerenus l. c. (*Ideen* Vol. III. P. I. p. 413.): „Gleich in der ersten seiner Reden über Staatssachen erblickt man schon den selbstständigen Staatsmann, der, nicht geblendet von einer glänzenden Idee, sich einem unbesonnenen Unternehmen widersetzt.“ et ibid. in nota: „Schon hier findet man das nachher so oft wiederkehrende Thema seiner Reden, wie es das von *Chatham* war: auf seinen eignen Füssen zu stehen.“

(6) Idem est artificium Ciceronis in plerisque causis *legitimis*. Atque in Demosthene imprimis illud animadverterunt in Oratione p. Corona, cuius quum tres essent partes, de reddenda ratione magistratuum, quibus functus erat, de praeconio publico in theatro, de vita ante acta, Orator callide a postrema et exordium sumsit et epilogum, ut quae dicendo maxime posset exornari, *τεχνικῶς ποιῶν*, ut ait Libanius in argum. p. 222, 11. *δεῖ γὰρ ἄρχεσθαί τε ἀπὸ τῶν ἰσχυροτέρων, καὶ λήγειν εἰς ταῦτα:* neque aliter Anonymi argumentum habet in eandem Orat. p. 224, 15. *στρατηγικῶς· κακοὺς γὰρ εἰς μέσον ἐλάσας. τῷ δ' ἰσχυροτάτῳ εἰς τὰ ἄκρα προσκέχρηται, τὸ σαθρὸν τῶν ἄλλων ἐξ ἑκατέρου ῥωννύς.*

spem praebere vix posse, satis autem eosdem esse validos ad omnem Persarum impetum cohibendum, si, cum reliquis Graecis consentientes, ipsi fortitudinem maiorum in praeliis imitentur.

His autem verbis inductos fuisse Athenienses, ut a suscipiendo bello abstinerent, docet nos cum ipse Demosthenes in Orat. de Rhod. lib. l. saepius laud., quo forte item pertinet locus ex Philippi Macedonis Epist. supra laud., tum silentium historicorum, qui hoc tempore perpetuam pacem, dubiam quidem saepius, nunquam tamen prorsus interruptam, Persas inter et Athenienses fuisse affirmant. Legem autem de nova Symmoriarum forma an iusserit populus, paullo incertius videtur. Factum est forte, ut illam continuo sciverit, mox tamen ad solitum languorem et desidiam delapsus eam neglexerit. Certe variae in reliquis orationibus Demosthenis occurrunt leges, quas et ipse et alii brevi postea suaserunt, unde merito nobis videmur conficere, multos ditiores identidem se molesto huic trierarchatus oneri subduxisse, ad officium, nisi novis legibus latis, vix reducendos (7).

C. Superest ut dicamus de titulo.

Taylorus in Prolegg. ad Demosth. l. l. huic Orationi titulum *περὶ Συμμοριῶν* abiudicat. Haec enim eius sunt verba: „Rectius inscriberetur *περὶ Βασιλικῶν*, ut Dionys. Halic. et Dem. de Rhodiorum libert.“ Et vero sic melius argumentum Orationis, in deliberatione de suscipiendo bello Persico occupatum, cum titulo conveniret, quam si, vulgari illo *περὶ Συμμοριῶν* assumto, ex aliqua parte orationis, quamvis prolixe tractata, eam totam dictam fuisse statuas. Accedit quod ex Libanii praefatione ad eam idem confici posse videtur, qui, quum, opportunitate narrata, qua ea habita fuisset, paucis eius argumentum indicasset, haec addit: *καὶ δὴ καὶ διέξεισιν, ὃν τρόπον ἂν συνταχθεῖεν· ὅθεν καὶ περὶ Συμμοριῶν ὁ λόγος ἐπιγράφεται.* Videtur igitur Libanius in suo exemplo alterum titulum, *περὶ Βασιλικῶν* legisse, propter quem adscripserit, hanc orationem diversam non esse ab ea, quae nonnullis hoc nomine, *ὁ περὶ Συμμοριῶν λόγος*, innotuerat. Verum, quia parum videtur differre, utro tandem nomine laudetur, dummodo perspicuum sit, quaenam Demosthenis oratio significetur, nos vulgare tenebimus, multorum Grammaticorum auctoritate abunde confirmatum.

Locum Suidae in v. *τίμημα*, ubi haec oratio laudatur nomine *περὶ τῶν Συμμάχων*, recte iam H. Wolfius correxit in comment. ad nostram Orat., etsi fatendum sit, neque hoc prorsus alienum esse ab illis rebus, de quibus in ea disputatur.

---

(7) Suspicetur forte quispiam, ad praesens tantum periculum, non ad perpetuum usum civitatis Athenarum latam fuisse hanc legem a Demosthene, ex l. p. 178, 19. *τίς παρασκευή, καὶ πόση, καὶ πόθεν πορισθεῖσα χρήσιμος ἔσται νῦν τῇ πόλει. — ἐγὼ δὲ τοῦτο — πειράσομαι ποιῆσαι.* Mihi tamen haec coniectura parum arridet.

Vocabulum περὶ Συμμοριῶν nonnulli Latine vertere conati sunt *de classibus*, hac civium Atheniensium distributione collata cum classibus Romanis, a Servio Tullio creatis: nobis autem in duobus institutis, quarum diversa omnino forma ac ratio erat, eiusdem vocis usurpatio plus obscuritatis quam explicationis afferre videtur. Neque magis placet alterum, a Reiskio proditum in commentarii ad h. Or. initio, *de collegiis.* Sic certe, ut aliquis generali vocis notioni modus adhiberetur, praeferendum esset *de collegiis ditiorum.* Sed praestat in huiusmodi vocibus, quibus res Romanis ignotae significentur, Graeca tenere, ne temere commiscendis variis nominibus confusionis occasio praebeatur. Itaque, quemadmodum auctores castigati sermonis ostracismum, archontes, et Lacedaemoniorum ephoros et moram non vertenda esse censuerunt, ne similitudine Latinorum instituti lectores in errorem ducerentur, ita nobis videmur nostram Orationem Latine laudantes rectius ipsum Graecum vocabulum, *de Symmoriis*, retinere. Caeterum de huiusmodi interpretationibus idem nuper statuisse videtur I. Th. Bergmannus ad Isocrat. Areop. p. 50.

ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM ORATIONIS DE SYMMORIIS.

P. 177. v. 2. κεκίνηται] Scriptum reperi καὶ κεκίνηται. OBSOP. καὶ κεκίνηται Aldina Taylori. REISK.

P. 177. v. 3. καὶ τὸν πόλεμον] καὶ abest a Bavar. et Aug. secundo. REISK.

P. 177. v. 3. τὸν πόλεμον] Vulg. εἰς τὸν πόλεμον. εἰς abest a Paris. secundo et quinto, item Felicianea: et delevi. Wolfius in farragine refert, nescio unde, τὸ τὸν π. REISK.

P. 177. v. 5. ἤδη] Pro ἤδη malim ὅσον οὐκ ἤδη, *tantum non iam statim.* REISK. Non opus. SCHAEFER.

P. 177. v. 5. προεξανίστασθαι] προεξανίστασθε legendum est. OBSOP. Quis credat? SCHAEFER.

P. 177. v. 8. συστήσεται] συστήσει Paris. quintus, Aldina Taylori. REISK.

P. 177. v. 13. λειτουργούντων] Pro λειτουργούντων in antiquo λειτουργιῶν reperi, non magni discriminis aut momenti di-

versitate. OBSOP. λειτουργιῶν cum γρ. Paris. secundus et quintus. λειτουργεῖ Aldina Taylori, si annotator diligenter excerpsit: sed fieri potest, ut siglam ῶν significantem pro circumflexo habuerit. REISK. V. Bastii Commentat. Palaeogr. p. 778. s. SCHAEFER.

Argumentum huius Orationis dedit etiam Dionysius Halic. T. VI. p. 945. R. SCHAEFER.

ANNOTATIONES AD ORATIONEM DE SYMMORIIS.

Huius orationis conversionem anno 1535. dictatam in schola Tubingensi a doctissimo in omni genere literarum ac diligentissimo viro, Ioachimo Camerario, edendam illius iniussu Oporino concessi: quod nostra aetate puto esse neminem, a quo Demothenes Latine loqui se edoceri mallet. Etsi autem fidelis et perspicua interpretatio vice commentarii est, ipsius tamen orationis obscuritas pluscula nos annotare cogit. WOLF.

De tempore, quo haec Oratio habita est, v. F. A. Wolf. Proleg. ad Leptin. p. LX. De eius consilio v. idem ibid. p. CIX. ss. SCHAEFER.

P. 178. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ Ο ΠΕΡΙ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ ΛΟΓΟΣ*] *Συμμορία*, Libanio auctore in oratione *περὶ ἀντιδόσεως πρὸς Φαίνιππον*, apud Atticos fuit coetus, ordo seu classis eorum, qui munera publica graviora sustinebant: cuius ordinis seu classis socii *συμμορῖται* dicebantur. Plura vide cum in enarratione Ulpianica secundae Olynthiacae, tum in hoc ipso commentario. WOLF. Bekkerus inscripsit *περὶ τῶν συμμοριῶν*. Taylorus in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 118.: „Rectius Dionysius *Ὁ περὶ τῶν βασιλικῶν*.“ Locus est in Arte Rhetor. c. 10. T. V. p. 351. R. V. Krüger. ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 209. SCHAEFER.

P. 178. v. 1. *Οἱ μὲν ἐπαινοῦντες*] *Οἱ μὲν οὖν ἐπαινοῦντες* Bavaricus, quod nescio an minus sit damnandum, quamquam non ideo vulgatam exterminandam censeo. Fieri potest, ut haec oratio fragmentum et absolutio seu peroratio alterius cuiusdam sit. Quamquam *οὖν* ne integrae quidem orationis principio parum convenit. Fingi enim potest orator assurgens secundum alium aliosve sic ordiri: *Vestros itaque maiores qui laudant*—: unde colligatur, antecessoris aut antecessorum orationes in laudibus maiorum celebrandis versatas esse. Aristides de D. C. p. 310. locum hunc in exemplum periodi proponit pluribus e colis compositae. Sed fructuosior est alter eiusdem locus p. 264. *σφοδρό-*

τητα δὲ ποιεῖς καὶ ὅταν πράγματα ἢ πρόσωπα ἔνδοξα μὴ ὀκνῇς διαβάλλειν. οἷον τὸ μὲν ἐπαινεῖν τοὺς προγόνους πρᾶγμα ἐνδοξότατον· ὁ δὲ Δημοσθένης πῶς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ διέβαλεν; Οἱ μὲν ἐπαινοῦντες—. REISK. Codex Bavaricus habet *Οἱ μὲν οὖν ἐπ.* unde Reiskio in suspicionem venit, hanc Orationem esse fragmentum vel perorationem alterius Orationis in eodem argumento versantis, quamquam etiam, salvo *οὖν*, hinc novam ordiri posse existimat. Posteriori sententiae eius parti minus repugno, neque tamen assentior. Non videtur nobis admittendum illud *οὖν*, ortum quippe ex repetitione vocabuli *μέν*. Hanc vero Orationem esse perorationem alterius Orationis cur Reiskius voluerit, non capio. Certe nihil est in eius argumento, quod omisisse videatur Orator, in alia deperdita sermonis parte investigandum. Neque in *ἐπιλόγῳ* s. *ἀνακεφαλαιώσει*, quae est p. 189, 20., quicquam memorat Demosthenes, quin idem in ipsa Oratione fusius disputaverit. Accedit, quod non facile quisquam mediocris Orator, nedum Demosthenes, in animum sibi inducat perorationem eam habere, quae cum alia contineat subtiliter disputata, tum copiosam legis suasionem. Diserte etiam huius Orationis initium refertur inter Exordia Orationum Demosthen. p. 1423. Neque facile inter Orationes Demosthenis superstites ulla reperiatur, cuius in rebus Persicis item versantis haec fuerit appendix. Accedit, quod hic locus perquam similis est aliarum Orationum exordiis, de quibus mox dicemus. AMERSFOORDT. Non esse fragmentum Orationis, ipse Aristides p. 264. Reiskium docere poterat. *οὖν* autem illud, quod prorsus nihili est, non dicam ortum ex repetitione vocabuli *μὲν*, sed Codicis Bavarici librarius eadem oberravit chorda, qua tot alii scribae, quorum particulas *μὲν* et *μὲν οὖν* confundentium errores notavi Melet. Crit. p. 30. SCHAEFER.

P. 178. v. 1. *Οἱ μὲν ἐπαινοῦντες — τοὺς προγόνους ὑμῶν*] Communis fuit hic mos Oratoribus Atticis Demosthenis aetate, ut maiorum res praeclare gestas laudarent, quo sibi plebeculae benevolentiam conciliarent, quam his panegyricis imprimis delectari solere saepius indicat Orator. Exemplo sit locus de Rhod. libert. p. 201, 1. *χαίρετε ἀκούοντες, ὅταν τὶς ἐπαινῇ τοὺς προγόνους ὑμῶν, καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτοῖς διεξίῃ, καὶ τὰ τρόπαια λέγῃ.* In hunc morem Orationes habendi *πρὸς χάριν τῶν ἀκουόντων* saepe vehementer invehitur Demosthenes. Phil. III. p. 110, 17., Si inquiratis, inquit, qua potissimum causa Atheniensium respubl. labefactata sit, *μάλιστα — εὑρήσετε διὰ τοὺς χαρίζεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα λέγειν προαιρουμένους.* Olynth. III. p. 34, 15. *ἀλλὰ δικαίου πολίτου κρίνω τὴν τῶν πραγμάτων σωτηρίαν ἀντὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν χάριτος αἱρεῖσθαι. καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν λέγοντας ἀκούω — οὓς ἐπαινοῦσι μὲν οἱ παριόντες ἅπαντες, μιμοῦνται δ' οὐ πάνυ.* quam reprehensionem iisdem fere verbis in Demosthenem retorsit Demetrius citatus a Plutarcho p. 852. C. *ἐπαινέσαι μὲν ἱκανώτατος ἦν τὰ τῶν προγόνων*

καλὰ, μιμήσασθαι δ' οὐχ ὅμοιος. Sed non solebat Demosthenes importune maiorum animas quacunque opportunitate ab inferis excitare, verum ubi sic res ferebat, ubi commemoratio florentis reipubl. Atticae conditionis desides cives ad diligentiam ac fortitudinem poterat instigare, tum vero frequenter illi erant in ore. Exempla cum alibi prostant in eius operibus, tum in hac ipsa Oratione. Quin imo gravissime Aeschinem insectatur Athenienses a pristinae gloriae memoria avocantem de F. L. p. 345, 14. *ἐδημηγόρει καὶ συνηγόρει ἐκείνῳ* [Philocrati] *πολλῶν ἀξίους — θανάτων λόγους, ὡς οὔτε τῶν προγόνων ὑμᾶς μεμνῆσθαι δέοι* (respiciens forte ad eius verba de F. L. p. 109. et 113. ed. Tauchnitz.), quibus addantur ea, quae in eadem Orat. leguntur p. 441, 8. sqq. Cum loco ex Olynth. III. cit. convenit initium Orat. Isocratis de Pace et ad Demonic. (mihi p. 44.), ubi plebis indoles praeclare describitur: *ἐκεῖνο δ' οὖν φανερὸν, ὅτι δεῖ τοὺς βουλομένους ἢ ποιεῖν ἢ γράφειν τι κεχαρισμένον τοῖς πολλοῖς μὴ τοὺς ὠφελιμωτάτους τῶν λόγων ζητεῖν, ἀλλὰ τοὺς μυθωδεστάτους· ἀκούοντες μὲν γὰρ τοιούτων χαίρουσι.* Sed praestantissimorum fuit semper virorum libertate sua in dicendo (*παῤῥησίᾳ*) uti, neque propter populi favorem reipublicae utilitatem negligere: quo nomine imprimis laudatur Demosthenes a Plutarcho in eius vita p. 852. B. Cf. et Schol. ad Orat. Demosth. de Pace p. 60, 1., quibus ex recentioribus omnino addatur Heerenus in opere laud. Vol. III. P. I. p. 416. sqq. Hanc etiam libertatem olim sibi vindicaverat Pericles ap. Thucyd. II. 60. sqq. et Nicias ibid. VI. 9. *οὔτε ἐν τῷ πρότερον χρόνῳ διὰ τὸ προτιμᾶσθαι εἶπον παρὰ γνώμην, οὔτε νῦν, ἀλλὰ, ᾗ ἂν γιγνώσκω, βέλτιστα ἐρῶ κ. τ. λ.* Et quantopere iam sua aetate mala haec consuetudo vigeret, nemo melius intellexit eodem Nicia, qui rei male ad Syracusas gestae quum nuntium Athenas vellet mittere, fidem non habuit legatis suis, sed suas literas populo recitare iussit, quibus vere exercitus clades exponebantur, *φοβούμενος — μὴ οἱ πεμπόμενοι ἢ κατὰ τὴν τοῦ λέγειν ἀδυνασίαν — — ἢ τῷ ὄχλῳ πρὸς χάριν τι λέγοντες οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγείλωσιν κ. τ. λ.* Thucyd. VII. 8. — Non minus regibus perpetuo adesse adulatores quam plebi in regimine populari, cum omnes agnoscunt, tum Isocrates monuit ad Nicocl. R. p. 27. *οἱ συνόντες* [*τοῖς βασιλεῦσι*] *πρὸς χάριν ὁμιλοῦσι*, et ipse de se confitetur ad Philippum Maced. p. 146. *οὐ τὰ πρὸς χάριν ἐκλεξάμενος, καίτοι πρὸ πολλοῦ ποιησαίμην ἂν σοι κεχαρισμένως εἰπεῖν.* — Caeterum monendum est, hoc exordium forma ac dictione convenire cum Periclis Oratione funebri, quae est ap. Thucyd. II. 35., et cum initio Isocratis Orationis ad Nicoclem, quae loca imitatus esse videtur Demosthenes. AMERSFOORDT. Imitationem non agnosco. Usus autem est Demosthenes hoc exordio ad retundendos Oratores, qui cum, antequam ipse ad dicendum surgeret, *περὶ τῶν βασιλικῶν* orarent, nihil aliud quam mellitos globulos hianti coronae ingerentes decantando immorta-

lia maiorum facinora cives in Persam concitare studuissent. SCHAEFER.

P. 178. v. 2. προαιρεῖσθαι] Abest ab Ariside Art. p. 264. et 310. REISK. Videtur servandum. Exagitat enim Demosthenes consilium eiusmodi Oratorum, qui, dum eloquentia praestare videntur, nihil dicunt, quod patriae prodesse possit: sin προαιρεῖσθαι eiiciatur, eorundem stultitiam et imprudentiam potius incusare videretur, qui non iusto tempore ac temere ea maiorum facta commemorarent. Sed vulgaris lectio magis cum sqq. convenit. De infinitivo verbum προαιρεῖσθαι vulgo sequente cf. A. Matthiae in Grammat. Gr. §. 531. et cf. locus supra cit. ex Phil. III. Sic perpetuo opponit λόγον κεχαρισμένον et συμφέροντα. v. et Olynth. III. l. supra laud. Neque hoc rarum est, ut plures deinceps infinitivi sequantur. De Latinis huiusmodi locutionibus v. D. Wyttenbachius in Bibl. Crit. VIII. p. 72. Graeca exempla vel ex hac ipsa Oratione peti possunt. Cf. p. 180, 2. 9. 12. 24. p. 181, 8. alibi. AMERSFOORDT.

P. 178. v. 5. ἐπιχειροῦντες] ἐπιθυμοῦντες Paris. primus. REISK.

P. 178. v. 5. ὧν — ἐφικέσθαι] *quae assequi*, id est, quorum magnitudinem dicendo aequare. WOLF.

P. 178. v. 5. ὧν οὐδ' ἂν εἷς — τῷ λόγῳ] Similiter de maioribus Philipp. II. p. 68, 18. πράξαντες ταῦθ', ἃ πάντες μὲν ἀεὶ γλίχονται λέγειν, ἀξίως δ' εἰπεῖν οὐδεὶς δεδύνηται· διόπερ κἀγὼ παραλείψω. δικαίως. ἔστι γὰρ μείζω τἀκείνων ἔργα, ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι. et Orat. π. Συντ. p. 171, 11. τὸν γὰρ ὑπὲρ τηλικαύτης πόλεως ῥηθησόμενον λόγον καὶ τοιούτων πραγμάτων παντὸς ἑνὸς τοῦ λέγοντος ἀεὶ μείζω φαίνεσθαι δεῖ καὶ τῆς ἀξίας τῆς ὑμετέρας ἐγγὺς εἶναι, μὴ τῆς τοῦ λέγοντος. Ita etiam Isocrates Paneg. c. 23. eos ait tales fuisse, ὥστε μηδένα πώποτε δυνηθῆναι περὶ αὐτῶν, μήτε τῶν ποιητῶν, μήτε τῶν σοφιστῶν, ἀξίως τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων εἰπεῖν. et c. 51. τότε [h. e. quum dicere hanc Orationem incipiebam] μὲν γὰρ ᾤμην ἀξίως δυνήσεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων εἰπεῖν· νῦν δ' οὐκ ἐφικνοῦμαι τοῦ μεγέθους αὐτῶν. Malo etiam sensu *) usurpatur hoc ἐφικνεῖσθαι τινὸς a Demosthene de F. L. p. 361, 24. de Phocensium clade: ὅλως δὲ οὐδ' ἂν εἷς ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ δύναιτο τῶν ἐκεῖ κακῶν νῦν ὄντων. sed meliore ab eodem Amator. Serm. **) p. 1405, 22. εἰ μὲν οὖν οἷόν τ' ἦν ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ τοῦ κάλλους τοῦ σοῦ. Isocrates Laud. Helenae p. 358. f. τὰ μὲν μικρὰ ῥᾴδιον τοῖς λόγοις ὑπερβαλέσθαι, τῶν δὲ χαλεπὸν τοῦ μεγέθους ἐφικέσθαι. Eodem sensu dixit

---

*) H. e. de re mala, ingrata. SCHAEFER.

**) Quae Oratio ab aliis refertur ad Androtionem. Vid. Reiskius ad eius initium. Nos tamen in huiusmodi Orationibus, de quarum auctoribus lis est, in hac Annotatione vitandi erroris caussa ubique Demosthenis nomen usurpabimus. AMERSFOORDT.

Panathen. p. 415. *τοῖς δὲ ὑπερβάλλουσι τῶν ἔργων καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει χαλεπὸν ἐξισῶσαι τοὺς ἐπαίνους.* Idem Archid. p. 234. de Lacedaemoniis, qui ad Thermopylas pugnaverant, *τοιούτους σφᾶς αὐτοὺς παρασχόντες, ὥστε τοὺς μετὰ τέχνης ἐγκωμιάζοντας μὴ δύνασθαι τοὺς ἐπαίνους ἐξισῶσαι ταῖς ἐκείνων ἀρεταῖς.* et ibid. *τοὺς βουλομένους ἡμᾶς εὐλογεῖν ἀπορεῖν ποιήσομεν, τί τῶν πεπραγμένων ἡμῖν ἀξίως ἐροῦσι.* Wyttenbachius autem in Epist. Crit. ad D. Ruhnken. p. 31. f. monuerat, ex huius Orat. initio expressa videri Iuliani verba Caesar. p. 324. D. *ἔργα ἔπραξα τηλικαῦτα, ὥστε τὴν μνήμην, καίπερ οὐκ ἀξίως ὑπὸ τῶν συγγραφέων ὑμνηθέντων* (alii *ὑπομνηθέντων*), *ὅμως δὲ συμπαραμένειν τῷ βίῳ.* AMERSFOORDT.

P. 178. v. 5. *ἐφικέσθαι*] *ἐφικνεῖσθαι* Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 178. v. 6. *δύναιτο τῷ λόγῳ*] *τῷ λόγῳ δύναιτο* Bekker. SCHAEFER.

P. 178. v. 6. *τοῦ δοκεῖν — ἐκφέρονται*] gloriam videndi, id est, ut videantur bene dicere, hoc est, eloquentiae laudem auferunt, approbationem auditorum oratione sua emerentur. WOLF. Miror insolentiam dictionis *τοῦ δοκεῖν δόξαν ἐκφέρονται.* Poterat, ni fallor, alterum, sive *δοκεῖν*, sive *δόξαν*, sufficere. An haec est sententia, in latinis quidem non intolerabilis: *hanc referre gloriam, ut vulgus eos habeat in oratoribus haud contemnendis.* REISK. Mireris, hanc locutionem Reiskio insolitam videri potuisse. *δόξα* h. l. fere idem quod *τιμή*, cum quo vocabulo passim iungitur. SCHAEFER.

P. 178. v. 6. *τοῦ δοκειν εὖ λέγειν*] Ita Exord. Orat. Demosthen. XXXV. p. 1411, 8. *ἠβουλόμην ἂν — τὴν ἴσην σπουδὴν ἐνίους τῶν λεγόντων ποιεῖσθαι, ὅπως τὰ βέλτιστ᾽ ἐροῦσιν, ὅσηνπερ, ὅπως εὖ δόξουσι λέγειν, κ. τ. λ.* AMERSFOORDT.

P. 178. v. 6. *εὖ*] Abest a Paris. primo, Aug. primo: nam quod S. Fabricius hic loci *εὖ* illinc exhibuit, id aio nullum ibi esse. REISK.

P. 178. v. 6. *λέγειν δόξαν*] *λέγειν δύνασθαι δόξαν* Aldina Taylori, Aug. primus. Pro verbis *εὖ λέγειν* dat appendix Francofurtana *δύνασθαι.* REISK. V. p. 1423, 6. SCHAEFER.

P. 178. v. 7. *ἐλάττω τῆς ὑπειλημμένης*] Scilicet *περὶ αὐτῶν δόξης.* Non est *προειλημμένης*, praecepta gloria: sed *ἐλάττω, ἢ ὑπείληπται*, minorem, quam existimatur esse virtus eorum. Isocrates Busiride: *ὅσοι μὲν γὰρ σφᾶς αὐτοὺς οὕτω κατεσχημάτισαν, ὥστε ἢ κατὰ φιλοσοφίαν ἢ κατ᾽ ἄλλην τινὰ ἀρετὴν ὑπολαμβάνεσθαι μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν, οὗτοι βλάπτουσι τοὺς ἐξαπατηθέντας· ὅσοι δὲ τῶν θείων πραγμάτων οὕτω προέστησαν, ὥστε καὶ τὰς ἐπιμελείας καὶ τὰς τιμωρίας εἶναι δοκεῖν ἀκριβεστέρας τῶν συμβαινόντων, οἱ δὲ τοιοῦτοι πλεῖστα τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ὠφελοῦσιν.* Hic *τινὰ ὑπολαμβάνεσθαι κατ᾽ ἀρετὴν μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν* est, de virtute alicuius maiorem esse opinionem, quam is mereatur,

virtutem alicuius non respondere hominum de ea conceptae opinioni. WOLF. Ita Demosthenes Or. in Leptin. p. 480. init. res Chabriae referens, ὅτι, inquit, — οὐδαμοῦ τὸ τῆς πόλεως ὄνομ᾽ οὐδ᾽ αὐτὸν κατῄσχυνεν, οὔτε πάνυ ῥᾴδιον κατὰ τὴν ἀξίαν εἰπεῖν, πολλή τ᾽ αἰσχύνη, λέγοντος ἐμοῦ, ταῦτ᾽ ἐλάττω φανῆναι τῆς ἐν ἑκάστῳ νῦν περὶ αὐτοῦ δόξης ὑπαρχούσης. Olynth. III. p. 35. de maioribus: μόνοι δὲ ἀνθρώπων κρείττω τὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις δόξαν τῶν φθονούντων κατέλιπον. Iustinus II. c. 6. init. „Operaque Atheniensium effectu maiora quam voto fuere.“ AMERSFOORDT.

P. 178. v. 11. παραδείξασθαι] παραδέξασθαι, *suscipere, sustinere*, ὑπομένειν, διαπράξασθαι, ἢ καὶ μιμεῖσθαι καὶ διαδέχεσθαι. WOLF. Vulg. παραδέξασθαι. γρ. παραδείξασθαι Paris. secundus, unde repetiisse videtur appendix Francofurtana. Correxi παραδείξασθαι. alii nulli exempla domestica vel documenta rerum splendidius atque praeclarius gestarum domi suae nata proferre vel edere potuerunt. REISK. V. p. 1423, 12. SCHAEFER.

P. 178. v. 12. τὸν τρόπον] τοῦτον τὸν τρόπον Aldina Tayl. Aug. primus. REISK.

P. 178. v. 13. δοκῆτε] δοκεῖτε Aldus, P. Manutius. REISK. δοκεῖτε Bekker., quod unice probari oportere ita nunc constat, ut mirer, Amersfoordtium de vulgatae soloecismo nihil monuisse. V. not. ad p. 44, 1. 45, 8., ubi quod Bremius dicit, ἂν h. l. significare *posse*, non assentior. Est enuntiatio hypothetica. Hypothesin supplet Reiskius in not. sequ. SCHAEFER.

P. 178. v. 13. [δύνασθαι]] Abest a Bavar. et Aug. secundo. Uncis inclusi. Conveniret eius loco melius δεόντως vel ὀρθῶς. *quomodo mihi videmini recte et qua par est instructi atque parati esse:* subaudi, ἂν οὕτω παρασκευασθῆτε, *si sic, ut praecipio, instructi fueritis.* REISK. δύνασθαι uncis inclusit Reiskius. Reponendum censet δεόντως vel ὀρθῶς. Sed horum vocabulorum vis iam latet in illo μάλιστα. Itaque vulg. lectio est tenenda. AMERSFOORDT. Accedo. Uncos praeter Amersfoordtium amovit Bekker. V. p. 1423, 13. SCHAEFER.

P. 178. v. 13. παρεσκευάσθαι] παρασκευάσασθαι Paris. primus, Aug. primus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius, edit. Wolfii. Vulgatam dat appendix Francofurtana. REISK. παρασκευάσασθαι etiam legitur Exord. Oratt. VIII. p. 1423, 13., quod, si paucas varias lectiones exceperis, idem est atque hoc nostrum: ideoque videtur praeferendum. AMERSFOORDT. παρασκευάσασθαι Bekker. Recte. Vulgata non debebat probari Bremio in not. ad p. 45, 8. SCHAEF.

P. 178. v. 15. εἰ μὲν — βέλτιον σχοίη] Hanc Oratorum dicendi curam cum socordia in agendo coniunctam saepius graviter increpat Demosthenes. Exemplo sint Exord. Oratt. X. totum p. 1424. Phil. II. p. 66, 20. εἰ μὲν οὖν καὶ νῦν λέγειν δικαιότερα ὑμῖν ἐξαρκεῖ, ῥᾴδιον, καὶ πόνος οὐδεὶς πρόσεστι τῷ πράγματι· εἰ δὲ κ. τ. λ. Phil. I. p. 51, 6. εἰ μὲν, ὅσα ἄν τις ὑπερβῇ τῷ

λόγῳ, ἵνα μὴ λυπήσῃ, καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται, δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν· εἰ δ' ἡ τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται, αἰσχρόν ἐστι κ. τ. λ. AMERSFOORDT.

P. 178. v. 15. [οἱ μέλλοντες]] Absunt a Paris. primo, secundo, quinto, Bavarico, Aug. secundo. Rursus οἱ μέλλοντες cancellavi. Melius conveniret οἱ λέγοντες. *nos, qui cum plebe agere in concione solemus, si videamur subtiliter dicere.* REISK. Cur Reiskium sequar, non video. AMERSFOORDT. Recte uncos removit cum Amersfoordtio Bekker. Conf. p. 1423, 14. SCHAEFER.

P. 178. v. 15. λέγειν δεινοὶ] *vehementes oratores, elegantes esse videamur.* WOLF. Cave iungas λέγειν δεινοί. δεινὸς ipsum per se de facundo dicitur. SCHAEFER.

P. 178. v. 16. φανείημεν ὄντες] ὄντες abest ab Aug. secundo et Bavarico. φανείημεν ὄντες idem est atque οὐ μόνον φανείημεν εἶναι, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀληθῶς ὦμεν *). *neque videamur modo eloquentia pollere, sed reapse quoque polleamus.* Verum abest aliquid, cuius defectum aegre fero: *neque tamen illa eloquentia nostra ad curam reipubl. et ad satisfaciendum eius necessitatibus conferatur, nihilo ideo melius respubl. vestra habebit.* REISK. Nihil abesse Reiskius facile vidisset, si attendisset vim oppositionis. Scilicet τοῖς δεινοῖς opponitur v. 17. ὁστισοῦν, i. e. homo vel minime facundus. SCHAEFER.

P. 178. v. 16. εὖ οἶδ' ὅτι] Formula Graecis solemnis atque in quocumque genere scriptorum frequenter obvia, cuius tamen variam potestatem diversamque collocationem, imprimis Demosthenicam, uberius h. l. explicare statuimus. De ea egerunt Vigerus de Idiotism. l. Gr. c. 5. sect. 8. §. 16. p. 271. et impr. Hoogev. ad eum locum, quem partim sequimur. Idem de Partic. l. Gr. p. 876. et p. 880. sqq. subaudiendum esse censet τοῦτ' ἀληθές vel σαφές ἐστιν. Videtur tamen potius tacite repetendum esse idem verbum, ad quod in Oratione refertur, ut hic οὐδὲν ἂν βέλτιον σχοίη, sicut in Pauli Apostoli loco Actor. XXVI. 27. hanc repetitionem diserte exstare monuit Hoogeveenius ad Vigeri l. c. Cf. et A. Matthiae in Grammat. Gr. §. 613. VI. p. 905. Recte vertitur *sat scio.* Modo autem occurrit, addito adverbio εὖ, modo eodem omisso: nonnumquam etiam pro hoc aliud invenitur, ut σάφα vel ἀκριβῶς. In quacunque sententiarum parte invenitur, tum in initio et medio, tum in earumdem fine. Opponitur ei saepe alia: οὐκ οἶδ' ὅτι, vel et οὐκ οἶδ' ὅ τι: difficile autem est videre, utrum cuique loco conveniat. Videtur tamen, si affirmantis est, εὖ οἶδ' ὅτι, vel simpliciter οἶδ' ὅτι, legendum esse ὅτι, si negantis, in οὐκ οἶδ' ὅ τι separandum. Sic certe ut sta-

---

*) Immo εἴημεν. Sed discrimina modorum illis temporibus non solus Reiskius ignoravit. SCHAEFER.

tuamus faciunt exempla, in quibus supra dictorum fidem, iustum ordinem tenentes, tueri conabimur, simul illorum ope probantes, hanc formulam cum omnibus fere verbi modis temporibusque coniungi. — In praesenti indicat. sine εὖ media sententia. Demosthenes in Mid. p. 535, 19. οὐδέ γε ἐκεῖνο οὐδεὶς ὑμῶν, οἶδ' ὅτι, μνημονεύει. c. Arist. I. p. 784, 24. σὺ δ', οἶδ' ὅτι, καὶ τὰ ἀντίγραφα αὐτῶν ἔχεις. Philipp. II. p. 73, 11. ταῦτα γὰρ ἅπαντα — μνημονεύετ', οἶδ' ὅτι, ῥηθέντα, ubi iam Hoogeveen. ad Vigeri l. c. monuerat deesse εὖ. Male igitur et contra Codicum consensum Reiskius illud inseruit, nullo insuper in textu mutatae lectionis addito signo. Thucydides II. 64. καὶ δι' αὐτὴν, οἶδ' ὅτι, μισοῦμαι. Et cum εὖ Aeschines c. Timarch. (ed. Tauchnitz.) p. 32. f. καὶ εὖ οἶδ' ὅτι δοκοῦσιν ὑμῖν καλῶς ἔχειν. ibid. p. 40. περὶ οὗ πάλαι εὖ οἶδ' ὅτι θαυμάζετε. Sic et in initio sententiae Demosthenes p. Phorm. p. 954, 12. ἐγὼ μὲν γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι τοῦτον, ubi ex praecedentibus supplendum οἴει. et plenius etiam Exord. XXIV. p. 1433, 27. ἐγὼ δ' οἶδα μὲν τοῦθ' ὅτι — προσδέχονται πάντες. quibuscum convenit, item in initio positum, Epist. III. p. 1475, 22. εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι — φαύλην δόξαν ἡ πόλις λαμβάνει. Aeschines c. Timarch. p. 21. εὖ δ' ἴστε — ὅτι — οἱ νόμοι σώζουσι. In fine periodi occurrit apud Aristophan. Plut. 183. ab Hoogeveenio citatum: *Μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος Καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθ' ὅτι.* — Cum imperf. indicat., addito ἄν. Initio sententiae Demosthenes p. Cor. p. 286, 10. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι, εἰ —, οὐκ ἂν ἠκούομεν. c. Nicostr. p. 1247, 6. εἰ μὲν οὖν —, εὖ οἶδ' ὅτι ὑμεῖς τ' ἄν μοι ἔτι μᾶλλον συγγνώμην εἴχετε. adv. Lacrit. p. 939, 12. καὶ εἴγε τις — ἐτόλμησε —, εὖ οἶδ' ὅτι ἠγανάκτει ἂν οὗτος. — Cum perf. indic. initio sententiae. Aeschines c. Timarch. p. 29. init. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι πάντες ἐκπεπλεύκατε εἰς Σαλαμῖνα. — Cum fut. indic. Demosthenes p. Phorm. p. 945, 10. media sententia: ἐξ ὧν εὖ οἶδ' ὅτι ἥ τε τούτου συκοφαντία φανερὰ γενήσεται. c. Pantaen. p. 967, 1. ὡς καὶ ὑμεῖς εὖ οἶδ' ὅτι φήσετε. c. Macart. p. 1063, 6. ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι οὐδεὶς ἔσται. c. Conon. p. 1256, 15. καὶ τούτου συγγνώμην ἕξετε εὖ οἶδ' ὅτι πάντες. Aristophanes Plut. 72. *Ἀλλ' ἢν πύθησθέ μ' ὅστις εἴμ', εὖ οἶδ' ὅτι Κακόν τί μ' ἐργάσεσθε κοὐκ ἀφήσετε.* et v. 216. *Ἐγὼ γὰρ, εὖ τοῦτ' ἴσθι, κἂν δεῖ μ' ἀποθανεῖν, Αὐτὸς διαπράξω ταῦτα.* et cum ἀκριβῶς Demosthenes Epist. III. p. 1484, 27. καὶ τότε φήσετε δεινὰ πεπονθέναι με, ἀκριβῶς οἶδα, ὅτε κ. τ. λ. Igitur hic occurrit sine ὅτι. — Cum aoristo indic. addito ἄν, media sententia, Demosthenes Phil. II. p. 72, 24. οὔτ' ἂν ὑμεῖς, εὖ οἶδ' ὅτι, ἐπαύσασθε πολεμοῦντες. Lucianus Dial. Mar. II. οὐ γὰρ ἂν, εὖ οἶδ' ὅτι, ἐδυνήθη ἀποκινῆσαι τὴν πέτραν ἀπὸ τῆς θύρας. et cum ἀκριβῶς initio periodi Aeschines c. Timarch. p. 47. ἀκριβῶς οἶδ' ὅτι κατέγνωτ' ἂν αὐτοῦ. — Cum praes. optat. initio sententiae Demosthenes Exc. adv. Lacrit. p. 938, 26. ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι οὐδὲν ἂν τούτων οἷός τ' εἴη διδάξαι. — Cum aoristo

optativi, addito ἂν, media sententia Demosthenes p. Phorm. p. 954, 10. χρηστὸν εὖ οἶδ' ὅτι φήσειας ἄν. Epist. II. p. 1469, 7. τὸ γὰρ ὑμᾶς τῷ τοιούτῳ τοῦτον τὸν τρόπον κεχρῆσθαι ἐμοὶ μὲν ἂν, εὖ οἶδ' ὅτι, φανείη συμφορά. c. Macart. p. 1065, 29. media sententia: εἰ γάρ τις —, εὖ οἶδ' ὅτι ἀποκρίναιτ' ἄν. Ita et in loco, in cuius explicatione versamur. Cum σάφα apud Euripid. Phoeniss. v. 1610. Oedipi sunt verba ab Hoogeveenio citata: Τίς ἡγεμών μοι ποδὸς ὁμαρτήσει τυφλοῦ; Ἥδ' ἡ θανοῦσα; ζῶσά γ' ἂν, σάφ' οἶδ' ὅτι. Subaudiendum ὁμαρτῆσαι vel indicativus ὡμάρτησεν ἄν, ut Hoogev. Sed rariora huius formulae exempla sunt apud Tragicos; apud Comicos vero iis nihil frequentius occurrit. Exempla ex Tragicis collegit Io. Lentingius ad Euripidis Medeam p. 165. — Denique iungitur participio aoristi. Demosthenes Phil. III. p. 110, 5. καὶ πάντων εὖ οἶδ' ὅτι φησάντων. — Quod vero attinet ad contrariam formulam, οὐκ οἶδ' ὅτι, eam saepissime sequitur verbum δεῖ, ut in Orationum clausulis. Demosthenes p. Phorm. p. 963, 7. οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν, uti et in Conon. p. 1271, 6. c. Nausim. et Xenopith. p. 993, 15. c. Callicl. p. 1281, 10. quibus locis duobus posterioribus ὅ τι scribendum est pro vulgato ὅτι, quod item Reiskio ita visum fuit in Indice Graecit. ad v. ὅστις. Ita et c. Theocrin. p. 1340, 3. Serm. Amat. p. 1415, 18. c. Spud. de dote legitur p. 1019, 2. περὶ ἧς οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ λέγειν. Isocrates Paneg. c. 30. πολιτείαν, — ἣν οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ διὰ μακροτέρων ἐπαινεῖν. Cf. et Panath. p. 439. Herodis Orat. π. Πολιτείας Oratt. Graec. Vol. VIII. p. 38. καὶ τούτων οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ σημεῖον ἄλλοθεν λαβεῖν. — Paullo diversae indolis esse videtur apud Demosthen. c. Steph. de f. test. I. p. 1103, 20. αὐτὸς οὐκ ἂν οἶδ' ὅ τι ἄλλο εἶχον ψηφίσασθαι, et cum occurrit sequente ὅπως vel εἴποτε. Demosthenes c. Phorm. p. 919, 19. εἰ οὕτως ἐδείκνυε Φορμίων, οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν ἄλλως — ἀπελογήσατο. Aeschines c. Timarch. p. 38. f. μὰ τὸν Διόνυσον, οὐκ οἶδ' ὅπως δυνήσομαι. et Demosthenes de Rhod. libert. p. 195, 1. οὐκ οἶδ', εἴποτ' ἂν εὖ φρονῆσαι ἠθέλησαν. AMERSFOORDT.

P. 178. v. 17. εἷς ὁστισοῦν δύναιτο διδάξαι] Reiskius Exord. VI. p. 1423, 16. de suo ὅ τι inseruit. Ibidem pro εἷς ὁστισοῦν erat olim τις ὁστισοῦν. Sed τις eiiciendum censebat Wolfius. Nobis quoque εἷς praeferendum videtur, ne τις saepius repetatur. Neque Reiskii placet coniectura. Cum vulgata lectione convenit Exord. XXVII. p. 1437, 7. ἂν μὲν γὰρ διδάξαι δυνηθῶσιν. quod paullo aliter pronunciatum est Exord. XXII. p. 1432, 28. οὐ γὰρ οἱ ταχὺ εἰπόντες μάλιστα εἰς τὸ δέον λέγουσιν, ἀλλ' ὃς ἂν δείξῃ, τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ νυνὶ διαμεῖναι δυνήσεται. AMERSFOORDT. Nostro loco εἷς oppositum est antegresso ἅπαντες. SCHAEFER.

P. 178. v. 17. πεῖσαι] φράσαι Aldina Taylori, Paris. secundus et quintus cum γρ., Bavaricus, Aug. secundus, index Aldi, appendix Francofurtana. REISK. Idem duo Codd. Amersfoordtii.

Nec displicet: ut haec quoque sit orationis redundantia, cuius tot exempla in Demosthenicis occurrunt. Sic p. 179, 7. *ἐναργές*—*καὶ σαφές*. Vulgata quidem scriptura parum videtur congruere cum sequentibus, *τίς* et *πόση* et *πόθεν*. SCHAEFER.

P. 178. v. 18. *νῦν*] Abest a Paris. secundo et quinto, a Bavarico et Aug. secundo et appendice Francofurtana. REISK. Omisit Bekker. Nec legitur p. 1423, 17. SCHAEFER.

P. 178. v. 20. *λέλυται*] *ἀντὶ τοῦ λυθείη ἄν*. WOLF. *λυθήσεται* Paris. primus, Aug. primus, quod Fabricius pro scholio habet, seu ille potius Wolfius est. REISK. *λελύσεται* Bekker. Sive hoc probes, sive *λυθήσεται*, idem est sensus: ambo enim valent *solutus erit*. Sed *λελύσεται* est paulo exquisitius. *λέλυται* praetulit Bremius ad p. 45, 8. SCHAEFER.

P. 178. v. 20. *ἂν*] *ἐὰν* Paris. primus. REISK.

P. 178. v. 21. *ὡς ἔχω γνώμης*] Id est, *quid sentiam*, *quae mea sententia sit*. Postea [p. 181, 7.] *οὐχ ἡδέως ὑμῖν ἐνίων ἐχόντων*, *cum quidam vobis non amicissimi sint*. Nota constructio est verbi *ἔχω* cum genitivis et adverbiis. WOLF.

P. 178. v. 22. *περὶ τῶν πρὸς βασιλέα*] Scilicet *πραγμάτων*. *de regio negotio*. WOLF.

P. 178. v. 22. *πρὸς βασιλέα*] Vulg. *πρὸς τὸν βασιλέα*. *τὸν* abest a Paris. primo, secundo, quinto, Bavarico, Aug. secundo, appendice Francofurtana. Sustuli articulum. REISK. Articulum eiecit Reiskius. Habet tamen quo se tueatur. Infra p. 179, 21. item legitur *περὶ τῶν πρὸς τὸν βασιλέα*. Sed in re, cuius iudicium difficile est, nostrum non est pronuntiare. Simplex *βασιλεὺς* saepe de Persarum rege invenitur, quod notissimum est. Apud Demosthenem exempla sunt plurima: in Orat. c. Timoth. p. 1185, 20. p. 1191, 20. s. p. 1192, 22. alibi. Philostratus V. Soph. I. XVIII. p. 507. *οἱ μὲν βασιλεῖ ἐπιτήδειοι ἦσαν*. Ac raro simplex *βασιλεὺς* de alio quam de Persarum rege dicitur, nec nisi manifesta sententia quis alius indicetur. Sic est apud Diodorum Sic. XVI. 75. *τῆς γὰρ τοῦ βασιλέως* (Philippi Macedonis) *αὐξήσεως διαβεβοημένης κατὰ τὴν Ἀσίαν*, *ὁ βασιλεὺς* (Persarum) *ὑφορώμενος τὴν τοῦ Φιλίππου δύναμιν*. et XVII. 4. permutantur *Ἀλέξανδρος* et *ὁ βασιλεύς*: sed illic narratio ea est, ut perspicuum sit ad eundem virum haec referri. Caeterum h. l. monemus, regnasse in Perside, quum Oratio *περὶ Συμμοριῶν* habita est, Ochum, cui cognomen fuit Artaxerxis. Tertius fuit rex ita dictus, unde eum Artaxerxem III. nuncupavit Heerenus in Enchiridio ad discendam Hist. Ant. conscripto (*Handboek der O. G.*) p. 115., quomodo etiam est apud Aelianum V. H. *Ἀρταξέρξην τὸν καὶ Ὦχον ἐπικληθέντα*. Regnavit hic annos 23, ab Olymp. CIV. 3. ad Olymp. CIX. 1. Vid. Diodor. Sic. XV. 93. XVIII. 5 Supra de eo monuimus in Introduct. p. 723.—*Πρὸς* hic significat *respectu*, *quod pertinet*

ad, ut saepe. Cf. Matthiae l. l. p. 196. V. Diogen. Laërt. VI. 42. AMERSFOORDT.

P. 178. v. 22. *ἐγὼ νομίζω — ἄρασθαι*] Citat h. l. Aristides de D. C. p. 254. *ἀξιόπιστον δὲ καὶ ὅ τ' ἂν**) *ἄλλος εἴποι σοι ἐναντιούμενος, σὲ τοῦτο αὐτὸν προλαβόντα εἰπεῖν. οἷον ἐν τῷ περὶ συμμοριῶν, ὃ μὲν διοικεῖται, ἐστὶν ὅτι δεῖ ἐναντιωθῆναι τοῖς βασιλεῖ πολεμεῖν συμβουλεύουσιν· ἐπεὶ δ' ἐκεῖθεν αὐτῷ ἀντέπιπτεν· μὴ πολεμῶμεν οὖν τῷ κοινῷ ἐχθρῷ καὶ βαρβάρῳ; διὰ τοῦτο ἀξιοπίστως προλαβὼν, ἃ εἶπεν ἄν τις ἐκεῖθεν κατὰ βασιλέως, ταῦτ' αὐτὸς λέγει· ἐγὼ νομίζω κοινὸν ἐχθρὸν ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων βασιλέα. εἶτα ἃ νῦν αὐτὸς εἰσηγεῖται· οὐ μὴν διὰ τοῦτο παραινέσαιμ' ἂν τοῖς ἄλλοις πόλεμον πρὸς αὐτὸν ἄρασθαι.* REISK.

P. 178. v. 22. *κοινὸν ἐχθρὸν*] Isocrates Orat. ad Philipp. p. 167. *εἰ μέν τις φαίη, τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα τοῖς Ἕλλησιν ἐπιβουλεύειν καὶ παρασκευάζεσθαι στρατεύειν ἐφ' ἡμᾶς, οὐδὲν ἂν λέγοι περὶ αὐτοῦ φαῦλον.* et vicissim Panath. p. 438. init. meminit Graecorum *κοινῆς τῆς ἔχθρας ὑπαρχούσης τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ τοὺς βασιλέας αὐτῶν.* AMERSFOORDT.

P. 178. v. 23. *τῶν Ἑλλήνων*] *τῶν ὄντων Ἑλλήνων* Dionysius Halicarn. *Τέχνη* p. 46, 13. Infra tamen p. 56, 36., ubi locus hic ipse repetitur, abest hoc *ὄντων*, ut annotavit Sylburgius. REISK.

P. 178. v. 23. *ταῦτα*] *τοῦτο* Paris. secundus cum *γρ.* REISK. *διὰ ταῦτα*, *propter haec, quae dixi*: *ὅτι κοινὸς ἐχθρὸς ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων ἐστίν.* Facilior quidem, neque tamen in textum recipienda est lectio unius Cod. Paris. 2. *διὰ τοῦτο.* Sed abundant exempla pronominis demonstrativi pluralis, quod ad unam rem referatur. AMERSFOORDT. *τοῦτο* Bekker. Amersfoordtio assentitur Boissonadus ad Aristaenet. p. 436. V. not. ad p. 18, 21 SCHAEFER.

P. 178. v. 25. *μόνοις τῶν ἄλλων ὑμῖν*] Id est, vobis, si ab aliis non adiuvemini, si vos alii destituant: *ἐρήμοις συμμάχων οὖσι καὶ ἐγκαταλειφθεῖσιν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.* WOLF. Recte interpretatur *μόνοις*, i. e. *μονωθεῖσι.* Rarior hic usus adiectivi *μόνος.* Sophocles Aiac. 511. *σοῦ — μόνος.* Schol. *κεχωρισμένος.* SCHAEF.

P. 178. v. 25. *πόλεμον — ἄρασθαι*] Hanc phrasin cum similibus contulit Andr. Dunaeus ad Orat. Demosthen. de Pace p. 156. ed. Beck. AMERSFOORDT.

P. 178. v. 25. *ἄρασθαι*] *ἄρασθαι* etiam Dionysius habet p. 46., verum p. 56. dat *συνάγειν.* REISK.

P. 179. v. 1. *αὐτοὺς ὁρῶ τοὺς Ἕλληνας*] Vulg. *αὐτοὺς τοὺς Ἕλληνας ὁρῶ. αὐτοὺς ὁρῶ τοὺς Ἕλληνας* Aug. primus. REISK. *αὐτοὺς τοὺς Ἕλληνας ὁρῶ* Bekker. SCHAEFER.

P. 179. v. 1. *κοινοὺς — φίλους*] *ex aequo inter sese omnes amicos esse.* WOLF.

---

*) Leg. *ὅ ἄν.* SCHAEFER.

P. 179. v. 2. ἢ τισιν αὐτῶν] ἢ ἐνίοις σφῶν αὐτῶν, *quam quibusdam inter ipsos.* Id est, magis diffidunt quibusdam Graecis, quam regi Persarum. WOLF.

P. 179. v. 2. τισιν αὐτῶν] σφίσιν αὐτοῖς Aldina Taylori, appendix Francofurtana, exemplum Lessingianum, Paris. secundus et quintus, Bavaricus, Aug. secundus. Notatus est in Aldina locus hic asterisco, sed tacet index: ut annotare hanc varietatem voluisse videatur, quisquis illum indicem compilavit. REISK.

P. 179. v. 2. αὐτῶν] αὑτῶν Bekker. SCHAEFER.

P. 179. v. 3. δὴ] Vulg. δὲ. δὴ Paris. quintus, Bavar. REISK. Recte δὴ, *iam.* SCHAEFER.

P. 179. v. 3. τὴν ἀρχὴν — δικαία γενήσεται] Pro τηρεῖν, ὅπως ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου δικαία γενήσεται. Si, qui nominativi sequenti verbo respondere debebant, in accusativos mutantur, cum priore verbo construuntur: idque saepissime Terentius imitatus est, ut: „Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.“ WOLF.

P. 179. v. 3. τὴν ἀρχὴν] τὴν μὲν ἀρχὴν Bekker., quo membra periodi aptius vinciuntur. SCHAEFER.

P. 179. v. 5. τηρεῖν] ζητεῖν Paris. secundus et quintus, Bavaricus, Aug. secundus, P. Manutius, appendix Francofurtana. REISK. ζητεῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 179. v. 5. ὅπως δικαία] Consentit textum Bavarici cum vulgata, sed margo dat γρ. ὅπως ἴση καὶ δικαία. REISK. ὅπως ἴση καὶ δικαία Bekker. SCHAEFER.

P. 179. v. 5. παρασκευάζεσθαι δ'] Idem consilium dedit Philipp. I. p. 51, 13. δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων κ. τ. λ. AMERSFOORDT.

P. 179. v. 6. πάντα] πάντως Paris. quintus. REISK.

P. 179. v. 6. τοῦθ' ὑποκεῖσθαι τῇ γνώμῃ] *subiacere sententiae*, id est, *de hoc esse deliberandum.* WOLF. Iterum referendum ad praecedentia: παρασκευάζεσθαι ἃ προσήκει πάντα. Reiskius in Indice Demosth.: *praesuppositum et infixum menti esse tanquam scitum certumque:* satis profecto verbose, sed melius, quam Wolfius. AMERSFOORDT.

P. 179. v. 7. εἰ μὲν ἐναργές τι γένοιτο] εἰ μέν τι γένοιτο ἐναργὲς Paris. secundus. εἰ μέν τι ἐναργὲς γένοιτο Bavaricus. μέντοι Paris. quintus et appendix Francofurtana. REISK.

P. 179. v. 8. συμμαχήσειν] συμμαχῆσαι Paris. primus, Aug. primus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK. Hoc probat Bremius ad p. 13, 16., me quidem non assentiente. SCHAEFER.

P. 179. v. 10. μεγάλην χάριν] χάριν μεγάλην Bekker. SCHAEF.

P. 179. v. 10. ἕξειν] ἔχειν Paris. primus, Aug. primus, sed

hic verbis ita constructis: *καὶ χάριν μεγάλην ἔχειν.* et sic quoque Aldina Taylori. REISK. *ἔχειν* placet Bremio ad p. 13, 16., mihi non item. SCHAEFER.

P. 179. v. 10. *πρὸ αὐτῶν*] *πρὸς αὐτῶν* Aug. secundus. REISK.

P. 179. v. 10. *πρὸ αὐτῶν καὶ μετ' αὐτῶν*] Non opus est *τὸ πρὸ* mutare in *ὑπέρ*. *ante se et secum*, id est, nos non modo socios, sed etiam duces belli futuros. WOLF.

P. 179. v. 11. *εἰ δ', ἔτι*] Pro *εἰ δέ τι* lego *εἰ δ' ἔτι*, *si vero adhuc*. WOLF. Vulg. *εἰ δέ τι*. *εἰ δ' ἔτι* Aug. primus. Et sic coniecit Wolfius. Idem est in indice Lambini cum *γρ*. Correxi *εἰ δ' ἔτι*. REISK.

P. 179. v. 12. *προαπεχθησόμεθα*] *auctores inimicitiarum extiterimus*. Si legas *προϋπαχθησόμεθα*, *priores concitabimur*, scilicet ad bellum faciendum, eadem erit sententia. WOLF. *προαπαχθησόμεθα* Aldina Taylori, margo Lutetianae, auctore tacito, forte Wolfio, cuius editio sic dat. In Aldina est *προπαχθησόμεθα*, unde emendator Aldinae, quae in Bibliotheca Senatus Lipsiensis servatur, lineola una erasa, effecit *προταχθησόμεθα*. Emendator exempli Lessingiani *ρ* inserendo *προπραχθησόμεθα*. Idem in margine scripsit *προαπεχθησόμεθα προϋπαχθησόμεθα* Aldina Taylori rursus, index Aldi. Wolfius eandem exire sententiam opinatur, sive vulgatam tueare, sive hanc amplectare. In Aug. secundo est *προαπεσχησόμεθα*, quod nihili est. Vulgatam dat appendix Francofurtana et Feliciana ex Aldina prima, nam secunda dat *προπαχθησόμεθα*. Lectionem a Morelliana traditam (a *προαπεχθάνεσθαι*) servavi, quae omnium reliquarum mihi probaretur maxime. Mirifice enim libri h. l. discrepant, aliis *προταχθησόμεθα* a *προτάττειν*, aliis *προαπαχθησόμεθα* a *προαπάγειν*, aliis *προεπαχθησόμεθα* a *προεπάγειν*, aliis *προϋπαχθησόμεθα* a *προϋπάγειν*, aliis *προαπενεχθησόμεθα* exhibentibus: quarum lectionum nulla est prorsus intolerabilis. REISK.

P. 179. v. 15 *ἐπισχὼν ἂν ὧν ὥρμηκεν*] *ἐπισχὼν ὧν ὥρμηκεν*, *represso impetu* vel *mora interposita suis conatibus*. WOLF. Vulg. *ἐπισχὼν ὧν ὥρμηκεν*. Pro articulo subiiciunt *ἂν* Paris. primus, Aug. primus. Utrumque copulandum censet seu Fabricius seu Wolfius: *ἐπισχὼν ἂν ὧν ὥρμηκεν*. Et hoc invenio in Aldina Tayl. Possit quoque in ea lectione latere haec: *ἐπισχὼν ἂν ἃ νῦν ὥρμηκεν*. Particulam addidi. Lectio bene si habet, ita est interpretanda: *ἐπισχὼν ἑαυτὸν ἀπὸ τουτων, ἐφ' ἃ ὥρμηκεν*. REISK. *ἂν* Bekkerum puto recte delevisse. Locutionem Reiskius satis operose interpretatur. Est enim vulgaris attractio, quam sic resolvas: *ἐπισχὼν τούτων, ἃ ὥρμηκεν*. Eodem modo resolvendum p. 1421, 25. *ἐὰν μὲν ὀρθότερον φανῇ τις λέγων ὧν ὑμεῖς ὡρμήκατε*. Frequentius, quam *ὁρμᾶν* (i. q. *ὁρμαίνειν*) *τι*, dicitur *ἐπέχειν τινός*. Aristophanes Av. 1192. Dind. *ἐπίσχες τοῦ δρόμου*. Active Demosthenes p. 505, 16. *οἷς μάλιστ' ἂν τινας ᾤετο ἐπισχεῖν τοῦ*

τοιοῦτόν τι ποιεῖν. p. 1128, 16. *τούτους τῆς ἄγαν κολακείας ἐπισχήσετε.* Add. p. 131, 15. SCHAEFER.

P. 179. v. 17. *τοὺς ἰδίους πολέμους*] Graecorum dementiam in imploranda Persarum ope ad intestina bella renovanda conspicuam item castigat Isocrates Paneg. c. 34. *οὐκ ἐν τοῖς πολέμοις τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἐν ἐκείνῳ* (Persarum rege) *τὰς ἐλπίδας ἔχομεν τῆς σωτηρίας, ὃς ἀμφοτέρους ἡμᾶς ἡδέως ἂν ἀπολέσειεν;* AMERSFOORDT.

P. 179. v. 17. *τοὺς ἰδίους πολέμους ἐπανορθώσασθαι*] *privata bella corrigere*, id est, vel resarcire factam iacturam, vel maioribus copiis administrare. WOLF.

P. 179. v. 17. *ἐπανορθώσασθαι*] *ἐπανορθῶσαι* Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Hinc patet, non ubique veram esse distinctionem, quam dat Herodianus Philet. (additus a Piersono Moeridis editioni) p. 469. *κατορθῶσαι ἐπὶ πολέμου καὶ τῶν τοιούτων. — ἐπανορθῶσαι δὲ ἐπὶ λόγων.* Alia loca, quae similiter faciunt contra Herodianum, dabit Index Reisk. Cf. Isocrat. Areop. c. 5. *οὐδὲ σκοποῦμεν, ὅπως ἐπανορθώσομεν αὐτήν.* Ex praecedd. subaudiendum est *τὴν πολιτείαν διεφθαρμένην.* Aeschines c. Timarch. p. 20. f. *αἱ γὰρ ἴδιαι ἔχθραι πολλὰ πάνυ τῶν κακῶν ἐπανορθοῦσι.* Demosthenes de Rhod. libert. p. 200, 23. *ἐπανορθώσεταί τις, ἃ νῦν οὐκ ὀρθῶς ἔχει.* Vid. et Aelian. V. H. III. 17. XIV. 13. Caeterum de vario usu verbi *κατορθοῦν* cf. Sallierius aliique Interpretes ad Thomam Mag. in v. *κατορθῶσαι.* AMERSFOORDT.

P. 179. v. 18. *καὶ τοῦτον τὸν νοῦν ἔχοντες*] Num legendum *καὶ πρὸς τούτῳ* [vel *πρὸς τοῦτο*, nam perinde est, dummodo neutrum sit,] *τὸν νοῦν ἔχοντες*? *mentemque habentes huic rei intentam.* REISK. Vulgatam satis defendit quod sequitur p. 185, 4. *τοιοῦτον ἔχουσι νοῦν.* SCHAEFER.

P. 179. v. 19. *ταραχὴν*] *γρ. ἀρχὴν* Paris. secundus et quintus, Aug. secundus, Bavaricus, sed margo dat vulgatam. In appendice Francofurtana haec subobscura leguntur: „*ταραχὴν.*" REISK.

P. 179. v. 20. *οὐδὲ γὰρ*] *οὐ γὰρ* Paris. quintus, appendix Francofurtana. REISK.

P. 179. v. 21. *ἀπ' ἴσης*] *ἐπ' ἴσης*, scilicet *μοίρας*, *ἐπ' ἴσοις μέρεσι.* *non ea nobis consilia quae caeteris Graecis capere licet: non est eadem deliberandi ratio.* WOLF. Vulg. *ἐπ' ἴσης. ἀπ' ἴσης* Aug. primus, Bavaricus. Praetuli *ἀπ' ἴσης*, scilic. *γνώμης ὁρμωμένοις* vel *σκοπουμένοις.* Vobis caeterisque Graecis proposita cum sit de bello Persico deliberatio, nos ambos video non ab iisdem principiis proficisci neque easdem ad metas contendere, sed Graecorum singulos quosque privata sua commoda sequi, nos communem omnium salutem spectare. REISK. Eadem vis formu-

larum ἀπ' ἴσης, ἐξ ἴσης, ἐπ' ἴσης, nihilque ad eas subaudiendum, quippe omnes adverbialiter dicuntur. SCHAEFER.

P. 179. v. 21. ἡμῖν περὶ τῶν πρὸς τὸν βασιλέα] Vulg. ἡμῖν πρὸς τὸν βασιλέα. ἡμῖν περὶ τῶν πρὸς Paris. primus et cum γρ. secundus. ὑμῖν περὶ τῶν πρὸς Aldina Taylori et Aug. primus (non ἡμῖν, ut Fabricius exhibuit). ὑμῖν πρὸς Aug. secundus, Aldus, Bavaricus in texto, sed in margine scriptum est γρ. περὶ τῶν πρὸς τὸν βασιλέα. REISK. ὑμῖν Bekker. Placet. V. v. 25. SCHAEF.

P. 179. v. 22. ἐνδέχεσθαί] I. q. ἐξεῖναι. Xenophon Hier. 4, 4. τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἔξεστι—, τοῖς δὲ τυράννοις οὐκ ἐνδέχεται. SCHAEFER.

P. 179. v. 23. τῶν ἰδίᾳ τι συμφερόντων] Demosthenes de Pace p. 63, 2. τῶν τοίνυν ἰδίων ἕνεκα ἕκαστον εὑρήσετε [εἰς τὰ] πολλὰ προηγμένον, ὧν οὐδὲν ἠβούλετο πρᾶξαι. Loquitur eo loco de Thessalis et Thebanis. De his similiter Phil. II. p. 67, 26. De iisdem et Argivis ibid p. 68, 23. οἶδεν οὖν [Philippus] ἀμφοτέρους τὸ λυσιτελοῦν ἀγαπήσοντας, οὐχ ὅ τι συνοίσει κοινῇ τοῖς Ἕλλησι σκεψομένους Contrariam Atheniensium φιλοτιμίαν laudat ibid. p. 67, 18. Ita et Phil. III. p. 129, 3. καὶ γὰρ ἂν ἅπαντες δουλεύειν δήπου συγχωρήσωσιν οἱ ἄλλοι, ὑμῖν γ' ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιστέον. Hoc libertatis amore incensus Demosthenes in Psephismate, quo Philippo bellum inferre iussit Athenienses, Or. p. Cor. p. 289. δεινὸν ἡγεῖται εἶναι καὶ ἀνάξιον τῆς τῶν προγόνων δόξης τὸ περιορᾶν τοὺς Ἕλληνας καταδουλουμένους. et deinde v. 29. ἐνθυμηθέντας τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς, διότι περὶ πλείονος ἐποιοῦντο τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίαν διατηρεῖν, ἢ τὴν ἰδίαν πατρίδα. et similiter p. 295. Haec ex innumeris locis selegimus exempla, quae apud Oratores Atticos exstant in comparandis Atheniensium caeterorumque Graecorum consiliis de patriae libertate tuenda versantes. Alia dedit Dunaeus l. cit. ad p. 61, 9. AMERSFOORDT.

P. 179. v. 26 ἐᾶσαί] Pro ὥστε ἐᾶσαι, *ut sinatis* WOLF. Id est ὥστε ἐᾶσαι. REISK. Noli credere. λαβεῖν ταύτην τὴν δίκην explicatur per epexegesin ἐᾶσαί τινας — γενέσθαι SCHAEFER.

P. 179. v. 27. αὐτῶν] Abest a Paris. primo, Aug. primo. REISK.

P. 179. v. 27. ὅτε] Vulg. ὅτι. ὅτε Aug. primus, quod praetuli. REISK.

P. 179. v. 27. οὕτω] οὕτως Aug. secundus. REISK.

P. 179. v. 28. ἐστὶν] Pro ἐστὶν ego χρὴ scriptum reperi. OBSOP. ἐστὶν abest a Paris. primo, Aug. primo. χρὴ Paris. secundus, Bavaricus, quod videtur natum e nota marginali χρηστόν, qua nota librarii locum χρηστόν, scitum elegantemque designabant: unde Chrestomathiae natae. In appendice Francofurtana haec leguntur: „σκεπτέον χρὴ ὅπως, pro σκεπτέον ἐστὶ, dure sane et inusitate.“ REISK. ἐστὶν omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 179. v. 28. *πολέμῳ*] Vulg. *τῷ πολέμῳ*. Articulum omittit Aug. primus. REISK. *τῷ πολέμῳ* Bekker. SCHAEFER.

P. 179. v. 28. *οὐκ ἴσῳ*] *οὐκ ἴσοι*, s. *τοῖς ἀντιπάλοις*, *non pares adversariis*, *hostibus inferiores*. WOLF.

P. 180. v. 1. *ἴσῳ*] Vulg. *ἴσοι*. *ἴσῳ* Paris. primus, Aug. primus. Praetuli *ἐν πολέμῳ γενησόμεθα οὐκ ἴσῳ*. Bellum aequum, *πόλεμος ἴσος*, h. l. videtur non tam illud significare, ubi copiae ambarum partium pares sint, quam quod iustitia fundatum, iustis de causis susceptum sit. REISK. Verum non illud verebatur Demosthenes, ne Athenienses bello contra Persas suscepto iniusti viderentur, verum ne reliquis Graecis suspicionem moverent, illos apparatus non contra Persas, sed contra se ipsos instructos esse. Malim igitur vulgatam lectionem tenere, ita vertendam: *ne temere bello suscepto viribus impares simus.* Sic tota periodus duobus membris constans optime cohaerebit. Prioribus illis *σκεπτέον* — *οὐκ ἴσοι* respondebunt *ἂν ἡ μὲν δύναμις — πᾶσιν ᾖ φανερά*: posterioribus autem *μήτ' ἐκεῖνος — λήψεται* occurritur his verbis, *φαίνηται — αἱρουμένη*. AMERSFOORDT. *ἴσοι* Bekker. SCHAEFER.

P. 180. v. 1. *μήτ' ἐκεῖνος, ὃν — τοῖς Ἕλλησι*] Citant Anecd. Bekk. p. 136, 28. SCHAEFER.

P. 180. v. 2. [*δοκεῖν*]] Vocem *δοκεῖν* uncis inclusit Reiskius, eiiciendam illam esse significans e textu. Ut hic occurrit *τὴν πίστιν τοῦ δοκεῖν*, ita supra p. 178, 6. *δόξαν τοῦ δοκεῖν*. AMERSFOORDT. Uncos recte amoverunt Amersfoordt. et Bekker. SCHAEFER.

P. 180. v. 3. *ἡ μὲν δύναμις — ᾖ φανερὰ*] *copiae delectae et instructae spectabuntur. ἐξετάζειν δύναμιν*, delectum agere militum, conscribere milites, qui *εἰς ἐξέτασιν ἰέναι* dicuntur, cum nomina dant militiae et a ducibus inspiciuntur aut lustrantur. WOLF.

P. 180. v. 5. *δίκαια ἐπὶ ταύτῃ φρονεῖν αἱρουμένη*] *δίκαια φρονεῖν ἐπὶ ταύτῃ τῇ προαιρέσει*. Id est, *ad propulsandam iniuriam parata*, *non ad foedera violanda propensa*. Lectio variat. Nam pro *τῇ προαιρέσει* legi *αἱρουμένη* annotatur. *τὸ φρονεῖν* alioqui, sed adiecta voce *μέγα*, *τηλικοῦτον*, *ὑψηλὰ* et similibus, ad elationem animi refertur *). Hic *δίκαια φρονεῖν* est *ea*, *quae*

*) *Φρονεῖν* etiam simpliciter dici de animi elatione, cum alibi docui, tum obiter monui supra ad p. 110, 20. Plutarchus T. VI. p. 17. R. *εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ.* ubi si quis pertendat *φρονεῖν* hanc vim habere propterea, quia praepositio accesserit, quid sibi velit fateor me ignorare. In Euripideo loco Suppl. 447., quo usus sum in libro Bosiano p. 267., *φρονεῖν* simpliciter dici de *φρονήματι*, facile concedet, quisquis loci illius sententiam perviderit: vix enim tyranno metuendi *οἱ φρόνιμοι*, ut qui non invident miseriis vitae tyrannorum; vehementer me-

iusta sunt, cogitare. προαίρεσιν vocat consilium illud instructionis: quanquam malim παρασκευῇ. WOLF. Vulg. δίκαια φρονεῖν ἐπὶ ταύτῃ τῇ προαιρέσει. δίκαια ἐπὶ ταύτῃ φρονεῖν αἱρουμένη Paris. secundus et quintus, Aug. secundus, Bavaricus, appendix Francofurtana. δίκαια φρονεῖν ἐπὶ ταύτῃ αἱρουμένη Felicianus, P. Manutius: sed index eius consentit vulgatae. Praetuli δίκαια ἐπὶ ταύτῃ [scilic. τῇ δυνάμει καὶ παρασκευῇ] φρονεῖν αἱρουμένη, scil. ἡ πόλις. et respubl. ita se gerat, ut inter omnes constet, in tantis copiis tantoque apparatu eam tamen aequa censere atque postulare. ἐπὶ ταύτῃ τῇ δυνάμει, quamvis iam conscriptas et in parato habeant has copias, tamen iis nihil usuros, si possint aequa impetrare. αἱρουμένη h. l. idem est atque προαιρουμένη. REISK.

P. 180. v. 6. τοῖς δὲ θρασυνομένοις κ. τ. λ.] Demosthenes de Pace p. 63, 10. πρὸς δὲ τοὺς θρασέως ὁτιοῦν οἰομένους ὑπομένειν δεῖν καὶ μὴ προορωμένους τὸν πόλεμον ἐκεῖνο βούλομαι λογίσασθαι. ad quem locum Dunaeus p. 294. disputat de vocibus θάρσος et θράσος, hoc ubique malo sensu accipiendum esse affirmans. Praestaret eum dixisse, id, etsi non ubique, tamen plerumque obtinere. Ita θρασύνεσθαι in laudem dici videtur apud Thucydidem V. 104. f. Cf. tamen, qui cum Dunaeo facere videntur, Hesychius in v. θρασυμέμνονα et cognatis et Ammonius p. 71. ibique Valckenaer. De facili depravatione τῆς ἀνδρίας in θρασύτητα loquitur, ut hic, ita in Serm. Amat. p. 1405, 17. τῶν γὰρ — διὰ τὴν ἀνδρίαν θρασυτέρων εἶναι δοκούντων, et Pericles in Orat. funebri apud Thucydidem II. 40. copiose disputavit. Ita etiam saepius, ut in opinione hominum, sic et librariorum vitio in Mss. confundi ἀνδρίαν et ἀναίδειαν docuit Wyttenbachius Bibl. Crit. P. III. p. 53. Etymologus M. in v. ἀπόνοια dicit duas esse partes dementiae: τὴν ὑπερηφανίαν καὶ τὴν θρασύτητα· — καὶ γὰρ θρασύτης ἐστὶν ἡ ἄλογος τόλμα. Thucydides III. 82. τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη. ad q. l. recte Scholiastes: τὴν μὲν γὰρ ἀλόγιστον τόλμαν, ἣ καὶ θρασύτης καλεῖται, ἀνδρείαν προσηγόρευσαν. Cum toto hoc loco valde convenit Exord. XXXV. p. 1441, 18., quo item modestiam in dicendo cum fortitudine ac vigilantia in agendo commendat: τὸν μέλλοντα πράξειν τὰ δέοντα, οὐκ ἐπὶ τῶν λόγων θρασὺν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς παρασκευῆς ἰσχυρὸν εἶναι δεῖ. quocum consentit Artabanus apud Herodotum VII. 49. f. ἀνὴρ δὴ οὕτω ἂν εἴη ἄριστος, εἰ βουλευόμενος μὲν ἀῤῥωδέοι, πᾶν ἐπιλεγόμενος πείσεσθαι χρῆμα, ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἴη. Periculum, quod bellum temere susceptum affert, depinxit Demosthenes Exord. LI. p. 1452, 2. ἀγνοοῦν-

---

tuendi οἱ φρονηματίαι. Neque alio sensu hoc verbum puto usurpatum in Sophoclis Trachin. 312. Herm. Scilicet Ioles τὸ φρόνημα, non τὴν φρόνησιν, facile arguebant vultus, corporis gestus, incessus, ipsum silentium. SCHAEFER.

τες—ὅτι αἱ διὰ τῶν λόγων ἀνδρίαι καὶ θρασύτητες, ἐὰν μὴ μεθ' ὑπαρχούσης ὦσι παρασκευῆς καὶ ῥώμης, ἀκοῦσαι μὲν εἰσὶν ἡδεῖαι, πράττειν δ' ἐπικίνδυνοι. quem imitari videtur Livius XXXV. 32. *Consilia calida et audacia prima specie laeta, tractatu dura, eventu tristia.* Neque in imperatore *ἡ θρασύτης* probatur Euripidi Phoen. 602. *ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.* Quem versum frequenter recitabat Augustus, Polyaeno teste L. VIII. c. 24. §. 4. Suam modestiam in concionibus ad populum ipse praedicat Demosthenes de Cherson. p. 106, 20. AMERSFOORDT.

P. 180. v. 8. *δόξαν ἀνδρίας λαβεῖν*] *consequi opinionem fortitudinis*, id est, videri velle fortem, simulare vel prae se ferre fortitudinem. WOLF.

P. 180. v. 8. *ἀνδρίας*] Pro *ἀνδρίας* legendum *ἀνδρείας*. OBSOP. *ἀνδρείας* Aug. primus. Et sic idem versu 10. quoque. REISK. Aliae editt. forte rectius *ἀνδρείας* et hic et alibi dederunt, ubi in hac Oratione occurrit. Reiskius saepius diphthongum *ει* in simplex *ι* mutavit. AMERSFOORDT.

P. 180. v. 9. *δεινὸν εἰπεῖν φανῆναι*] *videri eloquentem, eloquentiae laudem consequi, eloquentiam ostentare:* ut supra *λέγειν δεινοί.* WOLF.

P. 180. v. 9. *καὶ*] Abest a Paris. primo et Aug. primo. REISK.

P. 180. v. 10. *ἀνδρίαν*] V. not. ad v. 8. SCHAEFER.

P. 180. v. 10. *ἐπιδείκνυσθαι*] *ἐνδείκνυσθαι* Bekker. SCHAEF.

P. 180. v. 11. *ἐν δὲ τῷ συμβουλεύειν — εἰπεῖν ἔχειν*] Sic Pittacus in carmine, quod edi solet cum Anacreonticis: *Συνετῶν ἐστιν ἀνδρῶν, Πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, Προνοῆσαι, ὅπως μὴ γένηται· Ἀνδρείων δὲ γενόμενα εὖ θέσθαι.* Demosthenes de Cherson. p. 108, 7. *οὐκ εἶναι νομίζω τοῦ συμβουλεύοντος ὑμῖν ἔργον οὐδὲν πλὴν εἰπεῖν τὰ βέλτιστα.* p. Cor. p. 308, 24. *ὧν γ' ἂν ὁ ῥήτωρ ὑπεύθυνος εἴη. — τίνα οὖν ἐστι ταῦτα; ἰδεῖν τὰ πράγματα ἀρχόμενα καὶ προαισθέσθαι καὶ προειπεῖν τοῖς ἄλλοις.* Exord. Oratt. XII. p. 1426, 7. *τὸ συμβουλεύειν περὶ τῶν παρόντων καὶ γενησομένων προτίθεται.* XXXVI. p. 1443, 1. *δεῖ δὲ πράξεώς τινος τὸν λέγοντα φανῆναι σύμβουλον, δι' ἣν καὶ μετὰ ταῦτα ἀγαθοῦ τινὸς ἡμῖν ἔσται παρουσία.* XXI. p. 1431, 6. *ἐξ ὅτου δὲ τρόπου βελτίω δύναιτ' ἂν γενέσθαι [τὰ πράγματα], τοῦτο τοῦ συμβουλεύοντος ἔργον εἰπεῖν.* coll. ibid. v. 11. Audaciam in dicendo, nisi cum fortitudine in agendo coniuncta sit, reprehendit Eteocles apud Euripidem in Phoeniss. v. 723. *ἐγῷδα κείνους τοὺς λόγους ὄντας θρασεῖς.* Hunc tamen morem Athenienses sequebantur, si Demosthenem audias Exord. XXII. p. 1432. *ὑμεῖς εἰώθατε τῷ βουλεύεσθαι χρῆσθαι ὀξέως. δεῖ δὲ βουλεύεσθαι μὲν ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς.* cui iisdem fere verbis praeci-

verat Isocrates ad Demon. p. 16. *βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα.* Hinc notum suum illud praeceptum hausit Sallustius, a Dunaeo etiam laudatum ad Demosth. Orat. de Pace p. 132., de bello Catil. c. 1. *Priusquam incipias, consulto, et ubi consulueris, mature facto opus est.* ad quem locum alia exempla dedit Cortius. Sed communis fuit hic error Atheniensibus cum reliquis hominibus, quos ad res maximi momenti saepius temeritate ferri constat, quam consilio. Thucydides I. 78. *ἰόντες τε οἱ ἄνθρωποι ἐς τοὺς πολέμους τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται, ἃ χρῆν ὕστερον δρᾶν, κακοπαθοῦντες δὲ ἤδη τῶν λόγων ἅπτονται.* Quapropter non iniuria praecesserat eodem loco: *βουλεύεσθε οὖν βραδέως, ὡς οὐ περὶ βραδέων* [de bello inter Graecos]. Merito igitur prudentis consilii auctorem quovis pretio dignum iudicavit Isocrates ad Nicocl. p. 43. *τοὺς δὲ νοῦν ἔχοντας καὶ δυναμένους ὁρᾶν πλέον τι τῶν ἄλλων περὶ πολλοῦ ποιοῦ καὶ θεράπευε, γινώσκων ὅτι σύμβουλος ἀγαθὸς χρησιμώτατον καὶ τυραννικώτατον ἁπάντων κτημάτων ἐστίν.* AMERSFOORDT.

P. 180. v. 12. *τὸν μὲν πόλεμον — τὸν δ' ἀγῶνα*] *πόλεμος* est, quam diu hostes utrinque infestis animis in armis sunt: *ἀγὼν* proelium, conflictus, dimicatio, a qua victoria pendet. WOLF. Bellum est, quicquid fit, paratur, geritur ad inimicitias cum hoste exercendum, ut cum agri rapinis, igni, ferro desolantur et oppida obsidentur. Sed *ἀγὼν* est *certamen* belli, conflictus ille, a quo belli fortuna *certatur*, h. e. decernitur, penes quem victoria sit, quis in posterum sit dominus futurus et leges daturus, momentum Martis, hora pugnae, qua aut cita mors venit, aut victoria laeta. REISK. Eadem oppositio infra v. 21. 23. V. not. ad p. 124, 11. SCHAEFER.

P. 180. v. 13. *τὸν*] Articulus ante *πρὸς* abest ab Aug. primo. REISK.

P. 180. v. 13. *χαλεπὸν*] Ut hic ipse *πόλεμος* dicitur *χαλεπὸς*, ita apud Isocratem Paneg. c. 38. Persarum rex dicitur esse *χαλεπὸς πρὸς τὸ πολεμεῖν.* AMERSFOORDT.

P. 180. v. 15. *ἂν συμβάντα*] *ἀντὶ τοῦ συμβησόμενον:* nondum enim pugnatum erat. WOLF. Est enuntiatio hypothetica, tacitâ hypothesi: *si forte cum Persa congrediendum sit.* SCHAEFER.

P. 180. v. 16. *ἀναγκαίως*] Abest a Paris. primo et Aug. primo. *ἀναγκαῖον* dat cum *γρ.* Paris. secundus. *ἀναγκαίους* Bavar. REISK.

P. 180. v. 16. *τριηρῶν*] *τριήρων* Aldus in texto et indice. REISK. *τριήρων* Bekker. De accentu huius genitivi agens Buttmannus nostrum locum citavit Grammat. Gr. maior. T. I. in Addend. ad p. 185. V. not. ad p. 100, 26. SCHAEFER.

P. 180. v. 17. *τόπων*] Suspicio mihi orta est, designari hoc vocabulo *loca munita, munimenta, castella,* quae si confi-

cienda sint, quanti constare soleant aerario, dicere opus non est. Hoc etiam sensu intelligenda videntur loca in Orat. de F. L. p. 397, 22. καίτοι δύο χρησιμωτέρους τόπους τῆς οἰκουμένης οὐδ' ἂν εἷς ἐπιδεῖξαι τῇ πόλει, κατὰ μὲν γῆν Πυλῶν, ἐκ θαλάττης δὲ τοῦ Ἑλλησπόντου. cum quo loco cf. Aeschines de F. L. p. 92. αἰτιᾶταί με —, ἀπηλλοτριωκέναι δ' ἀφ' ὑμῶν τὸν ἐπὶ Θράκης τόπον. Demosthenes Philipp. III. p. 119, 14. κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστὶ, καὶ φρουραῖς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει. de F. L. p. 398, 26. εἰσὶ γὰρ οἱ πρέσβεις οὐ τριηρῶν, οὐδὲ τόπων, οὐδὲ ὁπλιτῶν, οὐδ' ἀκροπόλεων κύριοι. p. Cor. p. 325, 25. ἐὰν τὸν ἐμὸν τειχισμὸν βούλει δικαίως σκοπεῖν, εὑρήσεις ὅπλα, καὶ πόλεις, καὶ τόπους, καὶ λιμένας, καὶ ναῦς, καὶ ἵππους, καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων ἀμυνομένους. ταῦτα ἐγὼ προὐβαλόμην πρὸ τῆς Ἀττικῆς. Huc etiam pertinet Isocrat. Panathen. p. 441., ubi tropice eadem haec vox occurrit: τοὺς τόπους ἅπαντας προκατειλημμένους. Neque tamen affirmem, in nullo horum locorum aliam etiam significationem convenire. Ac praestaret forte legere πόρων, quos item cum χρήμασι infra coniungit p. 184, 20. Nisi haec placeant, restitue τειχῶν. Sic certe saepe dicuntur ἐπιτειχίσματα, cuius vocis, ut et τειχισμάτων, exempla collegit T. Hemsterhusius ad Luciani T. I. p. 63. Mihi tamen, nisi haec, quam dedimus, admissa fuerit explicatio τῶν τόπων, praeferendum videtur πόρων. AMERSFOORDT. Optime habet vulgata. τόποι h. l. sunt, quae alibi dicuntur ὁρμητήρια. SCHAEFER.

P. 180. v. 17. ἀφθονώτερα] ἀφθονώτερον Aug. primus. REISK.

P. 180. v. 20. ἀγαθῶν ἀνδρῶν] Id est, πολεμικῶν, μεγαλοψύχων, ἀνδρείων. Boni viri, δίκαιοι, σπουδαῖοι, καλακαγαθοὶ, a iustitia, non a fortitudine, nominantur. WOLF. ἀνδρῶν ἀγαθῶν Bekker. SCHAEFER.

P. 180. v. 22. μηδ' ἐξ ἑνὸς] ἐκ μηδενὸς Paris. primus, Aug. primus, Aldus, appendix Francofurtana. Simon Fabricius seu H. Wolfius id pro scholio habet. REISK. Vulgata praeferenda ut gravior. V. not. ad p. 131, 16. SCHAEFER.

P. 180. v. 25. ἕτερος ἦν τις τρόπος δυνάμεως] ἕτερος μὲν ἦν τις τρόπος δυνάμεως Paris. quintus. ἕτερός τις τρόπος ἦν δυνάμεως Aug. primus. Dionysius Halic. p. 57. εἰ μὲν τοίνυν ἕτερός τις ἦν τρόπος δυνάμεως. REISK. ἕτερός τις τρόπος ἦν δυνάμεως Bekker. SCHAEFER.

P. 180. v. 27. εἰκότως ἂν ἴσως — ἀντιταττόμενοι] Sententia est: Rex nos violatae pacis accusare non poterit, etiamsi nos paraverimus. Quare? Quia profiteri licebit, cum apparatum contra hostes alios fieri, cum non alia ratio sit belli adversus barbaros gerendi, quam eius, quod cum Graecis geritur. WOLF.

P. 180. v. 27. ἴσως] Abest a Dionysianis exemplis, quae sic recitant: εἰκότως ἂν φανεροὶ πᾶσιν ἐπιγινώμεθα πρὸς ἐκεῖνον

ἀντιταττόμενοι. εἰ δὲ πάσης παρασκευῆς ἐστι τρόπος ὁ αὐτὸς οὗτος, τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνασθαι δύνασθαι, τοῖς οὖσι συμμάχοις βοηθεῖν, καὶ ταῦθ' ὑπάρχοντα ἀγαθὰ σώζειν, τί τοὺς ὡμολογημένους ἐχθροὺς ἔχοντες ἄλλους ζητοῦμεν; ἀλλὰ παρασκευαζώμεθα — ἀμυνώμεθα δὲ κἀκεῖνον, ἂν ἡμᾶς πείσῃ. REISK.

P. 180. v. 27. *φανεροὶ — ἀντιταττόμενοι*] Ita et scripsit Thucydides I. 42. *φανερὰν ἔχθραν καὶ οὐ μέλλουσαν πρὸς Κορινθίους κτήσασθαι.* et II. 2 *ἔτι ἐν εἰρήνῃ τε καὶ τοῦ πολέμου μήπω φανεροῦ καθεστῶτος.* AMERSFOORDT. Sed haec diversi sunt generis. Nostro loco *φανεροὶ — ἀντιταττόμενοι* est ex notissimo idiomate i. q. *φανερὸν ἐγίγνετο, ὅτι πρὸς ἐκεῖνον ἀντιταττόμεθα.* Sic p. 231, 16. *φανεροὶ πᾶσιν ἦσαν ἀναγκασθησόμενοι —.* SCHAEFER.

P. 180. v. 28. *πάσης παρασκευῆς ἐστὶν*] *πάσης ἐστὶ παρασκευῆς* Aug. primus. REISK. Sic Bekker SCHAEFER.

P. 180. v. 29. *κεφάλαια*] *fines*, quasi dicas *capita*. SCHAEF.

P. 181. v. 1. *δύνασθαι*] Non requirerem, si abesset. Et fortasse natum est e tribus syllabis antecedentibus. Sed tuetur etiam Dionysius Halic. l. c. ad v. 27. SCHAEFER.

P. 181. v. 2. *τί — ἐχθροὺς ἔχοντες*] Eadem fere verba infra occurrunt p. 189, 21. atque citantur in loco saepius laudato de Rhod. libert. p. 192, 4. sqq. Habet fere similia Isocrates Amart. p. 681. *πῶς εἰκὸς Νικίαν — πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν ἐχθροῖς ἑτέρους διαφόρους ποιεῖσθαι;* AMERSFOORDT.

P. 181. v. 2. *τοὺς ὁμολογοῦντας ἐχθροὺς ἔχοντες*] Ii hostes qui sint, mihi non liquet. Forte Thebani aut insulares sunt intelligendi. WOLF.

P. 181. v. 2. *ὁμολογοῦντας*] *γρ. ὁμολογουμένους* Paris. secundus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori, item margo Bavarici cum *γρ.*, nam textum dat vulgatam. REISK. Dionysius Halic. l. c. ad p. 180, 27. *ὡμολογημένους.* Sed nostra scriptura aliquanto gravior. *qui ipsi fatentur*, scil. se hostes esse. SCHAEF.

P. 181 v. 2. *ἑτέρους*] *ἄλλους* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Etiam Dionysius Halic. l. c. ad p. 180, 27. SCHAEFER.

P. 181. v. 3. *παρασκευαζόμεθα — ἀμυνόμεθα*] Cod. Bekk. *παρασκευασώμεθα — ἀμυνούμεθα.* Legam: *παρασκευασόμεθα — ἀμυνούμεθα.* SCHAEFER.

P. 181. v. 3. *παρασκευαζόμεθα — πρὸς τούτους*] Apud Thucydidem II. 20. cum praepositione *εἰς* iungitur hoc verbum: *παρεσκευασμένους ἐς πόλεμον.* AMERSFOORDT.

P. 181. v. 5. *ἡμᾶς ἀδικεῖν*] Vulg. *ἀδικεῖν ἡμᾶς.* Invertunt Aug. primus et appendix Francofurtana. Pronomen omittit Aug. secundus. REISK. *ἀδικεῖν ἡμᾶς* Bekker. SCHAEFER.

P. 181. v. 5. *μέν γε*] Vulg. *μέν. μέν γε* Paris. primus, Aug. primus. Addidi *γε.* REISK. Bene delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 181. v. 7. *οὐχ ἡδέως — ἐχόντων*] V. not. ad p. 178, 21. SCHAEFER.

P. 181. v. 7. *ὑμῖν*] *γρ. ὑμῶν* Paris. secundus et quintus. *ὑμῖν ἐνίων*, inverso vocabulorum ordine, Aldus, P. Manutius, edit. Wolf. Sed vulgatam dat appendix Francofurtana. REISK. Bene graecum ususque frequentis *ἡδέως ἔχειν τινί:* non graecum *ἡδέως ἔχειν τινός*, quod Machonis fragmento ap. Athenaeum intulit Lennepius ad Phalar. p. 332. a. SCHAEFER.

P. 181. v. 8. *ὑπακούσεσθαι*] *ὑπακούσασθαι* Bavaricus, sed cum *ε* super *α* posteriore scripto. *ὑπακοείσασθαι* Paris. quintus, quod nihili est. REISK. Nihili dicas etiam *ὑπακούσασθαι.* SCHAEF.

P. 181. v. 8. *ὅτι νὴ Δί' ἀκούσονται κ. τ. λ.*] Est haec *ὑποφορά.* Itaque Reiskius, quem Amersfoordtius secutus est, post *αὐτοῖς* perperam posuit signum interrogandi. Mutavi. SCHAEFER.

P. 181. v. 10. *ἡμῶν*] Bavaricus idem dat, sed cum *ὑ* superscripto. REISK. *ὑμῶν* Bekker. SCHAEFER.

P. 181. v. 10. *ὡς*] Vulg. *ὅτι. ὡς* Aldina Taylori et Aug. primus et margo Bavarici, cuius textum vulgatam exhibet. Praetuli *ὡς*, quia *ὅτι* modo praecesserat. REISK.

P. 181. v. 10. *αὐτοῖς*] Post h. v. Bekkerus plene interpungens sequentia sic continuat: *αὐτοὺς δ' οὐ προορᾷν ὦ πρὸς τοῦ Διὸς οἴεσθε τοῦτο;* Verissime. Iam apparet, quam vanus fuerit coniector Reiskius, cum et *πείσειν* post *τοῦτο* addendum censeret, et *οὐκ* ante *οἴομαι* ipse adderet. SCHAEFER.

P. 181. v. 11. *ὦ*] *ὢ* malit Boissonadus ad Aristaenet. p. 209. SCHAEFER.

P. 181. v. 11. *ὦ πρὸς τοῦ Διός*] Id est, *ὦ μῶροι, ὦ ἀνόητοι ὑμεῖς.* Cogitabit hoc lectorum quisque secum: orator autem haud audebat plane proloqui. REISK. Orator non cogitavit. SCHAEF.

P. 181. v. 11. *οἴεσθε τοῦτο*] Post *οἴεσθε τοῦτο* procul dubio deest *πείσειν.* *Speratisne vos ea Graecis esse persuasuros?* REISK. Non deest. V. not. ad v. 10. SCHAEFER.

P. 181. v. 11. *οὐκ οἴομαι*] Particulam infitiantem de meo addidi. *Mihi vero non videntur vestri legati hoc effecturi, ut Graecis isthaec persuadeant.* REISK. Negationem Reiskius rectissime de suo addidit. Si omissa fuerit, nullus idoneus sensus verborum reperiri potest. AMERSFOORDT. Negationem Bekkerus rectissime delevit. V. not. ad v. 10. SCHAEFER.

P. 181. v. 11. *ἀλλ' οὔπω μείζων κ. τ. λ.*] Comminiscere tibi, oratorem hac brevitate, quae contentioni debetur, hoc voluisse dicere, quod his ferme verbis dixisset, si voluisset latius et plenius loqui: *ἀλλὰ γὰρ πεισάντων* [id est *πεισάτωσαν*] *γε οἱ ὑμέτεροι πρέσβεις ταῦτα τοὺς Ἕλληνας.* *Sed fac, legatos vestros fidem*

penes Graecos invenire. Quid tum? ἀλλ' οὔπω μείζων —. *At nondum obruit hic a rege Persarum metus vehementiam simultatis, qua et in vos et in sese mutuo Graeci exarserunt*, h. e. semper tamen pergunt vos acrius odisse, quam regis Persarum insidias reformidare. REISK. Vide, ut vara vibiam sequatur. Cum enim Reiskius non vidissit, πῶς στικτέον v. 10., commentus est ἄλογον quiddam, quod frustra excusat contentione orandi. Nunc, superioribus a Bekkero recte distinctis, haec antecedentibus iunguntur λογικώτατα. SCHAEFER.

P. 181. v. 12. οὔπω] οὕτω index Aldi. REISK.

P. 181. v. 12. οὗτος ἔσθ'] οὗτός ἐσθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 181. v. 13. ἐνίοις] ἐνίους appendix Francofurtana. REISK.

P. 181. v. 13. ἀλλ' ἢ] Id est ἀλλὰ ἤ. ἄλλ' ἤ (id est ἄλλο ἤ) Paris. secundus et quintus, unde repetiit appendix Francofurtana. ἀλλά, omisso ἤ, Paris. primus, Aug. primus. REISK. Legendum est οὐδὲν οὖν ἄλλ' ἤ, *nihil aliud nisi*. Hoc scribitur pro οὐδὲν ἄλλο ἤ. Recte vertitur *nihil plane, prorsus*. Vid. Hoogev. ad Viger. de Idiotism. p. 439. Saepius confunditur cum οὐδὲν ἀλλ' ἤ, hoc est ἀλλὰ ἤ, *praeterquam*, quod monuit iam idem Hoogev. de Partic. L. Gr. p. 4. et fusius p. 32. Cf. etiam Matthiae Gramm. Gr. p. 903. Manifestius apparet ἄλλο apud Demosthenem c. Macartat. p. 1066, 12. οὐκ ἂν ἔχοι — ἄλλ' οὐδ' ὁτιοῦν ἀποκρίνασθαι ὁ παῖς, ἢ ὅτι —. ubi Reiskius male habet ἀλλ'. et c. Phaenipp. p. 1047. v. ult. οὐδὲν ἄλλο κατασκευάζεις ἢ —. Inverso ordine habet Thucydides III. 14. ἄλλο οὐδὲν ἢ ἐκ γῆς ἐναυμάχουν. Hoc item saepius occurrit, sequente πλήν. Exempla attulit Matthiae l. c., quibus adde Isocratem Panathen. p. 437. οὐδὲν ἄλλο πράττοντας [Lacedaemonios] οὐδὲ βουλευομένους, πλὴν ὅπως μάλιστα μὲν ἁπάντων ἄρξουσιν· εἰ δὲ μή, Πελοποννησίων. et sine ἄλλο ibid. p. 405. οὐδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν, πλὴν ὅτι. Hoogeveen. de Partic. L. Gr. p. 1061. monet, οὐδὲν ἄλλο πλὴν usurpari, quum *de multitudine vel plenitudine quid negatur.* De alia formula οὐδὲν ἀλλ' ἢ cf. idem Hoogeveen. ad Viger. p. 438. Legitur ea apud Demosthenem p. Phano c. Aphobum p. 847. init. ex emendatione Reiskii: οὐδὲ τετόλμηκε διώκειν [τινὰ μαρτυρίαν] ἀλλ' ἢ ταύτην. Ita et c. Pantaen. p. 982, 1. μισεῖσθαι μέντοι τινὰς [foeneratores ac nummularios] εἰκότως ἂν ὑφ' ὑμῶν, οἳ τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένοι μήτε συγγνώμης μήτ' ἄλλου μηδενὸς εἰσὶν ἀλλ' ἢ τοῦ πλείονος. quorum verborum posteriorem partem recte interpretatus est Reiskius ad h. l. et in Ind. v. εἶναι: *qui neque veniam [misericordiam] neque quicquam aliud curant praeterquam quaestum;* subaudito δοῦλοι vel ἐπιτηδευταί. cum quo loco quoad sensum convenit alius c. Macart. p. 1073, 18. ἐνδεικνύμενοι, ὅτι οὐδενὸς αὐτοῖς μέλει πλὴν τοῦ πλεονεκτεῖν. Sine negatione occurrit interrogandi significatione. Hesychius: Ἄλλο τι. ἐν ἐρωτήσει Ἀττικοί. Atque est etiam ita, ubi legas ἄλλο τι ἤ; *nonne?* Cf. Matthiae

l. c. p. 675. Vigerus p. 152., qui tamen male vertisse videtur locum Herodoti II. 14. ἄλλο τι ἢ οἱ ταῦτα οἰκέοντες Αἰγυπτίων πεινήσουσι; *numquid Aegyptii — fame laboraturi sunt?* Verte: *nonne Aegyptii — fame laboraturi sunt?* Alia est significatio, si scribatur τί ἄλλο ἤ. Thucydides V. 98. τί ἄλλο ἢ τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθροὺς μεγαλύνετε. AMERSFOORDT. Nostro loco similibusque nihil quidquam interest, ἄλλ' scribas an ἀλλ'. Sed aliorum locorum eorumque non paucorum ea est natura, ut aversentur ἄλλ', solum admittant ἀλλ'. Orthographiae igitur constantia poscit, ut posteriorem rationem ubique sequamur. Scilicet linguae usus cum profectus esset ab ἄλλ' ἤ, mox ab etymo ita deflexit, ut immemor originis solam formulam ἀλλ' ἢ agnosceret. SCHAEFER.

P. 181. v. 13. ῥαψῳδήσουσιν] *eandem cantilenam subinde cantabunt.* ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν τὰς ᾠδάς, vel ἀπὸ τῆς ῥάβδου. Sophocles ῥαψῳδὸν κύνα Sphingem vocat. WOLF. Vertit Reiskius in Ind. *incassum garrire.* Loco autem, quem illuc retulit, c. Aristog. I. p. 770, 14. additur μάτην, quod notandum videtur. AMERSFOORDT.

P. 181. v. 13. οἱ πρέσβεις] S. οἱ ἡμέτεροι, *nostri legati.* WOLF.

P. 181. v. 15. ἃ νῦν οἰόμεθ'] *quae nunc opinamur*, scil. esse facienda: id est, si tum, cum necesse erit, instructi erimus ad id bellum, quod modo nobis ipsi fingimus, propulsandum. WOLF.

P. 181. v. 15. ἡμεῖς] Vulg. ὑμεῖς. ἡμεῖς Aug. primus, Bavaricus, P. Manutius. Vulg. οἰόμεθα, ὑμεῖς πράττητε, praetuli, partim de meo sensu, οἰόμεθ' ἡμεῖς (in prima persona), πράττηται (in passivo). *haec ubi fiant* vel *eveniant*, *quae nunc suspicamur.* Posterius hoc, passivum, iudicium meum, prius, ἡμεῖς, codices administrabant. REISK. Sic recte dedit Reiskius. Vertendum: *si ea*, *quae nos putamus instare*, [bellum puta cum Persis,] *revera fiant*, *tum* caet. AMERSFOORDT.

P. 181. v. 16. οὐδεὶς δήπου τῶν ἁπάντων κ. τ. λ.] Citat h. l. Dionysius Halic. p. 162. REISK. T. VI. p. 946. R. SCHAEFER.

P. 181. v. 16. ἁπάντων] πάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 181. v. 16. τηλικοῦτον — ὅστις —] V. Melet. Crit. p. 71. SCHAEFER.

P. 181. v. 17. φρονήσει] φρονεῖ Bekker. SCHAEFER.

P. 181. v. 17. ὑμῖν] γρ. ὑμῶν Paris. secundus. Aug. primus verba transponit sic, ὁρῶν χιλίους ὑμῖν ἱππέας, et omittit μέν. REISK. F. ὁρῶν χιλίους ὑμῶν ἱππέας. In vulgata et ὑμῖν habet quod displiceat, nec particula suo loco posita est; requiras enim verba sic structa: ἱππέας μὲν χιλίους. SCHAEFER.

P. 181. v. 17. ἱππέας] Post ἱππέας aut recte hac in regione deesse videtur ὑπάρχοντας. REISK. V. not. ad ὑμῖν v. 17. SCHAEF.

P. 181. v. 17. ὁπλίτας δὲ ὅσους ἂν ἐθέλῃ τις] Vulg. ὁπλίτας

δὲ ὅσους ἂν θέλῃ τις. ὁπλίτας δὲ οὓς ἂν ἐθέλητε Paris. primus. *ὁπλίτας οὓς ἂν ἐθέλῃ τις* Aug. primus (sine *δὲ*). REISK.

P. 181. v. 18. *τριακοσίας*] Post h. v. addi vult *ὑπαρχούσας* Wolfius in farragine. In ipsa editione sua *ὑπάρχειν* infersit, quod Sylburgius improbat factum, tametsi ipse imitatus sit in suo Dionysio, cuius scripti libri *τριακοσίους* dant, non probante Sylburgio. REISK. Krügerus ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 210.: „*ὑπάρχειν* — potest abesse, cum facile *ὄντας* subaudias.“ V. not. ad *ὑμῖν* v. 17. SCHAEFER.

P. 181. v. 18. *ἥξει*] *ἥκει* Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 181. v. 18. *δεήσεται*] Ad *δεήσεται* subaudi vel adde potius *σωθῆναι*, scil. *ὑφ᾽ ὑμῶν*. *orabit, ut vos se velitis salvum et sospitem conservare.* REISK. Nihil nec subaudiendum neque addendum. Nos quoque simpliciter: *gute Worte geben wird.* Sic *δεῖσθαι* v. 21. et *δεομένους* v. 23. SCHAEFER.

P. 181. v. 21. *ἐκ μὲν τοῦ καλεῖν — ἀφαμαρτεῖν*] *ἐκ μὲν τοῦ καλεῖν*, s. *συμβήσεται ἢ περιέσται, τὸ δεῖσθαι, τὸ ἀφαμαρτεῖν.* WOLF. Immo haec quoque cohaerent cum verbo *ἐστὶν*, quod finit periodum. Monuit etiam Krügerus ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 210. SCHAEFER.

P. 181. v. 21. *τὸ δεῖσθαι*] Subaudi *ὑμᾶς τῶν Ἑλλήνων*. *vobis ope Graecorum opus esse eamque vos implorare.* REISK. Posterior *implorandi* notio hic unice vera est, et ipse tenet Reiskius ad v. 23. *rogantes a vobis protegi.* — *ἐκ μὲν τοῦ καλεῖν ἤδη τὸ δεῖσθαι, κἂν μὴ τύχητε, ἀφαμαρτεῖν.* *si Graecorum opem imploratis, nascitur exinde vobis, ut ab aliis auxilium petatis; quod si frustra imploraveritis, accidit vobis, ut hac petitione decidatis frustraque rogetis.* Similis prorsus consilii auctor fuit postea Atheniensibus Demosthenes, uti legatos ad Thebanos mitterent, qui eos contra Philippum suscitarent, Orat. p. Cor. p. 287, 24. *μὴ δεῖσθε Θηβαίων μηδέν· αἰσχρὸς γὰρ ὁ καιρός· ἀλλ᾽ ἐπαγγέλλεσθε βοηθήσειν, ἐὰν κελεύωσιν· — ἵν᾽ ἐὰν μὲν δέξωνται ταῦτα καὶ πεισθῶσιν ἡμῖν, καὶ ἃ βουλόμεθα ὦμεν διῳκημένοι, καὶ μετὰ προσχήματος ἀξίου τῆς πόλεως ταῦτα πράξωμεν, ἐὰν δ᾽ ἄρα μὴ συμβῇ κατατυχεῖν, ἐκεῖνοι μὲν ἑαυτοῖς ἐγκαλῶσιν. ἄν τι νῦν ἐξαμάρτωσιν, ἡμῖν δὲ μηδὲν αἰσχρὸν μηδὲ ταπεινὸν ᾖ πεπραγμένον κ. τ. λ.* Neque aliter Phil. III. p. 129, 5. *ταῦτα δὴ πάντα αὐτοὶ παρασκευασάμενοι καὶ ποιήσαντες τοῖς Ἕλλησι φανερὰ τοὺς ἄλλους ἤδη παρακαλῶμεν.* AMERSFOORDT. De v. *δεῖσθαι* v. not. ad *δεήσεται* v. 18. SCHAEFER.

P. 181. v. 21. *ἀφαμαρτεῖν*] *ἐφαμαρτεῖν* Dionysius vitiose. REISK. *ἐφαμαρτεῖν* quî potuerit probari Krügero l. c., non perspicio. SCHAEFER.

P. 181. v. 22. *ἐκ δὲ τοῦ μετὰ τοῦ κ. τ. λ.*] *ἐκ τοῦ ἐπισχεῖν μετὰ τοῦ* etc. coniunge. WOLF. Pervellem Krügerus in not. ad h. l. abstinuisset Thucydideo II. 43., ubi unice probandum *ἔν τῳ*, quod etiam Bekkerus nuper dedit. SCHAEFER.

P. 181. v. 22. μετὰ τοῦ] μετὰ τὸ P. Manutius, unde repetiit appendix Francofurtana. ἐκ δὲ τοῦ ταῦτα παρασκευάσασθαι emendator Lessingianus. REISK.

P. 181. v. 22. παρασκευάσασθαι] παρεσκευάσθαι Paris. primus, Aug. primus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 181. v. 22. ὑμέτερα] ἡμέτερα Aug. primus. REISK.

P. 181. v. 22. ἐπισχεῖν] ἐπιτυχεῖν Weimaranus: quae videtur non lectio codicis, sed viri docti nescio cuius esse coniectura, non aliena illa quidem hoc loco, non tamen valde necessaria neque vulgata lectione quicquam melior. REISK. Amersfoordtius elegantem dicit coniecturam neque tamen huic loco necessariam. Miror Reiskii, multo magis etiam miror Amersfoordtii iudicium. ἐπισχεῖν enim tam recte habet, tam unice convenit loco, ut alterum illud sit longe ineptissimum. ἐπισχεῖν, *quiescere*, *nihil amplius satagere*, *sed* καραδοκεῖν τὸ μέλλον. SCHAEFER.

P. 181. v. 23. δεομένους σώζειν — ἥξοντάς ἐστιν] duo haec adipiscemini, ut et sospitatores atque vindices fiatis eorum, qui tum ad tutelam vestram perfugient rogantes a vobis protegi et conservari, et ut certi sitis, hoc eventurum esse, ut Graeci omnes, ultro, ipsismet auctoribus atque impulsoribus, ad vos confluant, vobisque adiungi studeant. REISK.

P. 181. v. 23. δεομένους] V. not. ad δεήσεται v. 18. SCHAEF.

P. 181. v. 23. πάντας ἥξοντάς] ὅτι ἥξουσι πάντες. Sic mox ὡς ἕκαστον ἑκόντα ποιήσοντα, ὅτι ἕκαστος ποιήσει, vel ὡς ἑκάστου ποιήσοντος. et τὸν δὲ πλησίον πράξοντα, ἀντὶ τοῦ, πράξοντος. Possit etiam legi οὕτω διακεῖσθαι τὰς γνώμας ὑμᾶς vel τὰς γνώμας ὡς ἕκαστον ὑμῶν. WOLF.

P. 181. v. 25. τὰ] Abest a Bavarico. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 181. v. 26. οὐδὲ μάταιον ἔχοντα μῆκος] Pro ἔχοντα μῆκος nostrum ἔχοντα μήκοθεν habuit. OBSOP. οὐδ' ἔχοντα μάταιον μῆκος Aug. primus. Pro μῆκος dedit Obsopoei codex μηκόθεν, si recte atque fideliter manum eius operae Basileenses reddiderunt. REISK. οὐδ' ἔχοντα μάταιον μῆκος Bekker. SCHAEFER.

P. 181. v. 27. εὑρεῖν] Non satis placet. Num εὐρύνειν, *dilatare*, *diducere*? an ἀρεῖν (in futuro 2. verbi αἴρειν, *tollere*)? Sed mallem potius συνείρειν, *conserere*. REISK. Non opus videtur huiusmodi emendatione. Explicari potest: *conatus sum invenire rationem explicandi vobis meam mentem*, *quae neque audaciae speciem prae se ferret*, *neque vobis longior adeoque ingrata auditu videretur*. Sic optime conveniet εὑρεῖν cum seqq. πολλὰ πράγματα ἔσχον σκοπῶν. Reiskium in errorem duxisse videtur, quod λόγον verteret *hanc quam vobis fero legem*, *hunc quem vobis habeo sermonem*. AMERSFOORDT. Reiskius in Ind. Graecit. p. 259. vulgatam non solicitans recte vertit *comminisci*, *meditando extundere*, citatque p. 292, 8. et 494, 26., ubi eadem est locutio. SCHAEFER.

P. 181. v. 27. τὴν μέντοι παρασκευὴν — σκοπῶν] Ordo hic est: πολλὰ πράγματα ἔσχον σκοπῶν τὴν παρασκευὴν, ὅπως —. *multum occupatus fui considerando, quomodo, quantum fieri posset, optime et celerrime belli fieret apparatus.* Sic saepe Graeci pro σκοπῶν, ὅπως ἡ παρασκευὴ —, quod multi pridem docuerunt. AMERSFOORDT.

P. 181. v. 27. ὡς] Abest a Paris. secundo et quinto, Aug. secundo et Bavarico. REISK.

P. 182. v. 1. οἴομαι] Sic Reiskius fere ubique dedit pro οἶμαι. De permutatione horum vocabulorum v. C. D. Beckius ad Demosthen. Or. de Pace p. 46. 53. et ipse Reiskius praefat. ad Demosth. Vol. I. p. XCVIII. extr. [LXXXV.]. AMERSFOORDT. οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 182. v. 1. αὐτὴν] Pro αὐτοὺς nostrum αὐτὴν in foeminino genere legit. OBSOP. Vulg. αὐτούς. αὐτὴν Weimaranus, P. Manut., quod praetuli. REISK.

P. 182. v. 1. ψηφίσασθαι] γρ. ψηφίζεσθαι Paris. secundus, Aldus, Felicianea. Utrumque dat Bavaricus, vulgatam appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK. Alii Codd. ψηφίζεσθαι, quod praeferendum videtur. Aoristo hic quidem locus idoneus esse non videtur. Cf. Matthiae Gr. Gr. p. 691. §. 497. et p. 698. §. 501. AMERSFOORDT. Immo aoristo hic locus maxime idoneus est: nec Matthiae disputationem Amersfoordtius videtur satis diligenter legisse. SCHAEFER.

P. 182. v. 2. ἔστι τοίνυν πρῶτον μὲν — οὐδὲν πώποτε ὑμῖν ἐγένετο] Locum hunc citat Dionysius Halic. T. II. p. 160. ut et paulo superiorem p. 181, 16. REISK. T. VI. p. 947. R. SCHAEFER.

P. 182. v. 3. ὑμᾶς] Vulg. ὑμῶν. ὑμᾶς Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori, Dionysius, quod praetuli. REISK.

P. 182. v. 4. ὁρᾶτε γὰρ — ὑμῖν ἐγένετο] Similia legas in Xenophontis Cyrop. II. 3. 3., quem Demosthenes h. l. secutus videtur Bakio ad Cleomed. p. 425. Non assentior. Talia enim imitabantur umbratici homines temporum citeriorum cadentisque Graecitatis, servum pecus imitatorum, non veteres illi heroes rerum hominumque usu exercitati: ut qui in huiusmodi locis agnoscunt vestigia imitationis, dum ostentant doctrinam, capitalibus ingeniis magnam facere iniuriam videantur. SCHAEFER.

P. 182. v. 5. ὅσα — ἠβουλήθητε] Vulg. ὅσα — ἐβουλήθητε. ὅσα μὲν ἅπαντες πώποτ' ἠβουλήθητε Aug. primus sine ὑμεῖς, quod etiam a Paris. primo et secundo, item a Bavarico abest et a Dionysio. ἠβουλήθητε etiam Aldina Taylori dat. REISK.

P. 182. v. 6. τὸ] Abest a Paris. primo et Aug. primo. REISK.

P. 182. v. 6. ἑαυτῷ] αὐτῷ Paris. primus. REISK.

P. 182. v. 8. πρὸς] εἰς Dionysius. REISK. Etiam Codd. Bekk. Nec displicet: quanquam vulgatam tuetur locus p. 120, 7. SCHAEF.

P. 182. v. 8. *αὐτὸς*] *αὐτοὺς* P. Manutius. REISK.

P. 182. v. 10. *πράξοντα*] *πράξαντα* Paris. primus, appendix Francofurtana, Aldus, Felicianus. Sed corrector Weimaranus et Tayloranus vulgatam restituit. *τὰ δέοντα πράξοντα* Dionysius. REISK. *τὰ δέοντα* puto a Dionysio additum: simplex enim *πράξοντα* melius respondet simplici *ποιήσων*. Saepius autem *ποιεῖν* et *πράττειν* ut synonyma ponuntur, quo varietur oratio. Sic p. 114, 20. *καίτοι ταῦτα πράττων τί ἐποίει;* p. 115, 5. *καὶ πάνθ᾽ ὅσα πράττει μετὰ τῆς δυνάμεως ποιοῦντα.* Quid quod ambo iunguntur, non tanquam diversae verba significationis, sed ut oratoriâ abundantiâ aures impleant? Sic p. 245, 27. *τί προσῆκον ἦν ἑλέσθαι πράττειν καὶ ποιεῖν τὴν πόλιν.* quem locum, Boissonado monente, videtur respexisse Tiberius p. 53., ubi quae de talibus pleonasmis et a Technico et a Boissonado traduntur, compone cum nota ad p. 99, 8. SCHAEFER.

P. 182. v. 11. *παρωξυμμένων*] Vulg. *παροξυνομένων*. *παρωξυμμένων* Paris. primus, Aug. primus (duplici *μ*, non simplici, quod Simon Fabricius exhibuit,) appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK. Absolute, ut hic, legitur apud Demosthenem c. Euerg. et Mnesib. p. 1124, 27. *ἢ παροξυνόμενον ὑπὸ ἡδονῆς*, *exacerbatum propter aliquid*, *quod nostrum uterque amat.* Alibi invenitur cum *πρός*. Isocrates Archid. p. 237. *παροξυνθῆναι πρὸς τὸν πόλεμον.* Aeschines c. Timarch. p. 35. med. *παρωξυμμένος δὲ πρὸς τὸ πρᾶγμα.* et cum *ἐπί*. Isocrates ad Philipp. p. 141. *οὗτοι μὲν γὰρ παρώξυνον ἐπὶ τὸν πόλεμον.* item omisso *πρὸς* vel *ἐπί*. Isocrates ad Philipp. p. 175. *τίς οὐκ ἂν — παροξυνθείη πολεμεῖν πρὸς αὐτόν.* ad Demon. p. 16. *οὕτω δ᾽ ἂν μάλιστα βουλεύεσθαι παροξυνθείης.* Panathen. p. 415. *πολλῶν παροξυνόντων γράφειν.* Thucydides I. 67. *τοὺς ἄλλους ἐάσαντες πρῶτον παροξύνειν τοὺς Λακεδαιμονίους.* Plus notat quam *προτρέπειν*, uti patet ex Demosthenis Serm. Amat. p. 1415, 21. *ἡγούμενος τὰς τοιαύτας παρακλήσεις τοὺς μὲν ἀγνοοῦντας προτρέπειν, τοὺς δ᾽ εἰδότας παροξύνειν.* itemque plus quam *ἐποτρύνειν*. Thucydides I. 84. *τῶν τε ξὺν ἐπαίνῳ ἐποτρυνόντων ἡμᾶς ἐπὶ τὰ δεινὰ, παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν οὐκ ἐπαιρόμεθα ἡδονῇ, καὶ ἤν τις ἄρα ξὺν κατηγορίᾳ παροξύνῃ, κ. τ. λ.* AMERSFOORDT.

P. 182. v. 12. *τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους*] Subaudi *στρατιώτας*. Negat orator, se in numero militum esse quicquam novaturum, revera se illi vetusto numero MCC capitum acquiescere, sed hoc studere et quaerere, ut ille numerus plenus sit eique nihil desit: hucusque quidem in classes connumeratos esse millenos ducentenos homines arma gesturos, quia vero illum in numerum incurrerint multi, quibus sive per sexum sive per aetatis teneritudinem sive per corporis imbecillitatem aut debilitatem (ut coecitatem, claudicationem et similia vitia) sive per fortunarum exiguitatem sive ob absentiam ab urbe sive aliis de causis sonticis

negatum esset arma gerere, eo factum esse, ut numerus ille nunquam plenus esset, sed ut vix septingenti aut octingenti essent. Quo itaque numerus ille MCC semper certissime plenus esset, auctorem se fert orator, ut verbotenus in classem quamque bina millia capitum connumerentur: nam si ab his MM deinceps deducantur omnes illi, quibus causae legitimae veniam militiae dent, tamen certo certius, illis deductis, reliquos manere MCC aut plures etiam. REISK. Quo luculentius totius legis ambitus pateret, quam tulit Demosthenes, lubuit hic primum eam universam Latinis verbis exsequi, quo peracto ad singulorum interpretationem accedemus, multa tamen ad partem huius Disputationis alteram, qua tota symmoriarum ratio apud Athenienses explicabitur, dilaturi. I. Numerus symmoritarum, quia identidem imminutus erat, neque adeo hoc tempore plenus exstabat, assumendo alios ex ditissimis civium redintegrari debebat. Quod quidem hac ratione bene perfectum iri existimandum est, si 8 0 cives symmoritarum numero adscribantur. Veri enim simile est fore, si ex universo symmoritarum numero (qui, si 800 illi additi essent antiquioribus 1200, qui adesse dicebantur, nec tamen universi praesto erant, efficerent duo millia,) si igitur ex universo illo numero omnes isti exemti fuerint, quibus legum auctoritas illud concesserit vel propter orbitatem, vel quod coloniarum sunt participes, vel quod in unum collatis bonis utuntur, ut numerum 1200 symmoritarum non excessuri sint. p. 182. v. 12 — 18. Hic igitur universus 1200 symmoritarum numerus ex veteri more per 20 symmorias distribuendus est, quarum quaeque ex 60 λειτουργοῦσι sit composita. Sed singularum symmoriarum iterum quinque debent esse partes, ex duodenis viris ita compositae, ut quibusque ditissimis eorum pauperrimi quique addantur, qua ratione ubique iustam proportionem constare necesse erit. p. 182. v. 18 — 23. Et his quidem symmoritarum divisio absolvitur, quae cur ita facta sit, ex sequentibus patebit. II. Sequitur modus, secundum quem triremes aedificari oportet. Classis, quae maxima a symmoritis praeberi debet, est 300 navium. Neque tamen opus est, ut hic universus numerus exhibeatur, si minor eius usus adfuturus est. Igitur pro varia reip. conditione vel maior vel minor numerus earum instruatur, isque sit vel centenarius, vel huiusmodi classis duplum vel triplum. — Verum et alia instituatur 300 illarum navium divisio, ex qua cuique symmoriarum numerus triremium a se aedificandarum indicetur. Secundum numerum 20 symmoriarum item 20 partes universae classis constituantur, omnes pari numero 15 navium compositae. Et quia quaeque symmoria 5 sectionibus divisa sit, quarum ex 12 viris constent singulae, ita etiam illae singulis symmoriis iniunctae 15 naves eadem ratione dividantur, ut fiant 5 partes, singulae naves 3 habentes. Illae autem 3 naves a quibusque symmoriarum sectionibus minoribus hoc ordine civitati praebendae sunt,

ut una navis perpetuo parata sit reip.: sin maius accesserit periculum, duae: in summa autem patriae necessitate trium navium numerus plenus esse debeat. Quo facto, singulae symmoriae, collatis singulis, quas minores earum sectiones aedificarunt, triremibus, 5 naves dabunt ad centenarium navium numerum implendum; 10 autem, si 200 navibus opus est; 15 vero, si 300. p. 182. v. 25. ad p. 183. v. 4.

Symmoritae	1200	naves	aedificant	vel	300,	vel	200,	vel	100.
—	60	—	—	—	15,	—	10,	—	5.
—	12	—	—	—	3,	—	2,	—	1.

III. Sed quia tantae classi fabricandae maiores sumtus ab symmoritis fieri necesse erat, quam quidem continue possent ferre, cavendum erat, ut ex aerario illis magna pecuniae summa suppeditaretur, cuius distribuendae rationem hic habes. Universus census regionis Atticae indicatur esse 6000 talentorum: hic igitur dividendus est ita, ut exinde fiant 100 partes inter se pares, singulae 60 talentorum, qui numerus partium centenarius conveniet cum 100 illis sectionibus minoribus symmoriarum, quarum unaquaeque 12 viris composita est. — Singulis iam symmoriis totis ex hac 6000 talentorum summâ portio tribuatur aequa 300 talentorum (1): haec autem 300 talenta cuiusque symmoriae participes ita inter se dirimant, ut minor quaeque sectio 12 virorum accipiat 60 talenta. p. 183. v. 5 — 11. Qua ratione

universi symmoritae	1200	accipient	6000	talenta
—	60	—	300	—
—	12	—	60	—

Iam vero monendum est, quomodo haec 6000 talenta, eà, quae dicta est, facta distributione, sufficiant ad sumtus compensandos, qui a symmoritis in triremes fieri debent. Quum non amplius 60 talenta cuique symmoriarum minori sectioni publice praeberi possint, ut exinde omnem compensationem quaerant necesse est. Neque tamen ita committet civitas, ut in minori navium necessitate ei talenta 60 non integra reddat. Immo vero, si 100 tantum navibus opus sit, ut duodeni symmoritae praebeant unam, possunt omnia 60 talenta ad unius navis aedificationem impendi. Sin 200 triremibus indigeat resp., totidem 60 talenta duplo horum sumtuum sufficiant, et pro 12 symmoritis unam navem prae-

(1) Haec ita intelligantur, non ut ipsa illa 6000 talenta symmoritis distribuenda essent, verum illi tantum reditus, qui quotannis ex illo censu 6000 talentorum in publicum referebantur. Ex parte convenit cum eo, quod nos dicimus *den inkomst der Directe Belastingen:* melius etiam reddetur *de Grondlasten,* quod infra probabimus ad p. 183, 5. In hac tamen legis versione perspicuitatis gratia caput ipsum pecuniarum, ipsum auctorem secuti, perpetuo repetemus, non annuum vectigal, quod propter illud a dominis praediorum esset solvendum. AMERSF.

bentibus seni quique idem officium praestent. Quodsi tandem 300 adesse oporteat naves, idem munus navis unius aedificandae obire debebunt quatuor viri, neque tamen universa 60 virorum symmoria plus quam 300 talenta, h. e. quaeque minor symmoriarum sectio 12 virorum plus quam 60 talenta accipiet. p. 183. v. 11 — 17. Ex hoc igitur computo ratio aedificandae classis et distribuendae pecuniae haec erit. Symmoritae 1200 accipiunt 6000 talenta, proque iis aedificant naves vel 100 vel 200 vel 300. Symmoritae 60 accipiunt 300 talenta, proque iis aedificant naves vel 5 vel 10 vel 15. Symmoritae 12 accipiunt 60 talenta, proque iis aedificant naves vel 1 vel 2 vel 3. His itaque cautum est, ut reip. iustus semper symmoritarum numerus praesto sit eorumque rite distributorum; itemque ut ei paretur facultas idoneae classis parandae vel 100, vel 200, vel 300 navium, prout vel maiori vel minori earundem numero opus futurum sit; iacturam autem pecuniarum a ditioribus ideo faciendam eadem lex publice, quantum poterat, compenset. — Restant autem alia, quorum recensio iam sequitur. Eadem ratio, qua navium aedificandarum partitio inter symmorias facta est, in comparatione instrumentorum navalium obtineat. Universa illorum copia secundum 20 symmoriarum numerum per 20 partes distribuatur, quae sua pars vicesima aeque divisa ut rite paretur, quaeque symmoria minoribus suis 5 sectionibus mandet, ne in reip. necessitate, si navis praesto sit, eadem instrumentorum navalium penuria prematur. p. 183. v. 17 — 25. Neque vero omittendus est ordo, qui in navalibus servari debet. Itaque praetores [τοὺς στρατηγοὺς] oportet in navalibus loca decem separata habere pro numero tribuum, quae loca singula contineant 30 navium domos [νεωσοίκους]: quo facto unum navale [νεώριον] 30 navium capax conveniet numero triremium, quem duae symmoriae in summa reip. necessitate praestare debebunt. Illae autem symmoriae ita sunt copulandae, ut semper binae ex eadem tribu [φυλῇ] in eodem sint navali. Tandem ex singulis tribubus unus trierarcha eius navalis curam habeat, cuius ipse sit particeps. p. 184 v. 1 — 9. Tribus 10 sive 20 symmoriae tenent 10 navalia, quae continent 300 triremes. Tribus 1 sive 2 symmoriae tenent 1 navale, quod continet 30 triremes. Ultimo loco navalia distinguantur secundum τὰς τριττῦς, quae tertiam partem tribus, φυλῆς, continebant: ut, quum singula navalia tribubus singulis destinata 30 tenere possint naves, τριττὺς quaeque tertiam earum partem, h. e. locum 10 navibus capiendis idoneum, occupet. Ex hac enim divisione, si opus erit, statim apparebit locus, ubi quaeque φυλὴ suas construat triremes, deinde ubi quaeque τριττὺς, tum quis sit trierarcha cuique navali praepositus, tandem quot quaeque τριττὺς naves habeat paratas. p. 184. v. 3 — 16. Atque his continetur lex, quae quidem, si simplici ratione eius interpretatio suscipiatur, non tantis premi

videtur difficultatibus, quantis eam refertam esse nonnulli clamarunt. Universae autem, quam dedimus, explicationi plerumque consentit Scholiastes, in paucis tamen dissentiens. Wolfius etiam ad p. 183, 8. recte hunc locum exhibuit. Errorem tamen eius in IV. animadvertit iam Reiskius ad v. 28. Male item se habet VI., ubi tamen numerus 9 in his verbis, *trierarchos* 9, typothetae errore positus esse videtur pro 6. AMERSFOORDT. Errorem Reiskii subaudientis *στρατιώτας* castigavit Amersfoordtius in nota proxime sequente. Non cogitandum hoc loco de militia obeunda, sed de classe instruenda. Ceterum de tota hac re v. Boeckhius Oecon. Polit. Athen. T. II. p. 105. ss. SCHAEFER.

P. 182. v. 12. *τοὺς διακοσίους — φημι χρῆναι*] Hinc apparet, complures illi numero 1200 defuisse, aliis ad egestatem redactis, aliis alio atque alio casu ab eo coetu avulsis. Itaque, diminuto numero, reliqui graviora onera sustinebant maioresque sumtus facere cogebantur: quos sublevare studet Demosthenes. WOLF. Probanda est explicatio Wolfii censentis, numerum 1200 symmoritarum, variis causis imminutum, hac Demosthenis lege denuo fuisse impletum, novis coactis symmoritis. Haec quidem melius se habent, quam quae dat Reiskius haec omnia non de symmoritis sed de *στρατιώταις* explicans. Quae si vera sint, haud video, quid faciendum sit sequentibus v. 18. *ἐκ τοίνυν τούτων οἴομαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσὶν, ἑξήκοντα σώματ' ἔχουσαν ἑκάστην.* Sed, ut dicam, quod sentio, (etsi dico verecunde; pudet enim me, parum exercitatum iuvenem, virum reprehendere et doctrinae laude insignem, et multis nominibus de omni literarum genere egregie meritum;) in huius legis interpretatione saepius festinantia Reiskium impedivisse videtur, quo minus verae explicationis indagationem multum curaret. AMERSFOORDT.

P. 182. v. 12. *φημι χρῆναι*] Solennis Oratoribus formula, quum legis mox a se ferendae faciunt mentionem. Vertitur: *oportere existimo, aequum censeo.* Ita Phil. III. p. 112, 12. *εἰ μὲν — φημὶ ἔγωγε ἄγειν ἡμᾶς δεῖν* [*εἰρήνην*]. Sic et infra de Symmor. p. 184, 1. *φημὶ τοὺς στρατηγοὺς δεῖν διανεῖμαι τόπους δέκα.* Olynth. II. p. 21, 9. *φημὶ δὴ δεῖν ὑμᾶς ἅμα τοῖς μὲν Ὀλυνθίοις βοηθεῖν.* De Corona Trierarch. p. 1228, 7. *διὸ φημὶ δεῖν αὐτὸς στεφανοῦσθαι.* Olynth. I. p. 14, 5. est eodem sensu: *φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι.* et apud Isocratem de Pace p. 281. *φημὶ δὴ οὖν χρῆναι ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην.* Ita etiam occurrit *οἴομαι*, uti infra p. 181, 29. *οἴομαι δὴ δεῖν — ὑμᾶς — ψηφίσασθαι.* et similiter mox p. 182, 18. et *κελεύω* ibid. v. 21. et p. 183, 4. uti et apud Thucydidem I. 82. *αὐτοὺς κελεύω ἐᾶν βλάπτειν.* Atque horum nonnulla tamen sunt eiusmodi, ut potius consilii quam disertae legis videantur esse praeparatio. Caeterum minus valent haec omnia, quam *γράφειν*,

quo ipsa legis rogatio indicatur. Olynth. I. p. 14, 24. *σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.* quae tamen ut fiant eodem loco indicat maxime se optare. In ipso autem scriptae legis capite utebantur verbo *εἰπεῖν.* Vid. ex innumeris exemplis illud, quod est Orat. pro Cor. p. 288, 28. *Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς εἶπεν:* cui phephismati post victoriam ad Chaeroneam illudens rex Philippus vocabulum adiecit, ut inde fieret versiculus (Plutarch. V. Demosthen.): *Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς τάδ' εἶπεν.* Caeterum notionem *existimandi, iudicandi, censendi* in verbo *φημὶ* insuper probant loca Demosthen. de Symmor. p. 185, 15. *χρήματα μὲν δὴ φημὶ εἶναι τότε.* et c. Theocrin. p. 1323, 23. *φημὶ δὴ — Θεοκρίνην ἔνοχον εἶναι κ. τ. λ.* AMERSFOORDT.

P. 182. v. 13. *ὀκτακοσίους*] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 182. v. 15. *ἀποδείξητε τὸ πλῆθος*] *plenum exhibeatis*, ut nihil desit. Verbum hoc illustravit Wyttenbachius ad Selecta Histor. p. 439. AMERSFOORDT.

P. 182. v. 15. *τῶν ἐπικλήρων — ἀφαιρεθέντων*] V. Boeckhius Oecon. Polit. Athen. T. II. p. 83. s., cuius interpretationem ad *τῶν ὀρφανικῶν — τῶν κοινωνικῶν* subaudientis *χρημάτων* vereor ut tenor loci admittat, quem facile apparet de *σώμασι*, non de *χρήμασιν*, agere. Malim igitur vulgatum olim *ὀρφανῶν* restituere: quoque melius sequentes genitivi respondeant antecedentibus, suspicor *κληρουχικῶν* et *κοινωνικῶν* mutanda in *κληρούχων* et *κοινωνῶν.* Conf. not. ad Gregor. Corinth. p. 110. Non nego Lexicographos suis in libris habuisse *κληρουχικῶν* et *κοινωνικῶν*: videtur enim vitium esse pervetus: sed vide mihi, quantopere haec scriptura illos turbaverit; cum enim *κληρουχικῶν* de *χρήμασιν* interpretarentur, rursus *κοινωνικῶν* de *σώμασιν* intellexerunt. SCHAEFER.

P. 182. v. 15. *τῶν ἐπικλήρων*] Puella orba haereditatem consequitur, sed non ex sese genus propagat. De hac Suidas, *ἐπίκληρον*, inquit, puellam pupillam, parentibus et fratribus orbam, in cuius potestate opes sunt, vocant etc. *ἐπίκληροι* etiam vocantur, sive binae, sive plures fuerint. WOLF. Scilic. *σωμάτων* (non *παρθένων*), quia ad insequentia adiectiva omnia subaudiri debet *σωμάτων.* Sed nescio an tum satius sit etiam hoc nomen reliquis accommodare, h. e. *ἐπικληρικῶν* legere. Pari modo *ὀρφανικῶν* praetuli vulgatae *ὀρφανῶν.* Celebris in scholis Grammaticorum hic locus est. Citant eum Harpocrat. in *κληροῦχοι* et *κοινωνικά* (v. Vales. p. 111. ed. Gronov.) et Pollux 8, 134. et 136. in *κοινωνικὰ χρήματα* et *κληρουχικὰ χρήματα.* Cur virgines nubiles cum patrimoniis relictae, cur orbi nondum puberes facti, cur cives extra urbem in coloniis agentes fungi in urbe muniis militaribus et arma gerere corporibus suis nequeant, interprete non eget, per se planum est. At cur exemti sint *σώματα κοινωνικά*, non perinde paret, hoc est fratres patrimonium relictum

inter se commune habentes et communiter administrantes, haereditate nondum creta, h. e. in particulas convenientes concerpta. Causa, si satis acutum cerno, haec fuit. Pater adhuc superstes, universae rei dominus, si bellica tempora incidissent, sine recusatione militiam obisset. Iam vero duobus tribusve eandem rem familiarem tuentibus, non auctiorem factam, quam ante fuit, dubitatur, tribusne fratribus una eundum in castra sit, an uni solummodo. Aequum est utique unum militare. Tum vero uter binorum aut ecquis ternorum fratrum delegetur ad operas castrenses? Sorti, aies, permittatur. Recte ais: verumtamen res molestiis et paene dixerim iniquitate non caret. *) REISK. Wolfius: *puellae parentibus et fratribus orbae:* quibus addit Valesius ad Harpocrat. p. 112. b. edit. Blanc. *et avo paterno.* Sed Reiskius non vult subaudiri *παρθένων*, sed *σωμάτων*, ideoque legi mavult *ἐπικληρικῶν* et mox *ὀρφανικῶν*, ut conveniant cum *κληρουχικῶν* et *κοινωνικῶν*. Reiskio autem hic non videtur obtemperandum. Neque enim in prioribus illis vocabulis opus est subaudito *σωμάτων*, ut quibus singulares indicantur homines, nulla societatis necessitudinisve copula inter se iuncti: contrarium vero obtinet in posterioribus, quibus recte *σωμάτων* addi possit. Harpocration, quocum, ut in plerisque, convenit Etymol. M. v. *ἐπίδικος κ. τ. λ.*, habet: *ἐπίκληρος μέν ἐστιν ἡ ἐπὶ παντὶ τῷ κλήρῳ ὀρφανὴ καταλελειμμένη, μὴ ὄντος αὐτῇ ἀδελφοῦ. ἡ δὲ αὐτὴ καὶ ἐπικληρῖτις.* ubi v. notas. AMERSFOORDT.

P. 182. v. 16. *ὀρφανικῶν*] *ὀρφανῶν*. Hos igitur, qui hic recensentur, immunes fuisse apparet. WOLF. Vulg. *ὀρφανῶν*. *ὀρφανικῶν* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Restituendum eadem de caussa, quam supra diximus, vetus *ὀρφανῶν*. Sunt liberi parentibus orbi, qui ad pubertatem nondum accesserunt. Nec mirum est, hos e numero symmoritarum exceptos esse lege Demosthenis, cui etiam ante oculos versabantur suorum tutorum iniuriae. Verum de his, uti et aliarum huius legis partium caussa et ratione, uberius agemus in peculiari Dissertatione de universo hoc symmoriarum apud Athenienses instituto mox edenda. AMERSFOORDT.

P. 182. v. 16. *κληρουχικῶν*] *κληροῦχοι* qui sint, vide Libanium in argumento *περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ*. Suidas, *κληρουχικά*, inquit, Demosthenes dicere videtur bona eorum, qui in aliam quamcunque provinciam obtinendi agri nomine mittuntur. Qui enim fieri potest, ut, qui peregre abest, triremem Athenis instruat? WOLF. V. Photius c. 125. SCHAEFER.

P. 182. v. 16. *κοινωνικῶν*] Suidas: *κοινωνικοὺς* Demosthenes vocat sive fratres, qui haereditate indivisa fruuntur, quo-

*) Frustra se torsit vir optimus somnians militiam, de qua Orator non cogitavit. V. not. ad v. 12. SCHAEFER.

rum pater munera obire publica potuit, cum eiusdem haeredes singuli triremes instruere propter fortunarum tenuitatem non possint, sive etiam eos, qui voluntariam coivere societatem vel mercimoniorum vel rei cuiuspiam alterius, quorum singuli totum communium opum censum non habebant. *κοινωνικοὶ* igitur emolumenti et detrimenti sunt participes, *Gesellschafter*. WOLF. Cur hi symmoritis exemti fuerint, docent Grammatici a Wolfio Reiskioque ad h. l. laudati. Reiskius accipit de fratribus, qui patrimonio non diviso utuntur. Neque multum repugno. Quae deinceps ibid. disputat de sortiendi iniquitate, quo ex complurium fratrum numero unus eximatur, qui *τῆς τριηραρχίας* munus obeat, nostri aevi moribus omnino conveniunt, quo huiusmodi sumtus non a paucis ditioribus, verum, uti par est, ab universa republ. feruntur. Quodsi vero pro *τριηραρχίᾳ* vel *λειτουργίᾳ* rescripseris *militiam terrestrem*, ut in his notis perpetuo errore fecit Reiskius, eiusdem ratio exiguam habet nostro tempore auctoritatem. Sed huiusmodi disceptatio, quia nihil ad Demosthenem pertinet, a nobis non instituetur. Haec tantum monemus, visum esse Demostheni recte se habere illud argumentum, quod suo Lexico adscripsit Harpocration causas afferens, cur illi vel fratres vel alii cives, qui re familiari utebantur in unum collata, trierarchatus immunes fuerint. AMERSFOORDT. V. Photius c. 129. SCHAEFER.

P. 182. v. 16. *εἴ τις ἀδύνατος*] S. *λειτουργεῖν*. *si quis pauperior est, quam ut reipublicae inserviat*. WOLF. Recte interpretatur Wolfius, nec cum Reiskio in nota ad v. 12. de corporis imbecillitate aut debilitate intelligendum. V. Boeckh. l. c. SCHAEF.

P. 182. v. 17. *ταῦτα*] Abest a Paris. secundo et Aug. secundo. REISK.

P. 182. v. 18. *ἐκ τοίνυν τούτων — ἔχουσαν ἑκάστην*] Citat Photius c. 405., scripturâ partim diversâ partim corruptâ. SCHAEFER.

P. 182. v. 18. *οἴομαι*] *οἶμαι* Bekker. Sic etiam Photius l. c. SCHAEFER.

P. 182. v. 18. *συμμορίας*] V. Philemon p. 141. s. Osann. et Zonaras c. 1685., coll. Etymolog. M. c. 734, 35. SCHAEFER.

P. 182. v. 20. *νῦν*] *καὶ νῦν* Paris. quintus. REISK.

P. 182. v. 20. *ἔχουσαν ἑκάστην*] *ἑκάστην ἔχουσαν* Photius l. c. SCHAEFER.

P. 182. v. 21. *διελεῖν κελεύω πέντε μέρη*] Lego *εἰς πέντε μέρη*, quanquam postea sequitur *ἅπαντα ἐκ τοῦ διαγράμματος νεῖμαι κελεύω μέρη εἴκοσι*, etsi et hic ut a librario sit omissa praepositio fieri potest: dura certe est constructio. Sic et apud Platonem legitur de Legibus: *νέμειν πάντα ἐκ γῆς γινόμενα δώδεκα μέρη*. ubi ego malim: *νέμειν πάντα τὰ ἐκ τῆς γῆς γινόμενα εἰς δώδεκα μέρη*. Incredibile est, quoties articuli et aliae minutae

particulae a librariis omittantur: id quod ostendit codicum diversorum collatio. WOLF. Wolfii coniectura legentis *εἰς πέντε μέρη* exemplis ab ipso allatis satis refutata videtur. AMERSFOORDT. V. Bos. Ellips. p. 683. Nec tamen in talibus locis de ellipsi praepositionis *εἰς* cogitandum. *διελεῖν* valet *dividendo facere*, *διελόντα ποιῆσαι. εἴκοσι ποιῆσαι μέρη* v. 27. Conf. p. 183, 6. SCHAEFER.

P. 182. v. 22. *ἀνταναπληροῦντας*] ut pauperrimi cuiusque inopia ditissimi copiis ita pensetur, ut fiat inter eos aequalitas, et perinde sit, ac si pauper tantundem contulisset, quantum, si caeteris aequalis foret, conferre debuisset: ac potius, ut plures pauperes tantum conferant, quantum unus ditissimus, multorum re familiari quasi in unum acervum collata; ut, si Crassus conferret decem talenta de 120 talentis, alii 120 viri, quorum singuli non ultra talentum possideant, uni Crasso aequentur decem et ipsi talentis conferendis. WOLF. Recte Wolfius. Verba Demosthenis sic sunt intelligenda, ut, si ditiores sex senique pauperiores sint in symmoriarum sectionibus, ditiores maiorem partem summae totius solvant, quae necessaria est ad navium aedificationem, pauperiores vero minorem, ita tamen, ut illis partibus collatis omnis pecunia conficiatur. Sic, si numeris expositum exemplum magis sit perspicuum, ad assem solvendum ditiores conferant dodrantem, pauperiores quadrantem, vel illi bessem, hi vero trientem. AMERSFOORDT. V. Reiskii Ind. Graecit. p. 437. 8). SCHAEFER.

P. 182. v. 23. *ἀπορωτάτους*] *ἀπόρους* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 182. v. 23. *σώματα οὕτω*] *σώματα ταῦτα οὕτω* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 182. v. 23. *φημὶ δεῖν συντετάχθαι*] *συντετάχθαι φημὶ δεῖν* Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 182. v. 27. *ἀποδείξαντας — ποιῆσαι μέρη*] S. *ὑμᾶς, ἐπειδὰν ἀποδείξητε, ἢ ἀποδεῖξαι καὶ ποιῆσαι εἴκοσι μέρη κατὰ τὴν πεντεκαιδεκαναΐαν*. WOLF.

P. 182. v. 27. *τὴν*] Abest ab Aug. primo et secundo, Paris. secundo et Bavarico. REISK. Recte delevit Bekker. Sic sine articulo, ut oportet in talibus formulis, v. 22. *κατὰ δώδεκα ἄνδρας*, pro quo scribi potuerat *κατὰ δωδεκανδρίαν*, si usus hoc compositum tulisset. Mox p. 183, 7. *καθ' ἑξήκοντα τάλαντα*, i. q. *καθ' ἑξηκονταταλαντίαν*, quod nomen statim sequitur. SCHAEFER.

P. 182. v. 27. *πεντεκαιδεκαναΐαν*] Quasi dicat *quindenaviam*. Est enim compositum a *πεντεκαίδεκα* et *ναῦς*, ut Euripides *χιλιόναυν στόλον*, id est, *millenaviam* (si nobis ita, ut Graecis, nomina fingere liceat) *classem*. Vicies autem quindena seu (quod perinde est) decies et quinquies vicena trecenta conficiunt, (quanquam postea singulis centuriis quinas adiicit naves,) ut supra quinquies duodena vel duodecies quina sexaginta, vicies sexagena vel

sexagies vicena mille ducenta. WOLF. Vulg. πεντεκαιδεκαναίαν. πεντεκαιδεκαναΐαν Aug. primus cum tribus dissolutis vocalibus in fine vocis, non cum diphthongo, ut vulgata. Misere corrupit hoc vocabulum Simon Fabricius seu operae Basileenses. Consentit cum Aug. Bavaricus. REISK. Anecd. Bekk. p. 295, 30. Πεντεκαιδεκαναΐα: αἳ δεκαπέντε τριήρεις. SCHAEFER.

P. 182. v. 28. τῶν πρώτων ἑκατὸν πέντε κ. τ. λ.] ἑκατὸν, scil. ναῶν *): πέντε, scil. ναῦς. Wolfius hic semet lectoresque implicuit **). Non praecipitur ad vetustas trecentas naves quindecim novas addi, sed solummodo de distributione agitur et praecipitur sic naves distribui. De prima centuria navium sumantur primae quinque naves et attribuantur primae classi navium, quarum unaquaeque classis denis quinis navibus constat: tum primae quinque naves secundae centuriae attribuantur secundae classi, et primae quinque naves tertiae centuriae attribuantur tertiae classi navium denarum quinarum: tum rursus, reditu ad principium facto, quarta, quinta et sexta navis primae centuriae navium attribuatur classi quartae et sic porro, donec cunctae naves trecentae per viginti classes, quarum unaquaeque XV navibus constat, distributae fuerint. REISK. Palmerius in Exercitt. ad Auct. Gr. p. 624. haec habet: „Laborat a mala interpretatione hic locus. Sic interpunge: τῶν πρώτων ἑκατὸν, πέντε· καὶ τῶν δευτέρων ἑκατὸν, πέντε· καὶ τῶν τρίτων ἑκατὸν, πέντε ἑκ. μ. δ." Hoc recte. Namque antea sine distinctione lectum fuisse videtur ἑκατὸν πέντε, unde Wolfii error ortus videtur, qui de navibus interpretabatur 315. Palmerii interpunctionem habebat etiam editio Benenati. ***) Quod vero deinceps addit Palmerius, sic intelligendum esse hunc locum, ut 300 triremes dividantur in 15 classes, quarum unaquaeque habeat 20 triremes, eaque ratione primae 100 triremes conficiant 5 classes s. partes universae classis Atheniensium, alteraeque et tertiae s. ultimae 100 triremes item 5 classes constituant, sicque adeo fiat illa πεντεκαιδεκαναΐα, vereor, ne illa explicatio parum sit probanda. Immo vero duplex erat distributio classis Atheniensium, ut supra [ad v. 12. τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους] monuimus, quarum altera maior, ut essent 3 universae classis partes, singulae ex 100 navibus compositae, vel singulatim vel simul pro varia reipubl. necessitate praebendae, altera minor, quae universam classem 300 navium 20 portionibus dividebat pro numero symmoriarum. Huiusmodi autem portio, πεντεκαιδεκαναΐα, 15 triremibus constans, non semper praesto esse

---

*) Immo νεῶν. SCHAEFER.

**) V. not. ad v. 27. πεντεκαιδεκαναΐαν. SCHAEFER.

***) Habet etiam Reiskiana. Ut ego interpunxi, sic interpunctum est in Bekkeriana. Neque haec ratio locum facit obscurum. SCHAEFER.

debebat, sed secundum variam reipubl. fortunam et conditionem vel tertia eius pars, vel dimidia, vel et tota. Atque haec sunt illa: τῶν πρώτων ἑκατὸν — διδόντας. AMERSFOORDT. Tres centuriae navium in viginti classes ita distribuendae erant, ut unaquaeque classis (μέρος) quinque naves e prima centuria (τῶν πρώτων ἑκατὸν πέντε) et quinque de secunda centuria (καὶ τῶν δευτέρων ἑκατὸν πέντε) et quinque de tertia centuria (καὶ τῶν τρίτων ἑκατὸν πέντε) haberet. His rebus clarissimis miror Wolfium et Reiskium tenebras obduxisse. SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 49. Wolfii errorem Reiskius probe perspexit: sed vicissim ipse graviter erravit, cum rationem τῶν εἴκοσι μερῶν classis explicare vellet. SCHAEFER.

P. 183. v. 2. συγκληρῶσαι συμμορίᾳ σωμάτων ἑκάστῃ] ἑκάστοις ἑξήκοντα ἀνδράσι διὰ τοῦ κλήρου παραδοῦναι ἢ ἁπλῶς προσνεῖμαι. WOLF.

P. 183. v. 3. σφῶν αὐτῶν] Exspectes ἑαυτῆς, ut v. 23. Sed συμμορία dicitur collective. SCHAEFER.

P. 183. v. 4. ἀποδοῦναι] ἀποδιδόναι Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 183. v. 4. ἐπειδὰν] ἐπειθὲν Aldus. Sed in Weimarano id est ad vulgatae modum correctum, item in Lessingiano. REISK.

P. 183. v. 5. ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι κ. τ. λ.] Suidas: τίμημα, ἡ καταδίκη, ζημία, ἐνέχυρον, τιμωρία, κεφάλαιον, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συμμοριῶν (sic enim legendum, non συμμάχων), καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἰσφερόμενον παρ' ἑκάστου. WOLF. Citat h. l. Harpocrat. v. ὅτι ἑξακισχίλια et v. τίμημα. REISK. Item Etymolog. M. c. 758, 53. Photius c. 433. et Thomas Mag. p. 854. De Harpocratione *) v. Siebelis. ad Philochori Fragm. p. 77. s. et Boeckh. Oecon. polit. Athen. T. II. p. 22. SCHAEFER.

P. 183. v. 5. ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι κ. τ. λ.] Utrumque significat τίμημα, *summam ac summae velut caput*, itemque *id, quod singuli census nomine ex facultatibus contribuunt.* Harpocrationem et Suidam huc iam adhibuerunt Wolfius et Reiskius ad h. l. Nostro tamen loco manifestum est, ipsam *summam* significari; ut sit τὸ τίμημα τῆς χώρας pretium, quo solum Atticum, h. e. omnes domus, aedificia, atque agri in Attica aestimantur. Sufficit, ut hanc Demosthenis mentem fuisse credamus, locum repetere, quem ex Polybio II. 62. attulit Valesius ad Harpocrat. in v. ὅτι ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς, ad eum locum simul vulgatam lectionem loci Demosthenici, de quo nunc agimus, bene defendens. Polybius igitur narrat, censum actum fuisse Atticae regionis, quo tempore Athenienses cum Thebanis, h. e. 30 circiter annis ante hanc Orationem habitam, bellum

*) In λυθέντος vide ne lateat αὐτός. SCHAEFER.

contra Lacedaemonios susceperunt: *ἐτιμήσαντο τήν τε χώραν καὶ τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν, ἀλλ' ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας ἐνέλιπε τῶν ἑξακισχιλίων διακοσίοις καὶ πεντήκοντα ταλάντοις.* Haec igitur aestimatio agri sive regionis erat, ex cuius annuo reditu compensatio symmoritarum quaerenda erat. Quae compensatio, etsi nobis minor esse videatur, quam pro sumtuum a ditioribus faciendorum magnitudine, parum tamen habet quod nos moveat. Sic enim optime intelligimus rationem querelarum, quas uno ore ditiores perpetuo moverunt, repetitas deinceps, inprimis a Xenophonte in libro de Atheniensium republ., ab Isocrate passim et ab Aeschine c. Ctesiph. p. 163., qui vocat *τοὺς τριηράρχους — οὐ τὰ κοινὰ διαχειρίσαντας, οὐδ' ἀπὸ τῶν ὑμετέρων προσόδων πολλὰ μὲν ὑφαιρουμένους, βραχέα δὲ κατατιθέντας, ἐπιδιδόναι δὲ φάσκοντας, ἀποδιδόντας δὲ ὑμῖν τὰ ὑμέτερα, ἀλλ' ὁμολογουμένως τὰς πατρῴας οὐσίας εἰς τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀνηλωκότας φιλοτιμίαν.* Neque existimandum est, totam summam 6000 talentorum symmoritarum usibus concessam fuisse. Immo vero ex tributo quotannis exinde in aerarium referendo (quod utrum decumis an alia ratione aestimatum fuerit incertius videtur) pecuniarum quaedam pars ad navium fabricationem erogatarum publice reddebatur. Causa autem, cur hoc solum tributum trierarchis fuerit datum, haec fuisse videtur, quod reliqui civitatis reditus in alios usus erogabantur. Erant Athenis praeter agrorum censum in usu portoria, inquilinorum tributa atque, ut videtur, pecunia singulis capitibus imposita [*capitationem* dicas], (1) quibus accedebant proventus argenti ex metallis. Caeterum, ne quis miretur, a Pericle in loco classico, quo reditus civitatis Athenarum recensentur, nullam mentionem huius census iniici, (Thucyd. II. 13.) verum eum, ut minoris momenti, ad ea referri, quae Pericles significari voluit his verbis, *ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου*, Wyttenbachius ad Selecta Hist. p. 366. iam monuit, consulto illum a Pericle omissum fuisse, ut nemini ignotum nec forte auditu iucundum. Alia etiam omissionis caussa addi potest, quod Pericles, qui omnem futuri belli fortunam summo acumine prae-

---

(1) Heerenus l. l. (Ideen Vol. III. p. 305.): „Kopfsteuern waren weniger bei den Bürgern gewöhnlich (wiewohl ich sie keineswegen gänzlich leugnen will), als bei den Inquilinen. v. Harpocrat. über die Einrichtung und den Betrag des *μετοίκιον.*" et p. 309.: „In Athen hatte man die Eintheilung in Classen nach dem Einkommen, wie sie Solons Einrichtungen in Athen gegründet hatten, nach welcher man ging. Sie setzten allerdings eine Schatzung voraus: (*τίμημα.* Demosth. in Aphob. Or. I. Op. II. p. 3. etc.) ob aber in den griechischen Städten diese so genau war, wie der Census der Römer, müssen wir unentschieden lassen." Idem tamen p. 304. *τὸ τίμημα τῆς χώρας* fructuum decumis quotannis solvendis constitisse existimat. AMERSFOORDT.

sagiverat, recte iam mente praevidebat, quod accidit, fore scil. ut magna horum redituum pars propter continuas Lacedaemoniorum in Atticam incursiones civitati periret, eorumque adeo exiguus tantum usus in bello esset futurus. AMERSFOORDT. V. Boeckhius l. c. p. 21. ss. SCHAEFER.

P. 183. v. 5. *ἑξακισχιλίων ταλάντων*] Thucydides Atticam *λεπτόγαιον* vocat: et est tamen non parva aestimatio ipsius soli praeter aedificia et reliquas opes, si singula talenta, ut Budaeus tradidit, sexcentenis coronatis aestimes, singulos vero coronatos cruciferis circiter 75 aut 76. Sic enim talentum florenos Rhenenses, superiori Germaniae usitatos, qui vel pazios quindenos vel cruciferos sexagenos continent, valebit 750. Talenta 10 conficiunt fl. 7500. Talenta 100 fl. 75000. Talenta 1000 fl. 750000. Talenta 6000 fl. 4500000, hoc est, tonnas auri 45 aut milliones $4\frac{1}{2}$. Haud igitur stulte sapuit Philippus, si Athenas, ut criminatur Demosthenes, in suam redigere potestatem voluit. WOLF.

P. 183. v. 6. *ἵν' ὑμῖν — συντεταγμένα*] Quomodo? Nec enim solent possessores fundorum tantum habere praesentis pecuniae, (quam bella non postulant, sed flagitant,) quanti sunt ipsa praedia. WOLF. Nec voluit Orator, ut tantum haberent praesentis pecuniae: sed quam suasit *σύνταξιν τῶν χρημάτων*, eius hic solus finis fuit, ut sumtus in classem faciendi inter symmoritas ex aequo et iusto dispertirentur; qua de re statim agitur. SCHAEFER.

P. 183. v. 6. *τὰ χρήματα*] Immo *καὶ τὰ χρήματα*. Particula typothetae meâque correctoris culpâ excidit. SCHAEFER.

P. 183. v. 7. *ἑξηκονταταλαντίας*] *ἑξηκονταταλαντείας* ὑφὲν legatur. Est enim composita vox, ut *πεντεκαιδεκαναία*. WOLF. Vulg. *ἑξήκοντα ταλαντείας*. *ἑξηκονταταλαντίας* Aug. primus: et sic quoque versu 10. Piget referre, quam misere hoc item vocabulum corruperit S. Fabricius. Wolfius etiam coniungi voluit haec duo vocabula in unum, sed diphthongum in fine servat. REISK.

P. 183. v. 8. *εἰς*] Abest ab Aug. primo et Aldina Taylori: et non dubito idem a Parisino primo quoque abfuisse, tametsi margo Lutetianae tacet. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 183. v. 8. *ἑκάστην*] *ἑκάστῃ* Paris. primus, Aug. primus, Ald. Tayl. REISK. Pro *εἰς ἑκάστην* malim *ἑκάστῃ*. V. infra v. 21. SCHAEF.

P. 183. v. 8. *τῶν*] *τῶν* secundum abest ab Aug. primo. REISK. Recte adest. Rite enim articulus repetitur, ubi plura deinceps ponuntur epitheta, quorum suam quodque notionem seorsum intelligendam continet. Sophocles Oed. T. 1481. *ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας*. Eupolis ap. Longin. XVI. 3. *μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην*. SCHAEFER.

P. 183. v. 8. *εἰς ἑκάστην τῶν μεγάλων τῶν εἴκοσι συμμοριῶν κ. τ. λ.*] Magnae classes sexagenum virorum naves quindenas,

parvae duodenum virorum ternas habebant naves. Magnis attribui vult quinquies sexagena talenta, id est, trecentena: parvis quintam horum partem, id est, sexagena. Cum autem parvae sub magnis contineantur easque constituant, videtur haec distinctio ordinis et perspicuitatis causa esse instituta. Sed repetam (ut vel rudioribus vel segnioribus gratificer) omnem hanc Demosthenis arithmeticam. I. Viri, qui triremes instruant, sint mille et ducenti. Adiungit autem his octingentos, ut, si qui inter illos immunes quacunque de causa fuerint, numerus ille 1200 compleatur. II. Hi 1200 sunt dividendi in vicies sexagenos. Ita fiunt ex his mille ducentis 20 symmoriae, id est, coetus, ordines seu classes, quarum classium singulae sexagenos viros complectantur. III. Hae singulae sexagenariae classes, ut ita dicam, in quinas partes duodenarias distribuantur: in quibus partibus tenuissimus quisque cum locupletissimo coniungatur. IV. Triremes sint trecentae. Hae dividantur in vicies quindenas naves. Addantur autem singulis navium centuriis quinae naves: ita naves conficientur 315. Cur autem hae 15 adduntur? Eandem ob causam, opinor, ob quam supra 1200 viris 800 sunt adiecti: uti nimirum, si quae naves minus utiles essent, aliae illarum loco haberentur. *) V. Unaquaeque συμμορία quindecim naves instruat: ita unaquaeque pars duodenaria tres naves instruet, id est, quaterni viri singulas naves. VI. In has viginti sexagenarias, quae sunt centum duodenariae, distribuenda sunt sexies mille talenta. Idque hac ratione fieri debet: 1. haec sexies mille talenta dividenda sunt in centies sexagena talenta; 2. in unamquamque συμμορίαν quinquies sexagena, id est, 300 talenta, sunt dispartienda; 3. ita unaquaeque duodenaria 60 talenta accipiet, id est, in singulas triremes vicena talenta impendentur. Solet enim Demosthenes tanquam a summis generibus ad infimas species, sic a tota summa ad minutissimas partes perspicuitatis gratia descendere. Sed haec hactenus satis perspicua et intellecta esse puto. Quae vero sequuntur, intricatiora illa quidem, explicare et ipsa conemur. Proposuit Demosthenes, perinde ac si summa urgeret necessitas, 300 triremes instruendas, easque divisit in vicies quindenas, et singulis quindenis 300 talenta attribuit, et singulis ternis sexagena. Deinde ab imo iterum adscendit ad summum hoc modo. Naves 100 postulant talenta 60, trierarchos 12. Naves vero 200 talenta 30, trierarchos 9.**) Naves 300 talenta 20, viros 4. Sed qui fit, ut, aucto navium numero, et hominum et talentorum decrescat numerus, cum potius adaugendus uterque una esse videatur? et cum antea quindenis navibus 300 talenta assignarit, nunc tantum 60 centenis attribuat? Quia, crescente numero triremium, decrescit numerus et viro-

*) Sed v. not. ad p. 182, 12. 28. SCHAEFER.

**) Sed v. not. ad p. 182, 12. SCHAEFER.

rum et talentorum: ut quaterni viri de vicenis talentis tantundem conferant ad trecentas naves, quantum viri duodeni de sexagenis in centum navium classem contulissent. WOLF.

P. 183. v. 10. ἑξηκοντακαιταλαντίαν] Hic postmodum diphthongum cum iota simplici mutavi. REISK. V. not. ad v. 7.*) SCHAEF.

P. 183. v. 11. ὅπως, ἐὰν μὲν ὑμῖν κ. τ. λ.] Duplici ratione recte haec possunt explicari; incertum autem, utra sit verior et consilio Demosthenis magis conveniens. Vel sic accipias, ut tributum quotannis propter agrorum domuumque possessionem a dominis in publicum conferendum pro variis symmoritarum sumtibus augeretur vel minueretur, ut in eiusmodi tempore, quo 300 naves patriae dari deberent, triplex solveretur talis census, qualis agebatur, quum 100 tantum navibus opus esset. Ita reditus, qui difficili reip. tempore ex bonis 20 talentorum pretio aestimatis in publicum conferebatur, fere aequare potuit pecuniam, quam civitas periculi metu liberata ex bonis 60 talentorum accipere solebat. Sin minus haec placeant, credas, fixum hoc fuisse tributum, atque omne illud damnum, quod nascebatur, si maior classis esset aedificanda, ferendum fuisse ab symmoritis. Igitur eadem compensatio, quam ipsis largiebatur resp. ad unam triremem parandam, s. idem ille 60 talentorum reditus in maiori apparatuum bellicorum necessitate sufficere debebat ad tres triremes aedificandas, ut 20 tantum talentorum reditus pro impensa in unam navem facienda redderetur. AMERSFOORDT. Naves 300, talenta 6000 trierarchi 1200 in partes 20 aequales dividuntur, quarum singulae naves 15, talenta 300, trierarchos 60 continent. Subdivisio postea fit ad hunc modum:

Naves 15.	Talenta 300.	Trierarchi 60. (Symmoria)
3	60	12
3	60	12
3	60	12
3	60	12
3	60	12
15	300	60

Ita, si de trecentis navibus centum usi fuissent Athenienses tantum, in prima divisione habuissent 5 pro 15, et in secunda 1 pro 3, cui uni navi fuissent nihilominus talenta 60, trierarchi 12. Ducentis navibus utentes in prima divisione habuissent 10, in secunda 2, et sic unicuique navi fuissent talenta 30, trierarchi 6. Trecentis omnibus in partes vocatis, fuissent in prima divisione 15, in secunda 3, et sic singulis navibus attributa forent talenta 20, trierarchi 4. SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 49.

P. 183. v. 11. ἐὰν] ἂν Paris. primus, Aldina Taylori. REISK.

---

*) Lexicis adde ἑκατονταετία. V. Testimon. Veter. de Appiano T. III. p. 6. et 13. Schw. SCHAEFER.

P. 183. v. 12. τριηρῶν] τριήρων Bekker. SCHAEFER.

P. 183. v. 12. συντελῇ] συντελεῖν Paris. secundus. REISK.

P. 183. v. 13. [δέῃ]] Abest ab Aug. primo. Uncis inclusi ut amputandum: modo enim praecessit, unde facile potest subaudiri. REISK. Recte omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 183. v. 15. τὰ] Abest ab Aug. primo. REISK. Delevit Bekker. Probo. Ita sequitur τριηραρχοῦντα, non τὰ τριηρ. SCHAEF.

P. 183. v. 16. τὰ] Rursus delevit Bekker. Fortasse suo arbitratu: sed iure delevit. SCHAEFER.

P. 183. v. 18. τὰ νῦν ὀφειλόμενα τῶν σκευῶν] De illis hoc intelligendum esse, qui mutuo accepta instrumenta, ut sunt remi, vela, rudentes, mali et id genus alia, nondum reddiderunt, et verbum εἰσπράξαντας, quod sequitur v. 24., innuit, et apparet fieri solitum e Midiana et ex oratione περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας. Quae autem hic cum de navibus, tum earum instrumentis et instructionibus atque adeo tota comparandi belli tributique conferendi ratione dicuntur, nobis, qui classem aut bellum nunquam vidimus, nec ullam reipublicae partem attigimus, obscuriora sunt. Intelligi tamen de iis tantum e conversione potest, quantum ad linguae Graecae cognitionem a nobis requiritur. Quod vero ad numeros attinet, magnis arithmeticorum subtilitatibus nihil est opus, sed animi quadam attentione: quam cum omnes Demosthenis orationes postulent, haec etiam flagitat. WOLF. Recte accepit Wolfius de illis, qui instrumenta mutuo accepta nondum reddiderunt. Recte tamen ea addas, quae usu et vetustate putrefacta atque corrupta cum novis sunt permutanda. AMERSFOORDT.

P. 183. v. 20. διαγράμματος] Suidas et μίσθωμα interpretatur, id est, mercedem meretriciam ab aedilibus cuique constitutam, et (quae significatio huc pertinet) constitutionem, quantum cuique classico belli temporibus pro modo facultatum tributi nomine conferendum esset: cui aestimationi qui praeerat, διαγραφεὺς appellabatur. WOLF. Egregie Harpocration (quem exscripsit Suidas, ut saepius) in voce, ubi vid. Valesius: τὸ ταττόμενον ἐν ταῖς συμμορίαις, ὁπόσον ἕκαστον ἄνδρα εἰσφέρειν δεῖ. ἐτάττετο δὲ οὐ τὸ αὐτὸ πᾶσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τίμησιν τῆς οὐσίας. Tum paucis interpositis: διαγραφεὺς μέντοι ἐστὶν ὁ καθεσταμένος ἐν ταῖς συμμορίαις ἐπὶ τῷ διακρῖναι, πόσον ἕκαστος ἀνὴρ εἰσενεγκεῖν ὀφείλει κ. τ. λ. De hac autem re uberrime exponentem citat Hyperidem in Oratt. deperditis. Nos autem de his et similibus rebus uberius dicemus in peculiari Disputatione de Symmoriis mox in lucem proditura. AMERSFOORDT. H. l. significat τὸ διάγραμμα τῶν τριηρικῶν σκευῶν, quae civitati debentur. V. Anecd. Bekk. p. 236, 10. SCHAEFER.

P. 183. v. 22. χρηστὸν] *commodam*. Quia fortasse triremes non omnes fuere pares, aliae maiora vela, malos, remos postularunt, aliae minora eadem. WOLF. χρηστῶν Bavar. REISK. In

Bavarici scriptura quis non videt latere χρήστων, *debitorum*, quod Bekkerus restituit? V. Anecd. Bekk. p. 1260. med. SCHAEF.

P. 183. v. 23. τῶν ἑαυτῆς μερῶν ἑκάστῳ τὸ ἴσον] duodenariis ex aequo. WOLF.

P. 183. v. 23. ἑκάστῳ] ἑκάστῃ Aldina Taylori. REISK.

P. 183. v. 23. τὸ ἴσον] Omittit appendix Francofurt. REISK.

P. 183. v. 24. ἑκάστῳ μέρει] Vulg. ἑκάστῳ τῷ μέρει. τῷ abest a Paris. secundo et quinto, Aug. secundo, Bavarico. REISK. ἑκάστῳ τῷ μέρει Bekker. SCHAEFER.

P. 183. v. 24. εἰσπράξαντας] S. ab iis, quos τὸ διάγραμμα iubet. WOLF.

P. 183. v. 24. τὰς] Abest a Paris. secundo, Aug. secundo, Bavarico, appendice Francofurtana. REISK.

P. 183. v. 25. παρέχειν] Post παρέχειν distinctio maior ponenda est, ita ut a verbis τὴν μὲν δαπάνην nova periodus incipiat. Ita omnia illa, quae praecedunt, usque ad παρέχειν uberius explicant ea, quae paullo ante dicta fuerant, et rationem continent, qua portio navium earumque instrumentorum a singulis symmoriis pendenda per earum sectiones minores distribuenda sit. In sequentibus vero post brevem repetitionem eorum, quae iam dixerat, [τὴν μὲν δαπάνην — παρασκευασθῆναι] pergit ad reliquam legis partem explicandam: πλήρωσις δὲ κ. τ. λ. AMERSFOORDT. Post παρέχειν in Reiskiana subdistinctione interpungitur. Correxi. SCHAEFER.

P. 183. v. 26. τὰ σκάφη] *alveos navium*. Opponuntur τὰ σκεύη, *armamenta*. SCHAEFER.

P. 183. v. 26. τῶν σκευῶν] Haec dici videntur ab Aeliano V. H. II. 10. αἱ ναυτικαὶ χρεῖαι. Vertendum *instrumenta:* nam quod dant *usus nautici*, vix est admittendum. AMERSFOORDT. In Aeliano etiam C. G. Kühnius vertit *arma nautica* Ind. Graecit. s. v. χρεία. Sed vide ne scribendum sit ὑπὲρ ναυτικῶν χρεῶν: ut ναυτικὰ χρέα sint, quae ab Oratore v. 18. dicuntur τὰ ὀφειλόμενα τῶν σκευῶν. SCHAEFER.

P. 183. v. 27. ἂν] Abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 183. v. 28. πλήρωσις] Sunt ἐρέται, ἐπιβάται, στρατιῶται. WOLF. Remigum ac nautarum militumque delectus eorumque stipendia intelliguntur. Consueta vox in hac re. Thucydides I. 19. habet adiectivum: ἐπειδὴ πλήρεις αὐτοῖς ἦσαν αἱ νῆες. Sic et saepissime verbum πληροῦσθαι. Ibid. αἱ νῆες αὐτοῖς ἐπεπλήρωντο. c. 35. εἰ τοῖσδε μὲν ἀπό τε τῶν ἐνσπόνδων ἔσται πληροῦν τὰς ναῦς. Ita et c. 141. οὔτε ναῦς πληροῦντες, ad q. l. Scholiastes supplet ἀνδρῶν δηλονότι. III. 16. ἐπλήρωσαν ναῦς ἑκατὸν ἐσβάντες αὐτοί τε κ. τ. λ. Cf. et c. 17. f. et Aeschines de F. L. p. 101. Vox πλήρωμα pro classiariis, h. e. remigibus et militibus, illustratur a Perizonio ad Aelian. V. H. II. 10. Constabat illud κωπηλάταις

(s. *ἐπικώποις*, ut Attice dicebantur) et *μαχηταῖς* (s. *ἐπιβάταις*). AMERSFOORDT.

P. 183. v. 28. *πλήρωσις δὲ καὶ σαφὴς*] *πλήρωσις δὲ τίς ἢ καὶ σαφὴς* Paris. secundus, Bavaricus, Aug. secundus, appendix Francofurtana. REISK.

P. 183. v. 28. *ὅθεν*] Abest a Paris. secundo et quinto, Bavarico, Aug. secundo. REISK. Non displicet *πλήρωσις δὲ τίς, ἢ καὶ σαφὴς ἔσται καὶ ῥαδία. ἢ*, non *ἤ*, Bekkerus e Codd. enotavit. *πλήρωσις σαφὴς*, *tüchtige Bemannung.* SCHAEFER.

P. 184. v. 1. *λέγω*] *λέξω* Paris. secundus et quintus, Bavaricus, Aug. secundus, appendix Francofurtana. REISK.

P. 184. v. 1. *τοὺς στρατηγοὺς*] Horum enim auctoritati atque imperio obtemperabant trierarchae, qui et ab iis in ius vocabantur. Demosthenes Exc. adv. Lacrit. p. 940, 15. *οὐκοῦν ὑπόλοιπόν ἐστιν οἱ στρατηγοί*; [subaudiatur: *οἳ εἰσάξουσιν ἡμᾶς εἰς τὸ δικαστήριον.*] *ἀλλὰ τοὺς τριηράρχους καθιστᾶσιν.* post quae eadem tacite sunt repetenda. AMERSFOORDT.

P. 184. v. 2. *τῶν νεωρίων*] Differunt haec ab *ἐπινείῳ*, quo significatur universa urbs vel vicus, ubi naves struuntur et servantur. Thucydides I. 30. *Κυλλήνην, τὸ Ἠλείων ἐπίνειον, ἐνέπρησαν.* ubi Schol. *ἐπίνειόν ἐστι πόλισμα παραθαλάσσιον, ἔνθα τὰ νεώρια τῶν πόλεων, ὥσπερ ὁ Πειραιεὺς τῶν Ἀθηναίων καὶ ἡ Νίσαια τῆς Μεγαρίδος. δύνασαι δὲ ἐπὶ παντὸς ἐμπορίου καὶ παραθαλασσίου* *) *χρήσασθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ, ὃ νῦν οἱ πολλοὶ κατάβολον καλοῦσι.* De *νεωρίοις* eorumque *ἐπιμεληταῖς* cf. Harpocration ibique Vales. p. 54. et Etymol. M. Sic et diversa sunt a *ναυστάθμῳ*, qua voce significatur statio, in qua naves tuto possunt manere. Erat illa Athenis magnae classi peropportuna. Strabo IX. p. 395. *τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτετείχιστο — ἡ Μουνυχία προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων· ἄξιόν τε ἦν ναύσταθμον τριακοσίαις ναυσίν.* In plerisque etiam urbibus, quae mari praevalebant, erant, quod ipsa res indicat, praestantissima *νεώρια*, navalia, ut Syracusis 45 naves ex iis, quae in minori portu erant, ad pugnam contra Athenienses prodiisse legimus apud Thucydidem VII. 22. De Carthagine item res nota est. AMERSFOORDT.

P. 184. v. 2. *σκεψαμένους*] *σκεψομένους* Paris. quintus. REISK.

P. 184. v. 3. *κατὰ τριάκοντ' — νεώσοικοι*] *tricenaria navalia*, id est, tricenarum triremium capacia. WOLF. Minus recte vertit *navalia*, quae sunt *νεώρια*. SCHAEFER.

P. 184. v. 3. *νεώσοικοι*] Plerumque distinguuntur a *νεωρίοις*, quod et ipsa vocis forma indicat, etsi nonnunquam cum iisdem apud optimos scriptores permutantur. Significantur *navium do-*

---

*) Videtur excidisse *χωρίου*. SCHAEFER.

mus, aedificia singularum navium capacia. Dubium, utrum lignea fuerint an lapidea. Prius tamen verius videtur ex aliorum locorum comparatione. Vocabulum, cuius rarior forma *νεῶν οἶκοι* occurrit apud Plutarchum de glor. Athen. p. 439. D., abunde explicuit Bergmannus ad Isocratis Areop. c. 27. p. 173., in cuius diligentia acquiescimus. Hunc igitur locum, qui omnino legi meretur, confer et ad Harpocrationem v. *νεώριον* Valesium. Tectos superne vulgo fuisse *νεωσοίκους*, praeter Xenophontem Hist. Gr. IV. p. 523. a Bergmanno allatum docent Herodotus et Thucydides, hic VII. 25., ille VI. 45., ubi Polycrates proditionem militum metuens uxores et liberos eorum *ἐς τοὺς νεωσοίκους συνειλήσας εἶχε ἑτοίμους, ἢν ἄρα προδιδῶσι οὗτοι πρὸς τοὺς κατιόντας, ὑποπρῆσαι αὐτοῖσι νεωσοίκοισι.* Syracusis etiam *ἐν τῷ λιμένι* erant *οἱ νεώσοικοι.* V. Thucyd. l. c. AMERSFOORDT.

P. 184. v. 6. *τὸν δὲ τριήραρχον ἕκαστον*] Malim *τῶν δὲ τριηράρχων ἑκάστους, singulos trierarchos in sua navalia.* WOLF. *τῶν δὲ τριηράρχων ἕκαστον* P. Manut. Weimaranus. Pro *τριήραρχον* dant Paris. primus et Aug. primus *ταξίαρχον*, quod Fabricio non probatur. Refert idem appendix Francofurtana. REISK. Wolfius coniicit legendum esse *τῶν δὲ τριηράρχων ἑκάστους:* sed Reiskius ad v. 8. post *φυλὴ μία* duo deesse vocabula existimat, *τριήραρχος εἷς.* Wolfius igitur existimavit, cuique triremi instruendae suum adfuisse debere *τριήραρχον*: Reiskius autem, tribus quibusque navibus sive cuique *νεωρίῳ* *) unum praepositum fuisse *τριήραρχον.* Probabilior mihi videtur Wolfii coniectura, quae si admissa fuerit, cuique navis praefecto facultas erit triremem optime et pro lubitu suo instruendi et a collegarum malis artibus, quae ad impediendam navis adornationem adhiberi possint, cavendi. Malim tamen in caeteris Wolfium secutus pro *ἑκάστους* legere *ἕκαστον*, quod et ad vulgatam lectionem propius accedit, et ex libris scriptis confirmatur. AMERSFOORDT. Vulgata prorsus idem valet quod *τῶν δὲ τριηράρχων ἑκάστους* s. *ἕκαστον.* Sic dicitur mox v. 11. *τοῦ δὲ μέρους ἑκάστου* et v. 16. *ἡ τριττὺς ἑκάστη.* Falsa autem narrat Amersfoordtius de *τριηράρχῳ* praeposito singulis aut ternis navibus: Wolfiusque et Reiskius hac de re *οὐδὲ γρύ.* V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 184. v. 8. *φυλὴ μία*] *καὶ φυλὴ μία* Ald. P. Manut. Post *φυλὴ μία* videtur *τριήραρχος εἷς* deesse. REISK. Multum errat: ad unam enim *φυλὴν* pertinent 120 *τριήραρχοι*, i. e. *σώματα τριηραρχοῦντα*, cives sumtus facientes in triremes. De his solis cogitandum, non de trierarchis veri nominis, i. e. ducibus s. praefectis, qui singulis triremibus singuli praeerant. Sed cum Reiskius semel hanc animo imbibisset opinionem, Demosthenicam symmoriarum descriptionem intelligi oportere de militibus, quis miretur

*) Sed singula *νεώρια* tricenas naves tenebant. SCHAEFER.

errorem illum viro alias perspicacissimo in totius loci et interpretatione et crisi multimodis imposuisse? SCHAEFER.

P. 184. v. 8. ὃν δ' ἂν] Pro ὃν ἂν malim ὃν δ' ἂν, addito δέ. Est autem hic sensus: Una tribus continet triginta triremes: hae in tres decurias sunt distribuendae, nimirum vitandae confusionis causa. WOLF. Non vitandae confusionis causa, sed quia singulae φυλαὶ tenent ternas τριττῦς. V. Anecd. Bekk. p. 306, 24. SCHAEFER.

P. 184. v. 10. ἐπικληρῶσαι τὰς τριττῦς] Sors ducenda, quae tribus tertia pars quam navalium partem occupare debeat. WOLF. Tertiae tribuum [φυλῶν] partes, tam Solonis aetate, qua quatuor erant populi Atheniensis tribus, quam postea, quum decem factae sunt φυλαί. Prius patet ex loco Pollucis VIII. §. 111. ναυκραρία δ' ἦν τέως φυλῆς δυοδέκατον μέρος, καὶ δυοδεκα ναυκραρίαι ἦσαν, τέσσαρες κατὰ τριττὺν ἑκάστην. Quaenam autem ratio impulerit Schömannum l. l. p. 361., cur τριττῦς h. l. memoratas diversas esse existimaret ab illis τῶν φυλῶν τριττύσι, nondum perspicio. Sed de his omnibus copiosiorem nostram disquisitionem exspecta in Disputatione edenda de symmoriis ipsis. AMERSF.

P. 184. v. 11. ἓν ἑκάστης μέρος ᾖ τῶν φυλῶν] Ordo grammaticus hic est: ἓν μέρος [τῶν δέκα νεωρίων, i. e. ἓν νεώριον] ᾖ ἑκάστης τῶν φυλῶν. AMERSFOORDT.

P. 184. v. 11. ἑκάστης] ἑκάστῃ Ald. P. Manut. REISK. ἑκάστῃ, repertum etiam a Bekkero in Cod., satis placet. SCHAEFER.

P. 184. v. 15. πόσαι] Pro πόσαι antiquum ποῖαι exhibuit. OBSOP. ποῖαι Aldina Taylori. REISK.

P. 184. v. 16. ἔχῃ] F. ἔχει. Sic exhibet appendix Francofurtana. REISK. Scilicet Reiskius post πόσαι plene interpunxit: quod mutavi. Mutavit etiam Bekkerus. SCHAEFER.

P. 184. v. 17. εἰς ὁδὸν καταστῇ] Reiskii Index habet: ὁδός, *processus*. Totum locum sic interpretatur: *haec ubi semel fieri coepta et velut in viam immissa fuerint, in den Gang gebracht oder gekommen*. Recte. Videtur tamen εἰς ὁδὸν scriptum esse pro ἐν ὁδῷ. Hunc usum praepositionis εἰς saepius obvium, inprimis apud Scriptores N. F., vindicatum vide a viris doctis, quos laudavit Schleusnerus in Lex. in N. T. AMERSFOORDT. Fallitur: aliud εἰς ὁδὸν, aliud ἐν ὁδῷ. Mirumque tales enallagas dudum explosas identidem inculcari. SCHAEFER.

P. 184. v. 17. παρελίπομεν] παραλείπομαι Paris. primus, Aug. primus. παραλείπομεν Bavar. REISK. παραλείπομεν Bekker. SCHAEFER.

P. 184. v. 18. ἀκριβῶς πως] *adeo exacte*. πῶς, *quomodo*: πως, *aliquo modo*, sine accentu. WOLF.

P. 184. v. 18. πως] ἴσως Paris. primus, Aug. primus, Ald. Taylori. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 184. v. 19. *μία σύνταξις—ἔσται*] Id est, ordinatis partibus tota classis ordinata fuerit. WOLF.

P. 184. v. 20. *μέρους*] Post *μέρους* deest *ἑκάστου*. REISK. Assentitur Reiskio Amersfoordtius: ego non item. SCHAEFER.

P. 184. v. 21. *οἶδα λόγον μέλλων λέγειν*] Vulg. *οἶδα λόγον ὃν μέλλω λέγειν*. Abest *λόγον ὃν* a Paris. primo. *λόγον ὃ δὴ μ. λ.* dat Paris. quintus. *οἶδα λέγω μέλλων λέγειν* Aug. primus (sic, non ut Fabricius illinc retulit). *ὃν μέλλων* (in participio) Aldina Tayl. Praetuli de meo iudicio *λόγον μέλλων λέγειν*, omisso articulo et indicativo cum participio commutato. Tantundem est, ac si dixisset: *οἶδα, ὅτι μέλλω λέγειν λόγον παράδοξον*. REISK. Bene Reiskius: quod miror Amersfoordtium addubitasse. SCHAEFER.

P. 184. v. 23. *φανήσεσθαι*] *φανεῖσθαι* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. *φανεῖσθαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 184. v. 25. *ἂν*] *ἐὰν* Paris. primus et quintus, Aldina Taylori. REISK.

P. 184. v. 25. *καὶ μέγαν*] Vulg. *μέγαν*. *καὶ μέγαν* Aug. secundus. REISK.

P. 184. v. 26. *ἐὰν μὲν ἤδη ζητῶμεν*] Si iam *nunc* eum *πόρον*, illam ex contributione pecuniam, cogere studeamus, nondum manifesto bello, non credo, eam *tunc*, h. e. eo tempore, quo ea opus erit, in ipso bello, nobis idoneam affuturam esse. Idcirco longe nunc absumus hoc tempore a pecunia praebenda; vehementer eam nunc dare recusamus. In verbis *ὑπάρχειν ἡγησόμεθα* est enallage temporis: dicitur enim pro *ὑπάρξειν ἡγούμεθα*. Sequentia autem *οὕτω πολὺ τοῦ πορίσαι* melius forte sic constitui possint: *οὕτω τοῦ πολὺ πορίσαι*: etsi etiam vulgata lectio habeat, quo se defendat. AMERSFOORDT. Horum nihil mihi quidem vir doctus probavit. Primum enim *ζητεῖν* non est *cogere*, sed *disceptare*. Supra v. 23. *λέγειν περὶ χρημάτων*. Deinde in verbis *ὑπάρχειν ἡγησόμεθα* neque est enallage temporis, nec potest esse: quippe tales enallagas, ut sanae rationi contrarias, nulla lingua patitur. Denique *οὕτω πολὺ τοῦ πορίσαι* tam sanum est, ut mirer in suspicionem venire potuisse. Orator enim non hoc dicit, cives aversari largam pecuniae contributionem, sed hoc, quod aliquanto gravius, omnino aversari *τὰς εἰσφοράς*. SCHAEFER.

P. 184. v. 26. *εἰς τόθ'*] Id est, *εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον*. WOLF.

P. 184. v. 26. *τόθ'*] Id est *τότε*. *τόδ'* (id est *τόδε*) Ald. REISK.

P. 184. v. 27. *ἡμῖν*] *ὑμῖν* Paris. primus et quintus, item secundus cum *γρ.*, appendix Francofurtana, Aldina Taylori. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 184. v. 27. *τοῦ πορίσαι νῦν ἀποσχήσομεν*] *a nunc exigendo abcrimus*. *παρὰ τὸ ἀπέχω, τὸ ἄπειμι*. WOLF.

P. 184. v. 27. *ἀποσχήσομεν*] *ἀποχρησόμεθα* Aldina Taylori, Paris. primus, Aug. primus, cui Fabricius pro more suum *perperam* adscripsit. Lectio non sit contemnenda, si *ἀποσχησόμεθα* reformetur, aut *ἀποστησόμεθα*. REISK. Fortasse latet *ἀποχωρησόμεθα*. V. Bastii Commentat. Palaeogr. p. 749. SCHAEFER.

P. 184. v. 28. *τίς οὖν ἔσθ' οὗτος κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes de Methodo cap. *περὶ τοῦ κατὰ πεῦσιν σχήματος* in fine p. 416. REISK. Sic Olynth. III. p. 30, 9. *νῦν δ' ἑτέρου πολέμου καιρὸς ἥκει. τίς οὗτος; δι' ὃν καὶ περὶ τούτων ἐμνήσθην, ἵνα μὴ ταὐτὰ πάθητε.* Reiskius et Taylorus monuerunt, Hermogenem hunc locum citare *π. μεθ. δειν.* p. 416. (Laurent. edit. qua ego usus sum p. 532.). AMERSFOORDT. Reiskius post *οὗτος* posuit signum interrogandi: ut quae sequuntur, *ὃ νῦν μὲν οὐκ ὢν, κ. τ. λ.* interrogationi respondeant. Quod cum probaret Amersfoordtius, locum illum Olynthiacae ut similem citavit. Sed Reiskius neque illic rem bene gessit et nostri loci sensum perversa interpunctione obscuravit. Nunc, ut ego interpunxi, quid Orator velit, satis apparet. Eodem modo interpunxit Bekkerus. SCHAEF.

P. 185. v. 1. *ὑπάρχων δ' εἰς τότε*] Vulg. *ὑπάρξων δὲ τότε. ὑπάρχων δ' εἰς τότε* Aug. primus. *αὖθις δὲ γενησόμενος* dat Hermogenes p. 416., ubi et aliae sunt discrepantiae. REISK. *ὑπάρξων δὲ τότε* Bekker. SCHAEFER.

P. 185. v. 2. *ὁρᾶτε τὴν πόλιν κ. τ. λ.*] Aristides de D. C. p. 274. *ἔμφασις γίνεται, ὅταν τις δεικτικοῖς χρῆται. οὗτος, ὦ ἄνδρες, καὶ παλαιός ἐσθ' ὁ νόμος καὶ καλῶς ἔχων. καὶ πάλιν ἐν συμβουλευτικοῖς· ὁρᾶτε ταύτην τὴν πόλιν. ἐν ταύτῃ τηλικαύτῃ τὸ μέγεθος οὔσῃ.* REISK.

P. 185. v. 3. *ταυτηνί*] *ταύτην* Aldina Taylori, Paris. primus. REISK. Post h. v. Bekkerus posuit, non signum interrogandi, sed punctum, quod praestat. Et sic Aristides l. c. SCHAEFER.

P. 185. v. 3. *ἐν ταύτῃ χρήματ' ἔνεστιν κ. τ. λ.*] *χρήματα* etsi saepius dicuntur nummi, pecunia ipsa, nonnunquam tamen vox pro rebus usurpatur, quae tantum, quantum pecunia ipsa, valent; *opes* Latine dicas. Thucyd. VII. 25. *πλοῖα — γέμοντα χρημάτων*, ad quem locum Scholiastes haec adscripsit: *καὶ ἐπὶ τῶν τυχόντων πραγμάτων τὰ χρήματα λαμβάνεται, καὶ οὐχ ὥσπερ νῦν ἀδοκίμως ἐπὶ χρυσοῦ καὶ πολυτίμων εἰδῶν.* De differentia inter *χρῆσις* et *κτῆσις* disseruit Bergmannus l. c. p. 123. et videantur veteres Grammatici in his vocibus. De divitiis Atheniensium saepius sermo est apud veteres et Demosthenem: uti Olynth. I. p. 14, 19., quamquam eo l. non de regionis Atticae divitiis, sed de *στρατιωτικοῖς* tantum agit: *ἐστὶ — χρήματα ὑμῖν· ἐστὶν ὅσα οὐδένι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά.* De universa Atheniensium potentia eorumque copiis Phil. I. p. 51, 20. *ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄ. Ἀθ., πλείστην δύναμιν ἁπάντων ἔχοντες, τριήρεις, ὁπλίτας, ἱππέας, χρημάτων πρόσοδον, τούτων μὲν μέχρι τῆς*

τήμερον ἡμέρας οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι κέχρησθε, οὐδενὸς δ' ἀπολείπεσθε. Ultima Reiskius vertit in Indice: *a nemine vincimini solertia, sagacitate.* Idem aliter in nota ad eum l. Praestat forte: *eorum omnium nihil adhuc recte usi estis, etsi nulla eorum parte caretis, nullam desideratis.* Ita et ἀπολείπεσθαι absolute eleganter usurpari monuit Perizonius ad Aelian. I. 32. Cf. apud eundem XII. 41. Aeschines etiam apud Demosth. de F. L. p. 369, 13. populum Atheniensium his verbis adloquitur: οὐ τριήρεις τριακόσιαι καὶ σκεύη ταύταις καὶ κτήμαθ' ὑμῖν περίεστι; Cf. et Isocratem in Areop. c. 1. de conditione civitatis Atheniensium sua aetate disserentem et ad eum locum Bergmannum. Idem tamen Isocrates quod ad summam rerum sincerius veriusque pro horum temporum conditione ad Philippum regem verba fecit in Orat. quam ad eum scripsit p. 147. πρὸς δὲ τούτοις [ἑώρων σὲ] καὶ δύναμιν καὶ πλοῦτον κεκτημένον, ὅσον οὐδεὶς τῶν Ἑλλήνων. et p. 188. τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ σὺ μὲν τυγχάνεις τοσαύτην δύναμιν κεκτημένος, ὅσην οὐδεὶς τῶν τὴν Εὐρώπην οἰκησάντων. AMERSFOORDT. V. F. A. Wolfii Proleg. ad Leptin. p. LX. Usus est hoc loco Dorvillius ad Chariton. p. 272. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 185. v. 3. ὀλίγου δέω — εἰπεῖν] *parum abest, quin dicam.* WOLF.

P. 185. v. 3. πρὸς ἁπάσας] *quae conferri queant* —. WOLF. Recte interpretatur. Eadem ratione Reiskius Ind. Graecit. p. 437.: *opes pene dixerim aequipollentes aut aequiparabiles cum opibus reliquarum civitatum omnium.* In hoc usu praepositionis πρὸς non latet, ut nonnullis visum est, vis comparativi gradus, qua quid excellere significetur, sed sola indicatur aequiparatio. Herodotus II. 35. ἔργα λόγου μέζω παρέχεται πρὸς πᾶσαν χώρην. Minus recte Interpres: *opera exhibet memorabiliora, quam alia quaelibet regio.* Immo: *opera exhibet inenarrabilia, quae componas cum similibus operibus omnium regionum.* Idem III. 94. φόρον ἀπαγίνεον πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα ψήγματος. Gronovius: *par caeteris omnibus.* Bene, si de auro intellexit: Indi enim tantum auri dicuntur pependisse, quantum reliqui omnes. Idem VIII. 44. πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν μοῦνοι. Parum recte versum: *prae reliquis omnibus.* Sola hoc quoque loco obtinet aequiparatio: duplicato enim illo numero prepemodum confit numerus navium totius classis Graecae. V. cap. 48. Omnino tales aequiparationes intelligendae παχυτέρως nec cogitandum de accuratissima exaequatione. SCHAEFER.

P. 185. v. 3. ἁπάσας] πάσας Paris. primus et quintus, Ald. Taylori. REISK.

P. 185. v. 4. πόλεις] τῆς Ἑλλάδος. SCHAEFER.

P. 185. v. 4. δ'] δὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 185. v. 5. νοῦν] Vulg. τὸν νοῦν. Omittunt articulum Paris. primus, Aug. primus. Sustuli. REISK.

P. 185. v. 5. *ἐνταυθὶ*] Vulg. *ἐνταυθοῖ*. *ἐνταυθὶ* Aug. primus. Plane omittunt hoc adverbium Paris. secundus et quintus, Aug. secundus, Bavaricus. Praetuli *ἐνταυθὶ*. non *huc*, sed *hic loci*. REISK. Omisit adverbium Bekker. Malim servatum. Est i. q. *ἐπὶ τοῦ βήματος*. *ἐνταυθοῖ* etiam *hic* significare, docui in not. ad Longi Pastoral. p. 422. SCHAEFER.

P. 185. v. 5. *φοβοῖεν*] *φοβηθεῖεν* Paris. quintus. Forte voluit *φοβήσειαν*. REISK.

P. 185. v. 5. *φοβοῖεν, ὡς ἥξει βασιλεὺς*] *terrentes iactarent, venturum esse regem*. Similia tetigi in not. ad Euripid. Med. Pors. p. 39. et 92. ed. tert. Lips. Add. not. ad p. 141, 3.*) SCHAEFER.

P. 185. v. 6. *οὐχ*] *οὐδ'* Cod. Bekk. Placet ut paulo gravius. SCHAEFER.

P. 185. v. 6. *οὐχ οἷόν τε*] Sic Attice dicunt pro *οὐ δυνατόν*. Vid. Timaei Lex. Rhetor. et ad eum Ruhnkenius. AMERSFOORDT.

P. 185. v. 6. *ταῦτ' ἄλλως ἔχειν*] Scilicet, quin sit tributum pendendum. WOLF. Immo, quin rex venturus sit s. iam adsit. SCHAEFER.

P. 185. v. 7. *ἴσοι*] *ἴσον* Paris. secundus. REISK.

P. 185. v. 7. *ἴσοι τὸ πλῆθος τούτοις*] *ἴσοι τούτοις κατὰ πλῆθος*, id est, *τῷ πλήθει*, *totidem*. WOLF.

P. 185. v. 7. *χρησμῳδοὶ*] Hinc apparet**), iactata esse aliqua oracula, quibus, ut apud Thucydidem est, tametsi a scurra aliquo conficta sint, mirum est, quantum a stulta plebecula tribui soleat: ut ea ultro decipi se velle videatur. WOLF. Vulg. *χρησμῳδεῖεν*. *χρησμῳδοῖεν* Aug. primus et secundus, Bavaricus. In appendice Francofurtana haec leguntur: „F. pro *χρησμῳδοῖεν* scrib. *χρησμῳδοὶ εἶεν*. Invenitur et *χρησμῳδεῖεν*.“ Dedi de meo, quamquam ab aliis praeitum quodammodo erat, *χρησμῳδοὶ*, scil. *φοβοῖεν ὑμᾶς*, quae sunt e praemissis tacite iteranda. REISK. Recte Bekker. *χρησμῳδοῖεν*. *χρησμῳδεῖεν* miror Amersfoordtio potuisse probari: est enim barbarum. Non minus barbarum *καλεῖεν* Munckerus invexit in Antonin. Liberal. c. 15., ubi etiam Ruhnkenius erravit. Talibus sordibus utilissimum Maittairii de Dialectis librum pervellem expurgatum esse. SCHAEFER.

P. 185. v. 8. *οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν — οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν*] Vulg. *οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν, ἀλλ' οὐδ' ἂν δείξαιεν, οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν*. Opera, quam hic dedi, vereor ne multis supervacanea videatur. Scilicet *ἀλλὰ* a priore *οὐδ' ἂν* avulsum retraxi ad posterius. *non videntur collaturi, ne proferent quidem in medium*, (aut ostendent cuiquam, nemini reserabunt arcam suam numa-

---

*) Euripideum Orest. 1316. ss. P. *ἀλλά με φόβος τις εἰσελήλυθ', ἥντιν' ἐν δόμοις — κλύω βοήν*, sic interpreter: *ὅτι τινὰ κλύω βοὴν ἐν δόμους*. Conf. Bos. Ellips. p. 252. SCHAEFER.

**) Non puto apparere. Orator dixit hypothetice. SCHAEFER.

riam, neminem ad eam adducent,) *at ne fatebuntur quidem, sibi in penu esse.* Aut possit ἀλλὰ geminari ad hunc modum: οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν, ἀλλ' οὐδ' ἂν δείξαιεν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν, *non conferent, ne proferent quidem, quid quod ne fatebuntur quidem —.* REISK. Opera vere supervacanea. Vulgatam olim scripturam Bekkerus iure restituit. SCHAEFER.

P. 185. v. 10. τὰ — διὰ τῶν λόγων φοβερὰ] *terrores verborum, nuntii terribiles.* WOLF.

P. 185. v. 10. τῶν λόγων — ἔργῳ] Oppositio videatur parum concinna, ac fortasse requiras τοῖς ἔργοις. Sed v. Porson. ad Euripid. Phoeniss. 512., ubi quod dicit de Tragicis, de omnibus scriptoribus dici potest. SCHAEFER.

P. 185. v. 11. ἔργῳ πραττόμενα] *ad rem conferri.* WOLF.

P. 185. v. 11. αἴσθοιντο] αἴσθοιτο (in singulari) Aldina Taylori. REISK.

P. 185. v. 12. οὐχ ἑκὼν ἂν δοίη] Vulg. οὐχ ἱκανὸν δοίη. οὐκ ἂν δοίη Aldina Taylori, Aug. primus, in quo vocabuli ἱκανὸν, quod ei Fabricius arrogat, ne vestigium quidem est conspicere. Lectionem Augustani dat appendix quoque Francofurtana. Dedi de meo οὐχ ἑκὼν ἂν δοίη. REISK. Reiskii coniecturam Amersfoordtius probavit, Bekkerus adscivit. Sane est de genere felicium facileque compenset centum a viro optimo invitâ Minervâ excogitatas. Sed videndum ne tutius sit cum libris Reiskianis simpliciter scribere οὐκ ἂν δοίη. Wolfius ad h. l.: „ἱκανὸν δοίη, *multum det, liberaliter numeret.*" SCHAEFER.

P. 185. v. 12. εἰσενέγκοι] εἰσενέγκαι Paris. secundus, Aug. secundus, Bavaricus, appendix Francofurtana. REISK. V. v. 8. SCHAEFER.

P. 185. v. 13. αὐτὸς — ἀπολωλέναι] *ipse perire una cum suis opibus.* WOLF.

P. 185. v. 13. ἀπολωλέναι] γρ. ἀπολωλεκέναι index Lambini. REISK. Confusio solennis perfectorum huius verbi. SCHAEFER.

P. 185. v. 13. μέρος τῶν ὄντων κ. τ. λ.] Demosthenes Olynth. I. p. 17, 9. τοὺς — εὐπόρους, ἵν' ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι, μικρὰ ἀναλίσκοντες τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς. AMERSFOORDT.

P. 185. v. 15. ἑαυτοῦ] αὐτοῦ Paris. secundus, Bavaricus. αὐτοῦ (cum leni) Paris. primus et quintus. REISK.

P. 185. v. 15. τῶν λοιπῶν] *opibus post tributum reliquis.* WOLF.

P. 185. v. 15. προεισενεγκεῖν] Vulg. προσενεγκεῖν. εἰσενεγκεῖν Aldina Taylori, Paris. primus et cum γρ. secundus atque quintus, unde repetiit appendix Francofurtana, item Bavaricus et Aug. primus, ad cuius indicem Sim. Fabricius admonuit, se

malle προεισενεγκεῖν, id quod in Aug. secundo reperi et in textum recepi, nonnihil quidem Fabricii quoque, nisi is potius Wolfius est, auctoritate motus, magis tamen adhuc Augustani secundi et rei ipsius. REISK. Praestat εἰσενεγκεῖν, quod etiam Bekkerus dedit. SCHAEFER.

P. 185. v. 16. εἶναι] ἀντὶ τοῦ ἔσεσθαι. WOLF.

P. 185. v. 17. μηδὲ ζητεῖν] *ne quidem quaerendum.* WOLF.

P. 185. v. 17. ὅσα γὰρ νυνὶ] ὅσα γὰρ ἂν νυνὶ Paris. secundus, Bavaricus. REISK.

P. 185. v. 17. πορίσαισθ'] πορίσαιτ' Weimaranus. REISK. Praestat, cum sequatur πορίζειν. Idem dedit Bekker. SCHAEFER.

P. 185. v. 17. εἰ] ἢ Bavaricus: sed vulgata est in margine. REISK.

P. 185. v. 18. πλείων ἐστὶ γέλως τοῦ μηδενός] *maior risus est nihilo.* Potest intelligi οὑτινοσοῦν γελοιότερον, omnium maxime ridiculum, magis ridiculum, quam quicquam aliud. Sed malim τοῦ μηδενὸς πεπορισμένου, quam si nulla omnino pecunia exacta esset. WOLF. Addi vult Wolfius πεπορισμένου. τοῦ μηδενός, id est, ἢ γέλως*) εἴη (vel ἢ κατεγέλων ἂν ὑμᾶς**) οἱ ἄνθρωποι), εἰ καθόλου μηδὲν πορίζεσθε***), *quam deridiculo sitis*†) *futuri, si prorsus nihil extunderetis.* Nam a mendico nihil exigi, risus id argumentum nullum est, sed commiserationis. Minus autem centenis partibus conferens, quam postularetur aut exspectaretur, risum ciet, quia plus dare potuisse videtur, sed data opera tam parum dedisse, quo exigentem ludificaretur. REISK. Recte Wolfius. Intellige πορίσασθαι. Ita et Reiskius in Nota et in Ind. *magis esset ridiculum, quam si nihil daretis.* AMERSFOORDT. Viri docti calamus videtur errasse, cum scriberet: *Intellige* πορίσασθαι. Hoc nullo modo potest intelligi: omninoque nihil subaudiri oportet. Vernacule: *ist lächerlicher, als gar nichts.* γέλως enim h. l. non *risum* significat, ut Wolfius vertit, sed *rem ridiculam.* Euripides Troad. 976. Matth. ταῦτα γὰρ γέλως πολύς. Hesychius T. I. c. 812. Γέλων. — ἢ γελοῖον. ut correxerunt: erratque Schowius ad glossam praecedentem referens. SCHAEFER.

P. 185. v. 18. τὴν ἑκατοστὴν τις εἰσφέρειν ἐρεῖ νῦν; κ. τ. λ.] Centesima talenta 60; quinquagesima 120; duodecima 500 talenta. Sed quo refertur ista analogia? Ad 6000 talenta, quorum duodecima pars sunt talenta 500. WOLF.

P. 185. v. 18. τὴν ἑκατοστὴν] S. μοῖραν τῶν ὑπαρχόντων, centesimam rei familiaris partem, scilicet de 6000 talentis. WOLF.

---

*) Adde ἄν. SCHAEFER.

**) Immo ὑμῶν. SCHAEFER.

***) Immo πορίζοισθε vel ἐπορίζεσθε. SCHAEFER.

†) Immo *essetis.* SCHAEFER.

Vulg. ἑκατοστήν. τὴν ἑκατοστήν Paris. secundus, Bavaricus. Articulum addidi. REISK. Recte delevit Bekker. Sic mox sine articulo πεντηκοστήν et δωδεκάτην. Quod autem Wolfius de re familiari interpretatur, ne forte quis erret, monendum est, τὸ τῆς χώρας τίμημα oportere intelligi. SCHAEFER.

P. 185. v. 20. εἰσφέρειν] Ad εἰσφέρειν subauditur, quod ad quamplurimos fit infinitivos, δεῖν. REISK. Non subauditur: quoties enim infinitivi sic, ut h. l., verbis dicendi iunguntur, haec verba vim iubendi habent. V. not. ad Theocrit. XXV. 47. et ad Sophocl. Aiac. 1047. SCHAEFER.

P. 185. v. 20. ἐρεῖ νῦν] Vulg. ἐρεῖ. Addunt νῦν Paris. secundus, Aug. secundus, Bavaricus. Addidi. REISK.

P. 185. v. 20. ἐρεῖ] Omisit Bekker. Probo. Sic mox sine verbo οὐκοῦν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. SCHAEFER.

P. 185. v. 23. τὰ χρήματ'] Vix admittendum videtur, ut h. l. voce χρήματα ipsa pecunia significetur, non res pretiosae, quae ex regno latissime patente undique ad regiam afferebantur. Herodotus VII. 187. Xerxis in Graeciam expeditionem facientis supellectilem describens: οὐδ' ἂν ὑποζυγίων τε καὶ τῶν ἄλλων κτηνέων τῶν ἀχθοφόρων — οὐδεὶς ἂν εἴποι ἀριθμόν. Sed Demosthenes hic de camelis tantum loquitur, cum hi profecto maiorem iumentorum [τῶν ὑποζυγίων] partem effecerint. Commeatum autem exercituum Persarum camelis vehi solitum fuisse docent loca allata a B. Brissonio de regno Persarum L. III. c. 46. Regis magni divitiae in proverbium abierant. Aeschines Socrat. qui dicitur Dial. II. 4. προτιμήσειεν ὑγιαίνειν ὀλίγον κεκτημένος ἀργύριον μᾶλλον ἢ τὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου χρήματα κεκτημένος νοσεῖν. Cf. et Horatius Carm. III. Od. IX. 4. Magnifice etiam τοῦ Περσῶν πλούτου meminit Isocrates Panath. p. 458. et ipse Demosth. Phil. III. p. 120, 16. Ita et *Persicum aurum* memoratur a Iustino L. XI. c. 5. §. 9. Aristophanes in Pluto v. 170. μέγας δὲ βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτον κομᾷ; τὸν πλοῦτον scilicet. Demosthenes Orat. ad Philippi Epist. p. 153, 26. de Persarum rege: τοσοῦτον μὲν κέκτηται πλοῦτον, ὅσον οὐδ' οἱ λοιποὶ πάντες. Conon Atheniensis ap. Iustin. VI. c. 2. §. 14. queritur, *opulentissimi* regis bella *inopia* dilabi, et qui exercitum parem habere hostibus debeat, *pecunia* vinci, qua praestet, inferioremque eum *ea parte* inveniri, *qua longe superior sit.* Apud Herodotum L. V. 49. Aristagoras Milesius: τὰ Σοῦσα ταῦτα, ἔνθα — τῶν χρημάτων οἱ θησαυροὶ — εἰσί· ἑλόντες δὲ ταύτην τὴν πόλιν, θαρσέοντες ἤδη τῷ Διῒ πλούτου πέρι ἐρίζετε. Atque in ea urbe XL millia talentum inventa esse ab Alexandro M. narrat Iustinus l. XI. c. 14. §. 10., cum quo tamen loco alia conferantur a Brissonio laudata de regno Pers. 1. I. c. 182. sqq. Idem etiam auctor de Xerxe L. II. c. 10.: „Caeterum, si regem spectes, *divitias,* non ducem, laudes: quarum tanta copia in regno eius fuit, ut, cum flumina

multitudine consumerentur, *opes* tamen regiae superessent." cum quo conveniunt ipsi Persarum legati ad Philippum de Alexandro, eius filio, praedicantes: ὁ παῖς οὗτος βασιλεὺς μέγας, ὁ δὲ ἡμέτερος πλούσιος. Vid. Plut. de fort. Alex. V. II. p. 362. Fastum regum Persarum, multis veterum auctorum locis allatis, descripsit Brissonius l. l. L. I. c. 69—77. et alibi. Eorundem apparatum, quum expeditionem suscepturi essent, recensuit Herodotus I. 188. qui et L. III. 90—97. universam pecuniam enumerat, quae Dario ex satrapiis redibat. AMERSFOORDT. De sola pecunia intelligendum. Sit hyperbolice dictum: non intercedo. Neque ipse Demosthenes videtur rem pro vera habuisse, cum dixerit φασὶν οὗτοι. SCHAEFER.

P. 185. v. 23. οὗτοι] Post h. v. cum Bekkero interpungendum signo interrogationis. SCHAEFER.

P. 185. v. 23. θῶ] θεῶ Aug. secundus. REISK.

P. 185. v. 23. βούλεσθε] γρ. βούλεσθαι index Lambini. REISK. Adverte βούλεσθε coniunctivo insolentius postpositum. SCHAEFER.

P. 185. v. 23. δωδεκάτην] S. τῶν ἑξακισχιλίων ταλάντων. WOLF.

P. 185. v. 25. ἡμᾶς] ὑμᾶς Paris. quintus, Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 185. v. 25. εἰσοίσειν] Post h. v. videtur οὐκοῦν deesse. Conf. v. 21. REISK. Non deest. Supra Demosthenes aliam usurpat figuram orationis: nec continuo sequentia ἀλλ' οὔτ' ἂν ἀνάσχοισθε κ. τ. λ. ab antecedentibus interserto tali κομματίῳ divelli patiuntur. SCHAEFER.

P. 185. v. 26. ἂν] Abest ab Aug. primo. REISK. Sine cunctatione delendum. Orator enim confidentissime negat, pecuniam, quantumvis magna videatur, ἀξίαν εἶναι τοῦ πολέμου. Adde quod ad particulam ἂν subaudiri oporteret εἴη: cuius ellipsis certa exempla requiro. *) Nam quod Melet. Crit. p. 44. citavi Sophocl. Philoct. 493., laudo Buttmannum, qui e recensione Triclinii restituerit παλαιόν. Conf. not. ad Sophocl. T. II. p. 346. παλαί' ἂν quam ineptum sit, facile senties, si verteris: *diu sit, das dürfte lange her seyn.* Sic pius filius non loquitur, qui certo scit, dudum patri se metuisse, non dubitat, an dudum metuerit. SCHAEFER.

P. 185. v. 26. καταθῆτε] Vulg. καταθεῖτε. κατάθοιτε Paris. secundus, Bavaricus. κατάθοισθε Paris. quintus. καταθῆτε P.

---

*) Fortasse cites ex Eryxia Platonicis addito c. 29. καταμαθὼν δ' αὐτὸν ἐγὼ ὅτι ἴσον εἴη πεῖσαι, ὅπερ ἂν τὸ λεγόμενον λίθον ἑψῆσαι. ubi ad ὅπερ ἂν subaudiendum εἴη. Sed talia non sunt verae ellipses, sed quas in libro Bosiano syntacticas dixi. SCHAEFER.

Manutius. κατάθεισθε Aug. secundus. Nullus dubito, non Manutium praescripsisse suis operis, ut καταθῆτε darent, quomodo dederunt, sed illi more suo aberrantes η posuerunt in locum diphthongi ει: nam in Felicianea, quam Manutiana recoxit, est καταθεῖτε, ut in reliquis. Sive igitur hoc consilium est, sive hic error est felix, usus eo sum. Poteram quoque sive κατάθοιτε in optativo e Bavarico emendare, sive καταθείητε. REISK. Recte Bekkerus καταθεῖτε. Quam optativi formam si quis forte miretur Reiskium ignorasse, sciat virum summum flocci fecisse τὰ γραμματικά, nihilque aliud quam Graecos omnium aetatum scriptores pervolutasse. Hoc usu, non grammaticâ doctrinâ, consecutus est diffusissimam Graecarum litterarum scientiam, quae nostrum perpaucis et haud scio an nulli obtigit, sed adeo non accuratam subactamque, ut passim implicaretur erroribus, a quibus tirunculi schemata satis callentes sibi facile caveant. Sic factum est, ut Reiskius haud raro vapularet ab hominibus longe longeque infra se positis, quos deceret adsurgere ingenio tam capitali. SCHAEFER.

P. 185. v. 26. ἄξια τοῦ πολέμου] *tanta, quantam bellum poscit.* SCHAEFER.

P. 185. v. 27. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. secundus cum γρ. Bavar. Aug. secundus. REISK.

P. 185. v. 27. τἄλλα] Bene τὰ μὲν ἄλλα Bekker. SCHAEFER.

P. 185. v. 28. οὐδαμοῦ γὰρ — ἐν καλλίονι] *nusquam enim commodius.* ἐν καλῷ, καλλίονι, καλλίστῳ. WOLF. Aristophanes Thesmophor. 292. Br. ποῦ, ποῦ καθίζωμαι 'ν καλῷ —. SCHAEF.

P. 185. v. 28. ἐν καλλίονι] S. τόπῳ. κάλλιον ἢ καλλιόνως. WOLF. Ne subaudias τόπῳ: καλλίονι enim generis est neutrius. V. Bos. Ellips. p. 485., ubi si cui videar dubitantius scripsisse, velim cogitet, quantum mihi fuerit illo in opere laborandum, quantum trepidandum, cum Ellipsium doctrinam plurimarum aetatum tanquam praescriptione sancitam primus convellere auderem. Sed fundamentis iactis facile superstruas. Conf. not. ad Euripid. Orest. Pors. 887. p. 81. edit. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 185. v. 29. ὁ καιρὸς οὗτος ἔλθοι] Vulg. ὁ καιρὸς οὗτος ἔλθῃ. οὗτος ὁ καιρὸς ἔλθῃ Aug. primus. ἔλθοι dat edit. Wolfii, sed ἔλθῃ appendix Francofurtana. REISK. ὁ καιρὸς ἔλθῃ Bekker. Vere. SCHAEFER.

P. 186. v. 3. ὑμῶν] ἡμῶν Paris. primus et quintus. REISK.

P. 186. v. 5. τούτων] τοῦτο Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 186. v. 5. μέν γε] Praevideo fore, qui μὲν γὰρ scribendum censeant. Ac profecto harum formularum solennis est in libris confusio. Sed cave vulgatam mutes. V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 406. Schneiderus ad Xenophont. Hieron. 1, 11.

Dobreeus in Comment. ad Aristoph. VII. 1. p. 560. Buttmannus ad Midian. p. 46. et Siebelisius ad Pausan. T. II. p. 198. *μέν γε* recurrit v. 13. p. 189, 11. 204, 14. Add. p. 174, 20. SCHAEFER.

P. 186. v. 5. *τριακοσίαις τριήρεσιν, ὧν ἑκατὸν παρεσχόμεθ' ἡμεῖς*] Herodotus Calliope, id est, lib. 8. [c. 44.] *Ἀθηναῖοι πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν μοῦνοι.* et post [c. 48.]: *ἀριθμὸς δ' ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, πάρεξ τῶν πεντηκοντόρων, τριακόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτώ.* Non solent oratores diligentiam historicam in numeris adhibere. Isocrates Panegyrico ad Herodoti sententiam propius accedit, *πλείους*, inquiens, *ἡ πόλις ἡμῶν συνεβάλετο τριήρεις εἰς τὸν κίνδυνον τὸν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος, ἢ πάντες οἱ ναυμαχήσαντες.* WOLF. Lubenter excurrunt Oratores Attici in laudes belli Persici, tanquam suorum maiorum imprimis proprias: praecipue, cum mentio facienda sit praesentium cum Persarum rege inimicitiarum. Cf. Thucydidis Schol. ad I. 73. Atque huiusmodi rerum a maioribus gestarum mentionem ad *σεμνότητος* partes refert Hermogenes de Form. Orat. c. 6. p. 281. ed. Laurent. *τετάρτην γε μὴν σεμνότητος ἔχουσι δύναμιν ἔννοιαι αἱ περὶ ἀνθρωπίνων μὲν κατὰ μόνας πραγμάτων, μεγάλων δὲ καὶ ἐνδόξων· οἷον τὸ περὶ τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης, καὶ τῆς ἐν Πλαταιαῖσιν, ἢ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας εἴτις λέγοι:* quibus deinde haec addit de modo, quo eiusmodi commemoratio facienda est: *μέθοδοι δὲ σεμναὶ αἱ κατὰ ἀπόφανσιν καὶ χωρὶς ἐνδοιασμοῦ ἐξ ἀφηγήσεως λεγόμεναι· ὡς γὰρ εἰδότας ἀκριβῶς δεῖ λέγειν, καὶ μετ' ἀξιώματος, ἀλλ' οὐκ ἐνδοιάζοντας, κ. τ. λ.* De numero navium Graecarum atque Atheniensium, quae cum Xerxe pugnarunt, non satis constat inter auctores veteres, quamvis non magnum inter eos sit discrimen. Cf. Valckenaer. et Wesseling. ad Herodot. VIII. 1. 2. S. F. N. Morus ad Isocratis Panegyr. 25. et 27. Viri Docti ad Nepotis V. Themist. c. 3. Aliis in locis, ut Or. p. Cor. p. 306, 23., solet Demosthenes augere navium numerum, quas Athenienses praebuerunt, quod quia in hac Oratione suo consilio parum convenire videbat, ad centenarium numerum universam eorum classem reduxit. Itaque probamus Reiskii iudicium Wesselingii coniecturam repudiantis, qua pro *ἑκατὸν* legatur *διακοσίας*. Praeter illos, quos Valckenaerius laudavit l. c., de numero navium Graecarum egit etiam Thucydidis Schol. ad L. I. 74. — Caeterum, quia h. l. sermo incidit de pugna Salaminia, obiter animadvertimus *μνημονικὸν ἁμάρτημα* Demosthenis vel eius, qui scripsit Orat. in Neaeram p. 1377, 14., qui de Plataeensibus loquens, *ἐπειδή*, inquit, *αὐτοῖς οἰκεῖα σκάφη οὐχ ὑπῆρχε, συνεναυμάχουν ὑμῖν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ καὶ ἐν Σαλαμῖνι.* De pugna ad Artemisium commissa eadem tradidit Herodotus, Plataeenses autem Atheniensibus ad Salamina adfuisse idem historicus diserte negat L. VIII. 44. AMERSFOORDT.

P. 186. v. 5. *τριακοσίαις*] *διακοσίαις* appendix Francofurtana. REISK.

P. 186. v. 6. ἑκατὸν] Wesselingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 413. b. [T. IV. p. 327. Bip.] auctor fit, ut διακοσίας legatur, cuius lectionis ipse Demosthenes aliis locis *) factus est. Verum in eiusmodi locis non fides rerum gestarum severe ad auctoritates memoriarum est exigenda, sed oratorum quae sit identidem spectanda intentio. Intererat oratoris copias Atheniensium navales, quae tum fuissent, elevari et minui, Persarum augeri. Nam sic concludit. Si Atheniensium classis, quae centum modo navibus conclusa tum erat, Xerxis tam numerosam classem vicit, quanto credibilius est futurum esse, ut classis Atheniensium, quae nunc triplo est auctior, classem Persarum vincat, quae nunc est duplo minor, quam olim erat? REISK. Assentitur Reiskio praeter Amersfoordtium not. ad v. 5. Weiskius de Hyperb. II. p. 24. Sed Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 276. vulgatam scripturam tam affinem dicit aenigmati, ut lector parum attentus Orationem de Symmoriis, quam tot alia argumenta genuinam esse vincant, ob hanc unam causam pro spuria habere posse videatur. Pervellem vir doctissimus nos docuisset, cur Reiskii rationem assensu suo comprobare dubitaret. Mihi quidem haec ratio adeo placet, ut vix putem probabiliorem excogitari posse. Ac fortasse Demosthenes, cum ἑκατὸν scriberet, fide dignior fuit quam ipsi historici. Audiamus Schweighäuserum ad Herodot. VIII. 44. non inepte sic disputantem: „Mireris vero, quo pacto tot navibus ad Salaminem pugnare Athenienses potuerint, quandoquidem in pugna ad Artemisium dimidiam partem Atticarum navium vulneratam esse ait Scriptor cap. 18. neque eis reficiendis suppetiisse videatur tempus.“ SCHAEFER.

P. 186. v. 7. χιλίας ἀπολέσαντας ναῦς] Millenarium numerum dixit Demosthenes, non quidem accuratissime, sed ex more poetarum et oratorum. Eadem illis est loquendi ratio, quum Graecorum classem ad Troiam memorant. Quamvis Thucydidis Scholiastes ad L. I. 10., ὁ μὲν Εὐριπίδης, inquit, καὶ Λυκόφρων χιλίας ναῦς λέγουσι τὸν Ἀγαμέμνονα ἀγαγεῖν, ὁ δὲ Ὅμηρος χιλίας ἑκατὸν ἑξήκοντα ἕξ. Thucydides ipse eo l. dederat χιλίων καὶ διακοσίων. De numero rotundo sic saepius obvio egerunt Heynius ad Virg. Aeneid. II. 198. Is. Grangraeus ad Iuvenal. Sat. XII. 122. et auctores mox laudandi. Hunc etiam morem sequitur Aeschylus in Agamemn. v. 46. de Atridis canens: στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν τῆσδ' ἀπὸ χώρας ἦραν. et saepissime Ovidius: Metam. XII. 6.: „Coniurataeque sequuntur Mille rates.“ ibid. v. 37.: „Accipiunt ventos a tergo mille carinae.“ Libro autem XIII. 92. Aiax gloriatur: „Nempe ego mille meo protexi pectore puppes.“ et v. 182. legitur: „Aulidaque Euboicam complerunt mille carinae.“ Ita et Laodamia maritum suum monet Heroid. XIII. 97.: „Inter mille rates tua sit millesima puppis.“ De numero navium,

---

*) Videtur excidisse *auctor*. SCHAEFER.

quae Xerxem in Graeciam secutae sunt, iterum cf. Interpretes ad Nepotem Themist. c. 2. et Brissonius de regno Pers. L. III. c. 73. Igitur plerique auctores narrant, naves circitur 1200 ipsi pugnae Salaminiae ex ingenti Xerxis classe interfuisse: atque accuratissime haec narravit Aeschylus Pers. v. 342., cuius auctoritas cur hac in re reliquorum omnïum testimonio praeferenda sit, veram ex Casaubono causam reddidit A. Staverenus ad Nepotis l. l.: *Ξέρξῃ δὲ, καὶ γὰρ οἶδα, χιλιὰς μὲν ἦν ὧν ἦγε πλῆθος, αἱ δ' ὑπέρκομποι τάχει ἑκατὸν δὶς ἦσαν ἑπτά θ'.* Cui tamen narrationi vix convenire videtur Herodotus, qui, quod quidem mirum videatur, hunc ipsum numerum navium longarum (1207) cum rege expeditionem in Graeciam suscepisse scribit, verum in sequentibus identidem tot naves eius vel tempestatibus vel pugnis contra Graecos susceptis periisse narrat, ut vix idem numerus ad Salaminem penetrasse videatur. Ne autem temeritatis arguamur Herodotum vel erroris vel negligentiae incusantes, varia eius de hac re indicia in unum conferamus. Longae itaque Persarum naves Xerxem initio expeditionis secutae ab Herodoto narrantur 1207 (L. VII. 89. et 184.), quas onerariarum sequebantur 3000 [ibid. c. 97.], etsi Nepos Themist. c. 2. harum 2000 tantum memorat. Sed onerariarum infinitus numerus fractus est ad Magnesium litus (ibid. c. 191.). Classem autem auxerunt deinde naves 120 ex Thracia profectae (c. 185.): ex eadem vero ad Magnesiam tempestate submersae sunt 400 naves (c. 190.). Deinde a Graecis 15 captae sunt ad sinum Pagasaeum (c. 194.) iterumque 30 ad Artemisium (L. VIII.11.). Atque eodem tempore ad Graecos transfugit Antidorus Lemnius cum sua navi solus. (quod posterius patet ex eodem loco, coll. c. 82.) Nova autem tempestate orta, pars classis, quae Euboeam superare conabatur 200 navibus composita, omnis ad scopulos fracta est et fluctibus submersa (c. 7.): *ἀγγελίη ἐλθοῦσα, ὡς τῶν βαρβάρων οἱ περιπλέοντες τὴν Εὔβοιαν πάντες εἴησαν διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ γενομένου χειμῶνος.* Eodemque fere tempore Ciliciae naves, quae quot fuerint, non indicatur, a Graecis captae sunt (ibid. c. 14.). Triduo post, nova pugna exorta, denuo multas naves Persae amiserunt (c. 16.) et tandem in ipsa nocte, quae conflictum ad Salamina praecessit, una navis, cuius praetor erat Panaetius Tenius, Persarum aciem reliquit (ibid. c. 82.). Nisi igitur statuas, plures naves ad Xerxis classem accessisse, quam de quibus tradidit Herodotus, minor existet numerus eo, quem Aeschylus memoravit: etsi vel hac coniectura probata propter hunc numerum 1207 navium, (eundem prorsus, cum Xerxes expeditionem susciperet, atque illum, cum pugnam committeret,) suspicio oriatur turbatae in Herodoto narrationis. Neque enim ex L. VIII. 66. colligas plures naves accessisse, etsi tum pedestrium copiarum multitudine nova exercitus creverit. Igitur, nisi, quod nolim, aliquis mea negligentia hic omissus fuerit Herodoti locus, vix vi-

deo, qui erroris culpa gravissimus historicus vacare possit, siquidem Aeschylo in re, cui ipse interfuit, omnem fidem haberi necesse est. Ad faciliorem autem conspectum in fine huius animadversionis ad calculos sedeamus.

Initio expeditionis erant naves	1207	
(Auctor Argumenti in Aeschyli Persas habet 1207 vel 1214.)		
Accesserunt ex Thracia	120	
		1327
Perierunt tempestate ad Magnesiam	400	
Captae a Graecis ad sinum Pagasaeum	15	
——————— Artemisium	30	
Antidorus transfuga	1	
Submersae, quae Euboeam superabant	200	
Panaetius transfuga	1	
		647
Supersunt igitur ante pugnam Salaminiam naves		680

Quo numero continentur etiam naves Ciliciae aliaeque in nova pugna ad Artemisium amissae, quae quot fuerint, Herodotus nos non docuit. AMERSFOORDT.

P. 186. v. 7. *τριακοσίας — παρεσκευασμένους*] Hic vulgo, florente Atheniensium republica, erat numerus triremium. Cf. Bergmannus ad Isocratis Areopagit. c. 1. Triremium copia etiam Aeschines gloriabatur l. supr. all. ad p. 185, 2. Demosthenes ipse Phil. III. p. 121, 11. *καὶ τριήρεις, καὶ σωμάτων πλῆθος, καὶ χρημάτων πρόσοδοι, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς ἀφθονία, καὶ τἆλλα οἷς ἄν τις ἰσχύειν τὰς πόλεις κρίνοι, νῦν ἅπαντα καὶ πλείω καὶ μείζω ἐστὶ τῶν τότε [ἐπὶ τῶν προγόνων] πολλῷ.* et p. 128, 17. *ἡμεῖς — πόλιν μεγίστην ἔχοντες, ἀφορμὰς πλείστας, ἀξίωμα κάλλιστον.* AMERSFOORDT.

P. 186. v. 7. *τριακοσίας*] *διακοσίας* Weimaranus. REISK.

P. 186. v. 7. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* Paris. primus et quintus. REISK. *ἡμᾶς* Bekker. Placet. SCHAEFER.

P. 186. v. 8. *νῦν παρεσκευασμένους*] Vulg. *παρεσκευασμένους. νῦν παρεσκευασμένος* Paris. primus et quintus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 186. v. 8. [*τριήρεις*]] Abest ab Aug. primo, Paris. primo. REISK. Uncis inclusum servavit Bekkerus. Mallem deletum. SCHAEFER.

P. 186. v. 8. *μὴ*] Abest ab Aug. primo, Paris. primo. REISK. Puto delendum et haec sic continuanda *ἀστίκτως*: *ὥστε κομιδῇ μηδ' εἰ πάνυ μαίνοιτο νομίσαι ῥᾴδιον —. ut prorsus ne si sit desipientissimus quidem habiturus sit pro re facili —.* Aliud valet *μὴ κομιδῇ*. Plutarchus T. I. p. 611. R. *ὥστε μὴ κομιδῇ μοναρχίαν εἶναι.* Interpres: *ne solus omnino rerum potiretur.* SCHAEFER.

P. 186. v. 8. *μηδ' εἰ πάνυ*] *εἰκαὶπάνυ* Paris. quintus. REISK.

P. 186. v. 10. *εἶναι*] *τι* Paris. secundus, Aug. secundus, Bavaricus. *ῥᾴδιόν τι εἶναι* appendix Francofurtana. REISK. *τι* Bekker. SCHAEFER.

P. 186. v. 13. *ἄγει*] Cod. Bekk. *ἄγει πολύ*, quod non displicet. SCHAEFER.

P. 186. v. 13. *τοῦτο δὲ ἂν διαδῶ, ζητήσει*] *τουτέστιν, ἀπορήσει χρημάτων.* Quasi vero omnem regis pecuniam 1200 cameli vexerint. *ζητήσει*, *requiret*, *desiderabit*, id est, carebit. Antecedens e sequenti colligitur: nam qui pecuniae sat habet, pecuniam non quaerit. WOLF.

P. 186. v. 13. *δὲ ἂν*] Malim *δ' ἐάν*. SCHAEFER.

P. 186. v. 15. *γὰρ*] Omittit Aug. secundus. REISK.

P. 186. v. 15. *αἱ κρῆναι*] Vulg. *τὰς κρήνας*. *αἱ κρῆναι* Paris. primus, Aug. primus. Praetuli *αἱ κρῆναι*, non quo vulgata rationibus linguae graecae adversetur: nam convenit et cum iis et cum usu, ut *πέφυκεν* absolute et impersonaliter usurpetur ad significandum *natura rerum ita comparatum est*, et tum recte sequetur accusativus cum infinitivo, *ut fontes et putei exarescant vel deficiant:* verumtamen altera lectio mihi tum, nescio qui, magis probabatur. REISK. *τὰς κρήνας* Bekker. Probo quod dedit Reiskius ob codicum excellentium auctoritatem. SCHAEFER.

P. 186. v. 15. *ἐπιλείπειν*] Cicero: „Fons liberalitatis facile exhauritur." WOLF. Vulg. *ἐπιλιπεῖν*. *ἐπιλείπειν* Paris. primus, Aug. primus. REISK. Eadem voce utitur in eadem re Aelianus Var. Hist. VIII. 11. *ὅπου καὶ τοὺς ποταμοὺς ὁρῶμεν ἐπιλείποντας.* AMERSFOORDT.

P. 186. v. 16. *ἀθρόα καὶ πολλὰ*] *et multum simul et saepe. ἀντὶ τοῦ ἀθρόως καὶ πολλάκις.* WOLF.

P. 186. v. 16. *ἁθρόα*] Aug. primus et hic et alibi constanter hoc vocabulum dat cum spiritu aspero exaratum. REISK. *ἀθρόα* Bekker. V. Etymol. M. c. 655, 21. et Sallier. ad Moer. p. 19., ad quem locum Piersonum miror talia parum curantem p. 20. Est haec incuria, ut digna philosopho, ita indigna grammatico. SCHAEFER.

P. 186. v. 16. *καὶ*] Abest a Paris. primo et Aug. primo. REISK. Recte abest. *multa simul.* Xenophon Anab. V. 2. 1. *οἱ δὲ Κόλχοι — πολλοὶ ἦσαν ἀθρόοι, multi una.* SCHAEFER.

P. 186. v. 16. *ἡμῖν — ἀκούσεται*] Citant Harpocration p. 134. Gron. et Photius c. 237., hic quidem scripturâ vitiosâ. De Harpocratione v. Siebelis. ad Philochori Fragm. p. 77. s. SCHAEF.

P. 186. v. 16. *ἡμῖν — ἀκούσεται*] Quid vero Attica est, cuius amplissimi reditus 400 talenta 4. Philipp. memorantur, cum Asia et Aegypto et nonnulla Europae parte collata? Satis igitur apparet, eum ita muscam cum elephanto conferre, ut nec stulti

offendantur, et prudentes intelligant, quantum Athenienses regis Persarum opibus sint inferiores. WOLF. Non dixerim, muscam cum elephanto conferri. V. not. ad v. 17. ἑξακισχίλια. SCHAEFER.

P. 186. v. 17. ὑπάρχον] ὑπάρχειν Harpocration et Photius ll. cc. SCHAEFER.

P. 186. v. 17. ἀφορμὴν] facultates, quarum fiducia rem aggredi possimus: inde saepius pro *pecunia*. Vocem explicuit Bergmannus ad Isocratis Areopag. p. 119. AMERSFOORDT.

P. 186. v. 17. ἑξακισχίλια] ὀκτακισχίλια Paris. secundus cum γρ., item Bavaricus. REISK. Item Harpocration et Photius ll. cc., qui quomodo hunc numerum hyperbolicum cum vero supra p. 183, 5. posito conciliaverint, lege apud ipsos. Sed tantine fuerit conciliandi laborem suscipere fortasse dubites. Suspicor enim Demosthenem h. l. non dedisse nisi haec: ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχον ἀφορμὴν ἀκούσεται, ὑπὲρ ἧς κ. τ. λ. quibus explicandis alius videtur interpres censum verum, alius falsum adscripsisse. Nimirum non de summis pecuniarum hic agitur, sed de ἀφορμαῖς ad bellum gerendum. Regi ἀφορμὴ sunt αἱ διακόσιαι καὶ χίλιαι κάμηλοι αἱ τὸ χρυσίον ἄγουσαι, Atheniensibus τὸ τῆς χώρας τίμημα. Illa κρήνη comparatur ἐπιλειπούσῃ, haec ἀεινάῳ. Neque absurda haec comparatio videbitur, si cogitaveris rationem pecuniariam illorum temporum, quae commoditatibus, quas nostra aetas habet hoc in negotio perscriptionibus utens, prorsus carerent. Sic fieri poterat, ut rex, exhaustis quae camelis vectae exercitum comitarentur pecuniis, inextricabilibus difficultatibus impediretur. SCHAEFER.

P. 186. v. 20. ἀκούσεται] Vulg. ἀκούσετε. ἀκούσεται Aug. primus et secundus, Bavar., P. Manutius, unde index Lambini repetiit, et edit. Wolfii. Sed vulgatam dat appendix Francofurtana. Correxi ἀκούσεται: redit enim ad regem Persarum. REISK. Idem poscit linguae usus. SCHAEFER.

P. 186. v. 20. ὡς μὲν τοὺς ἐπιόντας ἐκείνων ἀμυνούμεθα] Alii rectius, opinor, ὡς μὲν ἂν ἐπιόντ' ἐκεῖνον ἀμυνούμεθα. WOLF. τὸν ἐπιόντα ἐκεῖνον P. Manutius: sed index eius dat vulgatam. Quid appendix Francofurtana voluerit dans τοὺς ἐπιόντας ἐκεῖ, non intelligo, cum vulgata sit in editione Wolfii. ἀμυνόμεθα (in praesenti) dat Aldina Taylori. REISK.

P. 186. v. 20. τοὺς ἐπιόντας — ἀμυνούμεθα] Isocrates Orat. ad Phil. p. 184. Graecos ad bellum cum Persis excitans: ἡμεῖς οὐδ' ὑπὲρ ὧν κακῶς ἐπάθομεν ἀμύνασθαι τολμῶμεν αὐτούς. AMERSFOORDT.

P. 186. v. 21. οἱ Μαραθῶνι] Hoc auribus Atheniensium gratum est. Sic Isocrates de Euagora: τοσούτους τῶν πολεμίων ἀπώλεσεν, ὥστε πολλοὺς τῶν Περσῶν, πενθοῦντας τὰς ἑαυτῶν συμφορὰς, μεμνῆσθαι τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνου. WOLF. De Persis victis caesisque hic dicitur: quod notandum. SCHAEFER.

P. 186. v. 21. *Μαραθῶνι*] Vulg. *ἐν Μαραθῶνι.* Praepositionem omittunt Paris. primus et Aug. primus. Sustuli praepositionem. REISK. Codd. Bekk. *Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι*, vitiosâ, ut puto, abundantiâ. Etsi enim talibus in formulis etiam Salaminis fit mentio, ut in loco Aristophanico, de quo v. Bos. Ellips. p. 423., tamen multo saepius et tanquam solenniter Marathonia pugna commemoratur: nimirum quia huius victoriae decus ad solos Athenienses, quorum auspiciis Plataeenses parebant, pertinuit. Nec licuit Comico aliam citare quam Salaminiam pugnam. SCHAEFER.

P. 186. v. 21. *εἰδεῖεν*] Post h. v. cum Bekkero pone hypostigmen. SCHAEFER.

P. 186. v. 21. *ἕως δ' ἂν κρατῶμεν*] Quasi vero id exploratum sit, aut deorum quispiam spoponderit. Sed et hoc vulgi auribus datur, de quo Isocrates oratione de pace: *λίαν τινές μοι δοκοῦσιν ὡρμῆσθαι πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ τὰ λοιπά.* WOLF. Demosthenes hoc non dixit *κολακευτικῶς*, sed quod speraret cives suos *τοὺς ἐπιόντας* non minus strenue *ἀμυνεῖσθαι*, quam *οἱ Μαραθωνομάχαι* hostes *ἠμύναντο.* Sic autem victoria satis certa videri poterat: *τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς ξυλλαμβάνει.* SCHAEFER.

P. 186. v. 22. *ἐπιλιπεῖν*] Rectius *ἐπιλείπειν* Bekker. V. v. 15. SCHAEFER.

P. 186. v. 23. *ξενικὸν*] Milites Graeci a barbaris conducti. Hoc enim Persis erat in more. Cf. Brisson. de r. Pers. III. c. 59. Eodem pertinere videtur Isocratis locus Paneg. c. 37. *τῶν τε μετὰ Τιριβάζου στρατευομένων καὶ τοῦ πεζοῦ τὸ χρησιμώτατον ἐκ τῶνδε τῶν τόπων ἤθροισται*: vocabula enim *τῶνδε τῶν τόπων* facile ad Graeciam Europaeam referri posse existimo, etsi in diversa abeat Morus ad eum l. Qui primi barbarorum mercenariam militiam susceperunt, infames hoc nomine, Cares fuerunt. Vid. Dunaeus ad Demosth. de Pace p. 298 Hemsterhus. ad Aristoph. Pluti Argum. p. 7. — Quinam vero hac imprimis aetate inter ipsos Graecos abusus fuerint militum conductorum, ubique cum eximia indignatione queruntur plerique oratores. Cf. Bergmannus l. l. p. 84. Athenienses perpetua huiusmodi hominum caterva primum usi videntur in bello Corinthio. Vid. Harpocration in v. *ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ* et locus Aristophanis ibi laud. Sed iam antea multi etiam in reliqua Graecia vagabantur. Cf. Thucyd. I. 27. 35. ubi vid. Schol. Lacedaemoniorum in exercitibus erant *ξεναγοὶ*, quos idem Thucydides memorat II. 75. ubi Scholiastes habet: *οἱ τῶν μισθοφόρων ἄρχοντες· ξένους γὰρ ἐκάλουν τοὺς μισθοφόρους.* Sed iidem Lacedaemonii barbaros eximie *ξένους* vel *ξείνους* dicebant, Herodoto teste IX. 11. Porro *οἱ ξένοι*, conductitii milites, etiam *ξενιτευόμενοι* dicebantur. Diversa aliquantum ratione Herodes Orat. *π. Πολιτείας* Oratt. Gr. Vol. VIII. p. 36. externum bellum contra patriae hostes susceptum *ξενικὸν*

πόλεμον dicit, oppositio *πολέμῳ πολιτικῷ* s. *στάσει*. — *Ξενικὸν* ita dicitur, omisso per ellipsin *σύστημα*, uti saepe etiam *ναυτικόν*. Hoc occurrit ex. gr. apud Thucyd. I. 99. III. 16. — I. 4. est *Μίνως — τό τε ληστικὸν — καθῄρει ἐκ τῆς θαλάσσης*. ad q. l. Schol. *λ. τὸ σύστημα, ἤγουν τοὺς λῃστάς· λῃστρικὸν δὲ τὸ κτῆμα.* AMERSFOORDT.

P. 186. v. 25. *ἐπὶ μὲν Αἴγυπτον καὶ Ὀῤῥόντην*] Reiskius in Ind. Hist. p. 586., „Dubium est," inquit, „Orrhontes barbarine sit regis nomen, an fluvii, Syriam pervagantis." Orrhontes vero non fuit rex barbarus, sed praefectus Mysiae, qui cum aliis satrapis et Tacho, Aegypti rege, ab Artaxerxe defecit Olymp. CIV. a. 3. Res eius refert Diodorus Sic. XV. 90. sq., ubi videatur Wesseling. Regis expeditio in Aegyptum ab eodem narratur ibid. c. 92. sq., in qua opera Graecorum mercede conductorum usos fuisse Persas Corn. Nepos docet in Datame c. 8. §. 2. Orrhontes autem Diodori l. c. diversus videtur ab alio eiusdem nominis Persa, regis genero, cuius mentio est ap. eundem L. XV. 2. Neque facit quicquam discriminis, quod in Demosthenis exemplaribus hoc nomen scriptum sit duplici litera Rho, apud Diodorum autem simplici. AMERSFOORDT.

P. 189. v. 26. *Ὀῤῥόντην*] Vide Diodorum. WOLF. *Ὀῤῥόνταν* Aldina Taylori, Paris. primus et quintus. *ὀρ ονν*. Paris. secundus. Sic dubie et obscure exhibet margo Lutetianae, ut nescias, quid in eo fuerit. *Ὀρόνταν* Aug. primus et secundus, Bavaricus. REISK. *Ὀρόνταν* Bekker. SCHAEFER.

P. 186. v. 27. *μισθοφορεῖν*] *μισθοφορῆσαι* Aldina Taylori, Paris. secundus et quintus cum *γρ*. Utrumque dat Bavaricus. Appendix Francofurtana haec dat: „*μισθοφορεῖσθαι παρ' ἐκείνῳ*. legitur et *μισθοφορεῖν*." REISK.

P. 186. v. 28. *εὐπορίαν τινὰ*] *τινὰ* abest a Paris. quinto, unde videtur appendix Francofurtana repetiisse. REISK.

P. 186. v. 28. *αὐτῷ*] *αὐτῷ* cum leni Paris. primus. REISK.

P. 187. v. 1. *τῆς ὑπαρχούσης πενίας*] Herodotus VII. 102. *τῇ Ἑλλάδι πενίη μὲν αἰεί κοτε σύντροφός ἐστι*. SCHAEFER.

P. 187. v. 1. *ἐπὶ δὲ τὴν* [*ἄλλην*] *Ἑλλάδα κ. τ. λ.*] Artificiosa dehortatio ab oppugnanda patria, eas ratiocinationes militibus tribuendo, quae viris cordatis et patriae amantibus dignae sunt. WOLF. Satis probabilis Demosthenis opinatio: *ἐπεί γε ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβαρικοῦ ἔθνεος τὸ Ἑλληνικόν* Herodot. I. 60. Alexandri victoriae demum pervicerunt, ut ambo coalescerent. SCHAEFER.

P. 187. v. 1. [*ἄλλην*]] Abest ab Aug. primo et in Aldina Taylori punctis est subnotatum. Si servatur, accipi debet pro *ὅλην* vel *πᾶσαν*. *contra totam reliquam Graeciam, excepta patria sua*. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 187. v. 2. ἐλθεῖν] ἐθέλειν Paris. secundus et quintus, Aug. secundus et Bavaricus, editio Wolfii. Vulgatam dat appendix Francofurtana. Forte utrumque copulandum sit ad hunc modum: οὐδένα ἂν ἐλθεῖν ἐθέλειν ἡγοῦμαι. Aug. primus sic dat constitutum hunc locum: ἂν ἐλθεῖν οὐδένα ἡγοῦμαι. Aldina Taylori sic dat: ἐπὶ δὲ τὴν Ἑλλάδα Ἕλληνα ἀνελθεῖν οὐδένα ἂν ἐθέλειν ἡγοῦμαι. ἐλθεῖν, scilic. sive πολεμήσοντα, sive μισθοφορήσοντα. ἐθέλειν si probatur, tacite iterandum est μισθοφορεῖν e p. 186, 27. REISK. V. v. 22. SCHAEFER.

P. 187. v. 2. ποῖ γὰρ αὐτὸς τρέψεται κ. τ. λ.] Locum hunc imitatur Gorgias Apol. Palamedis Oratt. Gr. VIII. p. 112. (quem legit Alcidamas, qui scripsit Palamedis Accusationem de Proditione, quae eodem Vol. exstat, ut patet collatis p. 74. sqq. et p. 115. sqq.): ποῖ γὰρ τραπέσθαι μ' ἐχρῆν; πότερον εἰς τὴν Ἑλλάδα et quae seq. Sed etiam Demosthenes sua hausisse videtur ex Euripidis Medea v. 502. νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους, οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην; ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας; quos versus Latini verterunt poetae laudati a Lentingio. Quae hunc locum excipiunt, item a multis expressa sunt, ut ab eodem Gorgia l. c. Nostro praeiverat Isocrates Plataic. p. 524. τίνες εἰς τοῦτο ἀνοίας ἥκουσιν, ὥστε βούλεσθαι μετὰ τῶν καταδουλουμένων τὴν Ἑλλάδα εἶναι μᾶλλον ἢ μεθ' ὑμῶν τῶν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἐλευθερίας ἀγωνιζομένων. AMERSFOORDT. Demosthenem sua hausisse ex Euripidis Medea eccui probabile fieri possit? SCHAEFER.

P. 187. v. 2. ποῖ] Vulg. πῇ. ποῦ Paris. primus et quintus cum γρ. ποῖ Aug. primus et secundus, Aldus, Felic. Bavaricus, Aldina Taylori. Praetuli ποῖ. REISK.

P. 187. v. 3. δουλεύσει] Malo, ut Felicianus, interrogative legere. WOLF. Bene Bekkerus: εἰς Φρυγίαν ἐλθὼν δουλεύσει; SCHAEFER.

P. 187. v. 7. οὕτως ἐστὶ δυστυχὴς] οὕτω δυστυχής ἐστιν Aug. primus. REISK. Hic ordo non displicet. SCHAEFER.

P. 187. v. 7. δυστυχὴς] ἀντὶ τοῦ ἄφρων. Et sane stultitia non in minima parte infelicitatis numeranda est, si modo recte finitur φρόνησις ἀρετὴ τοῦ λογιστικοῦ παρασκευαστικὴ τῶν συντεινόντων πρὸς εὐδαιμονίαν. Comicus: ἄνοια δυστύχημ' αὐθαίρετον βροτοῖς. Sed calamitas haec et de proelio et de inopia potest intelligi. WOLF. Ultima huius notae non intelligo. δυστυχὴς eodem sensu usurpatum mox recurrit v. 26. SCHAEFER.

P. 187. v. 8. ἕνεκα κέρδους βραχέος] Vulgari ioco dicitur nulla caro venire minoris quam militum: et ego e quodam Care audivi, eandem esse militis mercenarii conditionem quam saginati porci. WOLF.

P. 187. v. 9. καὶ μὴν] οὐ μὴν Paris. primus, Aug. primus. REISK. Non male. Sed etiam p. 188, 6. καὶ μὴν οὐδὲ —. SCHAEF.

P. 187. v. 9. ξένους] ξένοις Weimaranus, P. Manutius. REISK.

P. 187. v. 10. Ἑλληνικῶν] Ἑλλήνων Paris. secundus et quintus cum γρ. margo Bavarici, appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK. Recte Ἑλλήνων Bekker. SCHAEFER.

P. 187. v. 10. οἱ γὰρ ἡμῶν κρατήσαντες] ὑποθετικῶς καὶ σοφιστικῶς. Graeci enim illi mercenarii Persae ἐν προσθήκης μέρει futuri erant, non soli rem gesturi. WOLF.

P. 187. v. 10. κρατήσαντες] κρατήσοντες cum γρ. Paris. secundus. REISK.

P. 187. v. 10. ἂν] De meo addidi: nam habet quidem Felicianea hanc particulam, non tamen hoc loco, sed alieno et importuno, sic dans: — ἡμῶν κρατήσαντες ἐκείνου γε πάλιν ἂν κρείττους ἦσαν. Sententia loci est: Novit se a vobis victum eoque inferiorem. Quod si ergo mercenarii vos vincerent, (si modo fieri hoc potest, quamquam non videtur posse,) multo potius vereretur, ne mercenarii in se impetum faciant, locupletiorem et infirmiorem, et profecto iam dudum eum essent adorti mercenarii, si tantum valerent. Aut ergo Persa ipsos reformidans nil iis utetur, aut nil vobis est, cur eos metuatis, qui ne eum quidem vincere possint, quem vos saepius vicistis. REISK. Particulam Bekkerus iure delevit. Quamquam Wolfius vere monet, hoc dici ὑποθετικῶς. Satis nota orationis figura, qua καταφατικῶς enuntiatur, quod ὑποθετικῶς intelligendum est. SCHAEF.

P. 187. v. 10. ἐκείνου γε] Attende vim particulae. *illo, quippe tam imbelli.* SCHAEFER.

P. 187. v. 11. πάλαι κρείττους εἰσί] πάλιν ἂν κρείττους ἦσαν Weimaranus, P. Manutius: sed index eius dat vulgatam. Pro πάλαι etiam appendix Francofurtana dat πάλιν. REISK.

P. 187. v. 11. εἰσί] ὑπάρχουσι Paris. primus, Aug. primus. REISK. ὑπάρχουσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 187. v. 11. ἡμᾶς] ὑμᾶς Paris. quintus. REISK.

P. 187. v. 12. ἀλλὰ μάλιστα μὲν — νῦν ἄρχειν] Ordo est: ἀλλὰ βούλεται μὲν μάλ. ἄρχειν π., εἰ δὲ μή γε [δυνατὸν ἐστὶ πάντων ἄρχειν], τῶν ὑπαρχ. δούλων ἑαυτῷ νῦν. In eandem fere sententiam Xerxes verba fecit inter Persarum proceres ap. Herodot. L. VII. 8. §. 3. et eius somnium interpretati sunt magi ibid. c. 19. Isocrates etiam Paneg. c. 37. τοιγαροῦν τὰ μὲν ἔχει [ὁ βασιλεὺς], τὰ δὲ μέλλει, τοῖς δ' ἐπιβουλεύει, δικαίως ἁπάντων ἡμῶν καταπεφρονηκώς. Idemque Rhetor Philippo Macedoni suadet in Orat. ad eum scripta p. 182. καὶ μάλιστα μὲν πειραθῆς ὅλην τὴν βασιλείαν [τῶν Περσῶν] ἑλεῖν, εἰ δὲ μὴ, χώραν ὅτι πλείστην ἀφορίσασθαι. Eandem voluntatem Lacedaemoniorum propriam fuisse, idem saepius illis opprobrat, ut in Panath. p. 437. 469. quae loca supra laudavimus ad p. 181, 13. Ex priore sua hic

verba commodasse videtur Demosthenes. Athenarum urbem, eodem Isocrate teste Areop. c. 27., peregrini iudicabant *ἀξίαν εἶναι μὴ μόνον τῶν Ἑλλήνων ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων.* ad quem locum adduxit alium huic prorsus similem ex Orat. de Permut. edit. Orell. p. 108. Bergmannus. Verum idem Atheniensibus consilium nonnunquam in vituperium obiectum est. Vid. Thucyd. I. 125. f. Laudandum esse huiusmodi excellentiae studium, sed in rebus honestis, Isocrates monuit Panathen. p. 488. et Demosth. Serm. Amat. p. 1416, 24. *ἡγοῦ κράτιστον μὲν εἶναι τὸ πρωτεύειν ἐν ἅπασι.* Formulam *μάλιστα μὲν* —, *εἰ δὲ μή*, usurpavit etiam Orator Exord. LVII. p. 1456, 1.: sed pro *εἰ δὲ μὴ* dixit *εἰ δ' ἄρα τοῦτ' ἄλλῃ πῃ συμβαίνοι* Exord. XXXVI. p. 1442, 13. Habet eam etiam Thucydides I. 35. *ἀλλὰ μάλιστα μὲν, εἰ δύνασθε, μηδένα ἄλλον ἐᾷν κεκτῆσθαι ναῦς· εἰ δὲ μὴ, κ. τ. λ.* et c. 40. *καίτοι δίκαιοί γ' ἐστὲ μ. μ. ἐκποδὼν στῆναι ἀμφοτέροις, εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον ἐπὶ τούτους μεθ' ἡμῶν εἶναι.* III. 38. *καὶ μάλ. μ. οὗτος εἰπεῖν ἕκαστος βουλόμενος δύνασθαι, εἰ δὲ μὴ*, —. Ita et IV. 105. f. Isocrat. Panath. p. 488. *μ. μ. αὐτὸς τυγχάνειν* —, *εἰ δὲ μὴ, τοὺς οἰκειοτάτους.* Illustravit hanc locutionem Perizonius ad Aeliani V. H. XIII. c. 42. AMERSFOORDT.

P. 187. v. 12. *εἰ δὲ μή γε, τῶν ὑπαρχόντων*] *εἰ δὲ μὴ, τῶν γε ὑπαρχόντων* Paris. primus, Aug. primus, Weimaranus, P. Manutius, appendix Francofurtana. REISK. Hoc genuinum. Vulgatum vereor ne sapiat Graecitatem Hellenistarum. SCHAEFER.

P. 187. v. 13. *τοίνυν*] *porro.* SCHAEFER.

P. 187. v. 13. *τὶς*] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 187. v. 15. *ἔστι μὲν χαλεπὸς — περὶ τούτων λόγος*] Communis erat hac aetate Thebanorum invidia omnibus Graecis: sed singularis etiam odii caussae eos inter et Athenienses intercesserant. Praeter memoriam enim veteris istius suffragii, quo in Amphictyonum concilio post finem Peloponnesiaci belli Athenas exscindendas esse suaserant, (cf. Isocrat. Plataic. p. 520. atque alia loca laudata a Bergmanno ad Isocratis Areop. c. 3., quibus adde Demosthen. de F. L. p. 361, 25.) alia eorum gravis erat hac aetate offensio, siquidem et caeteros Boeotios et ipsos Athenienses saepius vexabant, iisque urbes et agros eripiebant, superbia elati propter victorias de Spartanis reportatas. Isocrates de Pace p. 315. de Thebanis loquitur: *τοὺς περιοίκους ἀδικοῦσιν*, Boeotios nempe, uti liquet ex seqq. et Plataic. p. 512. *Θηβαίοις τοῖς ἅπαντα τὸν χρόνον δυσμενῶς πρὸς τὴν πόλιν ὑμῶν διακειμένοις.* Orat. ad Philipp. p. 159. *τὴν δὲ ἡμετέραν πόλιν μέρος τι τῆς χώρας ἀπεστέρουν.* Demosth. p. Cor. p. 231, 2. *ὑμεῖς οὕτως διέκεισθε, ὥστε — Θηβαίοις ὁτιοῦν ἂν ἐφησθῆναι παθοῦσιν, οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδίκως αὐτοῖς ὀργιζόμενοι· οἷς γὰρ εὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις, οὐ μετρίως ἐκέχρηντο.* cum quo loco alia conveniunt Isocratis: Or. ad Philipp. p. 159. *καλλίστην γὰρ*

μάχην νικήσαντες καὶ μεγίστην δόξαν ἐξ αὐτῆς λαβόντες διὰ τὸ μὴ καλῶς χρήσασθαι ταῖς εὐτυχίαις οὐδὲν βέλτιον πράττουσι τῶν ἡττηθέντων ἢ δυστυχησάντων. Archid. p. 212. τοὺς τὰς εὐτυχίας μὴ μετρίως φέρειν ἐπισταμένους. et Iustini VIII. 1. §. 4.: „Thebani — qui cum rerum potirentur, secundam fortunam imbecillo animo ferentes caet.“ Odium Atheniensium in Thebanos produnt etiam Demosthenis loca: p. Cor. p. 237, 16. ubi meminit τῆς τόθ' ὑπαρχούσης ἀπεχθείας πρὸς τοὺς Θηβαίους. idemque Olynth. I. p. 16, 20. dixit: μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως [cum Philippo in Atticam]. et de F. L. p. 375, 6. [Philippus] ἔφη τὴν Θηβαίων ὕβριν ὑμῖν καταλύσειν. Accedit, quod hoc ipso tempore iam flagrabat bellum istud sacrum, cuius ut praecipui auctores ita et acerrimi vindices Thebani fuerunt. Cf. supra dicta in Introduct. p. 719. AMERSFOORDT.

P. 187. v. 15. ὑμᾶς] Vulg. ἡμᾶς. ὑμᾶς Paris. quintus, Aug. primus, Bavaricus, appendix Francofurtana, Aldina Tayl. REISK.

P. 187. v. 16. τούτων] ἐκείνων Paris. primus, secundus, quintus, Aug. secundus, Bavaricus, appendix Francofurt. REISK.

P. 187. v. 16. ἀληθὲς οὐδὲν ἡδέως] Vulg. ἀληθὲς ἡδέως. ἀληθὲς οὐδὲν ἡδέως Aug. primus. οὐδὲν ἀληθὲς ἡδέως Aldina Taylori. οὐδὲν addidi. REISK.

P. 187. v. 17. ἂν] Abest a Paris. secundo, Aug. primo, Bavarico. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 187. v. 17. αὐτῶν] αὐτοῦ Paris. quintus. REISK.

P. 187. v. 17. ἀκούσαιτε] ἀκούσετε Paris. primus et secundus. ἀκούσεται Aug. primus. ἀκούσεσθε Bavaricus, sed cum τ super σθ scripto, item appendix Francofurtana. REISK.

P. 187. v. 21. οἴομαι] Vulg. οἶμαι. οἴομαι Paris. primus, Aldina Taylori. REISK. οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 187. v. 21. τοσοῦτον] τοσοῦτ' Aug. primus. REISK.

P. 187. v. 21. ποτ'] πότ' Bekker. SCHAEFER.

P. 187. v. 23. τὰς προτέρας — ἁμαρτίας] Hic quidem loci dubium non est, quin respexerit Orator ad proditionem Thebanorum in bello gesto cum Xerxe. Eius etiam meminit Phil. II. p. 68, 21. τοὺς δὲ Θηβαίων καὶ Ἀργείων προγόνους, τοὺς μὲν συστρατεύσαντας τῷ βαρβάρῳ, τοὺς δ' οὐκ ἐναντιωθέντας. Hos etiam Isocrates nuncupat Plat. p. 530. τοὺς μὲν δουλεύειν τοῖς βαρβάροις ἀξιώσαντας, et paullo post τοὺς τῶν Ἑλλήνων προδότας. Ibid. p. 519. f. dicuntur τὸ παλαιὸν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος προδόται καταστάντες. Fusus est Herodotus Libr. VII. VIII. passim in enarranda hac Thebanorum proditione, quae prolixitas non minima videtur exstitisse caussa, cur ei tam infensus fuerit Plutarchus. Vid. eius libellus de Herodoti malign. Apud Iustinum vero L. XI. c. 3. §. 9. Alexandro M. in bello cum Thebanis urbis excidium sui socii eadem de caussa suaserunt,

„studia in Persas non praesentia tantum, verum et vetera adversus Graeciae libertatem increpantes.“ Quodsi ad iniurias universae Graeciae a Thebanis illatas Plataearum excidium minus accensebant Athenienses, certe ad suas privatas referebant, de quo vid. Thucyd. III. 52—68. Isocrat. Panath. p. 244. Demosth. c. Neaer. p. 1371. sqq. Huc pertinebant etiam opes antiquitus latae Pisistrato, ut tyrannidem recuperaret, quem pecunia sublevarunt, caeterosque Graecos *ὑπερεβάλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων*. Herodot. I. 61. Thebanorum in Graecos peccata recensuerunt auctores, quos iunctos edidit Reiskius in Oratt. Gr. Vol. VIII., Lesbonax Orat. de bello Thebano, ad quam v. Reisk. idem Orat. Protr. p. 24. Herodes *π. Πολιτείας* p. 43. AMERSF.

P. 187. v. 25. *ἀναλύσωνται*] M. *ἀπολύσωνται*. Intelligenda est autem eorum cum Xerxe conspiratio, quae sunt eorum *πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἁμαρτίαι*: etsi et post Leuctricam victoriam satis insolenter se gesserunt. Vide *τὸν περὶ εἰρήνης* Isocratis. WOLF. Vulg. *ἀναλύσονται*. *διαλύσονται* Paris. secundus et quintus, Aldina Taylori, Bavaricus, P. Manutius. Sed index Pauli dat vulgatam. Wolfius mavult *ἀπολύσωνται*. Idem in farragine exhibet *διαλύσωνται* per *ω* in coniunctivo, quod est in appendice Francofurtana. In locum indicativi suffeci auctore me coniunctivum. REISK. Indicativum Bekkerus recte restituit. Xenophon Hellen. VII. 5. 18. *λογιζομένῳ, ὅτι — πάντα ταῦτα ἀναλύσοιτο*. ad q. l. Morus in Addend.: „Sic Demosthenes *περὶ συμμορ.* p. 187. dixit *τὰς προτέρας ἀναλύεσθαι ἁμαρτίας*, *corrigere culpam olim contractam*: ubi variae lectiones, *ἀπολύεσθαι* et *διαλύεσθαι*, ortae sunt vel ex emendatione, vel ex interpretatione; sed Xenophontis locus lectionem *ἀναλύεσθαι* firmat.“ *ἀπολύσωνται*, quod fugit Morum, est Wolfii coniectura, non scriptura Codicis. Wolfium autem, ut mallet sic scribi, videtur movisse locus p. 99, 2. SCHAEFER.

P. 187. v. 27. *τὰ κείνου*] Vulg. *τὰ ἐκείνου*. *τὰ ἐκείνων* Aug. secundus. REISK. Reiskius videtur dare voluisse *τἀκείνου*, quod Bekkerus recte dedit. SCHAEFER.

P. 187. v. 28. *τοὺς τούτων ἐχθροὺς*] Lacedaemonios opinor intelligendos aut Phocenses. WOLF.

P. 188. v. 1. *ἡγοῦμαι τοίνυν — πρὸς ἅπαντας*] Comma post *αὐτῆς* v. 2. addidi, quod hic quia vi non caret, ideo duxi de eo admonendum, qui alias ad eiusmodi minutias haud soleam descendere. *προδότας* appellat Thebanos, qui decus et salutem Graeciae Xerxi olim dicuntur prodidisse. Hos proditores vicerunt, qui tum erant eorum adversarii, Lacedaemonii, Plataeenses, nos Athenienses, quicunque nobiscum et cum iusto honestoque faciebant. Qui ergo Graeci Persam tum cum Thebanis stantem vicerunt, eundem Persam nunc quoque vincent, quibuscunque tandem sociis fretum. Argumentum haud satis stringens. REISK. Distinctio minor, quam Reiskius vocabulo *ὄντας* praeposuit, in

suum locum, h. e. post *ὄντας*, restituatur. Ordo est: *ἡγοῦμαι τοίνυν ἐγὼ ταύτην τὴν τάξιν τοῦ δικαίου* [Atheniensium remp. et qui cum ea contra Persas dimicaturi sunt] *καὶ τοὺς μετ' αὐτῆς ὄντας ἔσεσθαι κρείττους τῶν προδοτῶν καὶ πρὸς ἅπαντας τοῦ βαρβάρου* [pares futuros omnibus illis, qui cum barbaro facturi sint]. De hoc usu praepositionis *πρὸς* vid. Reiskii Index p. 437. *τάξις* proprie significat ordinem, quo miles ab imperatore collocatur, ut eleganter nos docet Demosthenes de Rhod. libert. p. 200, 14. *ἐχρῆν γὰρ — τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν ὑμᾶς περὶ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ τάξεως, ἥνπερ περὶ τῆς ἐν τῇ στρατείᾳ* [*τάξεως*] *ἔχετε. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; ὑμεῖς τὸν λείποντα τὴν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ τάξιν ταχθεῖσαν ἄτιμον οἴεσθε προσήκειν εἶναι.* et ab Aeliano V. H. III. 14. usurpatur pro militis statione in moenibus urbis obsessae. Sed saepe in impropria notione occurrit, metaphora Atticis scriptoribus inprimis frequenti et accepta, pro *proposito, quod quis sequitur*, item pro *conditione et fortuna, in qua collocatus est.* Huc referri potest maior pars locorum, quos Reisk. in Ind. attulit, quibus addantur Aristog. I. p. 771, 8. *ὥσθ' ἕκαστον ὑμῶν κατηγόρου τάξιν ἔχειν.* c. Phaenipp. p. 1045. *μετάλαβε τῆς τοῦ λειτουργοῦντος τάξεως.* Epist. I. p. 1466, 4. *χαλεπωτάτην τάξιν ἔχει, τὸ συμβουλεύειν.* Isocrates Archid. p. 232. *τὴν ἰδίαν τάξιν τοῦ βίου διαφυλάττων.* et p. 232. Lacedaemonios adhortatur *μὴ περιϊδεῖν αὐτὴν* [*τὴν Λακεδαίμονα*] *ἐκλείπουσαν τὴν τάξιν, εἰς ἣν οἱ πατέρες κατέστησαν αὐτήν.* Panath. autem p. 414. memorat homines *ἐμμένοντας τῇ τάξει τῶν εὖ φρονούντων.* Aeschines c. Timarch. p. 73. *ἵνα ὑμεῖς — κατανείμητε εἰς τὴν προσήκουσαν τάξιν Τίμαρχον*: quae ad verbum fere repetuntur p. 75. Translata etiam significatione occurrunt verba cognata et derivata: uti ipsum *τάττειν* Demosth. Or. Funebr. p. 1392, 11. loco a Reiskio in Ind. relato, cum hoc nostro maxime conveniente, et c. Theocrin. p. 1326, 28. *φησὶν ἐπὶ τῷ κωλύειν τετάχθαι τοὺς τὰ παράνομα γράφοντας.* Aeschin. de F. L. p. 91. f. *ἐν ἅπασι δὲ τούτοις ἐγὼ τέταγμαι* [in iis nempe, qui legationem ad Philippum perfide obierant, quorum nomina praecedunt]. Isocrat. Areop. c. 18. iuvenes Athenienses *ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἔμενον, ἐν οἷς ἐτάχθησαν.* Thucyd. II. 63. *ἄπραγμον — μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον.* III. 86. *εἴπερ καὶ πρὸς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων — ξυμμαχίαν ἐτάχθησαν.* Aelian. V. H. III. 18. *νόμους αὐτοῖς τετάχθαι.* Ita et *συντάσσειν.* Isocrat. Areop. c. 2. *συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλούτοις — ἄνοια, κ. τ. λ.* quem l. Bergmannus p. 72. aliter distinxit, cui tamen vix assentior. Aeschin. de F. L. p. 113. *ἀνιστάμενοι δὲ οἱ συντεταγμένοι ῥήτορες.* et ibid. p. 96. *συνετάξαμεν πρὸς ἡμᾶς αὐτούς*, de hoc ordine dicendi inter nos convenit, hunc inter nos dicendi ordinem constituimus. Ita et *ἀντιτάττειν.* Thucyd. III. 83. *τὸ δὲ ἀντιτετάχθαι ἀλλήλοις τῇ γνώμῃ ἀπίστως.* Alias formulas cum hac, *ἐν τάξει*, permutatas, ut sunt *ἐν μοίρᾳ, ἐν αἴσῃ*, v. c. *ἐν Καρὸς αἴσῃ*, h.

e. ἐν δούλου τάξει, recensuit Hemsterhusius ad Aristophan. Pluti Argum. p. 7. Eodem etiam sensu occurrunt aliae locutiones, ut Isocr. Plataic. p. 323. τὸ δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον. et paullo post: μετὰ τοῦ δικαίου ποιούμενος τοὺς κινδύνους. Aeschines c. Timarch. p. 75. init. οὔκουν μὴ καταλιπὼν ἣν εἴλου συμμορίαν αὐτομολήσῃς εἰς τὰς τῶν ἐλευθέρων διατριβάς. AMERSFOORDT. Erravit Reiskius et participium ὄντας ab antecedentibus interpungendo avulsum sequentibus iungens et de vetere Thebanorum proditione cogitans. τοὺς προδότας enim dicens Orator intelligit Thebanos nunc viventes, si forte partes barbarorum sequantur: quod tamen negat futurum esse. Bekkerus haec omnia, ἡγοῦμαι — ἅπαντας, recte continuat ἀστίκτως. SCHAEFER.

P. 188. v. 2. τῶν προδοτῶν κρείττους] κρείττους τῶν προδοτῶν Aug. primus. REISK. Hoc ordine Bekker. Bene. SCHAEFER.

P. 188. v. 3. πρὸς ἅπαντας] Malim πρὸς ἅπαντα. Sic p. 960, 1. σοῦ πολλῷ βελτίων ὢν καὶ ἄμεινον φρονῶν πρὸς ἅπαντα, quod Reiskius recte interpretatur ἐν ἅπασι, *rebus in omnibus*. SCHAEFER.

P. 188. v. 3. ὥστ' οὔτε φοβεῖσθαί φημι κ. τ. λ.] Vide, ut concitationem populi timori tribuat, et confirmandis eius animis a bello dehortetur. WOLF.

P. 188. v. 6. οὐδὲ] Abest a Paris. primo et Aug. primo. REISK.

P. 188. v. 6. Ἑλλήνων] Abest a Bavarico. REISK.

P. 188. v. 8. τέως] Pro ἕως in antiquo τέως legi. OBSOP. Vulg. ἕως. τέως Paris. primus, Aug. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK. ἕως praefero. V. not. ad p. 24, 4. Parum me movet, quod legitur in Anecd. Bekk. p. 309, 23. Τέως: — σημαίνει καὶ τὸ ἕως. SCHAEFER.

P. 188. v. 8. τέως μὲν ἐκεῖνον κ. τ. λ.] Hinc etiam v. 15. ἐχθρὸν συμφέροντα Persam vocat: atque haec communis est Oratoribus Graecis sententia. Isocrates Paneg. c. 41. τίς ἢ τῶν πολεμησάντων αὐτοῖς [τοῖς Πέρσαις] οὐκ εὐδαιμονήσας ἀπῆλθεν, ἢ κ. τ. λ. c. 2. ὅσοι μὲν διδάσκουσιν, ὡς χρὴ διαλυσαμένους τὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἔχθρας ἐπὶ τὸν βάρβαρον τραπέσθαι, καὶ διεξέρχονται — τὰς ὠφελείας τὰς ἐκ τῆς στρατείας τῆς ἐπ' ἐκεῖνον ἐσομένας, ἀληθῆ μὲν λέγουσιν, κ. τ. λ. In eadem Oratione commoda recenset, quae ex bello cum Persis exspectanda sint. Haec etiam caussa erat, cur idem Orator gloriaretur, se fuisse principem τῶν παρακαλούντων τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ — τὴν στρατείαν τὴν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, Panath. p. 407., quibus verbis adsentitur Aelianus V. H. XIII. 11. AMERSFOORDT.

P. 188. v. 8. ἐκεῖνον κοινὸν ἐχθρὸν] κοινὸν ἐχθρὸν ἐκεῖνον Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Hoc ordine Bekker. SCHAEF.

P. 188. v. 11. αὐτοῖς] Cum leni P. Manutius. REISK.

P. 188. v. 11. αὑτοὺς] Vulg. αὐτοὺς. ἑαυτοὺς Paris. primus. αὑτοὺς cum aspero appendix Francofurtana, Aldina Tayl. REISK.

P. 188. v. 12. *διαφόρων*] Vulg. *διαφορῶν*. Correxi *διαφόρων*. Nam est a nominativo, non *ἡ διαφορά*, *discordia*, sed a nominativo *τὰ διάφορα*, *das Interesse*, de quo agitur vel contenditur, quae te sive obtinere sive amittere ad lucrum damnumve tua multum interest. REISK.

P. 188. v. 12. *ὅσ' ἂν οὐδὲ καταρώμενος κ. τ. λ.*] Haec de bello Peloponnesiaco videntur intelligenda. WOLF. Non solis Graecis tanta malorum seges his temporibus orta est, verum item Persis. Herodotus in reliquis cum Demosthene consentiens L. VI. 98. *ἐπὶ Δαρείου καὶ Ξέρξου καὶ Ἀρτοξέρξεω, τριῶν τουτέων ἐπεξῆς γενεῶν, ἐγένετο πλείω κακὰ τῇ Ἑλλάδι, ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν Περσέων αὐτῇ γενόμενα, τὰ δὲ ἀπ' αὐτέων τῶν κορυφαίων περὶ τῆς ἀρχῆς πολεμεύντων*. Similium calamitatum auctores Isocrates Panath. p. 421. scripsit fuisse harmostas Lacedaemoniorum, qui Graecos *εἰς τοσαύτας καὶ τοιαύτας συμφορὰς ἐνέβαλον, ὅσας οὐδεὶς πώποτε αὐτοῖς γενήσεσθαι προσεδόκησε*. Ibid. p. 471. de Persis, qui ad Marathonem certaverant, dicit: *πλείοσι κακοῖς καὶ μείζοσι συμφοραῖς περιπεσόντες ὧν ἤλπισαν τὴν πόλιν ἡμῶν ποιήσειν*. Isocrates Areop. 20. *παρὰ δὲ τῶν* [*Περσῶν*] *δίκην τηλικαύτην εἰληφότες, ὥστε ἀγαπᾶν ἐκείνους, εἰ μηδὲν ἔτι κακὸν πάσχοιεν*. AMERSFOORDT.

P. 188. v. 12. *ὅσ' ἂν — τις αὐτοῖς*] *quae ne diuturna quidem sedulaque meditatione excogitasset, si quis iis mala imprecari voluisset*. REISK.

P. 188. v. 13. *φίλον — ἐχθρὸν*] Ministri haud prorsus dissimiles domini sui erant. De satrapis Isocrates Paneg. c. 41. *πρὸς μὲν τοὺς φίλους ἀπίστως, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἀνάνδρως ἔχοντες*. et deinceps: *τῶν μὲν συμμάχων καταφρονοῦντες, τοὺς δὲ πολεμίους θεραπεύοντες*. Caeterum hunc locum in exemplum *μεταβολῆς τῶν πτώσεων* citavit Hermogenes de Invent. L. IV. p. 179. [edit. Gasp. Laurentii p. 193.] laudatus iam a Reiskio ad v. 15. AMERSFOORDT.

P. 188. v. 15. *ἀλυσιτελῆ*] *οὐ λυσιτελῆ* Paris. quintus. REISK.

P. 188. v. 15. *φοβώμεθα*] Vulg. *φοβούμεθα*. *φοβώμεθα* Paris. quintus, Bavaricus. Vulgatae, etiam ab Hermogene p. 179. traditae, praetuli *φοβώμεθα*. REISK. Utrum praeferendum sit, docet quod sequitur *μηδαμῶς*. SCHAEFER.

P. 188. v. 16. *μηδ' ἀδικῶμεν*] Vulg. *μὴ ἀδικῶμεν*. *μηδ' ἀδικῶμεν* Paris. primus et secundus, Aug. primus, Aldina Tayl., quae ad *ἀδικῶμεν* addit *αὐτόν*. REISK.

P. 188. v. 16. *ἡμῶν αὐτῶν*] *αὐτὸν ἡμῶν αὐτῶν* Aug. primus. Bavaricus *αὐτὸν* dat, omittit *αὐτῶν*: sed margo eius dat vulgatam. *αὐτῶν* in Aldina Taylori punctis est subnotatum. REISK. *αὐτῶν ἡμῶν* Bekker. Malim *αὐτὸν ἡμῶν αὐτῶν* cum Aug. primo. SCHAEFER.

P. 188. v. 18. οὐδ' ἀδικεῖν — ἔθηκα] Sic et Isocrates in Panegyrico. WOLF.

P. 188. v. 18. ἂν] Abest ab Aug. primo, qui in reliquis huius commatis cum vulgata consentit. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 188. v. 19. ἡμᾶς — ἔθηκα] Vulg. ἡμᾶς ἔθηκα ἐκεῖνον. ἡμᾶς ἀδίκημ' ἂν ἔθηκα Paris. secundus. ἀδικεῖν ἂν ἡμᾶς ἐκεῖνον ἀδίκημα ἂν ἔθηκα Bavaricus, Aug. secundus. Pro ἡμᾶς dat Aldus ὑμᾶς, item appendix Francofurtana. Sarsi locum hunc sic: ἡμᾶς ἐκεῖνον ἀδίκημ' ἂν ἔθηκα. *in facinoribus iniustis et nefandis equidem haud habeam, ne si vos quidem primi iniurias ei offeratis.* REISK. Immo *nos — offeramus.* SCHAEFER.

P. 188. v. 19. τοῦτ'] τούτων Aug. secundus. Fort. voluit τὸ τούτων. *quoniam vero horum* (Graecorum puta) *animi non ita se erga nos habent.* REISK. Longe diversa causa illius scripturae. V. Bastii Commentat. Palaeogr. p. 778. SCHAEFER.

P. 188. v. 20. φυλάττεσθαί φημι δεῖν, μὴ —] Orat. de Pace p. 61. καὶ τί φυλάξασθαί φημι δεῖν ἡμᾶς; ὅπως μὴ κοινὴν πρόφασιν καὶ κοινὸν ἔγκλημα ὁ μέλλων πόλεμος πρὸς ἅπαντας λάβῃ. AMERSFOORDT.

P. 188. v. 20. τοῦ τὰ δίκαια — ζητεῖν] Hoc declarat mox: εἰκότως ἂν δοκοίη — τοῖς ἄλλοις φίλος εἶναι βούλεσθαι. WOLF.

P. 188. v. 22. ὕποπτος] ὑπό τινος Aug. secundus. REISK.

P. 188. v. 22. πράττειν] Vulg. πράττων. πράττειν Paris. secundus. Utrumque dat Bavaricus. Praetuli πράττειν. ὕποπτος πράττειν, id est, ὕποπτος τοῦ πράττειν, vel ὅτι πράττει. REISK. Verum πράττων, quod Bekkerus revocavit. SCHAEFER.

P. 188. v. 23. προτέρων] πρότερον Aug. primus. REISK.

P. 188. v. 25. ἐξελέγξητε] *palam faciatis.* SCHAEFER.

P. 188. v. 26. πείσετε] Vulg. πείσονται, id est πεισθήσονται. *cum non obsecundabunt.* πείσετε Aug. primus et secundus, Aldus, P. Manutius: et idem voluere quoque Paris. primus et quintus, dantes πείσεται. Praetuli πείσετε. REISK.

P. 188. v. 28. ἀπαγγέλλεσθαι] ἐπαγγέλλεσθαι Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. Post ἀπαγγέλλεσθαι addunt μὲν Paris. primus et Aug. primus, quod improbat seu Fabricius seu potius Wolfius. REISK.

P. 189. v. 2. οἱ] οἱ secundum abest a Paris. primo, Aug. primo, Bavarico. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 189. v. 3. εἰ μὲν] Vulg. εἰ. Addunt μὲν Paris. primus, Aug. primus, Aldus. Addidi. REISK.

P. 189. v. 5. ὥσπερ ἐκείνῳ καλὸν] Phil. IV. p. 144. v. ult. βασιλεὺς δὲ καθ' αὑτὸν μὲν ἅπασιν [Ἕλλησιν] ἄπιστος ἦν. et legati

Lacedaemoniorum apud Herodotum VIII. 142. βαρβάροισι ἐστὶ οὔτε πιστὸν οὔτε ἀληθὲς οὐδέν. AMERSFOORDT.

P. 189. v. 6. ἐκεῖνον] αὐτὸν Paris. primus, Aug. primus. REISK. Non displicet. SCHAEFER.

P. 189. v. 6. ποιήσαιτε] ποιήσετε Bavaricus. ποιήσητε Aldina Taylori. REISK.

P. 189. v. 7. εὔχεσθε δὲ πᾶσι τοῖς θεοῖς] Frequentes sunt in veterum scriptis preces et obtestationes per deos. Ita Graecis continue in ore sunt formulae, πρὸς τῶν θεῶν, πρὸς Διὸς καὶ τῶν θεῶν: Latinis, *per deos immortales*, aliaeque his similes. Neque vero deest exemplorum copia, in quibus diserta *omnium* deorum mentio est. Cf. Orat. p. Cor. init. πρῶτον μὲν, ὦ ἄ. Ἀθ., τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. ad q. l. vid. Taylorus et Reiskius. Quae verba item prostant Epist. I. init. p. 1462. et ap. Aeschin. c. Timarch. p. 59. f. In Demosthenis Philipp. II. p. 74, 25. legitur: ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί. p. Cor. p. 332, 18. μὴ δῆτ', ὦ πάντες θεοὶ, μηδεὶς ταῦθ' ὑμῶν ἐπινεύσειεν. Herodot. VIII. 64.: Graeci ad Salaminem εὐξάμενοι πᾶσι τοῖσι θεοῖσι αὐτόθεν ἐκ Σαλαμῖνος Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα ἐπικαλέοντο. quibus verbis non diversa significantur ab iis, quae paullo ante brevius expressa praecesserant ibid. εὔξασθαι τοῖσι θεοῖσι. Namque, etsi mentio non semper fiat *omnium* deorum, illi tamen saepe omnes significantur. Iubet etiam μαντεία quae legitur in Orat. c. Macartat. p. 1072, 22. θεοῖς Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαις πάντεσσι καὶ πάσαις μνασιδωρεῖν. Demosth. Ep. I. f. p. 1466, 27. τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς ἡγεμόνας ποιησάμενοι καὶ παρακαλέσαντες, καὶ κατὰ τῶν νικητηρίων ἅπασιν αὐτοῖς εὐξάμενοι. Prolixius Aeschylus Agamemn. 88. sqq. πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων, ὑπάτων, χθονίων, τῶν τ' οὐρανίων, τῶν τ' ἀγοραίων, βωμοὶ δώροισι φλέγονται. quem locum vindicavit Fr. Christ. Petersen in Notis ad hanc Tragoediam insertis Miscellaneis Hafniensibus Vol. II. 1817. Frequenter etiam ita loquitur Ovidius. Metam. VI. 62.: „Dique o communiter omnes, Dixerat, (ignarus non omnes esse rogandos,) Parcite." Cum quo loco convenit alius Trist. III. 1. 77.: „Di precor, atque adeo (neque enim mihi turba roganda est,) Caesar, ades voto, maxime Dive, meo!" Apud eundem Halcyone pro Ceyce marito Metam. XI. 577.: „Omnibus illa quidem superis pia tura ferebat: Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat." Et Athenienses ope Thesei a turpi tributo Minoi pendendo liberati „bellatricemque Minervam Cum Iove disque vocant aliis." Ita et Oeneo sacra faciente ibid. v. 276.: „Coeptus ab agricolis superos pervenit ad omnes Invidiosus honos." Neque aliter in exsecrationibus et iuramentis. Demosth. Aristocr. p. 622, 22. ὀμνύω τοὺς θεοὺς ἅπαντας. et Zenoth. p. 890, 24. c. Conon. p. 1269, 7. καὶ νῦν ὀμνύω τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεὰς ἅπαντας καὶ πάσας. Aristog. I. p. 773, 18. μὰ τὸν Δία καὶ

πάντας τοὺς θεούς. et similiter p. 790, 4. Exc. adv. Lacrit. p. 937, 21. *μὰ τὸν Δία τὸν ἄνακτα καὶ τοὺς θεοὺς πάντας.* p. Phorm. in f. p. 963. *νὴ τὸν Δ. καὶ τ. θ. ἅπ.* c. Phaenipp. p. 1042, 22. *νὴ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς.* ibid. p. 1044, 1. *πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων.* Aeschin. c. Timarch. p. 44. med. *εἴπατέ μοι πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν.* Demosth. Ep. V. p. 1490, 2. *δέομαι δήπου πρὸς Διὸς ξενίου καὶ π. τ. θ.* Aelianus V. H. L. II. c. 9. *ὦ Πολιὰς Ἀθηνᾶ, καὶ Ἐλευθέριε Ζεῦ, καὶ οἱ Ἑλλήνων θεοὶ πάντες.* L. XII. c. 1. *ἀνευφημήσασα δὲ θεοὺς πάντας ἐκάλει Ἑλληνίους καὶ Ἐλευθερίους τοὺς αὐτούς.* Ita etiam Cicero p. Lege Manil. c. ult.: „Testorque omnes deos et eos maxime, qui huic loco temploque praesident.“ Diligenter omnium deorum catalogum persequitur Chaerea Terentianus Heautont. IV. 6. 6.: „Ut te quidem omnes di, deae, quantum est, Syre, Cum tuo isto invento cumque incepto perduint.“ Phorm. IV. 4. 6.: „Ut te quidem omnes di, deae, superi, inferi, Malis exemplis perdant.“ Quae loca citantur a Bentleio ad Eun. II. 3. 11. Vid. et Phorm. V. 8. 83. et V. 1. 83. item Andr. IV. 2. 12. Ovidius etiam Trist. II. 53. ad Augustum: „Per mare, per terras, per tertia numina iuro, Per te, praesentem conspicuumque deum.“ ubi tertia numina recte interpretatus est Harlesius *coelestia*, quae explicatio probari potest ex v. 426.: „Explicat ut causas rapidi Lucretius ignis, Casurumque triplex vaticinatur opus.“ Locus Lucretii, quem significat Ovidius, legitur de Rer. Nat. L. V. 93.: „Principio *maria* ac *terras coelumque* tuere. Horum naturam *triplicem*, *tria* corpora, Memmi, *Treis* species tam dissimiles, *tria* talia texta Una dies dabit exitio.“ AMERSFOORDT. Satis sit meminisse formulae Homericae: *Κέκλυτέ μευ, πάντες τε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι.* SCHAEF.

P. 189. v. 7. *εὔχεσθε δὲ — αὐτοῦ*] Si plena est, dura haec est dictio, sic accipienda, tanquam si dixisset: *εὔχεσθε δὲ πᾶσι τοῖς θεοῖς ποιεῖν, ὥστε καταλαμβάνεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῆς αὐτῆς παρανοίας, ὑφ' ἧς ἐποίησάν ποτε τοὺς αὐτοῦ προγόνους καταλαμβάνεσθαι.* Non enim Persa corripit amentiam, sed amentia corripit Persam. REISK. Dictio et plena nec dura est. V. not. sequ. Recte vertit Reiskius in Ind. Graecit. p. 382. in. SCHAEFER.

P. 189. v. 8. *ἥνπερ ποτὲ τοὺς προγόνους αὐτοῦ*] Hoc quoque referendum inter exempla attractionis, recteque post *ἐκεῖνον* Bekkerus hypostigmen delevit. Quod si Orator uti noluisset attractione, scripsisset sic: *ἥπερ ποτὲ τοὺς προγόνους αὐτοῦ.* scilic. *ἔλαβεν.* Res non animadversa fortasse in causa fuit, cur Reiskio structura huius loci minus probaretur. SCHAEFER.

P. 189. v. 10. *ὀλιγώρως*] *ἀλόγως* Paris. secundus cum *γρ.*, item margo Bavarici. REISK.

P. 189. v. 12. *σύνοιδε*] Subaudi *σὺν ἅπασι τοῖς ἄλλοις τοῖς τοῦτο εἰδόσι.* una cum aliis omnibus hoc novit, qui idem norunt: constat enim inter omnes. REISK.

P. 189. v. 13. *ἣν*] *ἧς* Paris. secundus, Aug. secundus, Wei-

maranus, index Lambini, ex indice scilicet P. Manutii. Utrumque dat Bavaricus. REISK. ᾗς Bekker. Praestat. Dici vix potest, quantopere Graeci scriptores schema hoc syntacticum dilexerint: ut, ubicunque libri variant, praeferri oporteat. SCHAEFER.

P. 189. v. 13. ἧγε πρὸ τούτων, οὐδεμιᾶς] ἧγέ ποτε, οὐδεμιᾶς Paris. secundus, Aug. secundus, Bavaricus. ἧγε πρὸ τοῦ, οὐδεμιᾶς Weimaranus, index P. Manutii, et inde index Lambini. Aug. primus vocabulum οὐδεμιᾶς collocatum dat pone πόλεων v. 15. In appendice Francofurtana sic collocata sunt verba: ἣν ἧγε πρὸ τοῦ, τῶν Ἑλληνίδων πόλεων οὐδεμιᾶς τοσοῦτον. et hanc lectionem suspicor etiam in Aug. primo fuisse, et reperio in Aldina Taylori. REISK. πρὸ τοῦ vide ne verum sit. SCHAEFER.

P. 189 v. 13. οὐδεμιᾶς — ὑπεραίρουσαν] Causam crescentis fortitudinis bellicae Atheniensium τῇ ἰσηγορίᾳ tribuit Herodotus V. 78. Ἀθηναῖοι τυραννευόμενοι μὲν οὐδαμῶν τῶν σφέας περιοικεόντων ἔσαν τὰ πολέμια ἀμείνους, ἀπαλλαχθέντες δὲ τυράννων μακρῷ πρῶτοι ἐγένοντο. et iam initio Persici belli, eodem teste c. 117., αὕτη — ἡ πόλις τῶν λοιπέων ἐδυνάστευε μέγιστα. Cf. et Isocratis Areopag. c. 3. ibique Bergmannus, ibid. c. 5. et alibi. AMERSFOORDT.

P. 189. v. 13. ἄλλων] Abest a Paris. quinto. REISK. V. not. ad v. 13. ἧγε πρὸ τούτων, οὐδεμιᾶς. SCHAEFER.

P. 189. v. 15. ὑπεραίρουσαν] M. ὑπεραίρει. WOLF. ὑπεραίνουσαν Aug. secundus. REISK. Fallitur Wolfius. Saltem coniecisset ὑπερῇρε. Sed unice probandum participium, quod est imperfecti temporis. SCHAEFER.

P. 1 9. v. 16. ἑκουσίου — διαλλακτοῦ] quem Graeci ultro volent atque probabunt, aut etiam, si necesse sit, quem inviti et coacti tolerabunt. REISK. Vaticinari videtur Demosthenes ea, quae brevi post acciderunt. Quam primum enim in Graecia qualicumque tandem ratione pax restituta est, Persarum regnum aggredi morati non sunt Philippus et Alexander. Plenae sunt Isocratis Orationes adhortationum, ut, compositis intestinis dissidiis, Graeci arma in barbaros convertant: imprimis eius Orat. ad Philippum, quem, nec immerito, ducem huic bello imprimis idoneum censebat. Cf. p. 146. f. 147. 155. et alibi. Lacedaemoniis quidem, quorum vires magis etiam quam caeterorum fractae erant, tali pacificatore valde opus esse idem testatur l. c. p. 158. καίτοι πῶς οὐ χρὴ νομίζειν τοὺς οὕτω διακειμένους ἀσμένως ἂν ἰδεῖν ἐπιστατοῦντα τῆς εἰρήνης ἀξιόχρεων ἄνδρα καὶ δυνάμενον διαλῦσαι τοὺς ἐνεστῶτας αὐτοῖς πολέμους: atque similiter postea de Thebanis verba facit, itemque de Argivis et Atheniensibus, populis Graeciae principibus. De Thebanis haec ait: εἰς τοῦτο δὲ τὰ πράγματα αὐτῶν περιέστηκεν, ὥστε — νῦν ἐν σοὶ τὰς ἐλπίδας ἔχουσι τῆς αὑτῶν σωτηρίας· ὥστ' οἶμαι καὶ τούτους ταχέως ποιήσειν ὅ τι ἂν σὺ κελεύῃς. Eodem

spectant eius tres priores Epistolae. Et in Panathen. quidem p. 428. Agamemnonis laudes hanc praecipue ob caussam praedicat, quod ille rex universos Graecos prudenter ad concordiam redactos adversus barbaros duxerat. Sed iam antea in conventu Olympico Gorgias Leontinus orationem habuerat, qua eadem Graecis suadebat. Vid. Philostrat. de Vit. Soph. L. I. c. 9. et Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. p. 911. Ut hic *ἀκουσίου διαλλακτοῦ* Demosthenes meminit, ita apud Thucyd. III. 59. Hermocrates Athenienses vocavit Siculorum *διαλλακτὰς πολὺ τῶν ἐμῶν λόγων ἀναγκαιοτέρους*. AMERSFOORDT.

P. 189. v. 16. *ἢ κἀκουσίου*] Vulg. *ἢ ἀκουσίου. ἢ κἀκουσίου* (id est *καὶ ἀκουσίου*) Aug. secundus, quod praetuli. REISK.

P. 189. v. 17. *αὐτὸν*] Immo *αὑτὸν*, ut Bekker. SCHAEFER.

P. 189. v. 17. *οἶδεν ἂν*] Vulg. *ἂν οἶδε. οἶδεν ἂν* Aldus. Sed Aldina Taylori vulgatam dat, nec non appendix Francofurtana. Particulam omittunt Paris. primus et Aug. primus. REISK. *ἂν οἶδε* Bekker. *αὐτὸν οἶδεν ἂν φανέντ'* rarior constructio, sed proba: consuetior *αὐτὸς οἶδεν ἂν φανείς*. Lucianus T. II. p. 50. Bip. *συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτόν*. ubi structura vulgaris orationem erat duriorem reddilura. SCHAEFER.

P. 189. v. 18. *τὰ τῶν*] Vulg. *τῶν. τὰ τῶν* Paris. primus et quintus, Aug. primus, Aldina Taylori. Priorem articulum addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 189. v. 18. *ἀπαγγελλόντων*] *ἀγγελλόντων* simplex Paris. primus, Aug. primus. REISK. V. p. 188, 28. SCHAEFER.

P. 189. v. 20. *ἵνα δ' — μὴ μακρὰ λέγων κ. τ. λ.*] Isocrates de Permut. p. 544. *ἵνα δὲ μὴ λίαν ἐνοχλῶ πολλὰ πρὸ τοῦ πράγματος λέγων, ἀφέμενος περὶ τούτων ἤδη πειράσομαι διδάσκειν ὑμᾶς*. Aeschines c. Timarch. p. 75. in. *ἵνα δὲ μὴ μακρολογῶ — ἐρῶ κ. τ. λ.* Ita et de F. L. p. 96. AMERSFOORDT.

P. 189. v. 20. *μὴ μακρὰ λέγων λίαν ἐνοχλῶ*] *μὴ μακρολογίαν λέγων ἐνοχλῶ* Aug. primus, ubi S. Fabricius seu potius H. Wolfius adscripsit haec, quae non intelligo satis: „F. aut *μὰ*. aut *μακρολογῶν*." Videtur ille suspicatus esse, e lectione Augustani primi aut hanc effici posse lectionem, *μὴ διὰ μακρολογίαν ἐνοχλῶ*. aut istam, *μὴ μακρολογῶν ἐνοχλῶ*. Sed etiam effici poterat ad vestigia literarum pressius *μὴ μακρολογίᾳ λέγων ἐνοχλῶ*. Quod nescio an a Demosthene sit profectum. Non quidem eum dedecet. *ν* illud in fine vocis *μακρολογίαν* potest ex iota natum esse, ut saepe usu venit: quod iota cum nos puncto subscripto exprimamus, ille, quod saepe iam commemoro, semper ad latus appictum ostendit. REISK. *μὴ μακρὰ λίαν λέγων ἐνοχλῶ* Bekker. SCHAEFER.

P. 189. v. 21. *τὰ κεφάλαια*] Huiusmodi clausulae atque ante dictorum quasi compendia et indices saepe inveniuntur apud

veteres. Cf. Isocratis Oratt. ad Nicocl., ad Philipp., de Pace et Panath. p. 484—488. Demosthen. c. Pantaen. p. 983. Olynth. I. p. 27, 6. Cicero p. Archia c. ult. alibi; indeque ipsum nomen ortum est Ἐπίλογος, uti monet Scholiastes Hermogenis (cuius Excerptum ex Aldina edit. repetiit Reiskius Oratt. Gr. Vol. VIII. p. 19. B.), qui Coracis artificium exponens in componendis orationibus narrat, eum fuisse solitum, postquam praecipuam orationis partem absolvisset, *ἀνακεφαλαιοῦσθαι καὶ ἀναμιμνήσκειν ἐν συντόμῳ περὶ τῶν φθασάντων καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγειν τὰ λεχθέντα τῷ δήμῳ, ἅπερ ἐκάλεσε — ἐπίλογον.* Earum etiam mentionem fecit Hermogenes *περὶ μεθ. δειν.* c. 12. *τὴν δὲ ἀνακεφαλαίωσιν καλοῦσιν [οἱ παλαιοὶ] ἐπάνοδον, ὡς Δημοσθένης δηλοῖ,* et quae sequuntur. Immerito autem meo sensu huiusmodi clausulas reprehendit Gorgias Apolog. Palamed. Oratt. Gr. Vol. VIII. p. 121. *εἴρηται τὰ παρ' ἐμοῦ καὶ παύομαι. τὸ γὰρ ὑπομνῆσαι τὰ διὰ μακρῶν εἰρημένα συντόμως πρὸς μὲν φαύλους δικαστὰς ἔχει λόγον, κ. τ. λ.* AMERSFOORDT.

P. 189. v. 22. *μὲν*] Abest a Parisino quinto, unde repetiit appendix Francofurtana, sed sub titulo paginae ementitae. REISK.

P. 189. v. 25. *τῇ δυνάμει*] *τῇ αὐτῇ δυνάμει* Bekker. SCHAEF.

P. 189. v. 25. *ἄρχειν*] F. *ὑπάρχειν, ἢ ἄρχεσθαι.* Sed et *ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων* est apud Isocratem et Demosthenem. WOLF. Sensu *incipiendi* rarius hoc verbum occurrit in genere activo. Quaedam tamen exempla ad h. l. dedit Erasmus. Addemus nonnulla ex Thucydide, quem frequenter imitatur Demosthenes, quod saepius animadverterunt viri docti*). L. I. 52. *ναυμαχίας οὐ διανοούμενοι ἄρχειν ἑκόντες.* 54. *πολέμου ἄρχοντες.* Ita et IV. 92. L. I. c. 81. *εἰ δόξομεν ἄρξαι μᾶλλον τῆς διαφορᾶς.* II. c. 12. *ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει.* IV. c. 73. *μάχης καὶ κινδύνου ἑκόντας ἄρξαι.* c. 87. *ἀγωνίσασθε τοῖς τε Ἕλλησιν ἄρξαι πρῶτοι ἐλευθερίας.* et in pacis formula IV. 118. *τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι ἐνιαυτόν, ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν.* AMERSFOORDT.

P. 189. v. 26. *ἡμῶν*] *ὑμῶν* Paris. primus et quintus, P. Manutius. REISK.

P. 189. v. 27. *σκοπῶμεν*] *σκοπεῖν* Paris. primus et quintus, Aug. primus, Aldus. REISK. Hoc verum puto, sic ut post *ἀδίκου* minor distinctio ponatur. Iam aliquanto concinnius sequitur *κἂν ταῦτα ποιῆτε.* SCHAEFER.

P. 189. v. 27. *τοῦ*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 189. v. 28. *τἀναντία*] *ταῦτα* Paris. quintus. REISK.

P. 189. v. 29. *ὀργισθήσεσθε*] *ὀργιεῖσθε* Paris. primus, Aug. primus, Aldus, appendix Francofurtana. REISK. Bene *ὀργιεῖσθε* Bekker. SCHAEFER.

---

*) V. Valckenarius Diatr. Euripid. p. 217. B. et Adnotatt. in Phalar. Lennep. p. XVIII. [XXI. ed. Lips.]. SCHAEFER.

P. 189. v. 30. οὐχ] Interposui de meo οὐχ. *nunc enim si minus erretis ab his decepti, postmodum iisdem non succensebitis.* REISK. Recte delevit Bekker. Negativa si requireretur, oportebat interponi μὴ, non οὐχ. Sed haudquaquam requiritur. Orator hoc vult: οὐ γὰρ ὀργιεῖσθε αὐτοῖς ὕστερον διὰ τὰ νῦν ἡμαρτημένα. SCHAEFER.

P. 189. v. 30. ἁμαρτόντες] ὑποθετικῶς, εἰ νῦν ἁμάρτοιτε πεισθέντες αὐτοῖς. WOLF. ἁμαρτάνοντες Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

Clausula in Bavarico haec est: περὶ συμμοριῶν ΗΗΗ|Ϡ|ΔΔΔΔ. (390.) Tum sequitur oratio pro Megalopolitanis, et tum oratio pro Rhodiorum libertate. REISK.

ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM ORATIONIS DE RHODIORUM LIBERTATE.

P. 190. v. 1. πόλεμον ἤραντο — Βυζάντιοι] πόλεμον πρὸς Ἀθηναίους. Lege cum Felic. πόλεμον ἤραντο πρὸς Ἀθηναίους. Nam omnino huius generis aliquod verbum deest. Alterum argumentum, quod est sine auctoris nomine, cum pene ad verbum in orationis huius enarratione exstet, nihil est, cur actum, quod aiunt, agamus. WOLF. Post Βυζάντιοι addit Paris. secundus συνεστήσαντο. Wolfius lectionem Feliciani amplectitur, πόλεμον ἤραντο πρὸς Ἀθηναίους: et eam quoque reddendam a meis operis curavi. In Lessingiano etiam inveni ἤραντο adscriptum, pone πεποιημένοι inserendum. REISK. ἤραντο Bekker. V. not. sequent. SCHAEFER.

P. 190. v. 5. Ἀθηναίων] Post h. v. addit Aldina Taylori ἐκίνησαν. REISK. Apparet ignorare nos, quid Rhetor scripserit. Excidit enim verbum: qui defectus ut suppleretur, alius ἤραντο, alius συνεστήσαντο, alius ἐκίνησαν, suumque alius alio loco addidit. SCHAEFER.

P. 190. v. 7. πιστευόμενος] πεισθεὶς Bavaricus. REISK. Videtur voluisse πιστευθείς. SCHAEFER.

P. 190. v. 7. συνεστήσατο] συνεστήσαντο, πρότερον Lutet. REISK. Manifesto pertinet ad v. 2. SCHAEFER.

P. 190. v. 8. ἀφελόμενος] Vulg. καθελόμενος. ἀφελόμενος Bavar. Aug. secundus, Felicianus. Recepi. REISK.

P. 190. v. 10. *τὴν πόλιν*] Vulg. *πόλιν. τὴν πόλιν* Bavar. et Felicianus. Recepi. REISK.

P. 190. v. 12. *τῶν Ῥοδίων*] *τῷ Ῥοδίων* appendix Francofurtana. REISK.

P. 190. v. 12. *συμφέρειν τοῖς Ἀθηναίοις*] *συμφέρει γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις* Aldina Taylori. REISK.

P. 190. v. 13. *λέγων*] Abest a Paris. secundo, Aug. secundo, Bavarico, appendice Francofurtana. REISK. Post *συμφέρειν* collocavit Bekker.: quae sedes aliquanto aptior est. SCHAEFER.

P. 190. v. 13. *ἡμᾶς Ῥόδιοι, φησὶν*] *ἡμᾶς, φησίν, Ῥόδιοι* Bekker. SCHAEFER.

Post hoc argumentum adscripta erant haec: *Ἄλλως. Συνεμάχουν Ἀθηναίοις ποτὲ* etc. quae sunt verba Ulpiani, seu quisquis est ille Scholiasta*), initio pag. 111. edit. Paris. Annotare iuvat lectiones Augustani secundi a vulgato hoc Ulpiani loco discrepantes. V. 8. itaque sic in Augustano legitur: *ἀξιῶν ὑπὲρ ἐλευθερίας Δημοσθένης.* v. 10. *δήμῳ τῶν Ῥοδίων. εἰ δέ τις ἄλλως.* v. 16. verba *μάλιστα γὰρ — τοίνυν* absunt. Deinde dat Aug. secundus: *χαλεπὸς οὖν ὁ λόγος.* v. 19. *ὑπὲρ ἀνδρῶν.* v. 24. *δοκεῖ γὰρ οὐ μικρὸν.* v. 26. *εὐπόρων. πρὸς ἑκάτερον οὖν τούτων*, caeteris omissis. v. 32. *τῶν Ἑλλήνων, διότι πάντες εἰς αὐτοὺς ἀποβλέψουσιν.* v. 36. *ποιήσειαν.* v. 43. *οὐδὲ περιορᾷν δέοι.* v. 44. in v. *Ἑλλήνων* desinit argumentum, cuius velut appendix est. v. 47. *ἔχει.* v. 49. *ὥστ' αὐτὸ.* ibid. *δύο.* REISK.

ANNOTATIONES AD ORATIONEM DE RHODIORUM LIBERTATE.

P. 190. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ—ΛΟΓΟΣ*] *ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΡΟΔΙΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ* Bekker. SCHAEFER.

P. 190. v. 1. *Οἴομαι*] *Οἶμαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 190. v. 1. *μὲν*] De meo addidi ob insequens *δὲ* v. 5. REISK. Recte delevit Bekker. Neque enim *δὲ* illud ad antecedentia sic refertur, ut *μὲν* praegredi satius sit. SCHAEFER.

P. 190. v. 1. *ὑμᾶς*] Vulg. *ἡμᾶς. ὑμᾶς* Aug. primus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 190. v. 5. *οὐδεπώποτε*] *οὐδέποτε* Paris. quintus. REISK.

P. 190. v. 5. *χαλεπὸν τὸ διδάξαι*] Vulg. *χαλεπὸν διδάξαι. χα-*

*) Conf. Casaubonus ad Theophr. Charact. p. 95. ed. Fischer. SCHAEF.

λεπὸν τὸ διδάξαι Paris. primus, Aug. primus. χαλεπόν τε διδάξαι Aldina Taylori. Articulum addidi ob insequens τὸ πεῖσαι p. 191, 2. REISK.

P. 191. v. 1. ὡς] οὐ Bavaricus. Forte sic voluit dare: — ὑμᾶς. οὔ. ut hoc οὔ peculiare veluti colon constituat. *Non duxi unquam difficile vos verum docere. Non.* ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν —. *Nam* —. REISK.

P. 191. v. 1. ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν] Alias ὡς ἔπος εἰπεῖν eodem sensu. WOLF.

P. 191. v. 1. ἁπλῶς εἰπεῖν] Vulg. εἰπεῖν ἁπλῶς. Invertit Aug. primus. REISK. εἰπεῖν ἁπλῶς Bekker. SCHAEFER.

P. 191. v. 1. ἐγνωκότες ὑπάρχειν] ὑπάρχειν ἐγνωκότες Bekker. SCHAEFER.

P. 191. v. 2. πεῖσαι πράττειν] Vulg. πράττειν πεῖσαι. Invertit rursus Aug. primus, quem ordinem praetuli. REISK. πράττειν πεῖσαι Bekker. Assentior Reiskio. SCHAEFER.

P. 191. v. 3. τότε] Addunt Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. Addidi. REISK.

P. 191. v. 3. τοσοῦτον] Cod. Bekk. ἴσον: quod cum aliquanto reconditius sit, videndum ne Orator dederit. Euripides Ion. 1362. Matth. ἴσον γάρ σ' ὡς τεκοῦσ' ἀσπάζομαι. pro quo ἴσον ἅτε idem Herc. Fur. 655. Incertus scriptor in Eryxia c. 29. καταμαθὼν δ' αὐτὸν ἐγὼ ὅτι ἴσον εἴη πεῖσαι, ὅπερ ἄν, τὸ λεγόμενον, λίθον ἑψῆσαι. ut locus interpungendus. *) Structuram vulgarem et hanc reconditiorem iungens Sophocles Electr. 532. s. Br. οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ λύπης, ὅτ' ἔσπειρ', ὥσπερ ἡ τίκτουσ' ἐγώ. ad quem locum haec scripsi: „Constructio satis insolens. Ex regula scripturus erat: ἐμοὶ τῇ τικτούσῃ." Vere haec scripta etiamnunc reor, parumque intelligo, cur Hermanno visa sint correctionis egere: voluisse enim virum clarissimum corrigere arguit quà primà utitur censoria vocula „Immo". Sed quo melius intelligas constructionis insolentiam, poëticam enuntiationem resolve in prosaicam: οὐκ ἴσον καμὼν ἐν τῷ σπείρειν, ὥσπερ ἐγὼ ἐν τῷ τίκτειν. Haec de syntactica loci ratione, quam in nota citata solam spectavi. Sin locum rimeris penitius, insolentiae syntacticae causam facile perspicias. Cum enim sensus

*) Tria haec loca, quae in schedis dudum notata habueram, petii ex Anglica editione Thesauri Stephanici, ubi, ut omnia mea, instar farraginis profusa leguntur. Rudis indigestaeque molis culpam aequi lectores nec mihi imputabunt, qui proprios in usus, ut fors ferebat, coacervaverim, nec Thesauri editoribus, quos redemtoris rationes coëgerint ita festinare, ut digerendi laborem suscipere non possent. Ceterum legantur quae a me ad Noehdenium, virum optimum, pluribus abhinc annis scripta et ab hoc cum Valpyo communicata vulgavit *the Advertisement to No. IX. of Stephens' Greek Thesaurus* p. 3. col. 2. SCHAEFER.

perfectus absolutusque sit verbis οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ λύπης, additum ὅτ' ἔσπειρ' coëgit poëtam τῷ σπείροντι opponere τὴν τίκτουσαν: quod fecit structurà verborum σολοικοφανεῖ illà quidem sed haudquaquam soloecà. Idem studium oppositionis fecit, ut Euripides πλεοναστικῶς locutus videatur Androm. 702. s. Matth. ἡ στεῖρος οὖσα μόσχος οὐκ ἀνέξεται τίκτοντας ἄλλους, οὐκ ἔχουσ' αὐτὴ τέκνα. ubi cum antecedens στεῖρος οὖσα μόσχος sensum absolvat, tamen quod sequitur τίκτοντας ἄλλους poëtam movit, ut ἐναργείας χάριν adderet οὐκ ἔχουσ' αὐτὴ τέκνα. SCHAEFER.

P. 191. v. 3. ὅσονπερ] Vulg. ὅσον. ὅσονπερ Aug. primus, Aldina Taylori, quod praetuli. REISK.

P. 191. v. 5. ἓν] ἐξ Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 191. v. 5. νομίζω δεῖν] Post νομίζω addit Aug. primus δεῖν, item Aldina Taylori. Perspicuitatis ergo consultum fuerit post δεῖν comma poni et ad δεῖν subaudiri aut γίγνεσθαι aut ποιεῖν. *Eorum, quae ego arbitror fieri oportere, unum hoc est,* χάριν [id est τὸ χάριν] —, *ut diis gratiam referatis.* REISK. Additum δεῖν vide quantopere turbaverit Reiskium. Recte Bekkerus delevit. SCHAEFER.

P. 191. v. 6. ὀφείλειν, ὁρῶντας, τοὺς διὰ —] Vulg. ὀφείλειν, τὸ τοὺς διὰ —. ὀφείλειν ὁρῶντας τούτους διὰ — Paris. prim., Aug. primus, Ald. Taylori, quae etiam aliam exhibet lectionem, scilic. ὀφείλειν τῷ τοὺς διὰ —. Praemisso δεῖν conveniret utique melius ἀποδιδόναι. REISK. ὀφείλειν, τὸ τοὺς διὰ — Bekker. Vere. Sic locus fit concinnus facillimusque intellectu. Passim Reiskius auscultavit oraculo Augustano, ubi alios libros audire debebat. SCHAEFER.

P. 191. v. 6. ὑμῖν] Post ὑμῖν addit Aug. primus μὲν, et post νῦν v. 7. addit idem δ'. Easdem Aldina Taylori quoque lectiones exhibet. Quod si admittatur, pro ἔχειν legendum sit ἔχοντας. Sed praestat vulgata. REISK.

P. 191. v. 7. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. secundus. REISK.

P. 191. v. 7. τῆς αὐτῶν σωτηρίας] Pro ἑαυτῶν. *suae salutis.* WOLF. Notae Wolfii praefixum est τ. α ὐ τῶν σ. SCHAEFER.

P. 191. v. 9. ὑπὲρ] περὶ Paris. primus, Aug. primus, Ald. Taylori. Utrumque dat Bavaricus. REISK. περὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 191. v. 9. τὰς παρὰ τῶν διαβαλλόντων] τὰς παραβαλλόντων Aug. secundus. REISK.

P. 191. v. 10. βλασφημίας] *convicia, maledicta.* Nam quod Suidas βλάσφημος ὁ εἰς θεὸν ἐξυβρίζων, id est, *blasphemum esse, qui probra in deum congerat*, exponit, id non Demosthenicum, sed theologicum est. Fortasse fit ἀπὸ τοῦ βλάσκειν, quod Hesychio est λέγειν, καπνίζειν, ut sit βλάσφημος ὁ βλάσκων τὴν φήμην, qui famam alterius incessit, infuscat et denigrat: aut quasi βλάπτων τὴν φήμην, qui famae nocet. WOLF.

P. 191. v. 11. ἀπολύσασθαι] V. not. ad p. 99, 2. et Wyttenbachii Epistol. Critic. p. 275. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 191. v. 11. ἡμᾶς] ὑμᾶς Paris. primus. REISK.

P. 191. v. 11. αὐτοῖς] αὑτοῖς Reisk. αὐτοῖς Bekker. SCHAEF.

P. 191. v. 13. τὸν τελευταῖον τουτονὶ] τουτονὶ τὸν τελευταῖον Aug. primus. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 191. v. 13. πρυτανεύσας] Citat h. l. Harpocrat. v. πρυτανεύοντα et Scholiastes Aristophanis ad Acharn. versum 60. REISK. V. Ind. Graecit. s. v. SCHAEFER.

P. 191. v. 16. ἀφῃρημένος] ἀφῃρημένοις P. Manutius. REISK.

P. 191. v. 17. ἀτυχήμασιν] Pro ἀτυχήμασιν in nostro ἀτυχήσασιν erat. OBSOP. ἀτυχήμασιν malo quam ἀτυχήσασιν, etsi oligarchici felices videbantur. Sed fit hic mentio τοῦ δήμου τῶν Ῥοδίων. WOLF. ἀτυχήσασιν Paris. primus, Aug. primus, Bavaricus, Aldina Tayləri, codex Obsopoei, index P. Manutii, appendix Francofurtana. Wolfius vulgatam se praeferre ait. REISK. Iure praetulit. Democraticus orator oligarchicos illos non numerat in genuinis Rhodiis. SCHAEFER.

P. 191. v. 20. αὐτοῖς] αὐτῶν Aug. secundus, index Aldi, index P. Manutii. REISK.

P. 191. v. 20. αἴτιοι] L. αἴτιοι γεγενημένοι. Hoc participium et sententia, et compositio, et priora duo, ἀφῃρημένος, βεβοηθηκότες, requirunt: ne tertium membrum sit mutilum et κακόφωνον. WOLF. Haec Wolfius sic scripsit, ut Porsonum legere tibi videaris. Atque in Isocrate si versaremur, quis dubitaret viro optimo assentiri? Demosthenes an membra concinnitate tam accurata exaequare studuerit, nonnihil ambigas: aliquanto studiosius enim τὰ σχήματα τῆς διανοίας quam τῆς λέξεως sectatus est. Ceterum hoc quoque structurae minus concinnae exemplum *) adde iis, quae congessi ad Porsoni Hecub. p. 58. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 191. v. 21. τοὺς πολλοὺς] Id est, τοὺς δήμους, τοὺς δημοκρατουμένους, multitudinem liberam. WOLF.

P. 191. v. 22. οὗ μεῖζον —, ἢ —] Adverte comparativum eadem in periodo dupliciter structum, quippe iunctum et genitivo οὗ et particulae ἤ: quod est ex idiomatis graecae syntaxis. Nostro loco simillimus Platonis de Legg. V. 9. p. 176. Ast. (p. 738. H. Steph.) οὗ μεῖζον οὐδὲν πόλει ἀγαθὸν, ἢ γνωρίμους αὐτοὺς αὐτοῖς εἶναι. V. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 183., ubi in citando Demosthene erravit: quem autem Oratoris locum in mente habuit, is aliter scriptus legitur p. 43, 8. Summa opus est accuratione in citandis veterum scriptorum locis: qua nisi utare, parum prospicias commodis discentium. Novi virum doctissimum

*) Alia vide in not. ad p. 125, 8. SCHAEFER.

summmoque iure numeratum in Philologorum signiferis, cuius paginam vix unam legas, quin cogaris talibus in tricis incredibili cum taedio nec parvâ temporis iacturâ morari. Verissima vox Wyttenbachii, litterularum nostrarum studiosos decere τὸ ἀκριβοῦν, dedecere τὸ ἐμεῖν. SCHAEFER.

P. 191. v. 23. οὐδὲν ἂν ὑμῖν] ἂν ὑμῖν οὐδὲν Aug. primus. REISK.

P. 191. v. 25. ἀνυπόπτου τυχεῖν εὐνοίας] S. τοῦ ἐπιβουλεύειν αὐτοῖς ἡμᾶς. ut nobis et bene cupiant, et nos suae libertati insidiari minime suspicentur omnique tyrannidis suspicione liberent. WOLF. ἀνύποπτος h. l. active dicitur. V. not. ad Euripid. Hecub. 1117. Pors. SCHAEFER.

P. 191. v. 25. θαυμάζω δ', ὅτι —] Perstringit oratores, ut qui sibi parum constent. WOLF.

P. 191. v. 26. τἀναντία πράττειν] ἐναντιοῦσθαι. SCHAEFER.

P. 191. v. 27. φοβουμένους] φοβούμενον appendix Francofurtana. REISK.

P. 191. v. 27. αὐτὸν] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 192. v. 1. ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ ἐκείνου μεμερισμένους] Id est μέρος ὄντας τῆς ἐκείνου ἀρχῆς. REISK. Add. Ind. Graecit. p. 337. SCHAEFER.

P. 192. v. 1. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 192. v. 2. περὶ] ὑπὲρ Aug. primus, Paris. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 192. v. 3. παρελθὼν ἐγὼ πρῶτος κ. τ. λ.] V. p. 189, 22. SCHAEFER.

P. 192. v. 3. ἐγὼ πρῶτος] Invertit Bavaricus. REISK. Item Bekker. SCHAEFER.

P. 192. v. 3. παρῄνεσα] Post h. v. cum Bekkero interpungendum commatis signo: arctissime enim iungitur sequentibus. Ubi ne quem fallat constructio parum accommoda verbo παρῄνεσα, ut quod poscat sibi iungi infinitivum, non ὅτι cum verbo finito, attendat membrum continuo sequens, οἶμαι δὲ — εἰπεῖν, quod cum periodo syntactice coalitum, non παρενθέτως intersertum, causa fuit, cur Orator praemissi παρῄνεσα oblitus videatur. Quod si periodus illo membro careret, haec scripta legeremus: — παρῄνεσα τὴν πρόφασιν — ποιεῖσθαι, ἀλλὰ παρασκευάζεσθαι μὲν —, ἀμύνεσθαι δὲ —. SCHAEFER.

P. 192. v. 3. μόνος ἢ δεύτερος] *solum aut summum unius de ceteris oratoribus assensionem nactum.* Anecd. Bekk. p. 8?, 14. Δεύτερον: ἀντὶ τοῦ μεθ' ἑτέρου. Ut autem hic μόνος ἢ δεύτερος, sic δεύτερος ἢ τρίτος in Diodoro Sic. T. IX. p. 408. Bip., pro quo δεύτερος καὶ τρίτος eandem rem narrans Polybius T. IV. p. 353. Schw. Alia e schedis meis exprompta v. in Hermanni Adnott. ad Viger. p. 721., quibus adde Demosthenicum p. 261, 3. SCHAEF.

P. 192. v. 5. εἰπεῖν] Facit id in oratione superiori de collegiis. V. v. 11. REISK.

P. 192. v. 5. εἰ [τὴν] πρόφασιν τῆς παρασκευῆς κ. τ. λ.] Confer huc locum praecedentis orationis: Quod si alia copiarum esset ratio, qua ulcisci liceret barbarum, alia, qua Graecos, fortasse palam fieret, nos adversus eum instrui, etc. Nam ibi vult instructionem ita fieri, ut de oppugnando Persa, foedere intercedente, cogitare nihil videantur. WOLF.

P. 192. v. 5. [τὴν]] Abest ab edit. P. Manutii. Articulum ut tollendum uncis inclusi. REISK. Uncos Bekkerus recte amovit. Vere Fischerus ad Weller. I. p. 320.: „Non raro et subiectis et praedicatis enuntiationum articulus additus invenitur.“ Compara p. 393, 26. ξένια δ' ἦν [ἡ] πρόφασις, ut etiam Bekkerus edidit. Hic quoque uncos censerem amovendos, nisi aliud Orator scripsisse videretur. Assentior enim Dobreeo, viro egregio, ad Aristophan. Plut. 314. (Commentar. in Aristophan. VII. 1. p. 95.) haec notanti: „Lege ex optimo Paris. 2934. a prima manu, ξένια δὴ πρόφασιν.“ quod quantum praestet vulgatae scripturae, quid attinet moneri? Valckenarius ad Euripid. Hippol. 948. p. 285. ed. Dind.: „Indignantis inservit ironiae veteribus usitatissimum illud δή.“ SCHAEFER.

P. 192. v. 6. ἐκεῖνον] ἐκείνου corrector Lessingianus. REISK.

P. 192. v. 6. ποιοῖσθε] ποιεῖσθε Paris. quintus, Aug. primus. Forte voluerunt aut ποιῆσθε aut ἐποιεῖσθε dare. REISK. Hoc nemo credet. SCHAEFER.

P. 192. v. 7. τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθροὺς] ὑπάρχοντες ἐχθροὶ et ὁμολογοῦντες ἐχθροὶ sunt haud dubii hostes: quorum odia non provocanda, sed vindicanda sunt. WOLF.

P. 192. v. 8. ἐὰν] ἂν Paris. primus. REISK.

P. 192. v. 8. ἀδικεῖν ἐπιχειρῇ] Invertit. Aug. primus. REISK.

P. 192. v. 8. καὶ οὐκ ἐγὼ μὲν κ. τ. λ.] Id est: Non ego modo haec dixi, sed vobis et placuit et probata mea fuit oratio. vel: Quemadmodum haec ego dixi, sic vos probastis. WOLF. Schema orationis Oratori in primis dilectum. Celebratissimum eius exemplum est p. 288, 8. SCHAEFER.

P. 192. v. 8. ταῦτα εἶπον] εἶπον ταῦθ' Aug. primus. REISK. εἶπον ταῦτα Bekker. Praestat hic ordo. V. p. 288, 8. SCHAEFER.

P. 192. v. 11. ἀκόλουθος] ἀκόλουθος substantivum puerum pedissequum significat: θεράπων, servus, qui domini corpus tuetur. ἀκόλουθος adiectivum ὅμοιον, similem, consentaneum. ἀκολουθῆσαι, ὁμοίως διαπράξασθαι, rem eodem modo gerere: ἕπεσθαι, sequi: ἐνέχεσθαι, in aliqua re contineri et inesse. ἀκόλουθον ἀπέβη τὸ τέλος ταῖς προτέραις ἐνεργείαις, consentaneus fuit exitus prioribus actionibus. et Polybius: βουλόμενος ἀκόλουθον εἶναι τοῖς ἔργοις τὴν διὰ τῶν λόγων ἐπαγγελίαν, ut res

ipsae verborum pollicitationi responderent. Ex Hesychio et Suida. ἀνακόλουθον, τὸ μαχόμενον, dissentaneum. WOLF.

P. 192. v. 11. ὁ νῦν λόγος] Vulg. λόγος. ὁ νῦν λόγος Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. Addidi ὁ νῦν. REISK.

P. 192. v. 12. αὐτὸν] αὐτῷ appendix Francofurtana. παρ' αὐτὸν non pravum est, attamen usitatius est παρ' αὐτῷ. REISK.

P. 192. v. 13. παραινέσαιμι] παραινέσαι Aldus. Sed annotatores Weimaranus et Tayloranus correxerunt ad vulgatae modum, item Lessingianus. REISK.

P. 192. v. 13. ἑαυτοῦ] αὑτοῦ cum aspero Paris. primus. αὐτοῦ cum leni Bavaricus. REISK.

P. 192. v. 15. ἐναντιῶται] ἐναντιοῦται Aug. primus. REISK.

P. 192. v. 16. τούτων μηδ' ἀντιποιεῖσθαι τὴν ἀρχὴν] His verbis probare vult, non consentaneum esse, regem Persarum Rhodiorum magistratuum defensionem suscepturum. WOLF. Multum fallitur: longe diversa enim vis est argumentationis Demosthenicae. Orator hoc dicit: Ut regi forem auctor, sua ut defendat adversus Graecos, abstineat alienis, sic vobis suadeo, vestra ut defendatis adversus barbaros, abstineatis alienis. Iam ad vos pertinet Rhodus, videlicet δημοκρατουμένη: ut hic eius status adversus barbaros τοῖς ὀλιγάρχαις faventes tutandus sit. Itaque nihil nunc suadeo, quod priori orationi adversetur. SCHAEFER.

P. 192. v. 18. ἢ καὶ] Vulg. καὶ. ἢ Paris. primus, Aug. primus. Addidi ἢ, duo istaec ἢ καὶ inter se copulans, libris seorsim aliis illud, aliis hoc administrantibus. Reperi tamen postmodum in Aldina Taylori quoque tanquam e codice msto annotatum ἢ καὶ. REISK. ἢ solum Bekker. Et facile caremus altera particula. SCHAEFER.

P. 192. v. 18. τινας τῶν ἐν ταῖς πόλεσι] quarundam civitatum magistratus. WOLF. Omnino τοὺς δυνατωτέρους, ut Libanius in Argum., intelligit. SCHAEFER.

P. 192. v. 21. γε] Omittit Cod. Bekk., malimque deleri. SCHAEFER.

P. 192. v. 21. πάσχειν] πάσχων Paris. quintus. παράσχειν (sic) Aug. secundus. REISK.

P. 192. v. 22. ὁτιοῦν ἂν] ἂν abest ab Aug. primo. Eius loco dare fertur οὖν Paris. primus, de quo dubito. REISK. ἂν omisit Bekker. Recte, ut puto: ut ereptus sit hic locus disputationi Bremianae in not. ad p. 117, 10. Sed etiamsi particulam teneas mordicus, tamen nihil quicquam vir egregius profecerit. Tantum enim abest, ut additum ἂν, quod illi placuit, significationem pronominis mitiget neque urgendam esse indicet, ut vim eius adeo augeat. Nimirum ὁτιοῦν ἂν, seu malis ὅ τι ἂν οὖν (ut habet

Cod. Bekk., sed ἂν punctis notato), plene est ὁτιοῦν ἂν (ὅ τι ἂν οὖν) ᾖ, *quicquid tandem sit.* *) SCHAEFER.

P. 192. v. 22. ἧττον] Subaudi τοσούτῳ, *hoc minus*, ob insequens ὅσῳ: quamquam additum utique planius foret. REISK. Non opus addi. Quid quod ne subaudiri quidem opus? Saepissime enim antecedentia per sequentia ita definiuntur, ut, quid ad sensum illorum absolvendum requiratur, statim appareat. Conf. Ind. Graec. ad Porsoni Hecub. p. 111. b. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 192. v. 22. τούτων] τούτου. Scilicet τοῦ πολεμεῖν. WOLF. Vulg. τούτου. τούτων Aug. primus et secundus. Praetuli τούτων. REISK. Recte τούτων, scilicet τοῦ πολεμεῖν καὶ τοῦ πάσχειν ὁτιοῦν. SCHAEFER.

P. 192. v. 23. μᾶλλον ἂν] Invertunt Aug. primus et Bavar. REISK. Recte ἂν μᾶλλον Bekker. SCHAEFER.

P. 192. v. 23. ἐγνωκότες ἦτε ταῦτα] *statueritis haec*, scilicet ὅτι ὑπὲρ τῶν δικαίων πολεμεῖν χρή, ius bello tuendum. WOLF.

P. 192. v. 23. προσήκει] Omisit Aug. primus. REISK.

P. 192. v. 25. ὅτι δ' οὐδὲν — κελεύων] ὅτι δ' οὐδὲν οὔτ' ἐκεῖνον ἀδικεῖν ἐγὼ λέγω νῦν κελεύων Aug. primus, Fabricio seu Wolfio non probante. Possit tamen ea lectio probari sic reformata: ὅτι δ' οὐδὲν καινὸν οὔτ' ἐκεῖνον ἀδικεῖν ἐγὼ λέγω κελεύων καὶ Ῥοδίους ἐλευθεροῦν. *me tamen nil suadere novum atque insolens, cum auctor vobis sim, ut neque bello regem Persarum iniuria lacessatis et Rhodios liberetis* — . REISK. Satis operose, sed incassum. Adde quod sic oporteret scribi μήτ' ἐκεῖνον ἀδικεῖν —. Ceterum ne mireris positum ὅτι, cum non sequatur nec διδάξω, nec δείξω, nec similis aliud verbum significationis, memento in verbo ὑπομνήσω, ad quod haec particula refertur, latere notionem docendi. SCHAEFER.

P. 192 v. 26. ἂν] εἰ Paris. quintus, Aug. primus. REISK.

P. 192. v. 26. πεισθῆτε] πεισθείητε Paris. quintus, Bavar. Et hoc dare sine dubio voluit quoque appendix Francofurtana,

---

*) Eodem modo Matthiae Gramm. Gr. p. 670. explicat Thucydidis VII. 7. ὅπως στρατιὰ ἔτι περαιωθῇ τρόπῳ ᾧ ἂν, ἐν ὁλκάσιν ἢ πλοίοις ἢ ἄλλως, ὅπως ἂν προχωρῇ: ut τρόπῳ ᾧ ἂν sit i. q. ὅστις ἂν ᾖ ὁ τρόπος, *quocunque tandem modo.* Mihi quidem magis placet Haackii ratio iungentis τρόπῳ ᾧ ἂν προχωρῇ. Sed ita structura loci fit impeditior: praetereaque, quod aliquanto gravius est, mireris scriptorem, alias parcissimum verborum, in re satis manifesta nec multis egente verbis repente factum loquaculum. Adde quod unus Codd. Bekk. ὅπως post ἄλλως omittit. Quae dum reputo, suspicor Historicum non scripsisse nisi haec, ὅ. σ. ἔ. π. τρόπῳ ᾧ ἂν προχωρῇ, cetera, ἐν ὁλκάσιν ἢ πλοίοις ἢ ἄλλως, margini olim adscripta per socordiam librariorum in textum irrepsisse. SCHAEFER.

tametsi operae vitiosum exhibuerunt ἂν ἀπειθείητέ μοι. Aldina Taylori dat εἰ πεισθείητ' ἐμοί. REISK.

P. 192. v. 27. τῶν γεγενημένων — ὑπομνήσω] Citant Anecd. Bekk. p. 176, 21. SCHAEFER.

P. 192. v. 27. τι] Omittunt Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 192. v. 27. [τῶν]] Abest a Paris. primo et quinto, ab Aug. primo, a Bavarico. Articulum tolli velim: non enim diversa sunt τὰ γεγενημένα et τὰ συνενηνοχότα, sed eadem. *in memoriam vobis unum aliquid eorum revocabo, quae facta* [cum gesta et peracta essent] *vobis profuerunt.* REISK. Omisit Bekker. Neque habent Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 192. v. 27. συνενηνοχότων] συμφέρειν alias *conferre*, id est, *prodesse*, quod ea ferat, quibus iuvemur. συμφορὰ casum significat, saepius adversum, nonnunquam tamen eventum simpliciter, sicut et τύχη. Possis igitur hic τὰ συνενηνοχότα ἀντὶ τῶν συμβάντων, pro his, quae evenerunt, interpretari. Melius tamen est, ut ἀντὶ τῶν ὠφεληκότων, pro his, quae profuerunt, accipias. WOLF. γρ. συνενεγκόντων Paris. secundus. Utrumque dat Bavaricus, istud in texto, hoc in margine cum γρ. REISK. Posterior Wolfii interpretatio non melior est, sed unice probanda. V. p. 194, 28. 197, 21. 24. SCHAEFER.

P. 193. v. 1. Ἀριοβαρζάνῃ] Citat h. l. Harpocrat. v. Ἀριοβαρζάνης. REISK.

P. 193. v. 1. προσγράψαντες] προγράψαντες Aldus. REISK.

P. 193. v. 1. μὴ — βασιλέα] Sunt verba ipsius psephismatis: id quod Bekkerus uncinulis indicavit. SCHAEFER.

P. 193. v. 2. βασιλέα] τὸν βασιλέα Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 193. v. 2. μὲν] Omittit Aug. primus. REISK.

P. 193. v. 3. τοῦ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 193. v. 5. Κυπροθέμιδος] Citat h. l. Harpocrat. v. Κυπρόθεμις. REISK.

P. 193. v. 6. τῷ μὲν] Ariobarzani puta. REISK.

P. 193. v. 6. τῷ μὲν ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν] Est graeca negationis geminatio vehementius negans. *minime committendum censuit, ut Ariobarzanem adiuvaret.* Huius et in Aristocratea fit mentio, quem Ulpianus Persicum satrapam fuisse scribit. Alius est ille Ἀριοβαρζάνης ὁ εὐσεβὴς καὶ φιλορώμαιος βασιλεὺς τῶν Καππαδοκῶν, a Cicerone defensus. WOLF.

P. 193. v. 6. μὴ] Omittunt Paris. primus, Aug. primus, Aldus, P. Manutius, appendix Francofurtana. REISK. Particula recte additur, nec vi sua caret. Verte: *consilio priore abiecto censuit non opitulandum.* Sic Herodotus VII. 12. μετὰ δὴ βουλεύεαι — στράτευμα μὴ ἄγειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Interpres: *Mutas*

tu igitur — tuum consilium, nec ducturus es exercitum in Graeciam. Ibi etiam nonnulli libri carent particula. SCHAEFER.

P. 193. v. 7. βοηθήσας] Vulg. πολεμήσας, subaudi Cyprothemidi. βοηθήσας Paris. primus, Aug. primus, Aldus, P. Manutius, edit. Wolfii. Vulgatam tamen dat index Pauli et appendix Francofurtana. Praetuli βοηθήσας, Samiis puta. *opitulatus Samiis eos in libertatem vindicavit.* REISK. Praefero πολεμήσας ut accommodatius alteri participio. *illam obsidendo oppugnandoque in libertatem vindicavit.* Conf. Diodor. Sic. XII. c. 37. προσκαθήμενος τῇ πόλει — συνεχεῖς προσβολὰς ἐποιεῖτο. βοηθήσας ut scriberetur, in causa, puto, fuit antegressum βοηθεῖν. SCHAEF.

P. 193. v. 7. τῆς τήμερον ἡμέρας] Plenae locutionis exemplum frustra quaeras in Bosiano libro p. 176. SCHAEFER.

P. 193. v. 8. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. primus. REISK.

P. 193. v. 8. οὐ γὰρ ὁμοίως οὐδεὶς κ. τ. λ.] Citat h. l. Stobaeus p. 364, 27. REISK.

P. 193. v. 9. [ὑπὲρ]] Abest a Paris. primo et Aug. primo et a Stobaeo l. c. REISK. Omisit Bekker. neque opus addi. V. Ind. ad Poët. Gnom. p. 367. SCHAEFER.

P. 193. v. 9. ἑαυτοῦ] Pro ἑαυτῶν lege ἑαυτοῦ. WOLF.

P. 193. v. 10. ὑπὲρ μὲν ὧν ἐλαττοῦνται] ὑπὲρ ὧν ἂν ἐλαττῶνται Stobaeus l. c. REISK. Recte habet positus particularum ὑπὲρ μὲν ὧν —, ὑπὲρ δὲ τοῦ —: ne de transponendis in tertiam sedem cogites. V. Reiz. de Accent. Inclinat. p. 13. inprimisque p. 69. s. Sed quod in not. ad p. 150, 28. tetigi Hermogenis ἀπὸ γὰρ οὗ est ex inusitatioribus. Ceterum hic quoque locus adversatur Bremianae disputationi ad p. 10, 17.: nam ὑπὲρ ὧν ἐλαττοῦνται quid est aliud quam ὑπὲρ τῶν ἐλαττωμάτων? SCHAEFER.

P. 193. v. 10. μέχρι τοῦ δυνατοῦ] *quantum possunt, pro viribus.* SCHAEFER.

P. 193. v. 10. πολεμοῦσιν] πολεμήσουσιν Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 193. v. 11. ὑπὲρ — τοῦ πλεονεκτεῖν] *pro amplificando imperio.* WOLF.

P. 193. v. 13. αὐτοῖς] Omittunt Paris. secundus et tertius, Aug. secundus, Bavaricus, appendix Francofurtana. αὑτοῖς cum aspero dat Aldus et Felicianus. Stobaeus l. c. dat αὐτοὺς, non male. Ac praeferam equidem αὐτοὺς in accusativo: ut alter accusativus, τοὺς ἐναντιωθέντας [subaudi ἑαυτοῖς], indicet agentem, h. e. a quo iniuria proveniat, alter, scilicet αὐτοὺς, patientem, h. e. eum, cui iniuria offeratur, quasi si hunc ad modum dixisset: ἡγοῦνται ἑαυτοὺς οὐδὲν ἠδικῆσθαι ὑπὸ τῶν ἐναντιωθέντων. REISK. Vix placeat talis concursus duorum accusativorum, quorum alter altrorsus refertur. SCHAEFER.

P. 193. v. 13. οὐδ'] Abest ab Aug. secundo. REISK.

P. 193. v. 13. ἂν ἐναντιωθῆναί] Pro ἐναντιωθήσεσθαι. Sic paulo post ἂν πειραθῆναι ἀντὶ τοῦ πειράσεσθαι. WOLF. Sic etiamnunc vulgo explicant: minus recte. Tam haec enuntiatio, quam illa paulo post sequens conditionalis est, conditioque hic continetur participio οὔσης, infra participio πράττοντος. Ambas resolve in orationem rectam: *Artemisia ne repugnatura quidem esset, si urbs expeditionem susciperet: operam summo studio datura esset, si res in Aegypto regi succederent.* V. ipsum Wolfium ad v. 17. SCHAEFER.

P. 193. v. 13. ἂν ἐναντιωθῆναί] Ad ἐναντιωθῆναι addunt libri complures ἂν, alii praefigentes, alii subiungentes. Praefigunt Aug. primus, appendix Francofurtana, Weimaranus, P. Manutius. Postponunt Paris. primus et secundus. REISK.

P. 193. v. 15. Ἀρτεμισία] Citat h. l. Harpocrat. v. Ἀρτεμεσία. REISK.

P. 193. v. 15. τῆς πόλεως οὔσης ἐπὶ τῶν πραγμάτων] ἐπὶ τῶν πραγμάτων εἶναι, *in rebus esse*, id est, ἀντιλαβέσθαι τῶν πραγμάτων, *rerum curam suscepisse.* WOLF. Plene: τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας οὔσης ἐπὶ τῶν πραγμάτων τούτων, *civitate nostra rebus hisce* (Rhodiis nimirum) *sese ingerente.* REISK. Add. Ind. Graecit. p. 416. SCHAEFER.

P. 193. v. 16. ἐγὼ] Abest ab Aug. primo et Paris. primo. REISK.

P. 193. v. 17. καὶ] Abest ab Aug. primo. REISK.

P. 193. v. 17. πράττοντος — βασιλέως] ὑποθετικῶς accipiendum: *si regi, quae molitur, ex animi sententia succederent.* Sequitur adversativa: πράττοντος δ', ὡς λέγεται, καὶ διημαρτηκότος οἷς ἐπεχείρησεν, *cum vero ita, uti fertur, cum eo agatur, eiusque conatus sint irriti.* Vide Panegyricum Isocratis. WOLF.

P. 193. v. 18. ὡς] Vulg. ὅσ'. ὡς Bavar. Aug. secundus. In appendice Francofurtana haec leguntur: „Alii pro ὡς habent ὅσσ', pro quo alii ὅσα leg. putant." Praetuli ὡς. *rege Persarum in Aegypto res omnes ex animi sui sententia gerente.* REISK. Quae sequitur oppositio v. 23., ὡς λέγεται, videtur Reiskium movisse, ut ὡς praeferret. Ego praefero ὅσ' propter antecedens πάνθ'. πράττοντος h. l. dicitur μεταβατικῶς, infra ἀμεταβάτως. Nec quenquam offendet ὥρμηκε iunctum accusativo. In Exord. p. 1421, 25. ἐὰν μὲν ὀρθότερον φανῇ τις λέγων ὧν ὑμεῖς ὡρμήκατε. Ceterum satis frequentem esse confusionem vocum ὅσα et ὡς monui in not. ad Gregor. Corinth. p. 184. SCHAEFER.

P. 193. v. 21. ἐκείνου] ἐκείνους Paris. primus. REISK.

P. 193. v. 22. αὐτὸν] γρ. αὑτὸν (cum aspero) Paris. primus. REISK.

P. 193. v. 22. ἀποδέχοιτο] ἀποδέχηται Paris. primus, Aug.

primus. REISK. Cum omnia haec sint hypothetica, praeferendus optativus. SCHAEFER.

P. 193. v. 25. *ὅπερ ἐστὶν*] *ut res vere se habet*. SCHAEFER.

P. 193. v. 25. *ἐστὶν*] *ἔστιν* Bekker. SCHAEFER.

P. 193. v. 26. *ἂν εἶναι*] Vulg. *εἶναι. ἂν* addunt Paris. primus, Aug. primus. Addidi particulam. REISK. Dubium mihi, addenda sit an delenda. Si deleas, infinitivus intelligendus *καταφατικῶς*: et sane omnia haec sunt *καταφατικά*: sin addas, enuntiatio est hypothetica, oportetque subaudiri *εἰ ἡ νῆσος φρουροῖτο ὑπὸ Περσῶν*. Diverso modo interpretatur hoc *ἂν* Bremius in not. ad p. 117, 10., cuius rationem, quantumvis velim homini tam sagaci tamque docto assentiri, probare non possum. SCHAEF.

P. 193. v. 26. *χρησίμην*] Rarius, sed probum: frequentius *χρήσιμον*. SCHAEFER.

P. 193. v. 26. *τῆς — ἀρχῆς*] Hemsterhusius, opinor, dativum praelaturus erat: frustra. V. not. ad p. 41, 20. SCHAEFER.

P. 193. v. 26. *αὐτῆς*] Vulg. *αὐτῆς. αὑτῆς* cum aspero Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 193. v. 27. *μηδοτιοῦν*] Melius *μηδ' ὁτιοῦν* Bekker. Negligentior h. l. fui: nam alibi mutavi. SCHAEFER.

P. 193. v. 27. *παρακινεῖν*] *νεωτερίζειν. νεωτερίζειν* et *κινεῖν* iunguntur p. 664, 8. s. SCHAEFER.

P. 193. v. 28. *ἐκεῖνον*] *'κεῖνον* Bekker. V. H. Stephani Thesaur. c. 3658. 3660. edit. Lond. et Mori Ind. ad Xenophont. Hellen. s. v. *κεῖνος*. Vocali quidem antecedente Attici hiatus vitandi gratia bisyllabam formam videntur praetulisse. V. not. ad p. 198, 22. In Xenophontis Conviv. 4, 12. videtur scribendum *ἢ 'κείνου*. SCHAEFER.

P. 194. v. 1. *οἴομαι*] *οἶμαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 194. v. 1. *βοηθήσειν*] regi Persarum Rhodum oppugnanti. REISK. Immo factioni nunc rerum in insula potitae. Non attendit Reiskius, Oratorem scripsisse *βοηθήσειν*, non *συμμαχήσειν*. SCHAEFER.

P. 194. v. 1. *αὐτὴν*] *αὐτῇ* Paris. primus. REISK.

P. 194. v. 2. *βασιλέα γ'*] Vulg. *βασιλέα*. Addunt *γ'* Paris. primus, Aug. primus. Particulam addidi. REISK.

P. 194. v. 3. [*ποτε*]] Omittunt Paris. primus, Aug. primus. Si servatur, cohaeret cum *ὅ τι*. *quicquid* vel *ecquid tandem Persarum rex sit instituturus, profecto non ausim affirmare, me id scire*. Atticismus hic est, sic in planiorem graecismum convertendus: *οὐκ ἂν τολμῷμι εἰπεῖν, ὡς οἶδα, ὅ τι ποτὲ ποιήσει ὁ βασιλεύς*. REISK. Encliticam recte delevit Bekker. Ubi de *duabus* rebus agitur, ut hoc loco, *ὅ τι ποτὲ* dici non licet. SCHAEFER.

P. 194. v. 3. *οἶδα*] Post h. v. pone cum Bekkero subdistinctionem: arcte enim cohaerent *ὅ τι μὲν* et *ὅτι μέντοι*. SCHAEF.

P. 194. v. 6. *ταῦτ'*] *τοῦτ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 194. v. 7. *ἄν γ' ἀντιποιῆται*] Vulg. *ἂν ἀντιποιῆται*. *ἂν ταντιποιῆται**) Aug. secundus: quod me movit, ut interponerem *γε*. REISK. *ὅταν ἀντιποιῆται* Bekker. Quod praestat: certe enclitica abiicienda. SCHAEFER.

P. 194. v. 7. *ἀντιποιῆται*] Scilicet nostra civitas. REISK. Immo rex. SCHAEFER.

P. 194. v. 8. *αὐτῶν*] *αὑτῶν* cum aspero P. Manutius. REISK.

P. 194. v. 8. *πάντων τῶν*] *τῶν πάντων* Bekker. SCHAEFER.

P. 194. v. 8. *οὐ μὴν οὐδ' ἂν — ἡμῖν ποιήσειν*] Verum etiam si Persis et illis, qui nunc urbem Rhodiorum subiectam tenent, nihil esset commune, si hi potentiam suam nulli nisi sibi deberent, ne sic quidem horum amicitiam, quam totius populi Rhodiorum, malle suasissem. SEAGER. *Diar. Class.* LIII. p. 49. s.

P. 194. v. 10. *ἂν*] Post h. v. dele hypostigmen. SCHAEFER.

P. 194. v. 10. *οἱ νῦν ὄντες ἐν αὐτῇ Ῥόδιοι*] Scilic. popularis factionis principes solum verterant, nunc, ut probabile est, Atheniensium auxilium implorantes. SCHAEFER.

P. 194. v. 11. *ἑλέσθαι*] *φίλους καὶ συμμάχους*. SCHAEFER.

P. 194. v. 12. *ἡμῖν*] *ὑμῖν* Paris. primus, Aldus, P. Manutius, Bavar. *ποιήσειν ὑμῖν* Aug. primus. REISK. *ὑμῖν* Bekker. Placet. SCHAEFER.

P. 194. v. 15. *ἔπραξαν*] *ἔπραξε* Bavaricus cum *α* super extrema litera scripto. Videtur *αν* dare voluisse. REISK.

P. 194. v. 16. *ὑμῖν βεβαίους ἡγοῦμαι γενέσθαι*] *ὑμῖν γεγενῆσθαι βεβαίους ἡγοῦμαι* Paris. primus, Aug. primus. *βεβαίως* dat Paris. quintus. REISK.

P. 194. v. 17. *οὐδέποτ'*] *οὐδεπώποτ'* Aug. primus, Paris. primus. REISK. Vera vulgata. *nunquam dicerem*. SCHAEFER.

P. 194. v. 18. *μόνον*] Malis positum ante *τῷ Ῥοδίων δήμῳ*. Sed ita saepius postponitur. Euripides Cycl. 219. Matth. *μὴ 'μὲ καταπίῃς μόνον*. V. not. ad Sophocl. Philoct. 528. SCHAEFER.

P. 194. v. 18. *προξενῶ*] *ξένος, παρὰ τὸ ἔξω εἶναι τῆς πατρίδος***), quod extra patriam sit, dicitur Latine hospes, tam is, qui excipit, quam qui excipitur, peregrinus. *πρόξενος*, qui alicui rei cuiuspiam, seu bonae, seu malae, est auctor. *πρόξενοι* item dicebantur, qui publice in hoc constituti erant, ut ex-

---

*) Sic Reiskius in varr. lectt.: sed in nott. continuo ductu *ἀνταντιποιῆται*. SCHAEFER.

**) Sequitur Etymolog. M. c. 610, 53. SCHAEFER.

terarum civitatum legatos exciperent. Sed usitatissima et huic loco apta significatio vocabuli haec est, ut is intelligatur, qui exterae civitati est amicus eiusque negotia curat. Et sic accipiendum esse declarat id, quod sequitur, *οὔτ' ἰδίᾳ ξένος*, quem alioqui composito vocabulo nominant *ἰδιόξενον*, cum quo propter privatas rationes amicitia vel hospitium intercedit. *δορύξενος, ὁ ἐκ τῆς κατὰ τὸν πόλεμον ἐπιμιξίας τὴν γνῶσιν πεποιημένος, ein Spiessgeselle.* WOLF. Vulg. *πρόξενος*, scilic. *εἰμὶ* e proximo versu. *προξενῶν* Paris. primus, Bavaricus. *προξενῶ* Aug. primus, Aldina Taylori. Praetuli verbum *προξενῶ*, gero personam proxeni seu procuratoris et advocati publici universae civitatis Rhodiorum in urbe seu Athenis. REISK. *πρόξενος εἰμὶ* legendum censet Valckenarius Animadvers. ad Ammon. p. 202. V. not. seq. SCHAEFER.

P. 194. v. 20. *ἰδίᾳ ξένος*] Pro *ἰδίᾳ ξένος* nostrum *ἰδιόξενος* unica dictione habuit. OBSOP. *γρ. ἰδιόξενος* Paris. secundus, appendix Francofurtana. Eadem appendix haec addit: „vel *οὔτε γὰρ προξενῶ*. aliter *πρόξενός εἰμι*.“ REISK. *ἰδιόξενος* praefert Valckenarius l. c. „Hunc locum“ inquit „non obscure imitatur Lucianus initio Phalar. II. T. I. p. 741. *Οὔτε Ἀκραγαντίνων, ὦ ἄνδρες Δελφοὶ, πρόξενος ὢν, οὔτε ἰδιόξενος αὐτοῦ Φαλάριδος.*“ *ἰδιόξενος* videtur etiam Dorvillio placuisse ad Chariton. p. 384. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 194. v. 20. *αὐτῶν οὐδείς*] Invertit Aug. primus. Omittit appendix Francofurtana *οὐδείς*. REISK.

P. 194. v. 21. *εἰ — εἰ —*] Adverte duas deinceps conditiones positas in una enuntiatione hypothetica. SCHAEFER.

P. 194. v. 22. *εἰ*] Abest ab Aug. primo. REISK.

P. 194. v. 23. *συγχαίρω*] *una vobiscum gaudeo.* Ordo verborum: *συγχαίρω τῶν γεγενημένων Ῥοδίοις.* V. not. ad Porsoni Med. 136. p. 26. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 194. v. 23. *τοῦ κομίσασθαι — φθονήσαντες*] S. qui pendere tributa detrectarunt nostramque societatem repudiarunt: vel, qui nostras opes nobis restituere noluerunt. Isocrates in oratione de pace: *ὅτι τὰς ἐν τοῖς πόλεσι κτήσεις κομιούμεθα.* WOLF. *τοῦ κομίσασθαι ὑμῖν τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν φθονήσαντες* Aug. primus. Margo Lutet. pro *ὑμέτερ'* e Paris. primo affert *ἡμέτερ'*: quod si ibi fuit, necesse est, ut item *ἡμῖν* ibi fuerit pro *ὑμῖν*. REISK. Augustani scriptura non displicet. SCHAEFER.

P. 194. v. 25. *Ἕλλησί τε*] Vulg. *Ἕλλησι.* *τε* addunt Paris. primus, Aug. primus. Addidi. REISK. Delevit Bekker. Recte factum: quod enim sequitur *καὶ* valet *et quidem*, *iisque*. V. Ind. ad Gregor. Cor. p. 985. s. SCHAEFER.

P. 194. v. 25. *βελτίοσιν ὑμῖν αὐτῶν*] *vobis, qui dignitate illos antecellitis.* WOLF.

P. 194. v. 25. ὑμῖν αὐτῶν] Invertit Aug. primus. REISK. Bene αὐτῶν ὑμῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 194. v. 26. ἐξ ἴσου] *aequis conditionibus.* Atheniensis coram Atheniensibus loquitur. Sed aequae illae conditiones satis notae sunt. Sic nostra aetate Germani Gallis ἐξ ἴσου δῆθεν συνεμάχουν. SCHAEFER.

P. 194. v. 27. παρεῖνται] Pro παρείκασιν, *admiserunt, receperunt:* a παρίημι, παρεῖμαι, παρεῖσαι, παρεῖται, παρεῖνται. WOLF.

P. 194. v. 27. ὀλίγου δὲ δέω λέγειν] V. Wyttenbachii Iulianea p. 175. s. ed. Lips. Reliquae orationi intersertum legitur p. 196, 3. SCHAEFER.

P. 194. v. 27. ἂν ὑμεῖς αὐτοῖς] ἐὰν αὐτοῖς ὑμεῖς Aug. primus. REISK.

P. 194. v. 28. ταῦτ'] Servitus puta, quam militibus Persicis vel barbaris arci suae incubantibus serviunt. REISK.

P. 195. v. 1. εἴποτ' ἂν] Vulg. εἴποτ'. ἂν addit Aug. primus. REISK. Recte addit: nam εὖ πράττοντες est i. q. εἰ εὖ ἔπραττον. SCHAEFER.

P. 195. v. 2. ὄντες Ῥόδιοι] Id est, homines partinaces et superbi. Homerus Ῥοδίους ἀγερώχους cognominat. Et Livius Decad. 5. lib. 5.: „Tradidere quidam, legatos Rhodios nondum missos post victoriam nunciatam velut ad ludibrium stolidae superbiae in Senatum vocatos esse.“ Isocrates Plataico: ἀλλὰ τολμῶσιν ὄντες Θηβαῖοι λακωνισμὸν ἑτέροις ὀνειδίζειν. Et noster auctor paulo post: Ἀθηναῖοι ὄντες. WOLF.

P. 195. v. 3. πολλοῖς αἰτία] αἰτία τοῖς πολλοῖς Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Hoc praeferam ut gravius. Sane non multis, sed plerisque ἡ ἄνοια πολλῶν κακῶν αἰτία γίγνεται. Neque οἱ πολλοὶ valet tantum *vulgus*, sed etiam *plerique.* V. p. 207, 13. et Melet. Crit. p. 65. SCHAEFER.

P. 195. v. 3. τάχ' ἂν, εἰ τύχοιεν] *fortasse, si ita ceciderit, si fors ita tulerit.* εἰ τύχοιμι, τύχοις, τύχοι, τύχοιτον, τυχοίτην, τύχοιμεν, τύχοιτε, τύχοιεν, per omnes personas et numeros, adverbialiter accipitur pro *fortasse*, ut τελευτῶν participium. τάχα, *fortasse*, εἰ τύχοιεν, *si fors Rhodiorum ita tulerit.* Est fere pleonasmus. Sic in 2. Olynthiaca: καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ, id est, *fieri potest, ut res bona spe floreant*, ἂν τύχῃ τὰ πράγματα, *si fors negotiorum ita tulerit*, id est, *fortasse*, vel, *fieri potest, ut*, ἐνδέχεται. WOLF. Orator coacervavit formulas idem significantes: ut τὴν τῶν Ῥοδίων σωφρόνισιν propemodum desperare videatur. SCHAEFER.

P. 195. v. 5. τὸν λοιπὸν] Vulg. τὸ λοιπόν. τὸν λοιπὸν Aug. primus. Genus articuli neutrum cum masculino mutavi. REISK. Recte mutavit. De hoc idiomate, in quo expediendo Mysterii

Ellipsium Epoptae misere se torquent, dixi in Bos. Ellips. p. 274. V. Boissonad. ad Eunap. p. 150. s. et Bast. in Addend. p. 561. SCHAEFER.

P. 195. v. 6. *οὐ μικρὸν αὐτοῖς ὠφέλημα*] *οὐχὶ μικρὰν αὐτοῖς ὠφέλειαν* Paris. primus, appendix Francofurtana. *οὐχὶ μικρὰν ὠφέλειαν αὐτοῖς* Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Hoc videndum ne praestet ut aliquanto usitatius: oratoria enim locutio, certe illorum classicorum, tali in argumento non sectatur insolentiora. SCHAEFER.

P. 195. v. 10. *δίκην δοῦναι*] Invertit Aug. primus. REISK. *δοῦναι δίκην* Bekker. SCHAEFER.

P. 195. v. 10. *δίκαιοι*] Vulg. *δίκαιον*. Praetuli de meo sensu *δίκαιοι* (in nominat. plural.). *quorum poenas vos dare negetis par esse.* REISK.

P. 195. v. 10. *φήσαιτε*] *φήσετε* Aug. primus, Bavaricus. REISK.

P. 195. v. 11. *πολλοὺς ὑμεῖς πεπολεμήκατε πολέμους*] *πολλοὺς πολέμους ὑμεῖς πεπολεμήκατε* Aug. primus. REISK. *πολλοὺς ὑμεῖς πολέμους πεπολεμήκατε* Bekker. SCHAEFER.

P. 195. v. 11. *πεπολεμήκατα πολέμους*] V. Gersdorfius in not. ad Rüdigeri Dissertat. p. 130. SCHAEFER.

P. 195. v. 13. *μὲν ἴστε*] Vulg. *ἴστε μὲν*. Invertit Aug. primus. REISK.

P. 195. v. 13. *ἑκατέρους*] Refertur ad *δημοκρατίας* et *ὀλιγαρχίας*, scilicet relatione facta *πρὸς τὸ σημαινόμενον*. SCHAEFER.

P. 195. v. 16. *ἐστί*] *ἐστίν* Bekker. Non probabit nisi factum iussu Codicum Osannus, qui „ultra librorum manuscriptorum auctoritatem" inquit (Inscript. III. p. 117.) „impune vix quidquam hac in re audeas." SCHAEFER.

P. 195. v. 16. *τῶν ἰδίων ἐγκλημάτων*] *ἴδια ἐγκλήματα* utrum ea vocat, quae a privatis hominibus sunt commissa, an quae ad solos Athenienses pertinuerunt? WOLF.

P. 195. v. 17. *οὐ δυνηθέντων δημοσίᾳ διαλύσασθαι ταῦτα*] *οὐ δυνηθέντων*, s. *τῶν δήμων*: etsi fortasse rectius *οὐ βουληθέντων* *). *cum non possent* aut vellent (s. *οἱ δῆμοι*) *ea publice diluere aut pro iis satisfacere.* WOLF. Scilicet *ὑμῶν τε καὶ αὐτῶν*. REISK.

P. 195. v. 18. *ἢ ὅρων*] *ἢ περὶ ὅρων* Paris. quintus. REISK.

P. 195. v. 18. *φιλοτιμίας*] *φιλονεικίας* Paris. primus, Aug. primus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK. *φιλονεικίας* Bekker. Hoc praestat ut melius respondens notioni *τοῦ πολέμου*. SCHAEFER.

---

*) Non censet Wolfius sic scribendum, sed est sarcasmus. SCHAEFER.

P. 195. v. 18. τῆς ἡγεμονίας] Articulum omittit Aug. secundus. REISK. Recte additus articulus: nam certa hegemonia cogitanda, scilic. illa Graecorum, de qua tantis viribus inter se certarunt Athenienses, Lacedaemonii, Thebani. SCHAEFER.

P. 195. v. 20. ὑπὲρ — τῆς πολιτείας] *de statu civitatis democratico.* Conf. p. 196, 4. 6. 11. s. V. Meierus de bonis damnat. p. 2. et Krügerus in Commentatt. post Dionysii Halic. Historiograph. p. 374. SCHAEFER.

P. 195. v. 23. ἡμῖν] Melius ὑμῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 195. v. 25. ὑμᾶς εἰρήνην] Invertit Aug. primus. REISK. Ita etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 195. v. 26. βουληθείητε] βούλησθε Bavaricus, sed cum vulgata superscripta. REISK.

P. 195. v. 26. ὀλιγαρχουμένους] Vulg. τοὺς ὀλιγαρχουμένους. Articulum omittunt Paris. primus, Aug. primus. Expunxi. REISK.

P. 195. v. 27. πολλοῖς] F. τοῖς πολλοῖς, quod sequentibus respondet paulo concinnius. Articulus qui potuerit excidere, sciunt periti rerum palaeographicarum. Conf. Bastii Comment. Palaeogr. p. 733. SCHAEFER.

P. 195. v. 27. καὶ ζητοῦντες] Scilicet ἄνθρωποι. *homines quaerentes.* Recte sic habebit vulgata: quia tamen τοῖς insequitur, paene suspicor legendum esse καὶ οἱ ζητοῦντες: aut alias τοῖς sit item tollendum. Verum vereor, ne nasutiores saepe nos simus Graecos indiligentiae in dicendo notantes, qui melius nossent, quomodo se loqui deceret, quam nobis scire datum est. REISK. Articulus neque hic addendus, nec post tollendus. Ceterum quis humanior non patienter ferat nasum Critici, qui se esse nasutiorem ipse fateatur? SCHAEFER.

P. 195. v. 28. ζῆν] ἄρχειν Paris. primus et quintus. REISK. Proxime antegressum ἄρχειν peperit hanc scripturam, cum librariorum aut oculos falleret aut aures personaret. SCHAEFER.

P. 196. v. 2. Μιτυληναίων] Μυτιληναίων Bekker. V. not. ad p. 168, 16. SCHAEFER.

P. 196. v. 2. νυνὶ] νῦν P. Manutius. REISK.

P. 196. v. 3. ταύτην] sub oligarchis. SCHAEFER.

P. 196. v. 4. τι] Recte omisit Bekker. Additum elevat metum periculi, quod tamen Oratori dicendum est summum imminere. SCHAEFER.

P. 196. v. 4. τι τὴν] Interponi velim καὶ. *in discrimen venire nostram formam gerendae reipublicae.* REISK. Recte vertit. Cur igitur requisivit particulam? SCHAEFER.

P. 196. v. 4. ἡμῖν] ὑμῶν Aug. primus. ὑμῖν P. Manutius. ἡμῶν Bavaricus, sed cum ῖ superscripto. REISK.

P. 196. v. 5. εἰ — συστήσεται] Id est, *si paucorum dominatus passim invalescet.* WOLF.

P. 196. v. 5. ὀλιγαρχιῶν] Vulg. ὀλιγαρχίας. ὀλιγαρχιῶν appendix Francofurtana, Aldina Taylori, Paris. primus et cum γρ. secundus et quintus, item Aug. primus. Utrumque dat Bavaricus. Praetuli ὀλιγαρχιῶν, quia numerus pluralis melius quam singularis cum ἅπαντα conspirat. REISK. ὀλιγαρχίας Bekker. Praestat singularis. *si omnia redigantur in statum oligarchicum.* SCHAEFER.

P. 196. v. 6. ὑμῖν] Vulg. ἡμῖν. ὑμῖν Aug. primus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK. Praefero ἡμῖν. V. v. 4. SCHAEFER.

P. 196. v. 6. ἐάσουσιν] i. e. οὐ καταλύσουσιν. SCHAEFER.

P. 196. v. 6. ἴσασι γὰρ] His subiice tacita cogitatione: τούτου γενομένου, *hoc facto*, id est ὑμῶν ἐκ μέσου ἀναιρεθέντων ἢ καταδουλωθέντων. REISK.

P. 196. v. 7. ἐπανάξοντας] ἐξαγαγόντας Paris. primus, Aldina Taylori. τὰ πράγματ' ἐξαγαγόντας Aug. primus. REISK. τὰ πράγματ' ἐπανάξοντας Bekker. Vere: est enim haec affirmatio prorsus repudians additum ἄν. Ut nolis Bremium hoc exemplo usum esse in not. ad p. 128, 29. SCHAEFER.

P. 196. v. 8. αὐτοῖς] Melius αὑτοῖς Bekker. SCHAEFER.

P. 196. v. 8. τούτους] τοῦτ' Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. Nil interest: nam ὅθεν, *unde*, tam ἀφ' ὧν, *a quibus*, significat, quam ἀφ' οὗ, *a quo.* REISK.

P. 196. v. 8. ἀνελεῖν] ἂν ἔχειν Aldina Taylori. REISK. V. Bastii Commentat. Palaeograph. p. 738. s. SCHAEFER.

P. 196. v. 16. δίκαιον] Pro δίκαια nostrum δίκαιον. OBSOP. δίκαια ἀντὶ τοῦ δίκαιον, ἑτέρωσις ἀριθμοῦ, aut librarii error. WOLF. δίκαια Aldus, index P. Manutii. REISK.

P. 196. v. 18. οἷάπερ ἂν] Vulg. οἷα. οἷάπερ ἂν Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori, quod praetuli. REISK.

P. 196. v. 18. ἀξιώσαιτε] Vulg. ἀξιώσετε. γρ. ἀξιώσαιτε index Lambini. Praetuli ἀξιώσαιτε (in optativo). REISK.

P. 196. v. 20. τοιοῦτό τι συμβαίη] Subaudi καὶ ὑμῖν αὐτοῖς, οἷον τοῖς Ῥοδίοις ἄρτι συμβέβηκεν, ut nempe in dominatum paucorum veniatis. REISK.

P. 196. v. 20. καὶ γὰρ, οὐδ' εἰ] Vulg. καὶ γὰρ εἰ. καὶ γὰρ οὐδ' εἰ Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. Tertiam vocem addidi. REISK. Delevit Bekker. Malim, hic servato οὐδ', mox v. seq. delere οὐκ. SCHAEFER.

P. 196. v. 21. ἂν φήσειε] φήσει Bekker. Placet. SCHAEFER.

P. 196. v. 21. οὐκ] Omittunt Paris. primus, Aug. primus. REISK. V. not. ad v. 20. SCHAEFER.

P. 196. v. 23. *βουλευομένους*] *βουλομένους* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 196. v. 23. *βουλευομένους τὰ βέλτιστα*] *τὰ βέλτιστα βουλευομένους* Bekker. SCHAEFER.

P. 196. v. 26. *ἐνταυθὶ*] Vulg. *ἐνταυθοῖ*. *ἐνταυθὶ* Aug. primus, quod praetuli. REISK.

P. 196. v. 26. *ὑμῖν*] *ὑμῶν* Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 196. v. 26. *ὁ δῆμος*] Vulg. *ἡ πόλις*. *ὁ δῆμος* Paris. primus, Aug. primus. REISK. V. not. ad v. 27. *αὐτὸν*. SCHAEFER.

P. 196. v. 27. *συνεβουλεύθησαν*] *auctores factos esse.* Sic multo rarius dicitur *συμβουλεύεσθαι*, quam *συμβουλεύειν*. *συμβουλευομένων* hoc sensu bis usurpavit Xenophon Hellen. VI. 5. 34. SCHAEFER.

P. 196. v. 27. *αὐτὸν*] Vulg. *αὐτήν*. *αὐτὸν* Aug. primus. *αὐτῶν* Paris. primus: qui si hoc dedit, idem certe voluit, atque Aug. primus. Vulgatis *ἡ πόλις* et *αὐτὴν* praetuli *ὁ δῆμος* et *αὐτὸν* perspicuitatis gratia et ob consensum meliorum librorum: nam alias vulgata nostra idem dicit, atque illa vetusta Morelliana. REISK. Ego praetulerim scripturam olim vulgatam ut paulo melius congruentem historicae veritati: illo enim tempore *ἡ πόλις ἐσώθη*, *ἡ πολιτεία* (i. e. *ὁ δῆμος*) *κατελύθη*. SCHAEFER.

P. 196. v. 27. *ὧν*] *τοὺς* P. Manutius. REISK.

P. 196. v. 27. *μόνων*] Vulg. *μόνον*. *μόνων* Aug. primus et secundus, Bavaricus, Aldus, quod praetuli. REISK.

P. 196. v. 28. *βραχύ τι*] *βραχύτητι* Aug. secundus. REISK.

P. 196. v. 28. *οὐ γὰρ ἂν — τῇ πράξει φανῆναι*] Utitur hoc loco aliisque similibus Dobreeus ad Aristophan. Plut. 1027. p. 189. s. ed. Dind. SCHAEFER.

P. 196. v. 28. *ὑμᾶς*] Vulg. *ἡμᾶς*. *ὑμᾶς* Aug. primus et secundus, Aldus, Bavaricus. REISK.

P. 196. v. 29. *ἀτυχήσαντας*] *ἀτυχοῦντας* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Recte *ἀτυχοῦντας* Bekker., quomodo etiam Dobreeus l. c. scripsit. Huius enim participii usus in talibus enuntiationibus solennis est. Isocrates a Dobreeo citatus, in eodem versans argumento, Panegyr. c. 14. *ἅπαντα γὰρ τὸν χρόνον διετέλεσαν κοινὴν τὴν πόλιν παρέχοντες καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπαμύνουσαν*. Ceterum adverte rariorem hunc positum adverbii *ἀεί*: vulgo enim dicitur *τοὺς ἀεὶ ἀτυχοῦντας*, *τοῖς ἀεὶ ἀδικουμένοις*. SCHAEFER.

P. 197. v. 3. *ἄρχοντας*] *κρατοῦντας* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 197. v. 6. *ὑμετέρων*] *ἡμετέρων* Paris. primus et quintus. REISK.

P. 197. v. 7. *δύνοντος*] *δύντος ἢ δύναντος* Aldina Taylori. *ῥύντος* appendix Francofurtana. REISK.

P. 197. v. 8. *κρίνειν*] *κρινεῖν* appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK.

P. 197. v. 11. *ἐν ἐκείνους τοῖς καιροῖς*] quibus illi, Atheniensibus devictis, erant potentissimi. SCHAEFER.

P. 197. v. 11. *ὑμεῖς*] *ἡμεῖς* Aug. primus. Verumtamen idem mox v. 12. in *φοβηθήσεσθε* vulgatae consentit. REISK.

P. 197. v. 12. *φοβηθήσεσθε*] *φοβήσεσθε* Bavaricus. REISK. Non minus probum quam vulgata scriptura, sed significationis nonnihil discrepantis. *φοβήσεσθε*, *metuetis*, *φοβηθήσεσθε*, *metu perterriti eritis*. SCHAEFER.

P. 197. v. 13. *οἱ μὲν*] Absunt ab Aug. secundo. REISK.

P. 197. v. 13. *οἱ μὲν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν*] Argivi quidem, si exsules vestros Lacedaemoniis deposcentibus tradidissent, hoc potuissent excusare. REISK.

P. 197. v. 13. *ἔχοιεν ἂν*] Invertit appendix Francofurtana. REISK.

P. 197. v. 15. *ὑμεῖς δὲ — αὐτοῦ ἐκείνου*] Citant Anecd. Bekk. p. 147. in. SCHAEFER.

P. 197. v. 15. *μὲν*] Omittunt Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 197. v. 16. *οὔτε ὑπὸ τῶν δούλων*] Vulg. *οὔτε τῶν δούλων*. *οὔτε ὑπὸ τῶν δούλων* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori, quod praetuli. REISK. *οὔτε τῶν δούλων* Bekker. Sic etiam Anecd. Bekk. l. c. Malim praepositionem servatam ob eandem constructionem v. 13. s. SCHAEFER.

P. 197. v. 16. *τῶν δούλων*] qualis fuit Artemisia, quippe *ὕπαρχος*. Omnes enim in regno Persico *δοῦλοι* praeter unum regem. V. p. 198, 22. SCHAEFER.

P. 197. v. 16. *τῶν βασιλέως*] Vulg. *τοῦ βασιλέως*. *τῶν βασιλέως* Paris. primus et cum *γρ*. secundus, item Aug. primus. Vulgatam infra dat Bavaricus, alteram supra. Coniungit utrumque farrago Wolfiana, ut sit *τῶν τοῦ βασιλέως*. Praetuli *τῶν βασιλέως*. REISK. *τοῦ βασιλέως* Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 197. v. 17. *οὔθ' ὑπ' αὐτοῦ*] Vulg. *οὔτε αὐτοῦ*. *οὔτε ὑπ' αὐτοῦ* Paris. primus et quintus, Aug. primus, Aldina Taylori. Dedi *οὔθ' ὑπ' αὐτοῦ*. REISK. *οὔτ' αὐτοῦ* Bekker. *οὔτε αὐτοῦ* Anecd. Bekk. l. c. V. not. ad v. 16. SCHAEFER.

P. 197. v. 17. *εἰ γάρ — βασιλεὺς*] Hoc non ad excidium Athenarum bello Xerxis, sed ad alias clades bello Peloponnesiaco acceptas pertinet. WOLF.

P. 197. v. 17. *τί*] Vulg. *τοί*. *τί* Aug. primus, Bavaricus, P. Manutius, quod dedi. REISK.

P. 197. v. 17. *καὶ*] Abest a Paris. quinto. REISK. Delevit

Bekker. Recte, ut opinor. Haud raro infartum *καὶ* negligentiâ librariorum ob sequentis vocabuli primam syllabam *κε*. SCHAEFER.

P. 197. v. 18. *ἢ — ἢ —*] Usus satis mirus adeoque *ἄλογος* particulae disiunctivae. *Λογικῶς* sic scribendum fuit: *οὐδαμῶς ἄλλως ἢ τοὺς πονηροτάτους — χρήμασι πείσας κεκράτηκε*. Sed talia Oratores parum curant. SCHAEFER.

P. 197. v. 20. *κεκράτηκε*] *κεκράτηκεν* Bekker., litterâ paragogicâ, opinor, constantiae causa additâ. SCHAEFER.

P. 197. v. 21. *τοῦτο*] *ταῦτα* Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 197. v. 21. *ἀλλ' ἅμα*] Vulg. *ἀλλὰ μὴν*. *ἀλλ' ἅμα* Aug. primus, Aldina Taylori, appendix Francofurtana, quod praetuli. REISK.

P. 197. v. 22. *τήν τε πόλιν διὰ Λακεδαιμονίων*] Pro *τήν τε πόλιν Λακεδαιμονίων* lego cum Feliciano *τ. τ. π. διὰ Λ.* WOLF. Vulg. *τήν τε πόλιν Λακεδαιμονίων*. Post *πόλιν* addunt articulum *τὴν* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori: ubi Fabricius, sive is Wolfius est, adscripsit, haud placere, quia historiae adversetur. *τήν τε πόλιν διὰ Λακεδαιμονίων* Weimaranus. Ita dedisse Felicianum et id sibi probari ait Wolfius. *γρ. τήν τε πόλιν διὰ Λακεδαιμονίων* index Lambini, forsan ex editione Feliciani. Videtur ex his fontibus hausisse auctor appendicis Francofurtanae, quae idem dat, scilicet *τήν τε πόλιν διὰ Λακεδαιμονίων*. Debilitavit utique rex Persarum Lacedaemonios assiduitate bellorum in Asia, ut Thebanis succumberent. Sed praetuli lectionem Felicianeae *τήν τε πόλιν διὰ Λακεδαιμονίων. civitatem nostram*, Athenas, *per Lacedaemonios debilitavit et paene exstirpavit.* id quod oratoris ratiocinio melius convenit. REISK.

P. 197. v. 23. *αὐτοῦ*] *αὐτοῦ* cum leni Paris. primus et cum *γρ.* secundus et quintus, P. Manutius. REISK.

P. 197. v. 23. *πρὸς Κλέαρχον καὶ Κῦρον*] Vide *Ἀνάβασιν* Xenophontis et Isocratis Panegyricum et Symmachicum. WOLF.

P. 197. v. 24. *τοῦ*] Abest a Paris. primo, Aug. primo. REISK.

P. 197. v. 24. *οὔτ' ἐπιβουλεῦσαι συνενήνοχεν αὐτῷ*] Potuisset et per participium dicere: *οὔτ' ἐπιβουλεύσαντι συνενήνοχεν αὐτῷ*. WOLF.

P. 197. v. 27. *οἷς ἂν προέληται*] S. *ἐχθρὸς εἶναι ἢ πολεμεῖν*. WOLF. Subaudi e praemissis *ἐχθρὸς εἶναι*. Wolfius de suo *πολεμεῖν* addidit, quo nil opus erat. REISK. Ellipsis syntactica e rarioribus eaque durior, cum non praecedat *ὄντα*. SCHAEFER.

P. 197. v. 27. *δὲ*] *δὴ* Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 197. v. 28. *ἀμυνούμεθα*] *ἀμυνόμεθα* Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 198. v. 1. *εἰσὶ δέ τινες — παρ' ὑμῖν*] Vulg. *εἰσὶ δέ τινες*

οἱ παρ' ἡμῖν. Post τινες inserunt Parisinus primus quidem et Aldina Taylori ὦ Ἀθηναῖοι, Parisini vero tertius et quintus ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Aug. primus et Bavaricus cum hoc dant idem, tum οἱ omittunt. Pro ἡμῖν dant ὑμῖν Paris. quintus, Aug. primus et Bavaricus. Praetuli — τινες, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παρ' ὑμῖν. REISK.

P. 198. v. 6. αὐτοὶ] illi extranei puta, a quibus vexamini. REISK.

P. 198. v. 7. αὐτὸν οὐ δίκαια ποιοῦντα] αὐτοὺς οὐ δίκαια ποιοῦντας Paris. primus, Aug. primus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori. Vulgata bene habet. Subauditur τινὰ, quod millies omittitur. REISK. Adde quod sequitur singularis, ὄντα πολίτην. SCHAEFER.

P. 198. v. 10. ὑμῶν] Vulg. ἡμῶν. ὑμῶν Aug. primus, Bavaricus, P. Manutius. REISK.

P. 198. v. 10. πρὸς θεῶν] πρὸς τῶν θεῶν Paris. quintus. REISK. Conf. Porson. ad Euripid. Med. 325. SCHAEFER.

P. 198. v. 11. τί δήποτ' ἐν Βυζαντίῳ κ. τ. λ.] Sententia est, impunitate proditorum confirmari audaciam. WOLF. Immo oratores isti Atheniensium comparantur cum oratoribus Byzantiorum consiliariisque Artemisiae. Illos Orator dicit aut imprudentes aut perfidos, hos prudentes, quippe ea sola suadentes, quae Byzantiis Artemisiaeque prosint. SCHAEFER.

P. 198. v. 11. διδάξων] Vulg. διδάσκων. διδάξων Aug. primus, Aldina Taylori, quod praetuli. V. v. 20. REISK.

P. 198. v. 12. ἣ βασιλέως — προσήκει] Adverte constructionem enuntiationis huius trimembris. Primum enim membrum cum exorsum sit a nominativo pronominis relativi ἣ, altero membro ob mutatam constructionem, ut adsolet, obliquum adsciscente casum pronominis αὐτὸς, tertium membrum ad nominativum ἣ regreditur. Adeo liberrimi sunt scriptores Graeci in usu relativorum, ut ne scabritiei quidem orationis speciem defugiant. SCHAEF.

P. 198. v. 13. ὑμεῖς αὐτὴν] Invertit Aug. primus. REISK. αὐτὴν ὑμεῖς Bekker. SCHAEFER.

P. 198. v. 13. οὐδαμόθεν προσήκει] *aus keinem Rechtsgrunde zukommt.* P. 577, 26. οὐκ ἔστιν οὐδαμόθεν σοι προσήκων ἔλεος —. SCHAEFER.

P. 198. v. 15. Σηλυμβρίαν] Σηλυβρίαν (sine μ) Paris. quintus. Συλημβρίαν Aug. secundus, Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 198. v. 15. ὑμετέραν] ἡμετέραν Paris. primus. REISK.

P. 198. v. 15. ποτὲ σύμμαχον οὖσαν] ποτ' οὖσαν σύμμαχον Aug. primus. REISK.

P. 198. v. 15. ὡς αὐτοὺς συντελῆ ποιεῖν] ὡς pro πρός. *sibi vendicare, obnoxiam facere,* συνεδρεύειν παρ' αὐτοῖς ἀναγκάζειν. Vide Plataicum Isocratis. WOLF.

P. 198. v. 15. *αὐτοὺς*] *αὐτὸς* Paris. primus, Aug. primus. REISK. Melius *αὐτοὺς* Bekker., quomodo ipse Reiskius Ind. Graecit. p. 484. SCHAEFER.

P. 198. v. 16. *συντελῇ*] *ὑποτελῇ* Weimaranus, appendix Francofurtana. REISK. Praeferrem ut gravius, nisi *ὡς αὐτοὺς* additum esset. SCHAEFER.

P. 198. v. 16. *Βυζάντιον*] Vulg. *Βυζαντίους*. *Βυζάντιον* Paris. primus et cum *γρ.* secundus, Bavaricus, appendix Francofurtana, Aug. primus: quod Fabricio seu Wolfio haud placet. Praetuli *Βυζάντιον*. *nemo est, qui Byzantinos dehortetur, ut Selymbrianorum agrum finibus agri Byzantini ne accenseant in iisque ne comprehendant.* *ὁρίζειν Βυζάντιον* idem est atque *ὅροις Βυζαντίου προσνέμειν, τοῖς Βυζαντίου ὅροις ἐκπεριμετρεῖν.* REISK. Add. Ind. Graecit. p. 363. s., ubi hic locus, ut tot alii, negligentius citatur. Ad meum sensum Reiskii ratio satis dura est, perplacetque quod olim ediderunt *Βυζαντίους*. Hunc locum spectans H. Stephanus Thes. c. 6958. B. edit. Lond.: „*χώραν ὁρίζειν*, Dem. pro Suis terminis describere s. metari: a qua signif. dicuntur *ὁρισταί*." Igitur sensus: *Βυζαντίους ὁριστὰς* (*ὁριοδείκτας*) *εἶναι τῆς τούτων χώρας*. V. Anecd. Bekk. p. 287, 18. Videnturque illo temporis articulo Byzantii agrum Selymbrianum metati in Atheniensium damnum novis finibus circumscripsisse. SCHAEFER.

P. 198. v. 17. *αὐτονόμους τὰς πόλεις εἶναι*] *αὐτονόμους εἶναι*, s. *ἐκείνους, ὧν τὴν χώραν ὁρίζουσιν οἱ Βυζάντιοι.* WOLF. Vulg. *αὐτονόμους εἶναι. αὐτονόμους τὰς πόλεις εἶναι* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. *τὰς πόλεις* addidi. *civitates Graecas oportere liberas esse.* REISK. Recte *oportere*. Nec tamen propterea cogitandum de ellipsi infinitivi *δεῖν*: quippe haec notio latet in verbo *γέγραπται*, h. e. *definitum, iussum est.* SCHAEFER.

P. 198. v. 18. *γέγραπται*] Post h. v. Bekkerus posuit signum interrogandi. Reiskius posuerat et post *Χαλκηδόνα* v. 12. et post *γέγραπται*. Sed non est interrogatio recta. V. not. ad p. 204, 14. SCHAEFER.

P. 198. v. 18. *οὐδὲ Μαυσώλου ζῶντος*] Lego *οὐδὲ Μαύσωλον ζῶντα. qui vel Mausolum viventem, vel, eo defuncto, Artemisiam docuerit.* Nisi forte *γυναικοκρατούμενος* fuerit. Sed et tum nomen saltem imperii penes ipsum fuit, ut nunc penes maritos, quamvis hi ipsi fere mulieribus pareant. WOLF. *οὐδὲ Μαύσωλον ζῶντα* Paris. primus et cum *γρ.* secundus, item Aug. primus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori. Utrumque dat Bavaricus. Verum Wolfius vulgatam praefert. Non laudo istam breviloquentiam, tametsi Atticis usitatam, quippe neque sanae rationi neque mori loquendi aliorum populorum congruentem. Plenius et planius locutus esset sic: *οὐδὲ Μαυσώλου ζῶντος ἦν ὁ τούτων* *)

---

*) Voluit *τοῦτον*. SCHAEFER.

διδάξας. REISK. οὐδὲ Μαύσωλον ζῶντα Bekker. Quod optimorum librorum auctoritate firmatum quid tandem causae est cur spernamus? Nam Wolfius, dum suppetias it vulgatae, nihil aliud quam facetus videri voluit, impune ille maritos ridens, cum in caelibatu viveret. Subaudi ἦν ὁ διδάξων: quae non est breviloquentia sanae rationi repugnans. SCHAEFER.

P. 198. v. 20. διδάξων] διδάσκων Paris. quintus. REISK.

P. 198. v. 21. Κῶν] Κῶ Paris. secundus, tertius, quintus, Bavaricus, Aldus. Sed in Parisinis adiecta fuit lineola transversa ν indicans: quo fit, ut illi libri vulgatam Κῶν, non aliam, exhibere censendi sint. REISK.

P. 198. v. 21. ἄλλας — ἑτέρας] Idioma a Weiskio neglectum in libello perutili de Pleonasmis Graecis viri docti exemplis ita confirmarunt, nemo ut recte sic dici nunc dubitet. V. Matthiae ad Euripid. Orest. 335. coll. Dindorf. ad Supplices Marklandi p. 121. Mirabundus autem legi in Etymol. M. c. 645, 50. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἑτέρα: talia enim in Grammaticorum scriptis vix exspectes. SCHAEFER.

P. 198. v. 21. πόλεις ἑτέρας] Invertit Aug. primus. πόλεις ἐλευθέρας appendix Francofurtana. In Aldina est καὶ ἄλλας πόλεις ἑτέρας, ubi annotator Tayloranus pro ἑτέρας sufficit ἐλευθέρας. REISK. Augustanum librum sequar. SCHAEFER.

P. 198. v. 21. Ἑλληνίδας] Post h. v. cum Bekkero pone hypostigmen. Non haec est interrogatio. SCHAEFER.

P. 198. v. 22. καὶ] Omisit Bekkerus. SCHAEFER.

P. 198. v. 22. ἐκείνων] τοῦ τε Μαυσώλου καὶ τῆς Ἀρτεμισίας. WOLF. Cod. Bekk. melioris notae κείνων. V. not. ad p. 193, 28. SCHAEFER.

P. 198. v. 26. λέγει] λέγοι Paris. tertius. REISK. Optativum non spernam: quippe paulo melius respondet menti Oratoris praefracte negantis talia illic consilia dari. SCHAEFER.

P. 198. v. 26. ἀμφοτέροις αὐτοῖς] tam Artemisiae, quam Byzantiis. Fuit et alia Artemisia antiquior, de qua Xerxes navali proelio sibi mulieres viros, viros e contrario mulieres esse factos dixisse fertur. WOLF.

P. 198. v. 27. τούτοις] his consiliariis. Refertur enim ad τις. V. Matthiae Gramm. Graec. p. 673. SCHAEFER.

P. 198. v. 28. τὸν] τῶν Paris. quintus, Aug. secundus. REISK.

P. 198. v. 28. καὶ εἰ] Invertit Paris. quintus, Aldina Taylori. REISK.

P. 198. v. 29. οὗτοι] Abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 198. v. 29. βλέψω] βλέπω Paris. quintus. REISK.

P. 198. v. 29. προσήκειν — παραινέσαι κατάγειν] Adverte

concursum trium infinitivorum in uno eodemque *κομματίῳ*. SCHAEFER.

P. 198. v. 29. *οἴομαι*] *οἶμαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 198. v. 29. *παραινέσαι*] *παραινεῖν* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Nimis hoc *κακόφωνον*. SCHAEFER.

P. 199. v. 2. *ὡρμηκότων*] *ὑποθετικῶς* accipiendum: *εἰ ἦσαν ὡρμηκότες*. *si omnes magnum studium haberent iustitiae*. WOLF.

P. 199. v. 2. *ἡμᾶς*] *ὑμᾶς* Paris. quintus, P. Manutius. REISK.

P. 199. v. 2. *ἡμᾶς μόνους*] Mox v. 5. inverso ordine *μόνους ἡμᾶς*. SCHAEFER.

P. 199. v. 2. *ἐθέλειν*] *θέλειν* Paris. primus. REISK. Melius, ut opinor: scilicet ut hiatus vitetur. SCHAEFER.

P. 199. v. 3. *δυνήσονται*] Cod. Bekk. *δυνήσωνται* *). Qualia diligenter expendenda, ut de constructione particulae *ὅπως* cum futuro iudicium alioqui facile errans regere discas. Idem vitium recurrit p. 203, 15. Pro vitio non habuerunt nec Casaubonus nec Reiskius ad Dion. Chrysost. T. I. p. 209. SCHAEFER.

P. 199. v. 5. *ἡμᾶς*] *ὑμᾶς* Paris. primus et quintus. REISK.

P. 199. v. 5. *μηδενὸς ἀντιλαμβανομένους*] Subaudi *ἔργου* vel *τῶν δεόντων*. verbis modo iactare et praemonstrare atque inculcare, item postulare, flagitare, rebus ipsis autem nil agendorum ad se putare pertinere, nulli rei earum omnium, quas fieri oportebat, manum operamque admovere. REISK.

P. 199. v. 6. *ἀνανδρίαν*] Pro *ἀνδρίαν* recte Felicianus *ἀνανδρίαν*. WOLF. *ἀνδρίαν* Paris. tertius et quintus, item Aldus. *ἀνδρείαν* Aug. secundus, unde repetiit appendix Francofurtana. *ἀνανδρείαν* Aug. primus per diphthongum. Vulgatam dant Weimaranus et Felicianus, probante Wolfio. REISK. Scriptura Aug. primi per diphthongum notatu non indigna. SCHAEFER.

P. 199. v. 7. *πρὸς τὴν παροῦσαν δύναμιν*] Vi geritur res: ius est in armis: prout quisque potest, ita ius adipiscitur. WOLF.

P. 199. v. 7. *καὶ*] Abest a Paris. primo et Aug. primo. REISK. Delendum videtur. SCHAEFER.

P. 199. v. 8. *τούτου λέγειν ἔχω*] *λέγειν ἔχω τούτου* Aug. primus. REISK. Hoc altero ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 199. v. 10. *διτταὶ*] V. *διτταὶ* stat in Aug. primo pone v.

---

*) V. Lobeckii Parerga ad Phrynich. p. 719., qui quod taxat Reiskium, quasi de professore linguae Graecae regio iniquius iudicaverit, multum vereor ne viro summo iniuriam faciat. Ut enim Morellus in Dionis l. c. rem melius Reiskio gereret, nisi me omnia fallunt, casu factum est. Aqua, sat scio, haesura erat Gallo, si quis eum iussisset rationem reddere scripturae a se praelatae. SCHAEFER.

βασιλέα, et in Bavarico pone v. Ἕλλησι. In Aldina Taylori voc. διτταὶ punctis est subnotatum. REISK. Post Ἕλλησι posuit Bekker. SCHAEFER.

P. 199. v. 12. ταῦθ' ἃς ὕστερον] Vulg. ταῦτα ὕστερον. τοῦτο ὕστερον P. Manutius. γρ. ταῦτα, ἃς ὕστερον index Lambini. ἃς de meo addidi. *quam pacem longo tempore post Lacedaemonii contraxerunt.* REISK. ἃς delevit Bekker. Recte: insertum enim male divellit quae arcte cohaerent μετὰ ταῦθ' ὕστερον. Quod si oratio non posset relativo carere, inserendum esset post καὶ v. 11. Sed facile caret, cum ἃς ἐποιήσατο v. 10. pertineat etiam ad sequentia καὶ Λακεδαιμόνιοι. SCHAEFER.

P. 199. v. 12. ταύτας, ὧν δὴ κατηγοροῦσι] Epexegesis, ipso demonstrativi usu indicante stomachum Oratoris: ut post Λακεδαιμόνιοι recte interpungatur. Non interpunxit Bekker. SCHAEFER.

P. 199. v. 13. κἂν] καὶ Paris. quintus, August. secundus. REISK.

P. 199. v. 13. ταὐτὰ] ταῦτα Paris. tertius. REISK.

P. 199. v. 13. ἀμφοτέραις] ἀμφοτέροις. Si nihil deest, ex iis, quae sequuntur, intelligendum τοῖς τε Ἕλλησι κοινῇ καὶ ταῖς πόλεσιν ἰδίᾳ, aut τοῖς ἀσθενέσι καὶ τοῖς ἰσχυροῖς. WOLF. Vulg. ἀμφοτέροις. ἀμφοτέραις in foeminino Aug. primus, ubi Fabricius seu Wolfius adscripsit ταῖς πόλεσι. Sed redit potius ad τὰς συνθήκας. ἀμφοτέροις in masculino Aug. secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Correxi ἀμφοτέραις, scilicet συνθήκαις. *ambobus istis in pactis non eadem iura scripta sunt.* REISK.

P. 208. v. 7. πέρα τοῦ καιροῦ] παρὰ τοῦ καιροῦ. Id est παρακαίρως, intempestive et ultra modum. WOLF. Non cogitavit Wolfius, παρὰ hoc sensu iungi accusativo. πέρα genuinum: quod quoties librariorum socordia in παρὰ depravaverit, satis notum est. Aeschines p. 471. R. περαιτέρω καιροῦ. Immo π. τοῦ καιροῦ, ut Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 208. v. 7. ἑτέρους] ἑταίρους Aug. secundus: quod idem est atque vulgata, ut paulo post v. 12. idem codex dat φαναιρῶς pro φανερῶς. REISK. Hoc vult Reiskius, Augustani librarium non diversam vocem dare voluisse, sed, cum vulgatae inhaereret, abusum esse diphthongo. Quod tamen, opinor, secus est: nam et vocabula ἕτερος et ἑταῖρος millies confunduntur *), neque ἑταίρους hic sensu commodo caret. Sed ἑτέρους nemo non praeferat. SCHAEFER.

*) V. exempla a me congesta in H. Stephani Thesauro c. 3873. B. 3884. A., quorum numerum, si laborem velis inutilem suscipere, ad infinitum augere poteris. Omninoque auctor sim iunioribus Philologorum, ut, certarum confusione vocum aliquot exemplis semel demonstrata, nova exempla coacervare ne pergant. Alioqui mox obruemur mole observationum inanissimarum. Multa quae agamus restant cordatis hominibus longe digniora, quam illae quisquiliae de Critices dumetis. SCHAEFER.

P. 208. v. 8. *ἄνευ τοῦ — καθιστάναι*] *ἄνευ τοῦ — καθεστάναι.* *sine firmos Lacedaemonios constituendo*, id est, etsi non firmi constituantur, non confirmetur eorum potentia. Malim *καθιστάναι* per *ι*, quam *καθεστάναι* per *ε*, quia hoc passive, illud active significat, ut ad oratores referatur. *etiamsi isti non confirment Laconum potentiam.* Sed parum refert. WOLF.

P. 208. v. 9. *καθιστάναι*] Vulg. *καθεστάναι. καθιστάναι* Aug. primus, Bavaricus, Aldina Taylori. Correxi *καθιστάναι* (in praesenti). REISK.

P. 208. v. 9. *πάνυ*] *πολύ* Aug. primus, Paris. primus, Ald. Taylori. REISK. *πολύ* Bekker. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 208. v. 9. *ῥᾷον*] Imo vero *ῥάδιον* in positivo. REISK. Praestat, opinor, scribi *πάνυ γε ῥάδιον*, quam *πολύ γε ῥᾷον.* Sic p. 480, 1. *πάνυ ῥάδιον — εἰπεῖν.* SCHAEFER.

P. 208. v. 9. *ὡς δ', ἐγὼ*] Pro *ὅπως δὲ, ἐγὼ —*. *quo autem pacto, id ego dicere conabor.* Vel, *ὡς δὴ ἐγὼ*, *ut ego sane.* WOLF. Post *ὡς δ'* addit Paris. quintus *ἐστὶν.* REISK.

P. 208. v. 11. *καὶ μὴ*] Invertit Paris. quintus. REISK.

P. 208. v. 11. *μέχρι τού γε*] *μέχρι τούτου γε.* *eo quidem usque.* Quousque? Ego non satis assequor. Si enim *τούτου* exponas *τοῦ αἰσχύνεσθαι*, *ταυτολογία* videtur, quanquam *τὸ οὐχ ἁπλῶς*, quod sequitur, eam expositionem probat. Quid enim est iustitiam non simpliciter, hoc est, ex animo colere? Id enim, quod recte fit, tum demum est iustum, cum est voluntarium. *μέχρι τοῦ αἰσχύνεσθαι*, id est, verecundiae causa: velle *οὐκ εἶναι, ἀλλὰ δοκεῖν ἄριστον*, non esse, sed videri optimum. Felicianus legit *μέχρι τού γε*, *aliquousque, ad tempus:* hoc est, dissimulant aliquamdiu ingenia et iustitiae studium prae se ferunt, sed erumpunt tandem iniustae cupiditates. WOLF. Vulg. *μέχρι τούτου γε. μέχρι τοῦ γε* Weimaranus, P. Manutius, e cuius editione retulit index Lambini. Praetuli *μέχρι τοῦ γε*, *saltim quadamtenus, saltim quodammodo*, ut *του* sit encliticum. REISK. *τοῦ* Reisk. et Bekker. *τού* mecum Bremius in not. ad p. 11, 3. H. l. formula cum Reiskio vertenda *quadamtenus*, non cum Wolfio *ad tempus:* nam opponitur ei *ἁπλῶς* v. 16. SCHAEFER.

P. 208. v. 12. *ἀδικοῦσιν*] *ἀδίκοις* Paris. primus, Aug. primus. REISK. *ἀδίκοις* praeferam, scilicet ut neutrius generis: aptius enim congruit cum antegresso *δίκαια.* SCHAEFER.

P. 208. v. 15. *ταύτην τὴν ἀρχὴν*] Vulg. *ταύτην ἀρχήν. ταύτην τὴν ἀρχὴν* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. Articulum addidi. REISK. Omisit Bekker. Malim servatum ob structurae concinnitatem: *τοῦτο τὸ —*, *ταύτην τὴν —*. SCHAEFER.

P. 208. v. 15. *ἁπάντων*] Vulg. *πάντων. ἁπάντων* Parisin. primus et quintus. REISK. *πάντων* Bekker. SCHAEFER.

P. 208. v. 15. *θέλειν*] *ἐθέλειν* Bekker. Vide ne bisyllabum praestet, quo vitetur hiatus. Conf. not. ad p. 209, 19. Sed ibid. v. 13. *μὴ ἐθέλωσι*, nullâ e libris enotatâ diversitate scripturae. SCHAEFER.

P. 208. v. 16. *ἁπλῶς*] Nescio an convenientius situm sit sive post *πάνθ'* versu 13., sive post *ἁπάντων* versu 15. REISK. Sed v. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 208. v. 16. *τοῦτο*] Id est, *τὸ μὴ ἐθέλειν τὰ δίκαια πράττειν ἁπλῶς*. Id est, ne Thebanis tergiversandi relinquatur occasio, quo minus urbes illas instaurari sinant, si Lacedaemoniis grassandi contra Messenios et Arcadas licentia dabitur. Sic Archidamus apud Isocratem queritur de Thebanis, *ὅτι Πλάταιαν μὲν καὶ Θεσπιὰς ἐχθὲς καὶ πρώην πεποιήκασιν ἀναστάτους, Μεσσήνην δὲ διὰ τριακοσίων ἐτῶν κατοικίζουσιν*, id est, quod Plataeas et Thespias nuper admodum everterint, et Messenam post annos trecentos instaurari iubeant. WOLF. *τοῦτο* significat *τὸ μὴ φάσκειν δεῖν* *) *κατοικίζεσθαι* etc. Sententia haec est: Quod si negemus oportere urbes illas Boeotiae, Thebanis adeo infestas ab iisque desolatas, rursus restaurari, (id quod contendebant Lacedaemonii oportere fieri,) erunt statim qui nos criminentur impedimento esse, quo minus Thebani deprimantur. Criminationem igitur hanc quo tollamus, age restauranda illa oppida esse assentiamur nos quoque Athenienses —. REISK. Tu audi Wolfium *τοῦτο* rectius interpretantem. SCHAEFER.

P. 208. v. 17. *τῷ*] Sic lego cum Feliciano pro *τό*. WOLF. Vulg. *τό*. *τῷ* Aug. primus, Weimaranus, edit. P. Manutii, unde index Lambini repetiit, item appendix Francofurtana. Correxi *τῷ*, nam cohaeret cum *ἐμποδὼν γένηται*. REISK.

P. 208. v. 17. [*τοὺς*]] Omittunt Paris. primus, Aug. primus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 208. v. 17. *μικροὺς*] i. q. *ταπεινοὺς* v. 8. V. p. 203, 8., ubi opponitur *μέγας*, *potens*. Sic inter se opponuntur comparativi *μείζους* et *ἐλάττους* p. 203, 10. s. et p. 210, 25. s. SCHAEFER.

P. 208. v. 18. *τὸν Ὀρχομενὸν*] Locum hunc citat Scholiastes Thucydidis p. 72. ult. REISK. Verba eius sunt ad I. 113.: *Ὀρχομενὸς θηλυκῶς παρὰ Θουκυδίδῃ, Ὀρχομενὸς ἀρσενικῶς παρὰ Δημοσθένει*. ubi ante prius *Ὀρχομενὸς* articulus *ἡ*, ante posterius *ὁ* videtur excidisse: alioqui parum perspicias, cur nomen bis positum sit. De genere grammatico huius nominis v. Osannus Inscript. IV. p. 183. SCHAEFER.

P. 208. v. 18. *φῶμεν*] *φημὶ* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

---

*) Voluit *οὐ φάσκειν δεῖν*. *μὴ* ponendum erat ante *δεῖν*. Sic autem aliud significatur, quod Reiskius non cogitavit. SCHAEFER.

P. 208. v. 20. αὐτοὶ] αὐτοῖς. τοῖς Ὀρχομενίοις *). WOLF. Vulg. αὐτοῖς. αὐτοὶ P. Manutius, appendix Francofurtana, exemplum Aldinae Lessingianum. Praetuli αὐτοὶ (in nominativo): opponitur enim insequenti καὶ τοὺς ἄλλους. *nosmet ipsi quoque corporibus copiisque nostris operam navemus, aliosque ad idem faciendum adhortemur.* REISK. Recte αὐτοῖς Bekker. Oppositionem si Orator sectatus esset, sic scripsisset: καὶ αὐτοί τε συμπράττωμεν καὶ τοὺς ἄλλους ἀξιῶμεν. Non mirum autem αὐτοῖς in αὐτοὶ corruptum esse ab iis, quos male haberet constructio haec alioqui satis usitata πρὸς τὸ σημαινόμενον. V. Hemsterhus. ad Aristophan. Plut. 503. 566. SCHAEFER.

P. 208. v. 20. ἀξιῶμεν] Subaudi συμπράττειν. V. Krüger. ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 117. SCHAEFER.

P. 208. v. 20. (ταῦτα γὰρ —)] Hanc parenthesin continuandam esse usque ad v. ἐξανεστώσας prius intellexeram, quam in Bekkeriana viderem eousque pertinentem. Quominus continuaretur, in causa fuit, opinor, quod ταῦτα secus quam oportebat intelligerent. H. l. est i. q. τοῦτο. Euripides Bacch. 246. s. Elmsl. ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἐπάξια, ὕβρεις ὑβρίζειν, ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος; SCHAEFER.

P. 208. v. 21. καὶ καλὰ] Vulg. καλά. καὶ καλὰ Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. Addidi καί. REISK.

P. 208. v. 21. ἐξανεστώσας] ἐξανεσταμένας, ἀναστάτους γεγενημένας. WOLF. ἐξαναστάσας Paris. primus et cum γρ. secundus, item Aug. primus, (non ἐξανεστάσας, quod illinc Fabricius retulit,) item Aldina Taylori. REISK. Fortasse praeferendum ob librorum optimorum auctoritatem. SCHAEFER.

P. 208. v. 23. ἐπὶ τῇ προφάσει] Verba satis perspicua sunt, sed sensus obscurior est. Nec enim video, cur necesse sit, Plataeis non instauratis, everti Megalopolin et Messenam. Sed quod sequitur, locum hunc declarat: δῆλοι δήπου πᾶσιν ἔσονται, οὐχ ἵνα Θεσπιαὶ κατοικισθῶσι ποιούμενοι τὴν σπουδὴν etc. Unde apparet, Laconas ursisse instaurationem Thespiarum conquestos, inique secum agi, si Thebani in Boeotia dominentur, ius idem in Peloponneso sibi non permittatur. WOLF. ob caussationem, verendum esse, ne oppida haec Phocica **) sinantur in ruinis iacere et perire, si Lacedaemoniis obstemus, quominus Megalopolin rapiant. REISK. Nempe qui Lacedaemoniis favebant de grege oratorum, bellum iactabant inter Spartam Athenasque ob Megalopolitanos exortum fore impedimento, ne illa oppida restaurari possent. Hoc igitur dicit Demosthenes: ne praetexentibus oppi-

---

*) οὐ τούτοις μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὧν αἱ πόλεις ἀνάστατοι γεγόνασιν. SCHAEFER.

**) Immo Boeotia. SCHAEFER.

dorum dirutorum restaurationem sic auscultemus, ut salutem adhuc florentium prodamus. SCHAEFER.

P. 208. v. 23. *Θεσπιέων καὶ Πλαταιέων*] *Πλαταιέων καὶ Θεσπιέων* Aug. primus. REISK. Vere Bekkerus *Θεσπιῶν καὶ Πλαταιῶν*. Nisi forte praestat ordine inverso *Πλαταιῶν καὶ Θεσπιῶν*. V. not. ad p. 203, 4. SCHAEFER.

P. 208. v. 25. *καὶ*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 208. v. 26. *κἂν ᾖ πρόδηλα ταῦτα*] S. *ὅτι τοῖς Λάκωσιν οὐκ ἐπιτρέψομεν ἀδικεῖν*. si palam factum fuerit, Laconum grassationes prohibitum iri a nobis. WOLF.

P. 208. v. 26. *πρόδηλα ταῦτα*] Invertit Aug. primus. REISK.

P. 208. v. 26. *βουλήσεται*] *βούλεται* Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 208. v. 28. *πρὸς ἐκεῖνα τούτους*] *τοὺς Θηβαίους πρὸς τὴν τῶν Πλαταιῶν κατοίκισιν* (sic enim per *ι*, non *κατοίκησιν* per *η*, in penultima legendum censeo). Thebani Plataearum instaurationi adversabuntur. WOLF. Non Thebani, sed Megalopolitani, ut mox Reiskius. Neque solae Plataeae intelligendae. SCHAEF.

P. 208. v. 28. *πρὸς ἐκεῖνα*] ad restaurationem oppidorum Phocidis a Thebanis eversorum. REISK. Non Phocidis, sed Boeotiae. SCHAEFER.

P. 208. v. 28. *τούτους*] hos Arcadas puta. REISK.

P. 208. v. 28. *εἰκότως*] Bekker. recte iungit antecedentibus. SCHAEFER.

P. 209. v. 1. *κατοίκισιν*] *κατοίκησιν* Paris. quintus, Aldus, P. Manutius, Bavaricus. *κατοικιεῖν* Aug. primus. Nam satis apparet e vestigiis rasurae, antea scriptum fuisse *κατοίκησιν*. Sed eadem antiqua manus erasit et mutavit: tametsi penes me dubium nullum superest, quin ea voluerit vulgatam dare. REISK. V. Wolf. ad p. 208, 28. SCHAEFER.

P. 209. v. 1. *ἑαυτοῖς*] *αὐτοῖς* Paris. primus. REISK.

P. 209. v. 1. *ἀνήνυτα πράγματα*] *irrita negotia habebimus*, id est, frustra labores atque molestias capiemus. WOLF.

P. 209. v. 2. *ἕξομεν*] Post *ἕξομεν* addit vitiose *μὲν* editio P. Manutii. REISK.

P. 209. v. 4. *τοίνυν*] *μεταβατικόν*. SCHAEFER.

P. 209. v. 5. *ὡς δεῖ τὰς στήλας καθελεῖν*] S. *τοὺς Ἀρκάδας*. *pilas*, quibus foedera inscripta erant, *demoliendas esse a Megalopolitanis*. WOLF. Scilicet Wolfiana caret pronomine *αὐτούς*. SCHAEFER.

P. 209. v. 5. *τὰς στήλας*] Has pilas Megalopoli fuisse reor. SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 50.

P. 209. v. 5. *καθελεῖν*] *ἀνελεῖν* Aug. primus. Post hunc in-

finitivum addunt *αὐτοὺς* Paris. primus, Aug. primus. Appendix Francofurtana ponit hoc pronomen ante infinitivum. *αὐτοὺς* addidi, quod item ad eosdem Arcadas redit. REISK.

P. 209. v. 6. *ἔσονται σύμμαχοι*] *οἱ Μεγαλοπολῖται δηλονότι.* SEAGER. l. c.

P. 209. v. 6. *οὐκ εἶναι στήλας*] Hyperbolice dictum putans Weiskius de Hyperb. III. p. 5.: „*οὐκ εἶναι* oratorie dictum pro *οὐδαμοῦ εἶναι, οὐδεμίας* *) i. e. *οὐδενὸς λόγου.*" Mihi locus videtur vitium contraxisse, suspicorque scribendum: *οὐ κενὰς στήλας, ἀλλὰ* —. *ψήφισμα κενὸν* dixit Orator p. 53, 7. SCHAEF.

P. 209. v. 10. *ἑαυτοῖς*] *αὐτοῖς* Paris. primus. REISK.

P. 209. v. 10. *τούτους*] *τούτοις* appendix Francofurt. REISK.

P. 209. v. 11. *εἰ τὰ μάλιστ' εἰσὶ τοιοῦτοι*] *εἰσὶ, οἱ βοηθοῦντες* scil. — *τοιοῦτοι, σύμμαχοι.* SEAGER. l. c. Immo: *si vel maxime tales sunt,* scil. quales se esse dicunt. Sic etiam Reiskius intellexit, quem Anglus audire debebat. V. not. sequ. *εἰ τὰ μάλιστα, si vel maxime,* recurrit p. 1108, 27. Idem valet *εἰ ὅτι μάλιστα*, cuius formulae exempla e Platone congessi in H. Stephani Thesauro c. 5908. B. SCHAEFER.

P. 209. v. 11. *ὡδί πως ἔχω*] Subaudi *γνώμης.* si vel maxime fidem illis habentes persuadeamus nobis, Arcadas tam simplicis esse naturae, tam fraudis vacuae, atque se ferunt, sic tamen arbitror, aioque, sic esse agendum nobis, ut una Arcadasque rogemus, ut stelam tollant eam, qua perscripta est formula foederis atque societatis in bellis ab ipsis cum Thebanis contractae, Lacedaemoniosque rogemus, ut pacatos se atque quietos tenere velint. REISK. Nimirum talium stelarum ea vulgo habebatur religio, ut, si Megalopolitani evertere illas non cunctarentur, fides eorum Atheniensibus, novis sociis, satis certa videri posset. SCHAEFER.

P. 209. v. 12. *τε*] Delevit Bekker. Encliticae adverbio *ἅμα* iunctae exempla habet H. Stephani Thesaurus c. 1905. ed. Lond. SCHAEFER.

P. 209. v. 13. *ὁπότεροι*] Schneiderus in Lex. Gr. Germ. hunc locum citans vertit *alterutri.* Rectius vertas *utricunque:* ut sit i. q. *ὁποτεροιοῦν.* Conf. Xenophont. l. c. in not. sequ. et v. Heindorf. ad Platon. Theaetet. p. 292. s. Sic *ὅστις* saepe est i. q. *ὁστισοῦν, quicunque.* V. not. ad Sophocl. Antig. 2. et quae congessi in H. Stephani Thesauro c. 7003. SCHAEFER.

P. 209. v. 15. *μετὰ τῶν ἐθελόντων*] S. *ποιεῖν τὸ προσταττόμενον. hos defendemus, qui nostris mandatis obtemperabunt.* Sic Cyrus apud Xenophontem *γ' Παιδείας* de Chaldaeis et Ar-

*) Ubinam hoc legit Weiskius? Mihi quidem nusquam repertum est. SCHAEFER.

meniis loquens: *κἂν ἀδικῶσιν ὑμῶν ὁποτεροιοῦν, σὺν τοῖς ἀδικουμένοις ἐσόμεθα ἡμεῖς*, *utri utri vestrum ius violarint, nos opem affectis iniuria feremus.* Felicianus perperam habet *μετὰ τῶν ἐλθόντων*. Ii vero et Arcades erant et Lacedaemonii. Sic utrisque mittenda erant auxilia, quod est absurdum. WOLF. *μετὰ τῶν ἐλθόντων* P. Manutius. REISK. Conf. H. Stephani Thesaurus c. 3857. A. SCHAEFER.

P. 209. v. 15. *γίνεσθαι*] *γίγνεσθαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 209. v. 15. *γενομένης*] Vulg. *γιγνομένης*. *γενομένης* Paris. primus, Aug. primus, quod praetuli. REISK.

P. 209. v. 16. *ἔτι*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 209. v. 16. *τῆς Θηβαίων συμμαχίας ἕξονται*] Scilic. *μὴ καθαιροῦντες τὰς στήλας*. SCHAEFER.

P. 209. v. 17. *δήπου*] Abest a Paris. primo et Aug. primo. REISK. Rectius adest. V. v. 20. SCHAEFER.

P. 209. v. 18. *συμμάχους — ποιουμένων*] Cuius rei certum documentum erit *ἡ τῶν στηλῶν καθαίρεσις*. SCHAEFER.

P. 209. v. 18. *ἀδόλως ἡμᾶς*] Invertit Aug. primus. REISK. Item Bekker. SCHAEFER.

P. 209. v. 19. *ἐθελήσουσιν*] *θελήσουσιν* Parisin. primus et quintus. REISK. V. not. ad p. 208, 15. SCHAEFER.

P. 209. v. 21. *κατοικισθῶσι μόνον*] Vulg. *κατοικισθῶσι*. *μόνον* addunt Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. Addidi. REISK.

P. 209. v. 22. *τοῦ πολέμου τούτου*] S. si urbes illas instaurari vetuerint. WOLF. *τούτου* Cod. Bekk. omittit: neque ego requiram. SCHAEFER.

P. 209. v. 22. *περιεστηκότος Θηβαίοις*] M. *περ. Θηβαίους*, ut alibi construitur hoc verbum. WOLF. Aldina Taylori dat *τοῖς Θηβαίοις*. REISK. Constructionis cum dativo exempla dat Ind. Graecit. p. 398., alia H. Stephani Thesaur. c. 4605. ed. Lond. SCHAEFER.

P. 209. v. 23. *θαυμάζω δ' — ἡγοῦνται φοβερὸν*] Citant Anecd. Bekk. p. 148, 23. SCHAEFER.

P. 209. v. 23. *τὸ — εἶναι*] *τὸ εἶναι*, *si sint*, *ἐὰν ὦσι*. Videtur aliquis Arcadum patronus dixisse, si Athenienses Megalopolitanos non receperint, eos coniunctos cum Thebanis fore Atheniensibus formidabiles. Id argumentum specie confutationis in suum commodum vertit, quodam fere dilemmate, ad hunc modum: Sive succubuerint Arcades, illorum opibus aucti Lacones nos invadent; sive restiterint, firmiores Thebanorum socii, acriores nostri hostes erunt: defendendi sunt igitur. WOLF. Immo sic ratiocinatur Orator: Quantumvis nostra intersit foedus inter Megalopolitanos et Thebanos rescindi stelis eversis, tamen, si

vel maxime utrique porro futuri sint socii, minus nobis timendum erit, quam si Lacedaemonii Megalopolitanos suae faciant ditionis; Thebani enim Megalopolitanorum opibus semper utuntur contra Lacedaemonios, sed Lacedaemonii, cum illos sibi iunctos haberent, usi sunt contra nos. SCHAEFER.

P. 209. v. 23. *Θηβαίων*] *Θηβαίοις* Paris. secundus cum *γρ.*, appendix Francofurtana. REISK. *Θηβαίους* Anecd. Bekk. l. c., quod natum est e *Θηβαίοις*. SCHAEFER.

P. 209. v. 25. *συμμάχους εἶναι*] *εἶναι συμμάχους* Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 209. v. 26. *τούτους αὐτοὺς, μηδὲν ἡγοῦνται φοβερὸν*] Malim sic distingui et exarari: *τούτους, αὑτοῖς* [id est *ἑαυτοῖς*] *μηδὲν ἡγοῦνται φοβερὸν* [subaudi *τοῦτ' εἶναι*]. hoc metu sibi carere autumant, seu nil esse, cur ipsi propterea metuant, aut hoc sibi non esse formidabile. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 209. v. 26. *αὐτοὺς*] Omisit Bekker. Recte, ut opinor. SCHAEFER.

P. 209. v. 27. *ἡμῖν*] *ὑμῖν* Aug. primus. REISK.

P. 209. v. 28. *Λακεδαιμονίους*] *Λακεδαιμονίοις* Paris. quintus. REISK.

P. 210. v. 1. *ἡμᾶς*] *ὑμᾶς* Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 210. v. 2. *οἴομαι*] *οἶμαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 210. v. 2. *τοίνυν*] *μεταβατικόν*. SCHAEFER.

P. 210. v. 5. *διοικισθῶσιν*] dissipata eorum urbe et in vicos redacta. Sic in Isocrate: *εἰρήνης οὔσης Μαντινέας διῴκισαν*. WOLF.

P. 210. v. 5. *εὐθὺς ἔστιν*] Invertit Aug. primus. REISK. *εὐθύς ἐστιν* Reisk. SCHAEFER.

P. 210. v. 6. *ἐὰν — ἄρα*] Sic v. 15. *ἂν ἄρα* v. 20. SCHAEFER.

P. 210. v. 7. *προσδέξησθε*] *παραδέξησθε* Aug. secundus. REISK.

P. 210. v. 8. *ὑπάρξει ἤδη σωθῆναι*] Quae vis h. l. particulae *ἤδη* sit, non satis percipio. Sententia postulare videtur *δοκεῖν*. *ὑπάρξει δοκεῖν σωθῆναι*, *videbuntur per vos exitio esse erepti.* REISK. *ἤδη* recte habet. Opponitur *τὸ συμβησόμενον*. SCHAEFER.

P. 210. v. 8. *ὑμᾶς*] Post h. v. cum Bekkero pone signum commatis. In Reiskiana est signum coli. SCHAEFER.

P. 210. v. 10. *κατὰ*] Vulg. *καὶ*. Pro coniunctione *καὶ* suffeci de meo sensu praepositionem *κατά*. id quod exit, exsistit e calculo, si magnitudines discriminum ad calculos et comparationes inter se revocemus. REISK. *καὶ* Bekkerus bene revocavit. SCHAEF.

P. 210. v. 10. *μετενεγκόντες*] S. a nobis. non dicamus de nostris, sed de Thebanorum et Laconum commodis aut incommodis. WOLF. Idem est ac si dixisset *μετενεγκόντες ἀπὸ τῶν*

Ἀρκάδων [in quibus utramvis in partem eventura modo proposuimus] *ἐπὶ τοὺς Θηβαίους καὶ ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους σκοπῶμεν καὶ ἐπὶ τούτων, etiam in his.* REISK. Wolfium sequi malim. SCHAEF.

P. 210. v. 13. *τούτους*] *τούσδε* Paris. quintus, appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK. Non displicet. Conf. *τῶνδε* v. 17. SCHAEFER.

P. 210. v. 13. *ἀντιπάλους*] Post h. v. Bekker. non interpunxit. Mihi sequentia quatuor verba, *τοὺς Ἀρκάδας, ἐγγὺς οἰκοῦντας,* non videntur Demosthenis esse. SCHAEFER.

P. 210. v. 15. *οἰκοῦντας*] *οἰκοῦντες* Aug. secundus. REISK.

P. 210. v. 15. *ἀνενέγκωσιν*] S. *ἐκ τῆς ἥττης τοῦ Φωκικοῦ πολέμου.* Mihi forte *ἀναφέρειν* hic impropric sit usurpatum pro *ἀντέχωσι*, et intelligendum sit non de praeterito Phocensi, sed de futuro Atheniensium bello. WOLF. Ind. Graecit. p. 42. recte vertitur *pristinas ad vires redire*, locutione petita a convalescentibus. Plutarchus Moral. T. III. p. 270. Wytt. *ἀνήνεγκε, ταχὺ δὲ ῥωσθεὶς* —. SCHAEFER.

P. 210. v. 16. [*καὶ μὴ πέσωσιν*]] Absunt a Paris. primo, Aug. primo. REISK. Recte omisit Bekker., paragogicâ litterâ additâ verbo *σωθῶσι.* SCHAEFER.

P. 210. v. 17. *τῶνδε, τῶν καὶ δι' ἡμᾶς*] Vulg. *τῶνδε, καὶ δι' ἡμᾶς.* Dedi de meo *τῶνδε, τῶν καὶ δι' ἡμᾶς. etiam his foederi nostro aggregatis, quippe qui per nos servati essent.* Postremis his inest causa, cur Arcades ad foedus Atheniensium accessissent. REISK. *τῶν* iure omisit Bekk. — *δι' ἡμᾶς, οὐ διὰ τοὺς Θηβαίους.* SCHAEFER.

P. 210. v. 18. *ὥστε πανταχῇ συμφέρει κ. τ. λ.*] Loci huius sententiam retulit adumbratam, non verba recitavit Hermogenes p. 90. REISK.

P. 210. v. 18. *πανταχῇ*] *πανταχοῦ* Parisin. quintus. REISK. *πανταχῇ* Bekker. SCHAEFER.

P. 210. v. 20. *αὑτοὺς*] *αὐτούς* Bekker. SCHAEFER.

P. 210. v. 21. *μήτε*] Vulg. *μηδέ. μήτε* Paris. quintus, quod praetuli. REISK.

P. 210. v. 21. *ἀλλὰ*] *ἀλλ' ἢ* appendix Francofurtana. REISK. Saepius *ἀλλὰ* sic ponitur post *ἄλλος*. Exempla huius constructionis dedi in H. Stephani Thesauro c. 1842. B. Addo, quod ob additum *τόσον* in primis notabile, Homericum Il. XXI. 275. s. SCHAEFER.

P. 210. v. 21. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* Aug. secundus. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 210. v. 21. *μὲν οὖν*] Vulg. *μέν. οὖν* addunt Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. Addidi. REISK.

P. 210. v. 23. *ἀλλ'*] Omittit Aug. primus. REISK.

P. 210. v. 25. ἄλλον] Pro ἄλλων lego aut τῶν ἄλλων aut ἄλλον per o. WOLF. E solo Bavarico et Aug. secundo ἄλλον enotavi: non dubito tamen, quin idem in aliis quoque meorum librorum fuerit. Praetuli ἄλλον in accusat. singul. REISK.

Clausula in Bavarico haec est: ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν *HH|Δ|ΔΔΔΔIIIH*, quod non intelligo. Postremum *H*, quod *octo* significat, si abesset, exiret numerus 293. REISK.

ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM ORATIONIS DE FOEDERE CUM ALEXANDRO.

In hac oratione de foedere cum Alexandro comparet in Aldina Taylori nomen *Bar.* id est Barocc. primum adscriptum, (antea non observaram,) neque tamen ad omnes lectiones, sed tantum ad plerasque. REISK.

P. 211. v. 1. καταγαγόντος] κατάγοντος Bavaricus. REISK. Verum καταγαγόντος. V. p. 212, 27. SCHAEFER.

P. 211. v. 2. 5. αἰτιᾶται—φησὶ] S. ὁ ῥήτωρ. WOLF.

P. 211. v. 3. τὰς παρὰ Ἀθηναίοις καὶ Ἕλλησι γενομένας] M. τὰς πρὸς Ἀθηναίους καὶ τοὺς Ἕλληνας γενομένας. WOLF.

P. 211. v. 6. περιορᾶν] ὁρᾶν simplex dat Bavaricus. REISK.

P. 211. v. 6. ὁ δὲ λόγος ψευδεπίγραφος εἶναι δοκεῖ] In ψευδεπιγράφοις numerat Dionysius Halic. T. VI. p. 1127. R. Etiam Bekkerus hanc Orationem pro spuria habet. SCHAEFER.

P. 211. v. 7. τοῖς ἄλλοις τοῖς τοῦ Δημοσθένους] Saepius ita iteratur articulus post οἱ ἄλλοι etc. Resolve: τοῖς ἄλλοις, οἵ γνήσιοί εἰσι τοῦ Δημοσθένους. SCHAEFER.

P. 211. v. 8. Ὑπερίδου] Cod. Bekk. Ὑπερείδου, quomodo hoc nomen saepe scriptum reperitur. SCHAEFER.

P. 211. v. 10. τά τε ἄλλα καὶ—ἔχει] Ne putes post καὶ inserendum ὅτι. Haud raro tali in structura Graeci sola utentes copula novam enuntiationem addunt, quae cum antecedentibus λογικωτέρως coniungenda videatur. SCHAEFER.

P. 211. v. 11. Δημοσθένην] Δημοσθένη Bekker. SCHAEFER.

P. 211. v. 11. νεόπλουτοι καὶ βδελυρεύσεται] νεοπλούτους καὶ βδελυρευομένους Bavar. νεοπλούτους καὶ βδελυρεύεσθαι Barocc. REISK. Vera vulgata. νεόπλουτοι est p. 218, 8. βδελυρεύσεται p. 214, 25. Alia etiam, opinor, insunt, quae non magis videantur Demosthenica. V. not. ad p. 213, 16. 17. SCHAEFER.

ANNOTATIONES AD ORATIONEM DE FOEDERE CUM ALEXANDRO.

P. 211. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ—ΛΟΓΟΣ*] *ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΣΥΝΘΗΚΩΝ* Bekker. SCHAEFER.

P. 211. v. 1. *Ἄξιον ἀποδέχεσθαι — διακελευομένων ἐμμένειν*] Citat h. l. Thomas M. v. *ἀποδέχομαι* [p. 91.]. REISK. Item Anecd. Bekk. p. 121. in. SCHAEFER.

P. 211. v. 1. *ἄνδρες*] Omisit Thomas M. l. c. SCHAEFER.

P. 211. v. 3. *πεπεισμένοι*] S. *ὅτι δεῖ ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις.* si ex animo ita sentiunt et citra simulationem. WOLF.

P. 211. v. 3. *ποιοῦσιν*] *ποιῶσιν* Aug. primus. REISK.

P. 211. v. 3. *οἴομαι*] *οἶμαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 211. v. 3. *οὐδὲν οὕτω*] *οὐδὲν τῶν ἄλλων οὕτω* Paris. primus et cum *γρ.* secundus, Barocc. Aug. primus, sed hic a manu correctrice, nam a prima fuit *οὐδὲ τῶν οὕτω.* Consentit Bavaricus cum vulgata, nisi quod *οὕτως* dat cum sigmate. REISK.

P. 211. v. 5. *ὡς περὶ — σπουδάζειν*] Isocrates Nicocle: *αἱ δημοκρατίαι τὰς ἰσότητας ζητοῦσι τοῖς μετέχουσι τῶν πολιτειῶν.* WOLF.

P. 211. v. 5. *ὡς περὶ τὸ ἴσον καὶ τὸ δίκαιον*] *ὥσπερ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἴσον* Paris. primus. REISK.

P. 212. v. 1. *ἐπ' αὐτὸ*] *ἐπὶ ταῦτα* Barocc. Paris. primus, Aug. primus. *ἐπ' αὐτὰ* Aug. secundus. Utramque lectionem dat Bavaricus. REISK. *ἐπὶ ταῦτα* satis placet. SCHAEFER.

P. 212. v. 3. *τὸν ἐξετασμὸν*] *inquisitionem*, *disceptationem.* id est, nunc excuti et explorari suum consilium patiantur. WOLF.

P. 212. v. 5. *τἀληθέστερα*] Vulg. *ἀληθέστερα. τἀληθέστερα* Paris. primus, Aug. primus, Barocc., quod praetuli. REISK. *ἀληθέστερα* Bekker. SCHAEFER.

P. 212. v. 7. *ἢ προελόμενοι*] Sententia videtur potius *ἢ μὴ προελόμενοι* flagitare. *aut, non praetendentes ius et fas rebus omnibus anteferre*, (sed saepe quoque emolumentum sequi eique ius aequum postponere,) *utamini iam eo, quod expedit, sine cuiusquam reprehensione.* Ubi enim semel inter omnes constiterit, vos commodum honestati antehabere, nemo iam mirabitur neque queretur, vos commoda vestra sectantes ius aequum flocci fecisse. REISK. Vir egregius si minus festinasset, facile intellexisset veram esse vulgatam. Sensus: ut aut scientes volentesque inferri vobis iniuriam patiamini, aut iusti erga omnes sine culpa ser-

vantes ulciscamini iniuriam, nulla amplius mora interposita. SCHAEFER.

P. 212. v. 7. *ποιεῖσθαι*] Vulg. *ποιήσασθαι. ποιεῖσθαι* Paris. primus, Aldina Taylori. *ποιεῖσθε* Aug. primus. Dedi *ποιεῖσθαι.* REISK. *ποιήσασθαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 212. v. 7. *ἀνεγκλήτως*] Aut h. l. aut alium similem, ubi v. *ἀνεγκλήτως* occurrit, citavit Pollux 8, 69. REISK. Recurrit hoc adverbium p. 218, 1. et 220, 6., utroque loco sic, ut pariter de iusto agatur. Anecd. Bekk. p. 400, 29. citant *ἀνεγκλήτως* e Xenophonte, tacente Lexico Xenophonteo, sed, quod mireris, *ἀνέγκλητον* e nostra Oratione. SCHAEFER.

P. 212. v. 7. *ἀνεγκλήτως πρὸς ἅπαντας χρῆσθε*] Utrum *ἀνεγκλήτως πρὸς ἅπαντας*; an *χρῆσθε πρὸς ἅπαντας*; WOLF. Prius probo. SCHAEFER.

P. 212. v. 8. *ἅπαντας χρῆσθε*] *ἅπαντα χρῆσθαι* Paris. primus. *ἅπαντα* tantum e Barocc. annotatum erat in Aldina Taylori. REISK.

P. 212. v. 8. *τῷ συμφέροντι*] Id vero quod est? *τὸ ἀμύνεσθαι τοὺς παραβαίνοντας τὰς συνθήκας.* WOLF. Conf. p. 220, 6. SCHAEFER.

P. 212. v. 10. *σκοπουμένοις*] *σκεψαμένους* Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK. *σκεψαμένοις* Bekker. Accusativum, quem libri tuentur tantae bonitatis, cur posthabeamus, parum intelligo. Xenophon Memor. II. 6. 26. *εἰ ἐξῆν τοῖς κρατίστοις συνθεμένους ἐπὶ τοὺς χείρους ἰέναι.* ubi Schneiderus *συνθεμένους* contra Weiskium *συνθεμένοις* praeferentem iure tuetur. Idem Oecon. VIII. 21. *ἔξεστιν — καὶ πεῖραν λαμβάνειν αὐτῶν οὔτε τι ζημιωθέντας οὔτε τι πολλὰ πονήσαντας.* Quod toties accidit, ut *τι* ob sequens *π* loco non suo legatur, hic quoque opinor accidisse: malim enim *οὔτε πολλὰ πονήσαντας.* V. Melet. Crit. p. 12. SCHAEF.

P. 212. v. 11. *ἤδη*] Omittit appendix Francofurtana. REISK.

P. 212. v. 11. *οἱ παραβεβηκότες*] S. *τὰς συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους.* WOLF.

P. 212. v. 12. *ὡς δὲ περὶ μεγάλων, συντόμως διδάξω*] *docebo vos breviter, ut de rebus magnis*, h. e. ea brevitate, quae locum habet in tanta argumenti amplitudine et ubertate atque gravitate, respective breviter, etsi non per se neque destricte. REISK. Fallitur. Sensus: Quam graves autem sint res, in quibus violatio foederis vertitur, paucis docebo. Scilicet eo statim utitur exemplo, quod auditorum animos sic moveat, plura ut addi opus non sit. Plena locutio: *ὡς δὲ περὶ μεγάλων παραβεβήκασιν οἱ παραβεβηκότες.* SCHAEFER.

P. 212. v. 13. *ἐρωτήσειεν ὑμᾶς*] Invertunt Aug. primus et Barocc. REISK.

P. 212. v. 13. *ἀγανακτήσαιτε*] Vulg. *ἀγανακτήσητε. ἀγανα-*

κτήσετε Aug. primus, Bavaricus. Praetuli de meo ἀγανακτήσαιτε in optativo. REISK. Reiskium sensus quidam obscurior, non syntactica ratio, quam ignorabat, hic, ut alibi, rectam in viam duxit. SCHAEFER.

P. 212. v. 15. οἶμαι] Omittunt Paris. primus et Aug. primus, sed ponunt iidem post ἀναγκάζοι. REISK.

P. 212. v. 15. εἴ τις ἀναγκάζοι — καὶ εἴ τις ἐβιάζετο —] Ordo verborum satis confusus est. Sed quia meam interpretationem commentarii vice esse confido, nihil est, cur plura annotem. Quis enim non videat, εἴποιτ' ἂν ὑμᾶς ἁρπάσαντας τὰ ὅπλα ὑπομεῖναι — coniungi, et τὸ ἂν ὑπομεῖναι ἀντὶ τοῦ ὑπομενεῖν poni? WOLF. Post verba εἴ τις ἀναγκάζοι ἂν deest procul dubio infinitivus παραδέχεσθαι aut καταδέχεσθαι, *recipere*, scilicet Pisistratidas, qui statim in continenti nominantur. Pro ἀναγκάζοι in Barocc. est ἀναγκάζει. REISK. Ordinem verborum Wolfius vere dicit satis confusum esse: id quod accidit non Oratoris culpa, sed librariorum. Orator verba quomodo ordinaverit, si periodum attentius legeris, non magno, opinor, negotio intelliges. Scilicet, particulâ ἂν post ἀναγκάζοι deletâ, (et delevit Bekkerus,) verba sic collocanda: ἐπὶ τίνι ἂν μάλιστ' ἀγανακτήσαιτε, εἴ τις ἀναγκάζοι, εἴποιτ' ἄν, οἶμαι, πάντες, εἰ ἦσαν κ. τ. λ. Neque obscura est causa confusionis. Cum enim verba εἴποιτ' — πάντες ob homoeoteleuton (εἴ — εἰ) excidissent, (exciderunt que in Cod. Bekk.,) margini adscripta post in locum textus non suum per socordiam scribarum immigrarunt. Iam apparet, quam irriti sint Reiskii conatus periodum vel hic ut infinitivo defectam integrantis vel infra ad v. 17. ut impeditiorem expedientis. SCHAEFER.

P. 212. v. 16. νυνὶ] Vulg. νῦν. νυνὶ Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 212. v. 16. εἴ] Omittunt Aug. primus, Paris. primus, Barocc. REISK. Recte omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 212. v. 17. δευρὶ] Cod. Bekk. δευρ' εἰ: ut etiam qui δευρεὶ scriberent fuisse videantur. Alias huius adverbii formas rariores commemorat Theognostus in Anecd. Bekk. p. 1361. a., in quibus est τὸ μεγαλογραφούμενον δεύρω, quod dicit ποιητικῶς πολλάκις *) διὰ μετρικὴν χρείαν usurpari. Vide mihi morem illorum hominum. Cum enim Herodianus, gravis doctusque Grammaticus, δεύρω ut μονῆρες citasset ex uno Homeri loco Il. III. 240., quo referenda Hesychii glossa T. I. c. 922., postea exorti sunt, qui in universum traderent, alii, τὸ δεύρω εἶναι ἔκτασιν ποιητικήν, ut Scholiastes Dionysii Thracis in Anecd. Bekk. p.

*) Editum est π. καὶ δ. μ. χ. Sed delenda copula. Rursus insertâ copulâ χθὲς καὶ πρὸ τρίτης scribendum ibid. p. 1401. a. [Xenophon Cyrop. VI. 3. 11. χθὲς — καὶ τρίτην ἡμέραν.] Scilicet ϛ antegressum ut hic elisit particulam, ita illic in causa fuit ut inferciretur. V. Ind. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 664. S. SCHAEFER.

943, 3., alii, τὸ δεῦρο γράφεσθαι μέγα Ἀττικῶς, ut Etymolog. M. c. 259, 2. Sed hic ludus est praeut quod docet ille Theognostus, δεύρω ποιητικῶς πολλάκις dictum esse. Immo ἅπαξ εἴρηται παρὰ τῷ ποιητῇ, Herodiano si credas. Credidit Gul. Dindorfius, cuius v. praefat. ad Iliada. Ego ἐπέχω. SCHAEFER.

P. 212. v. 17. ἁρπάσαντας ἂν ὑμᾶς κ. τ. λ.] Subaudi e praemissis οἴομαι. *et* [hinc incipit alterum colum huius periodi], *si quis eos per vim et violentiam reducere in urbem conetur, videmini mihi, raptis armis, nullum non discrimen toleraturi.* REISK. Sed v. not. ad v. 15. SCHAEFER.

P. 212. v. 17. τὰ ὅπλα] Omittit articulum Aug. secundus. REISK.

P. 212. v. 20. παραδέχεσθαι] παραδέξασθαι Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK. Recte παραδέξασθαι Bekker. Ac ne forte praeferas παραδέχεσθαι ob sequens δουλεύειν, memento δουλεύειν indicare servitutem duraturam. SCHAEFER.

P. 212. v. 21. καὶ τοσούτῳ μᾶλλον] Scilicet spero, vos id facturos seu nullum periculum pro libertate vestra recusaturos esse. REISK.

P. 212. v. 21. ὅσῳ] Exspectes ὅτι, *quod.* Sed legitima haec est constructio propter antegressum τοσούτῳ, ad quod hoc ὅσῳ sic refertur, ut inter antecedentia et sequentia graduum comparatio, quae vere non est, intercedere videatur. Aliud exemplum legitur p. 216, 10. s., ubi v. not. Herodotus VIII. 13. τοῖσι δὲ ταχθεῖσι αὐτέων περιπλώειν Εὔβοιαν ἡ αὐτή περ ἐοῦσα νὺξ πολλὸν ἦν ἔτι ἀγριωτέρη τοσούτῳ, ὅσῳ ἐν πελάγεϊ φερομένοισι ἐπέπιπτε. ut locus interpungendus. Plato I. 1. p. 373. Bekk. Κινδυνεύω — ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς δεινότερος γεγονέναι τὴν τέχνην τοσούτῳ, ὅσῳ ὁ μὲν τὰ αὑτοῦ μόνα ἐποίει οὐ μένοντα, ἐγὼ δὲ πρὸς τοῖς ἐμαυτοῦ — καὶ τὰ ἀλλότρια. SCHAEFER.

P. 212. v. 22. ἀποκτείνεις] ἀποκτείνειν P. Manutius. REISK.

P. 212. v. 23. ἀκρίτως] ἀκρίτους Paris. primus et cum γρ. secundus, Barocc. Aug. primus, appendix Francofurtana. REISK. Bene ἀκρίτους Bekker. SCHAEFER.

P. 212. v. 23. ἀπολλυμένους] Vulg. ἀπολυμένους, quod nihili est. Vitium hoc est typographicum editionis Lutetianae. Correctius dant ἀπολλυμένους cum geminato λ Aug. primus et secundus, Bavaricus, Aldus, unde repetiit index Lambini, P. Manutius, denique libri omnes. REISK.

P. 212. v. 23. ὑβριζομένους εἰς παῖδας καὶ γυναῖκας] ἀντὶ τοῦ, τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ὑβρίζεσθαι. WOLF.

P. 212. v. 27. τυράννους ὄντας] Vulg. ὄντας τυράννους. Invertit Aug. primus, Barocc. REISK. ὄντας τυράννους Bekker. SCHAEFER.

P. 212. v. 28. δικαίου] Post h. v. cum Bekkero pone hypostigmen. SCHAEFER.

P. 212. v. 28. αὐτοῦ] Vulg. αὐτοῦ. αὑτοῦ Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 212. v. 28. ᾔθει] ἔθει appendix Francofurtana. Utrumque dat Bavaricus. REISK. ἔθει Bekker. SCHAEFER.

P. 213. v. 1. οὐ δὴ δεινὸν] οὐδ' ᾔδει. Legendum, ut habet Felicianus, οὐ δὴ δεῖ, εἰ μέν τις ὑμᾶς ταῦτα βιάζοιτο, μάλιστα ἀγανακτῆσαι καὶ φυλάξασθαι τοὺς ὅρκους, (sic enim lego pro φυλάξασθαι τοῦτο, quod perperam etiam ad inferiora translatum est,) εἰ δ' ἑτέρωθί που γέγονε παρὰ τοὺς ὅρκους, πράως ὑμᾶς ἔχειν καὶ τοὺς ὅρκους μὴ φυλάξασθαι. Verba τοὺς πρὸς ὑμᾶς et ut supervacanea et ut falsa (nam ad omnes Graecos pertinebat iusiurandum) et ταυτολόγα καὶ κακόφωνα reiicienda puto. WOLF. Vulg. οὐ δὴ δεῖ. οὐδ' ᾔδει Bavaricus, Aug. secundus, Aldus et P. Manutius, unde repetiit et margo Lutetianae et appendix Francofurtana. οὐ γὰρ ἔδει index P. Manutii. ἔδει ἢ οὐ δὴ δεῖ, εἰ μέν τις Aldina Taylori. Correxi de meo οὐ δὴ δεινὸν. *Non igitur est res atrox et indigna, si quis audeat vos quidem ad has indignitates perferendas adigere,* h. e. invitis vobis tyrannum vestrum exsulem reducat vestrisque cervicibus imponat, *tum vos id aegerrime ferre, aliis autem eadem oblata iniuria, lente et aequo animo vos id ferre atque ignoratione dissimulare? et nonne res gravis et foeda est esse hic, qui cum nos ad permanendum in fide hortentur, tum aliis veniam pactorum violandorum dent?* REISK. Bene οὐ δὴ δεῖ Bekker. Tollenda igitur signa interrogandi post ἔχειν v. 4. et post ἐξουσίαν v. 7. SCHAEFER.

P. 213. v. 2. ταῦτα] ἐνταῦθα P. Manutius. REISK.

P. 213. v. 3. παρὰ τοὺς ὅρκους τοὺς πρὸς ὑμᾶς] παρὰ τοὺς πρὸς ὑμᾶς ὅρκους Barocc. Aug. primus, Bavaricus, appendix Francofurtana. REISK. Sic etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 213. v. 4. [μὴ φυλάξασθαι] τοῦτο] Haec tria verba omisit P. Manutius. Primum omisit Aldus, sed annotator Tayloranus e Barocc. adscripsit μή. Pro medio dat appendix Francofurtana φυλάξαι. Locum totum sic refert index Lambini: παρὰ τοὺς ὅρκους τοὺς πρὸς ὑμᾶς, πράως ὑμᾶς ἔχειν, καὶ μὴ φυλάξασθαι τοῦτο, καὶ ἡμῖν μὲν διακ. REISK. Bekkeriana haec dat: παρὰ τοὺς πρὸς ὑμᾶς ὅρκους, μὴ φυλάξασθαι, καὶ ἡμῖν μὲν διακ. Satis apparet, locum sensisse manus interpolantium, qui interpretamentum e margine in textum alius alibi inferrent: sed fortasse ambigas, quomodo refingendus sit. Mihi Reiskius, si usquam alibi, hic uncis videtur usus felicissime. Deletis enim quae inclusit vide quam concinna levisque periodus fiat. Illud quidem, πράως ὑμᾶς ἔχειν, tam apte respondet praegresso ἀγανακτῆσαι, ut mordicus tenendum censeam. De prima autem sede interpretamenti v. not. ad v. 7. SCHAEFER.

P. 213. v. 5. *καὶ ἡμῖν μὲν*] S. οὐ δὴ δεῖ. WOLF.

P. 213. v. 5. *ἡμῖν*] *ὑμῖν* Aug. secundus. REISK. Non displicet. SCHAEFER.

P. 213. v. 5. *ἐνταυθὶ*] Vulg. ἐνταυθοῖ. Sic etiam Bavaricus, sed cum θὶ extremae voci superscripto. Praetuli ἐνταυθὶ. REISK.

P. 213. v. 6. *οὕτω*] οὕτως Bavaricus. Sed parcam in posterum haec tam minuta et levia annotare: nam promiscue habent Graeci librarii utrumque ante consonantem. REISK.

P. 213. v. 6. *οὕτω περιβοήτως*] Reiskius Ind. Graec. p. 396. recte vertit *tam famose, cum flagitio tam immani*. περιβόητος et αἰσχρὸς iunguntur p. 324, 28. V. Bos. Ellips. p. 380. SCHAEFER.

P. 213. v. 6. *καταλείπειν*] Vulg. καταλιπεῖν. καταλείπειν Paris. primus, Aug. primus, quod praetuli. REISK.

P. 213. v. 7. *ταύτην τὴν ἐξουσίαν*] Pendet ab εἰ*) δεῖ. WOLF. Adde tacita cogitatione τοῦ τοὺς ὅρκους ἀναιρεῖν. REISK. H. l. suspicor interpretantes margini allevisse quod sursus retractum priorem periodi partem tantopere conturbavit. Nam sive cum Reiskio subaudias τοῦ τοὺς ὅρκους ἀναιρεῖν, seu cum anonymo μὴ φυλάξαι, quod illic dat appendix Francofurtana, perinde est. SCHAEFER.

P. 213. v. 7. *τὴν*] Omittit P. Manutius. REISK.

P. 213. v. 11. *πολέμον*] Corrig. πολέμιον. SCHAEFER.

P. 213. v. 13. *στρατεύεσθαι*] Ne subaudias δεῖν: notio enim iubendi latet in v. προσγέγραπται v. 10. SCHAEFER.

P. 213. v. 15. *πολεμίῳ*] Malim ὡς πολεμίῳ. Etsi et in epistola quadam Philippi [p. 280, 15.] legitur: τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι πανδημεὶ χρησόμεθα, τοῖς δὲ συμβούλοις ἡμῖν μὴ κειμένοις ἐπιζημίοις. Sed is locus corruptus est et inexplicabilis. WOLF. Vide ad quam facilia in vulgusque nota illi heroes passim offenderint. Quae enim constructio hic Wolfium, eadem alibi H. Stephanum male habuit. V. Bos. Ellips. p. 782. coll. Commentar. in Aristophan. VII. 1. p. 94. Wolfium advertere poterat eadem constructio mox recurrens p. 214, 23. SCHAEFER.

P. 213. v. 16. *οἱ τυραννίζοντες*] οἱ τὰ τῶν τυράννων φρονοῦντες, *tyrannorum studiosi*. WOLF. Rarior vox, sed quam frustra firmes Demosthenis auctoritate. SCHAEFER.

P. 213. v. 16. *πρὶν τὰς συνθήκας — οἱ Φιλιάδου παῖδες*] Citant Anecd. Bekk. p. 174, 31. SCHAEFER.

P. 213. v. 17. *Μεσσηνίων*] *Μεσηνίων* Anecd. Bekk. l. c. Placet quod dat Cod. Bekk. melioris notae *Μεσσήνην*, proba, etsi perrara, constructione, cuius exemplum in Demosthene legere non memini. Nam quod Reiskius in Ind. Graecit. p. 504. f.

---

*) Voluit οὐ. Sed quis usus huius notulae? SCHAEFER.

e p. 127, 1. attulit, non attulisset, si locum inspexisset consideratius. V. not. ad l. c. Quod si Passowius, cum in Lex. Gr. scriberet „τυραννέω — *seltner m. d. acc. Dem.*“, ante oculos habuit Indicem Reiskianum, errantem secutus ducem non potuit non in errorem incidere. Non novus autem hic error est: nam eadem oberravit chorda Grammaticus in Anecd. Bekk. p. 174, 27., cuius mentionem quod non feci, cum illam notam commentarer, velim lectores mihi ignoscant. SCHAEFER.

P. 213. v. 18. *κατάγειν*] *καταγαγεῖν* appendix Francofurtana. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 213. v. 20. *τοὺς μὲν — ἐκβαλεῖν*] Attractionis nexu liberans sic resolve: *τοὺς μὲν ἐν Λέσβῳ τυράννους, οἷον ἐν Ἀντίσσῃ καὶ Ἐρέσῳ, ἐκεῖθεν ἐκβαλεῖν.* SCHAEFER.

P. 213. v. 20. *Ἐρέσου*] Pro *Αἰρέσου* legendum *Ἐρέσου*. Hinc Theophrastus *Ἐρέσιος* apud Laërtium dicitur. WOLF. Vulg. *Αἰρέσου*. *Ἐρεσοῦ* (sic) Aug. primus. *Ἐρέσου* dat Barocc. idemque mavult Wolf. et id exhibet quoque eius editio: verum appendix Francofurtana vulgatam dat. Bavaricus dat *Αἱρέσου* cum aspero. Etiam annotator Tayloranus in margine Aldinae suae *Ἑρέσου* cum aspero annotaverat, tacito auctore. REISK.

P. 213. v. 22. *τυραννήσαντας*] *τυραννεύσαντας* Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 213. v. 22. *μηδὲν οἴεσθαι*] *γρ. μηδὲν δεῖν οἴεσθαι* index Lambini. *μηδὲν* videtur tollendum esse. *apud Messeniam vero aliam esse rei naturam existimare, difficultate eadem utrinque rem premente.* Nefas si non fuit, tyrannidem in oppido exercere, cur tyranni ex Antissa et Ereso eiecti sunt ab Alexandro? Nefas si est, civitatem Graecam a tyrannis opprimi, cur Philiadae liberi in Messeniam reducti sunt? At hi ante foedus conditum ibi regnabant? occurrit: Num Antissani et Eresii minus? Eadem difficultas utrinque occurrit; quae documento est iniquitatis, qua Alexander in tuenda pace utitur. Vulgatam defendere si iuvet, dicendum erit, *μηδὲν διαφέρειν* significare, rem esse indifferentem, non magni momenti, cuius neque commodum neque damnum sit ingens, sive fiat, sive omittatur, eoque reprehensionis vacuam. REISK. Quidni iuvet vulgatam defendere, cuius sensus loco est accommodatissimus? SCHAEFER.

P. 213. v. 23. *τῆς αὐτῆς δυσχερείας ὑπαρχούσης*] i. e. *ἀδικήματος κἂν Μεσσήνῃ ὄντος τοῦ πολιτεύματος.* Aliter Reiskius, mihi quidem non persuadens. SCHAEFER.

P. 213. v. 26. *δικαίως. πῶς οὖν οὐχ ὑπεράτοπον*] Vulg. *διὸ καὶ πῶς οὐχ ὑπεράτοπον.* Dedi de meo sensu: *δικαίως* [absoluta sententia et per se stante]. *πῶς οὖν οὐχ ὑπεράτοπον* —. REISK. Vulgatam olim scripturam iure summo revocavit Bekker. SCHAEFER.

P. 213. v. 26. ἡγεῖσθαι] i. e. ἐπιτάττεσθαι εὐθὺς ἐν ἀρχῇ SCHAEFER.

P. 213. v. 27. τὸν] τοὺς Paris. primus. REISK. Non male, si mox scribas ἄγοντας s. potius ἀγαγόντας. V. v. 6. et p. 214, 3. SCHAEFER.

P. 213. v. 28. ἄγοντα] ἀγαγόντα Paris. primus, Barocc. appendix Francofurtana. ἀναγαγόντα Aug. primus, Aldina Taylori. REISK. Bene ἀγαγόντα Bekker. SCHAEFER.

P. 213. v. 29. διαπεπρᾶχθαι] Post h. v. pone signum interrogandi. διαπεπρᾶχθαι h. l. habet vim activam. Sic p. 216, 15. αἱ πόλεις αἱ ταῦτα διαπεπραγμέναι. SCHAEFER.

P. 214. v. 2. ἐφ' ἃ ὑμᾶς παρακαλοῦσι] ἐφ' ἃ ἡμᾶς παρακαλοῦσι. S. οἱ τυραννίζοντες. WOLF. Immo οἱ ὅρκοι καὶ αἱ συνθῆκαι. Sed quod scripsit ἡμᾶς, satis placet. SCHAEFER.

P. 214. v. 3. λαβοῦσι τὰ ὅπλα] ἡμῖν — λαβοῦσι, Latine ἡμᾶς λαβεῖν, vel ἵνα λάβωμεν, vel εἰλημμένων τῶν ὅπλων. WOLF.

P. 214. v. 3. τοὺς παραβεβηκότας] S. τὰς συνθήκας. WOLF.

P. 214. v. 5. τῶν βουλομένων] S. συστρατεύεσθαι καὶ διαφυλάττειν τὰς συνθήκας τά τε δέοντα ποιεῖν. WOLF.

P. 214. v. 5. ἰσχύειν — πράττειν] Sic construe: ἰσχύειν πράττειν τὸ συμφέρον καὶ ἄνευ τοῦ δικαίου. Et ἰσχύειν fortasse ἀντὶ τοῦ ἰσχύσειν. ἡ φράσις, ὁ καιρὸς ἰσχύει πράττειν τὸ συμφέρον, τουτέστι, δύναται, οἷός τ' ἐστι. WOLF. Brevius sic dictum est, quod plenius et planius ad hunc modum dixisset: οὕτως ἰσχύειν, ὥστε βιάζεσθαι ἡμᾶς καὶ ἄνευ τοῦ δικαίου etc. *tantum valere, ut cogat nos* etc. REISK. Tu audi Wolfium. SCHAEFER.

P. 214. v. 6. νυνὶ δ' — συνδεδράμηκεν] Sententia est, coërceri Macedones et iustum et utile et tempestivum atque opportunum esse. WOLF.

P. 214. v. 6. νυνὶ δ' οὐ, ὅτ' εἰς ταὐτὸ] Vulg. νυνὶ δ', ὅτ' εἰς ταὐτὸ. Dedi de meo sensu νυνὶ δ' οὐ *), ὅτ' εἰς τ. *nunc autem non* —. H. e. num putabitis, opportunitatis tantam vim hoc tempore non esse, quo tempore in idem concurrunt ius et fas et opportunitas et utilitas nostra? REISK. Negativam Bekkerus recte delevit, post συνδεδράμηκεν posita hypostigme, ut νυνὶ δ' ἄλλον ἄρα — arcte iungantur. SCHAEFER.

P. 214. v. 7. εἰς] Quod Fabricius h. l. ait in Aug. primo εἶ legi pro εἰς, secus est: nam εἰς ibi claris literis legitur. REISK.

P. 214. v. 7. ταὐτὸ] αὐτὸ Aldus, P. Manutius. ταὐτὸν Aug. primus, Barocc. REISK. ταὐτὸν toties occurrit, ut Atticis magis quam ταὐτὸ placuisse videatur. Satis exemplorum congessi in H. Stephani Thesauro c. 2418., ubi si col. med. scripsi Τὸ αὐτὸ ν,

*) Sic Reiskiana etiam in textu. Correxi. SCHAEFER.

calami error corrigendus fuit: nam littera paragogica non habet locum nisi in forma contracta. SCHAEFER.

P. 214. v. 7. ὁ καιρὸς] copiis Macedonicis alibi occupatis. SCHAEFER.

P. 214. v. 8. ἄρα] Abest a Paris. primo et Aug. primo. REISK. Equidem non requiro. SCHAEFER.

P. 214. v. 8. χρόνον — ἀντιλαβέσθαι] καιρὸν τοῦ ἀντιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας. WOLF.

P. 214. v. 10. ἄλλων] Abest a Barocc. REISK.

P. 214. v. 11. δίκαιον — τῶν κατὰ τὰς συνθήκας] quia συνθηκικὸν δίκαιον non licet dicere. WOLF.

P. 214. v. 12. τὰς πολιτείας — καταλύσωσι] Atqui apud Eresios et Antissaeos πολιτεία τυραννὶς fuit, qua ipsi Graeci eversa pacta et conventa violarunt. Sed argutatur auctor, ὅτι ἡ τυραννὶς οὐ πολίτευμα, ἀλλ' ἀδίκημα. WOLF. Non argutatur. Quis enim τὴν τυραννίδα dixit πολιτείαν? In foederis autem illius formula v. πολιτεία non speciali sensu oportet intelligi, quo dicitur de statu civitatis democratico, sed generali, de quo v. Indic. Graecit. p. 412. SCHAEFER.

P. 214. v. 13. ὤμνυσαν] Mireris ὤμνυον in ἀττικωτάτῳ Thucydide V. 19. 24. *) SCHAEFER.

P. 214. v. 13. καταλύσωσι] καταλύωσι Paris. primus, Barocc. Aug. primus. REISK.

P. 214. v. 15. τῆς] Omittit edit. P. Manutii. REISK.

P. 214. v. 15. δ'] Omittit Aug. secundus. δὴ appendix Francofurtana. REISK. δὴ etiam Codd. Bekk. Placet. *Iam considerate.* SCHAEFER.

P. 214. v. 16. Πελοποννήσῳ] τῇ Πελοποννήσῳ Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 214. v. 17. τὸν δῆμον] Pro τὴν πόλιν in nostro erat τὸν δῆμον. OBSOP. Malo cum Feliciano legere τὸν δῆμον aut τὴν πολιτείαν. WOLF. Vulg. τὴν πόλιν. τὸν δῆμον Paris. primus et cum γρ. secundus, Aug. primus, Felicianus, Barocc. Praetuli τὸν δῆμον, i. e. τὴν δημοκρατίαν. REISK.

P. 214. v. 20. Χαίρωνα] Ad hunc locum referenda est notula Wolfiana ab operis Basileensibus perperam, id quod saepe factum est, ad locum alienum, ad p. 216, 12. puta, relata, quae

---

*) De structura verborum iurandi cum egerim ad p. 125, 1., hic addo quae e meis mihi schedis suggessit nova editio Thesauri Stephanici. In recta oratione iungi illis posse μὴ etc., docet Theognis 659. Bekk. Οὐδ' ὀμόσαι χρὴ τοῦθ', ὅτι μή ποτε πρῆγμα τόδ' ἔσται. Eodem modo Longus p. 122. in. meae edit. ὁ πρότερον ὀμνὺς, ὅτι μηδέν ἐστιν ὡραιότερον οἴνου γέροντος. SCHAEFER.

notula sic habet: „θέρωνα. Felicianus χαύρωνα." unde constat, in editione nescio qua χέρωνα legi, sed Felicianum melius dedisse χαίρωνα. REISK.

P. 214. v. 20. τὸν παλαιστὴν] V. not. ad p. 216, 11. SCHAEF.

P. 214. v. 21. τῆς εἰρήνης μετέχομεν] μετέχομεν τῆς εἰρήνης Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 214. v. 22. πότερον πειθώμεθα] πότερα πειθόμεθα Aug. primus, non πειθόμενοι, quod illinc retulit S. Fabricius sive operae Basileenses praeter eius mentem manumque. πότερα πειθώμεθα Barocc. πότερα ὡς πειθώμεθα Aldina Taylori. REISK. Etiam Cod. Bekk. πειθόμεθα. Hanc veram esse scripturam, arguit quod sequitur οὐ φάσκων, h. e. ἀρνούμενος, non ἀπαγορεύων. Sensus: facimusne quod iubet lex foederis, si tales homines hostium loco habemus, an ore impuro negabit aliquis —? SCHAEFER.

P. 214. v. 23. προστάγμασι] πράγμασι Aug. secundus. REISK.

P. 214. v. 25. βδελυρεύσεταί] V. Libanii Argumentum. SCHAEFER.

P. 214. v. 25. οὐ φάσκων] S. δεῖν πολεμίοις αὐτοῖς χρήσασθαι, *negans bellum eis inferendum esse*. et, τὶς τούτων τῶν μισθοφορούντων βδελυρεύσεται, οὐ φάσκων, τουτέστιν ἀρνούμενος. WOLF. Sed v. not. ad v. 22. SCHAEFER.

P. 214. v. 25. τῶν μισθοφορούντων παρὰ τοῦ Μακεδόνος] Haec verba expungit index Lambini. REISK.

P. 214. v. 26. ὑμῶν] ἡμῶν Barocc. REISK.

P. 214. v. 27. τοῦθ'] τοσοῦθ' Paris. primus, Barocc. REISK.

P. 214. v. 28. δορυφορούμενοι τοῖς τοῦ τυράννου στρατοπέδοις] Infra p. 218, 23. δορυφορουμένων ὑπὸ τῶν τυραννικῶν στρατοπέδων. SCHAEFER.

P. 215. v. 1. ὅρκοις] Omittit Aug. secundus. REISK.

P. 215. v. 3. ὑμᾶς] ἡμᾶς Aug. primus. REISK.

P. 215. v. 3. τοὺς — κεκριμένους ἐν τοῖς δικαστηρίοις] τοὺς καταδικασθέντας ἐν τοῖς δικαστηρίοις. WOLF.

P. 215. v. 5. ἀφιέντες] Vulg. ἀφέντες. ἀφιέντες Paris. primus, Aug. primus, Barocc. Praetuli ἀφιέντες in praesente ob insequens βιαζόμενοι. REISK.

P. 215. v. 7. μέλειν] μετέχειν Paris. primus, Aug. prim. REISK.

P. 215. v. 8. τοῖς δ' ὀνόμασιν αὐτῶν] S. τῶν νόμων καὶ τῶν ὅρκων, καθάπερ οἱ πλεῖστοι ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς ἀποχρώμενοι τοῖς τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ εὐαγγελίου καὶ ὅλως τοῦ χριστιανισμοῦ ὀνόμασι διατελοῦσιν Ἐπικούρειοι ὄντες τά τε δόγματα καὶ τοὺς βίους. WOLF.

P. 215. v. 8. αὐτῶν μόνοις] μόνον αὐτῶν Aug. primus, Barocc., ordine verborum inverso. Etiam Paris. primus dat μόνον. REISK.

P. 215. v. 10. ἐνταυθοῖ] ἐνταυθὶ Aug. primus. REISK. Sic etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 215. v. 12. ἀτόπου [μεγάλης]] Post ἀτόπου addo και cum Feliciano. WOLF. Vulg. ἀτόπου μεγάλης. ἀτόπου καὶ μεγάλης Barocc. Aug. primus, Felicianus, unde index Lambini repetiit. Appendix Francofurtana vulgatam dat. Non memini graecum esse ἄτοπος μέγας pro *incredibiliter magnus*. Quare μεγάλης notandum duxi veluti tollendum. Aut, si servetur, legendum arbitror ἀτόπου ὡς μεγάλης. Nam, si bene memini, ἄτοπον ὡς μέγα usurpatur: *incredibile est, quam magnum hoc sit.* REISK. Aliter Reiskius in Ind. Graecit. p. 93. s. Bonorum scripturam librorum, ἀτόπου καὶ μεγάλης, cur repudiemus, parum intelligo. SCHAEFER.

P. 215. v. 15. ὁμολογίαις] Pro ὁμογίαις emenda ὁμολογίαις. OBSOP. Sic emendat Obsopoeus, quod in Aldino suo esset ὁμογίαις. In meo vero est vulgata. REISK.

P. 215. v. 15. μὲν] μὲν γὰρ Bavaricus: sed γὰρ punctulis erat signatum ut delendum. μὲν malim abesse. REISK. Ego non item: nam refertur ad δ' v. 17. Quanquam fateor, constructionem parum concinnam esse. Concinnior foret haec: ὅταν μὲν λέγωσιν, ὡς — μηδὲν ἀδικεῖσθαι, ὅταν δ' ἀδικῶσιν οἱ ἀδικοῦντες, οὐδένα αἰσθήσεσθαι τυραννίδων —. Sed talia in nostro quidem Oratore ad amussim non exigenda. SCHAEFER.

P. 215. v. 16. τὸ μηδὲν ἀδικεῖσθαι] M. τὸ μηδένα ἀδικεῖσθαι. WOLF. Index Lambini sic dat: γρ. οὐ λέγειν αὐτοὺς μὴ δεῖν ἀδικεῖσθαι. Malim τὸ μηδένα μηδὲν ἀδ. hactenus aio necessitatem in pactis perseverandi inculcantibus obsecundandum esse, quatenus eam urgentes non captiose loquuntur, hoc est non excludunt a cogitationibus suis eam pactorum clausulam, quae vetat ulli iniuriam ullam offerri. REISK. Sensum Reiskius commode explicuit. Verumtamen videtur eum fugisse acerbus sarcasmus Oratoris non serio loquentis, sed τοὺς τυραννίζοντας ridentis: nam quod addit εἰ μὴ ἐκεῖνο — τῶν πολιτειῶν καταλυομένων, de illis praedicat vere καταγέλαστα. Sequitur τὸ ἔτι καταγελαστότερον. SCHAEFER.

P. 215. v. 17. δ'] Particulam omittunt Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 215. v. 17. αἰσθήσεσθαι] F. ἀδικεῖσθαι, eodem verbo repetito. Qui enim talia non animadverti ab ullo potuissent? Quem locum sic vertas licet: *nemini faciendam esse iniuriam, et iniuriam fieri nemini, cum tyrannides pro democratiis constituuntur et respublicae abrogantur.* WOLF. αἰσθάνεσθαι Barocc. Paris. primus, Aug. primus. REISK. Erravit Wolfius. V. not. ad v. 16. SCHAEFER.

P. 215. v. 17. δημοκρατιῶν] δημοκρατικῶν edit. P. Manutii. REISK.

P. 215. v. 18. τὸ δ' ἔτι καταγελαστότερον] Vulg. τοῦτο δ' ἐστὶ καταγελαστότατον. τὸ δ' ἔτι καταγελαστότατον Paris. primus,

Aug. primus. τὸ δέ τι καταγελ. Aldina Taylori. τὸ δ' ἔστι καταγελ. Barocc. Praetuli, partim de meo sensu, τὸ δ' ἔτι καταγελαστότερον (in comparativo). REISK.

P. 215. v. 21. τοὺς συνεδρεύοντας] In Plataico Isocratis est, Ἀθήνησι γενέσθαι συνέδριον, quod scilicet sociorum legati ibi convenerint de republica Graeciae deliberaturi. WOLF.

P. 215. v. 21. ἐπὶ τῇ κοινῇ φυλακῇ] S. τῶν συνθηκῶν καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. WOLF.

P. 215. v. 25. μηδὲ γῆς ἀναδασμοὶ, μηδὲ χρεῶν ἀποκοπαὶ] Iungit etiam Plato III. 2. p. 294. extr. Bekk. SCHAEFER.

P. 215. v. 26. δούλων ἀπελευθερώσεις ἐπὶ νεωτερισμῷ] Additur προσδιορισμὸς, ne ademtum videatur dominis ius manumittendi eos, qui serviunt liberaliter: sicut paulo post, ὅπλα ἐπιφέρειν ἐπὶ πολέμῳ, τουτέστι, πολεμικῶς, ἀλλ' οὐκ ἐμπορικῶς ἢ συμμαχικῶς. WOLF.

P. 215. v. 27. τοσούτου] τοσούτῳ Paris. primus. τοσοῦτο Barocc. Aug. primus, unde repetiisse videtur appendix Francofurtana: sed Fabricio seu Wolfio haud placet. REISK.

P. 216. v. 2. αὐτοῖς, τοσούτοις οὖσι] S. τοῖς συνεδρεύουσι. WOLF.

P. 216. v. 2. περιορᾶν] Subaudi προσιούσας, vel ἐπερχομένας, vel tale quid: redit enim ad calamitates. REISK.

P. 216. v. 2. ἐπέταξαν] Pro ἐπέταξεν lege cum Feliciano ἐπέταξαν. S. αἱ συνθῆκαι. WOLF. Vulg. ἐπέταξεν. ἐπέταξαν Paris. primus et cum γρ. secundus, Aug. primus, codices in Weimarano numeris 1. et 2. notati, Felicianus et, ex eo forsitan, appendix Francofurtana. Praetuli ἐπέταξαν in plurali. ipsi hi, praedicatores servandae pacis. REISK. Immo cum Wolfio subaudi αἱ συνθῆκαι. SCHAEFER.

P. 216. v. 3. ἐκ τῶν πόλεων — τῶν μετεχουσῶν τῆς εἰρήνης] Sic ordinanda verba sunt: μὴ ἐξεῖναι φυγάδας, ὁρμήσαντας ἐκ τῶν πόλεων τῶν κοινωνουσῶν τῆς εἰρήνης, ἐπιφέρειν ὅπλα ἐπὶ πολέμῳ πόλει μηδεμιᾷ τῶν μετεχουσῶν τῆς εἰρήνης. Sententia enim est, exules vi reditum in patriam (si ea sit ex foederatis civitatibus) sibi patefacere studentes in foederatis civitatibus neque ferendos neque adiuvandos esse. WOLF.

P. 216. v. 6. ἐπὶ πολέμῳ] V. not. ad p. 215, 26. SCHAEFER.

P. 216. v. 6. πολέμῳ] πολέμων Paris. secundus, Aug. secundus, index Aldi. In Augustano error sic est natus. Primum dederat librarius πόλεμον, tum ο cum ω mutavit, sed praetervidit ν, quod item expungere debuerat. REISK.

P. 216. v. 6. μηδεμιᾷ πόλει] ἐπὶ μηδεμίαν πόλιν Barocc. Paris. primus et Aug. primus, unde repetiit appendix Francofurtana. REISK.

P. 216. v. 8. ὁρμήσωσιν] ὁρμηθῶσιν Barocc. Paris. primus, Aug. primus, unde retulit appendix Francofurtana. REISK.

P. 216. v. 8. *ὁρμήσωσιν*] Vulg. *ὁρμήσωσιν οὗτοι*. *οὗτοι* omittunt Paris. primus et secundus, Aug. primus, Barocc. Bavaricus. Delevi pronomen. REISK.

P. 216. v. 8. *τοίνυν*] *iam vero.* SCHAEFER.

P. 216. v. 8. *ῥαδίως τὰ ὅπλα κεκίνηκεν*] Vulg. *ῥαδίως τὰ ὅπλα ἐπήνεγκεν*. *ῥαδίως ἐπήνεγκε τὰ ὅπλα* Aug. primus. *ῥαδίως τὰ ὅπλα κεκίνηκεν* Aug. secundus, Aldus. Praetuli *κεκίνηκεν*. REISK. Ego praeferam Aug. primi scripturam. Quo magis enim appareat, quam iniustus sit Macedo, apte repetitur verbum, quod in ipsa foederis formula positum est. V. v. 6. — *ῥαδίως*, non simpliciter *facile*, sed i. q. *ῥαδιουργικῶς*, *temere, petulanter.* SCHAEFER.

P. 216. v. 10. *τοσούτῳ δὲ νῦν*] *καὶ τοσούτῳ νῦν* Barocc. Aug. primus. Neque dubito idem in Parisino primo quoque fuisse, tametsi ex eo refertur *καὶ τοιούτῳ νῦν*. Forte ex ambabus lectionibus una est conflanda: *καὶ τοσούτῳ δὲ νῦν*. REISK. Placet *καὶ τοσούτῳ νῦν*. V. p. 212, 21. SCHAEFER.

P. 216. v. 11. *ὅσῳ*] *ὅτι* appendix Francofurtana, Aldina Taylori. REISK. Est interpretantis. V. not. ad p. 212, 21. SCHAEFER.

P. 216. v. 11. *ἐκ προστάγματος*] *προστάγματι*, *προστάσσων*, *τῷ προστάσσειν*, *διὰ προστάγματος*. WOLF.

P. 216. v. 11. *τὸν παιδοτρίβην*] Non literatorem ludimagistrum, sed lanistam, qui palaestrae praeest, intellige. WOLF. Alexander huiusmodi homines videtur in primis dilexisse: quod sane *βασιλικόν*. Conf. p. 214, 20. SCHAEFER.

P. 216. v. 12. *κατήγαγεν*] *κατῆγεν* Paris. primus, Aug. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 216. v. 16. *αἱ Μακεδονικαί*] S. *πόλεις*. *haec a Macedonicis urbibus esse facta.* WOLF.

P. 216. v. 17. *οὐκ ἀνιᾶσιν*] *διατελοῦσι*, *διαγίγνονται*, *διαμένουσιν*, *οὐ παύονται*. *ἀνιᾶσιν ἀντὶ τοῦ ἀνιεῖσιν ἢ ἀνιέασιν*, *ὥσπερ τιθέασι*, *παρὰ τὸ ἀνίημι*. WOLF.

P. 216. v. 17. *οὐκ ἀνιᾶσιν — προστάττοντες*] De constructione verbi *ἀνίημι* cum participio v. H. Stephani Thesaurus c. 4421. s. E Dionysio Halic. aliquot eius exempla citavi ibid. c. 4424. D. Multo rarius sic construitur *ἀφίημι*. Infra p. 217, 17. *σκευωρούμενοι — οὐ πρότερον ἀφεῖσαν*. Aliud exemplum non memini nisi quod habet Thesaurus Stephanicus c. 4428. s.: „Dicitur et *ἄφες ζευγνύς*, pro Desine iungere.“ SCHAEFER.

P. 216. v. 17. *οἱ — τῷ Μακεδόνι ὑπηρέται*] Pro *ὑπηρετοῦντες*: de qua loquendi forma satis in Isocrate multa notavimus. WOLF. Sic *ὑπηρετική* cum dativo iungitur in Platonis Euthyphr. c. 15. 16. *ὑπηρεσία* ibid. c. 17. et Apolog. Socrat. c. 17. Idioma constructionis in Graeca lingua frequentissimum, in Latina non

infrequens. V. Fischer. ad Platon. Phaedon. p. 373. Porson. ad Euripid. Phoen. 948. et Stallbaum. ad Platon. Euthyphr. p. 101. S. SCHAEFER.

P. 216. v. 18. τὰ] Omittit Barocc. REISK.

P. 216. v. 21. βουλευσώμεθα] κελευσόμεθα Paris. quintus. βουλευσόμεθα Bavaricus, sed cum ώ superscripto. REISK.

P. 216. v. 22. διὰ τέλους — ἐπιβουλεύουσι] ἐπιβουλεύω διὰ τέλους, τουτέστι, διατελῶ ἐπιβουλεύων. WOLF.

P. 216. v. 23. τὰ δὲ ταράττουσι] τὰ δὲ πράττουσι. S. ἐναντία ταῖς συνθήκαις. Nisi malis ταράττουσι, s. τὴν Ἑλλάδα, *Graeciae perturbatoribus*. WOLF. Vulg. τὰ δὲ πράττουσι. τὰ δ' ἐπιτάττουσι Paris. primus et cum γρ. secundus, Aug. primus, Aldina Taylori. Poteram τὰ δὲ προστάττουσι emendare: nam saepissime in libris πράττειν reperitur sive perperam sive per compendium librariis usitatum pro προστάττειν *) exaratum; cuius rei exempla complura postmodum nobis occurrent. Visum tamen h. l. fuit ταράττουσι exhibere, scilicet pacem communem. REISK. Recte πράττουσι Bekker. Melius hoc respondet antecedenti ἐπιβουλεύουσι. *alia per insidias facturis, alia iam facientibus*. SCHAEFER.

P. 216. v. 25. ταῦθ' οὕτως ἔχειν] τουτέστιν, ἐκσπόνδους ποιῆσαι τοὺς Μακεδόνας. WOLF.

P. 216. v. 25. οὕτως] ut ego aio: scilicet hos turbatores pacis esse, has violationes pactorum, et armis universae Graeciae communibus ulciscendas. REISK.

P. 216. v. 26. ἢ τὴν μὲν ὁμολογίαν τὴν κατὰ τῆς πόλεως] ἢ ὁμολογίαν τὴν μὲν κατὰ τῆς πόλεως Paris. primus, Aug. primus. REISK. Bene. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 216. v. 26. τὴν κατὰ τῆς πόλεως οὖσαν] Quae vero pactio est contra Atheniensem rempublicam? An quod suis rebus contenta imperium in alias urbes sibi vendicare non audebat? WOLF. Immo Orator loquitur hypothetice. *pactum, si quod officiat civitati*. Eadem, ut maximi momenti ad retundendas linguas τῶν μακεδονιζόντων, statim iterantur v. 28. s. Simul haec causa est, cur malim sic scribi: ἢ ὁμολογίαν τὴν μὲν κατὰ τῆς πόλεως. SCHAEFER.

P. 216. v. 27. συγχωρήσουσιν] Vulg. συγχωροῦσιν. συγχωρήσουσιν Paris. primus, Aug. primus et Barocc. Annotator Tayloranus, qui hoc e Barocc. annotarat, eodem loco, sed aliquot annis ante, annotaverat συγχωρύσουσιν (sic) sine auctore. Unde patet, praeter Barocciannum adhuc alios codices penes eum fuisse. συγχωρήσουσιν praetuli vulgari συγχωροῦσιν. Scilicet βεβαίαν εἶναι. REISK. Bene συγχωροῦσιν Bekker., cum antecesserit praesens ἀξιοῦσιν. SCHAEFER.

---

*) Item pro simplici τάττειν. Conf. Diodor. Sic. T. VII. p. 204. T. XI. p. 390. Bip. Aeschylus Prom. 49. ἅπαντ' ἐπράχθη. Ceteris de h. l. coniecturis accedat mea: ἅπ. ἐτάχθη. i. e. ὡρίσθη. SCHAEF.

P. 216. v. 28. *δίκαιον ταῦτα γίγνεσθαι*] Vulg. *δίκαια γίγνεσθαι. δίκαιον γ.* Paris. primus. *δίκαιον ταῦτα γίνεσθαι* Aug. primus, Aldina Taylori. *δικαίως ταῦτα γίνεσθαι* Barocc. Dedi *δίκαιον ταῦτα γίγνεσθαι. Aequumne videtur esse ista fieri?* REISK. *δίκαια γίγνεσθαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 216. v. 28. *κἂν μέν τι — τοῦτο μὲν — ἐὰν δέ τι — πρὸς τοῦτο δὲ —*] Concinne vincta periodus per iteratas particulas *μὲν* et *δέ*. V. Melet. Crit. p. 111. coll. not. ad p. 217, 3. SCHAEF.

P. 216. v. 28. *κἂν μέν τι ᾖ πρὸς τῶν ἐχθρῶν*] *πρὸς* pro *ὑπέρ*. *si quid ab hostibus stat.* WOLF.

P. 217. v. 1. *ἐν τοῖς ὅρκοις*] *ὡς ἐν τοῖς ὅρκοις. τὸ ὡς* puto redundare. M. *τῶν ἐν τοῖς ὅρκοις.* WOLF. Vulg. *ὡς ἐν τοῖς ὅρκοις. ὡς* omittunt Paris. primus, Barocc. Aug. primus. Expunxi. REISK. Mireris Wolfium non vidisse, unde ineptum hoc *ὡς* natum sit. SCHAEFER.

P. 217. v. 2. *ὑμέτερον*] *ἡμέτερον* Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 217. v. 2. *καὶ δίκαιον*] Vulg. *δίκαιον. καὶ δίκαιον* Aldus: sed annotator Tayloranus testatur, *καὶ* a Barocc. abesse. Addidi *καί*. REISK. Delevit Bekker. Nec quisquam desideret. SCHAEFER.

P. 217. v. 3. *πρὸς τοῦτο δὲ διαμαχομένους*] Vulg. *πρὸς τοῦτο διαμαχομένους. πρὸς τοῦτο δὲ διαμαχομένους* Paris. primus, unde repetiit appendix Francofurtana. *πρὸς τοῦτο δὲ μαχομένους* (simplex) Aug. primus, Barocc. Hoc *δὲ* item addidi, non quo sine eo hiet sententia; redundat enim, sed eleganter, et mirifice adamatus est Atticis hic pleonasmus, iterans et veluti confirmans praemissum *δὲ*, et aequipollens quodammodo latino *inquam. adversus hoc, inquam, dimicantes.* REISK. Non displicet simplex *μαχομένους*: ut *δὲ* in libris, qui hac particula carent, in *δια* corruptum videatur. SCHAEFER.

P. 217. v. 6. *ἐξηλέγξατε τοὺς ταῦτα ποιοῦντας*] foederis conditiones tutando clara in luce posuistis perfidiam eorum, qui haec patrant. SCHAEFER.

P. 217. v. 7. *μικρὰ*] Vim hic obtinet vocabuli *ὀλίγα*. Non enim hic de quantitate, sed de numero agitur. REISK. Hoc dicunt Graeci *χρῆσθαι τῇ πηλικότητι ἀντὶ τῆς ποσότητος*. V. Schol. ad Aristophan. Plut. 377. coll. Galen. T. VI. p. 867. s. edit. Lips. Dionysius Halic. Ant. R. V. 48. T. II. p. 957. R. *πλούσιος οὐχ ὁ πολλὰ κεκτημένος ἐστὶν, ἀλλ' ὁ μικρῶν δεησόμενος.* Idem IV. 27. extr. p. 710. *διηγήσομαι — μικρὰ τῶν ἔμπροσθεν γενομένων ἀναλαβών.* Sic *πολλὰ* et *βραχέα* inter se opponit Aeschines p. 407. R. Vid. H. Stephani Thesaur. c. 2827. A. edit. Lond. SCHAEFER.

P. 217. v. 8. *γάρ που*] *γὰρ δήπου* Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 217. v. 11. *κατάγειν πλοῖον*] Pro *πλεῖον* lege *πλοῖον*. De

ipso loquendi modo ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ diximus. WOLF. πλοῖον correxit Wolfius, cum esset πλεῖον in editione nescio qua: non enim nominat. Ego id in nulla reperi. REISK.

P. 217. v. 11. μηδένα τούτων] Num interponendum est μηδενός? REISK. Malim ipsum μηδένα mutare in μηδενός. Centies scribae ᾱ et ο̅ς confuderunt. V. Porson. ad Euripid. Hecub. p. 59. ed. tert. Lips. Certe displicet iteratum μηδένα, in primis quo loco positum est. SCHAEFER.

P. 217. v. 13. ὑμεῖς μὲν] Absunt ab Aug. primo et Barocc. REISK. Neque ego requiro. Quis enim opinetur, rem ceteris minus notam fuisse? SCHAEFER.

P. 217. v. 13. ἴστε] ἑωράκατε Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK. Perplacet ob additum ἐναργέστατα. Sic p. 538, 5. τοῖς ὁρῶσιν ἐναργὴς ἡ ὕβρις φαίνεται. p. 1435, 7. παρὸν οὕτως ἐναργὲς ἰδεῖν. Sophocles Trachin. 223. s. Br. βλέπειν πάρεστ' ἐναργῆ. Scilicet Athenienses illius facinoris testes fuerunt oculati. SCHAEFER.

P. 217. v. 15. παρανομίας ἦλθον] ὑπεροψίας ἦλθον Paris. primus, Aug. primus, Barocc. ἦλθον ὑπεροψίας Aldina Taylori. REISK. F. παρανομίας καὶ ὑπεροψίας ἦλθον. Sic iniuria fit aliquanto atrocior. SCHAEFER.

P. 217. v. 16. τὰ ἐκ τοῦ Πόντου πλοῖα] τὰ ἐκ τοῦ Πόντου. S. πλοῖα. WOLF. Vulg. τὰ ἐκ τοῦ Πόντου. Post Πόντου addunt vocabulum πλοῖα Paris. primus, Aug. primus. Addidi. REISK.

P. 217. v. 17. σκευωρούμενοι περὶ αὐτὰ] συσκευαζόμενοι, ἐπιβουλεύοντες, πονηρευόμενοι, κατὰ μικρὸν ὑφ' ἑαυτοῖς ποιούμενοι, τυρεύοντες, καττύοντες, μᾶλλον δὲ τὰ ψευδῆ προφασιζόμενοι, falsas causas, cur eas detinerent, comminiscentes, ἢ διερευνῶντες ἅπαντα τὰ σκεύη, τουτέστι, τὰ φορτία καὶ τοὺς γόμους. WOLF.

P. 217. v. 17. σκευωρούμενοι — ἀφεῖσαν] De hac constructione v. not. ad p. 216, 17. SCHAEFER.

P. 217. v. 17. ἀφεῖσαν] ἀφεῖσαι Aug. secundus. REISK.

P. 217. v. 17. πρὶν οὖ] F. πρὶν ἤ. Nam prius illud nunquam usquam me legere memini. WOLF. Omittunt articulum Paris. primus, Barocc. Aug. primus. REISK. Cur non audimus libros notae tam bonae? Xenophon Hellen. IV. 3. 8. ἔστησαν δ' οὖν οὐ πρόσθεν, πρὶν ἐν τῷ ὄρει [add. τῷ] Ναρθακίῳ ἐγένοντο. SCHAEFER.

P. 217. v. 20. Μενεσθέα] Huius nominis et olim dux Atheniensium fuit, cuius meminit Homerus in catalogo his versibus de Atheniensibus scribens: Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς· Τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνὴρ Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας· Νέστωρ δ' οἶος ἔριζεν, ὁ γὰρ προγενέστερος ἦεν. WOLF.

P. 217. v. 21. τηλικαῦτα τὰ ἡμαρτημένα] Vulg. τηλικαῦτα ἡμαρτημένα. τηλικαῦτα τὰ ἡμαρτημένα Paris. primus, Aug. primus, Barocc. Interposui τά. REISK.

P. 217. v. 22. μὴ ἐκείνους ἀποτρέπειν] Οὕτω καὶ καθ' ἡμᾶς οἱ μὲν παραχαράττειν τὰ θεῖα δόγματα λεγόμενοι βαρέως φέρουσιν ἐξελεγχόμενοι καὶ ἐπιτιμώμενοι· οἱ δὲ τούτους ἐξελέγχοντες καὶ ἐπιτιμῶντες αὐτοὺς ἐκείνους αἰτιῶνται τῷ μὴ παύεσθαι ἐθέλειν ἐξαμαρτάνοντας, ὡς καὶ ὁ παρ' Εὐριπίδῃ Ἱππόλυτος· Ὄλοισθε. μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι Γυναῖκας, οὐδ' εἴ φησί τίς μ' ἀεὶ λέγειν· Ἀεὶ γὰρ οὖν πώς εἰσι κἀκεῖναι κακαί. Ἢ νῦν τις αὐτὰς σωφρονεῖν διδαξάτω, Ἢ κἄμ' ἐάτω ταῖσδ' ἐπεμβαίνειν ἀεί. WOLF.

P. 217. v. 23. ἡμῖν] ὑμῖν Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 217. v. 23. ἐμμένειν τοῖς οὕτως ὠλιγωρημένοις] Eodem argumento et Isocrates in Panegyrico utitur adversus Persas. WOLF.

P. 217. v. 25. τοῖς δὲ] τοὺς δὲ Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 217. v. 25. ἅμα — ἦσαν] ἀντὶ τοῦ παρανενομήκασι καὶ ἀναίσθητοι ἐγένοντο. Detentionem illam Ponticarum navium et iniustam fuisse et incallide factam, ex eo probat, quod parum abfuerit, quin a Graecis principatus maris Macedonibus eriperetur. WOLF.

P. 217. v. 25. ἅμα τε παρηνόμουν] Vulg. ἅμα παρηνόμουν. ἅμα παρενόμουν Paris. primus. ἅμα τε παρενόμουν Aug. primus. παρενόμουν quoque dat Bavaricus, sed cum η superscripto. τε addidi. REISK. ἅμα παρενόμουν Bekker. Hoc augmentum tuentur haec: παρανενομῆσθαι p. 1090, 6. παρανενομηκέναι Xenophont. Hellen. II. 3. 36. παρανενομήκεσαν ibid. II. 1. 31. Sed παρηνομηκὼς citavi e Diodoro Sic. in H. Stephani Thesauro c. 6337. C. SCHAEFER.

P. 217. v. 26. τηλικοῦτον παρέβησαν τῶν ὅρκων] Aut τηλικοῦτον τῶν ὅρκων iungendum, aut παρέβησαν τοὺς ὅρκους. WOLF.

P. 217. v. 26. τηλικοῦτον] Subaudi κεφάλαιον. REISK. Malim τηλικοῦτόν τι. SCHAEFER.

P. 217. v. 27. τῶν ὅρκων] τὸν ὅρκον index Aldi, index Pauli, unde repetierunt index Lambini et appendix Francofurt. REISK.

P. 217. v. 27. ὃ παρ' ἐλάχιστον ἐποίησεν] ὥστε ἐλαχίστου ἐδεήθησαν. WOLF. ὅπερ οὐκ ἐλάχιστον ὂν ἐποίησεν Aug. primus: sed ον videbatur erasa. Non placet Fabricio seu Wolfio. ὅπερ οὐκ ἐλάχιστον ἂν ἐποίησεν Aldina Taylori. REISK.

P. 217. v. 27. ὃ παρ' ἐλάχιστον — τὴν κατὰ θάλατταν ἡγεμονίαν] Citant Anecd. Bekk. p. 121, 7. SCHAEFER.

P. 217. v. 27. ἀφαιρεθῆναι] ἢ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἢ ὑπὸ

τῶν Ἀθηναίων. Hinc apparet, Alexandro iam tum decretum fuisse principatum, de quo Isocrates in Philipp. WOLF.

P. 217. v. 28. *δικαίως*] S. propter intercepta navigia Pontica. WOLF. Mox corrig. *θάλατταν.* SCHAEFER.

P. 217. v. 28. *καὶ νῦν ἔτι — πράττειν*] Hic est verborum ordo: *καὶ παραδεδώκασιν οἱ Μακεδόνες ἡμῖν πράττειν ἀνεγκλήτως ἔτι καὶ νῦν τοῦτο τὸ δίκαιον* [*τὸ ἀφαιρεῖσθαι αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν*], *ὅταν βουληθῶμεν.* Sed si quis mavult coniungere *ὅταν βουληθῶμεν πράττειν*, [*ἀλλὰ μὴ ῥαθυμεῖν καὶ ἀργεῖν,*] non obsto. In fine est: *ἅμα καὶ τῷ δικαίῳ ἡμᾶς ἀνεγκλήτως — χρῆσθαι.* WOLF. Nemo non malit coniungere *ὅταν βουληθῶμεν πράττειν.* SCHAEFER.

P. 218. v. 2. *πράττειν*] navi, strenui, acres, fortes esse, audere, conari. REISK.

P. 218. v. 2. *ἐξαμαρτάνοντες*] Vulg. *ἁμαρτάνοντες. ἐξαμαρτάνοντες* Paris. primus, Aug. primus, Barocc., quod praetuli. REISK. Simplex dedit Bekker. Compositum cur spernamus, nihil, opinor, causae est. SCHAEFER.

P. 218. v. 2. *ἧττόν τι δήπου*] Vulg. *ἧττον δήπου. ἧττόν τι δήπου* Aug. primus. Addidi *τι.* REISK.

P. 218. v. 5. *ἐναποχρῶνται*] Compositum in hoc uno loco, quod sciam, repertum: neque eius significatio satis accommoda videtur. Itaque suspicio mihi orta est, scribi debere *εὖ ἀποχρῶνται*, *fortiter strenueque abutuntur.* *εὖ* dici de re mala perpaucos fugiet. Xenophon Anab. VI. 1. 1. *ἐκλώπευον — εὖ μάλα.* Alia dedi in H. Stephani Thesauro c. 3898. C. *εν* et *ευ* confusorum exemplum occurrit p. 219, 20. SCHAEFER.

P. 218. v. 5. *οὐδὲ*] Vulg. *οὐδὲν. οὐδὲ* Aug. primus, Barocc., quod praetuli. qui ne iurium quidem urbis debitorum fructum percipere audetis, nedum ut non permissa vobis arrogare audeatis. REISK.

P. 218. v. 5. *τῶν δικαίων ἀπολαύειν*] *ἀντέχεσθαι τοῦ δικαίου ἅμα καὶ συμφέροντος.* WOLF.

P. 218. v. 6. *ὃ καὶ*] Vulg. *καί. ὃ καὶ* Paris. primus, Aug. primus, unde repetiit appendix Francofurtana, Aldina Taylori et Barocc. Praeposui *ὅ.* *id quod etiam.* REISK. Iure praeposuit. Sed pervellem docuisset, quo logico nexu haec antecedentibus iungantur. Antecedentia enim spectant piraticam Macedonum: quae sequuntur pertinent ad *τοὺς μακεδονίζοντας ῥήτορας.* Haec generis tam disparis Oratorem iunxisse per *ὃ καί*, *id quod etiam*, ecquis credet? Scribo: *ὃ δὲ ὑβριστικώτατον συμβέβηκεν, εἰ οἱ μὲν —.* Est haec rarior constructio, sed legitima. Isocrates p. 169. ed. Bekk. Oxon. *Ὃ δὲ πάντων σχετλιώτατον, εἰ φιλοπονώτατοι δοκοῦντες εἶναι τῶν Ἑλλήνων ῥαθυμότερον τῶν ἄλλων*

βουλευσόμεθα περὶ τούτων. V. F. A. Wolf. ad Reiz. de Accent. Inclinat. p. 98. SCHAEFER.

P. 218. v. 6. *εἰ*] *ἢ* Aldina Taylori. REISK.

P. 218. v. 8. *οἱ νεόπλουτοι*] Non tam Alexander et Macedones, quam horum studiosi oratores, quos supra *κατὰ τῶν Ἀθηναίων πεπλουτηκέναι* dixit. WOLF. V. Libanii Argumentum. SCHAEFER.

P. 218. v. 11. *ὥσπερ ἐν Ἀβδηρίταις ἢ Μαρωνίταις*] Abderitica mens pro stupida proverbio celebratur. Abdera et Maronea sunt oppida Thraciae, prius patria Democriti, posterius vini praestantia nobilitatum ab Homero, iure certe optimo, cum Ulysses Cyclopem Polyphemum *ἀνθρωποφάγον* eo inebriatum excoecarit. WOLF.

P. 218. v. 11. *Μαρωνίταις*] Vulg. *Μαρωνείταις. Μαρωνίταις* Aug. primus. REISK. Recte *Μαρωνείταις* Bekker. SCHAEFER.

P. 218. v. 12. *μὲν μικρὰ*] Invertunt Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 218. v. 12. *μικρὰ — ἰσχυρὰ*] *πότερον λόγῳ;* extenuant nostras opes, Macedonum augent: *ἢ ἔργῳ;* dum auctores sunt connivendi ad iniurias. WOLF. Prius verum esse, docet quod sequitur, *λανθάνουσιν ἑαυτοὺς — ὁμολογοῦντες.* SCHAEFER.

P. 218. v. 12. *ἡμέτερα*] *ὑμέτερα* Aug. primus, P. Manutius. REISK.

P. 218. v. 12. *πράγματα*] Deest Barocc. REISK.

P. 218. v. 13. *λανθάνουσιν ἑαυτοὺς*] Significat, eorum orationem secum pugnare. Quomodo autem? Dicunt, urbem esse imparem Macedonibus, quibus metuunt, ne suarum iniuriarum poenas dent, si Athenienses ius suum persequi vellent, eoque hos quiescere iubent. WOLF.

P. 218. v. 15. *τὸ δίκαιον οὐ δικαίως διαφυλάττειν*] *ius non iuste servare.* Aenigmati hoc simile videtur, quod sic intelligo: Iustum per se est stare pactis; sed fragenti fidem servare fidem iniustum est. Non dissimile huic est illud ex Megalopolitana, *οὐχ ἁπλῶς ποιεῖν τὰ δίκαια*: quod est, non simplicis iustitiae esse amicum, sed, dum huius studium prae te feras, aliud spectare. WOLF. ut *τὸ δίκαιον*, pacta conventa cum Macedonibus, tueamur modo *οὐ δικαίῳ*, non iusto, h. e. non eo, qui in formula foederis praescriptus est, ut nempe transgredientem capita foederis reliqui foederati prohibeant, sed alio iniquo, ut nempe illis liceat pacta violare, nobis minus. REISK.

P. 218. v. 16. *προελομένην*] *ὑποθετικῶς, εἰ προέλοιτο.* WOLF. *προελόμενοι* Aug. secundus. REISK. Ambo membra huius enuntiationis conditionalis *μετοχικῶς* indicantur: quod diligenter attendendum. SCHAEFER.

P. 218. v. 18. *αὐτὸ*] *τὸ ὁμολογεῖν τοῦτο.* SCHAEFER.

P. 218. v. 18. *ἕως γὰρ ἂν ἐξῇ — εἶναι κυρίοις*] Supra dixit, Alexandrum fuisse in periculo amittendi imperii. Haec igitur verba sic accipienda sunt, ut vel classe plurimum valere significet Athenienses, (nam 100 triremium non parva vis est,) vel ut de principatu maris recuperando Athenienses laborare velit. *μόνων* autem hanc vim habet, ut eos mari tantum potitos extra periculum esse statuat, etiamsi terra nulla subsidia habeant. Nisi forte legendum sit *καὶ μόνοις* et ad *κυρίοις* referatur. WOLF. *μόνων* unice probandum. SCHAEFER.

P. 218. v. 20. *μόνων*] *μόνοις* Paris. primus, Barocc. Aug. primus, non *μόνοι*, quod illinc Fabricius retulit, sive operae Basileenses eius manum corrumpentes. REISK.

P. 218. v. 20. *ἀναμφισβητήτως*] Vulg. *ἀναμφισβήτως*. *ἀναμφισβητήτως* Barocc. August. primus, Bavaricus, appendix Francofurtana. *ἀναμφισβητήτως ἢ ἀναμφισβητήτοις* Aldina Tayl. Correxi *ἀναμφισβητήτως*. REISK.

P. 218. v. 20. *γε*] *τε* Barocc. REISK.

P. 218. v. 21. *προβολὰς*] *προσβολὰς*, *impetus*, *aggressiones*. Sed hic *προσβολὰς ἀντὶ προσθηκῶν* videtur posuisse: facile posse subsidia alia comparari, quibus paratae copiae confirmentur. *ἡ ὑπάρχουσα δύναμις* est classis 100 triremium: *προσβολαὶ* erunt caeterae copiae terrestres. *προβολαὶ* sunt *propugnacula*, *munitiones*. Saepissime *πρὸ* et *πρὸς* non sine incommodo sententiae permutantur. *προβολὰς ἑτέρας τοῖς κατὰ γῆν εὑρέσθαι* si recte legitur, sententia est, ut existimo, Athenienses classe invictos pedestres copias facile propulsaturos. WOLF. *τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν* intelligam copias pedestres, quibus civitas nunc utitur. SCHAEFER.

P. 218. v. 21. *προβολὰς*] Vulg. *προσβολὰς*. *προβολὰς* index P. Manutii. Citat hunc locum Harpocrat. v. *προβολάς*: nam hac ille lectione utitur, egoque vulgari *προσβολὰς* eam praetuli. Donec nobis liceat maris vel solius [etiamsi non una continentis quoque] potiri, penes nos erit praeter illas copias, quae iam praesto nobis sunt, adhuc alia comminisci et comparare munimenta tuendis nostris possessionibus in terra continente paria. REISK. V. Photius c. 333. SCHAEFER.

P. 218. v. 21. *ἑτέρας ἰσχυροτέρας εὑρέσθαι*] Vulg. *ἑτέρας εὑρέσθαι*. *ἑτέρας ἰσχυροτέρας εὑρέσθαι* Paris. primus et cum *γρ.* secundus, item Aug. primus, Barocc. Aldina Taylori. *ἰσχυροτέρας* addidi. REISK. Delevit Bekker. Malim servatum. Scilic. *τῆς ὑπαρχούσης δυνάμεως*. SCHAEFER.

P. 218. v. 22. *τῶν*] *καὶ* P. Manutius. REISK.

P. 218. v. 22. *τῶν δορυφορουμένων*] Qui sint isti, mihi non constat, nisi quod de aliquibus Atheniensibus civibus proditoribus potius, quam de exteris Graecis, intelligendum videtur. WOLF. V. p. 214, 28. SCHAEFER.

P. 218. v. 25. τῶν δὲ—ἀξίων ὄντων] De hac similitudine casuum cum verbo εἶναι et participio ὢν in Isocrate admonui. Potuisset dicere: ὅτι οὐδενὸς ἄξιοί εἰσι. WOLF. P. 807, 2. τοῖς ὁμολογουμένοις καὶ ἐξεληλεγμένοις οὖσι φαύλοις. V. not. ad Porsoni Hecub. p. 31. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 218. v. 27. τηλικοῦτον] Placeret magis τηλικοῦτον ὄν. *articulum, tametsi tam ponderosum.* REISK. Non opus addi ὄν. Conf. p. 217, 26. SCHAEFER.

P. 218. v. 27. ὑπεροπτικώτατον τῶν Μακεδόνων] καθ' ὃ οἱ Μακεδόνες τῶν λοιπῶν μάλιστα καταφρονοῦσιν. ὑπεροπτικώτατος τοῦ πλήθους est summus contemtor populi. τὸ ὑπεροπτικώτατον τῶν εὐγενῶν est fastus extremus, quo nobiles adversus alios utuntur, vel, quo caeteri a nobilibus contemnuntur. Observanda verba sunt, alias active, alias passive posita. WOLF.

P. 218. v. 28. πρώην] πρῴην Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 219. v. 1. παρὰ] Pro περὶ lege παρά. WOLF. περὶ Paris. primus, Bavaricus, Aldus. Sed in libro Weimarano correctum est παρά. REISK.

P. 219. v. 2. συνθήκας] ὁμολογίας Parisin. primus, Aug. primus, Barocc., quod Fabricius seu Wolfius pro scholio habet. REISK.

P. 219. v. 3. ἀλλ' ὅτι] Videtur ἀγανακτητέον aut simile quid interponendum. *non est haec res parvi facienda, sed vos decet succensere, quod—.* REISK. Nihil deest, sed subaudiendum μέγα. Est hoc ex idiomatis Graecae syntaxis, antegressa negativa enuntiatione, cui sequentia opponuntur per ἀλλά, ad hanc particulam subaudiri contrarium eius quod antecessit. SCHAEFER.

P. 219. v. 3. ἐγένετο] ἐγίνετο appendix Francofurtana. REISK.

P. 219. v. 5. μετὰ] διὰ P. Manutius, edit. Wolfii. Sed appendix Francofurtana vulgatam dat. REISK.

P. 219. v. 5. ἐγγένηται] V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 285. SCHAEFER.

P. 219. v. 6. καὶ ὅτι οὐκ — δογμάτων] Sententia postulat καὶ [est hoc quoque vestra dignum iracundia] ὅτι οὐκ ἐφρόντισαν οὐδὲ τούτου μέρους τῶν κοινῶν δογμάτων. *quod ne ad hanc quidem partem pactorum ad omnes communiter pertinentium attenderunt, pari modo atque supra commemoratas partes neglexerunt.* REISK. Nihil excidit: tenor enim orationis docet, τὰ κοινὰ δόγματα sensu speciali ea intelligenda esse, quibus triremes Macedoniae (fortasse etiam ceterorum Graecorum) vetarentur Piraeeum ingredi, hac venia data, ut verisimile est, solis mercatoriis navibus. SCHAEFER.

P. 219. v. 7. ἐπεὶ] πλὴν Barocc. REISK.

P. 219. v. 7. παράδυσις] F. παρείσδυσις, ut in celebri illo Metrodori dicto, sed arrogantiore: Προκατείλημμαί σε, ὦ τύχη,

καὶ πᾶσάν σου ἀφῄρημαι τὴν παρείσδυσιν. Sed et illud a παραδύω formari potest. WOLF. παράδοσις index Aldi. παρείσδυσις appendix Francofurtana, nescio an ex annotationibus Wolfii, qui sic legi volebat. REISK. Recte habet παράδυσις. V. Ind. Graecit. s. v. παραδῦναι et παράδυσις, it. H. Stephani Thesaur. c. 3451. med. SCHAEFER.

P. 219. v. 10. τὸ γὰρ] τῷ γὰρ appendix Francofurt. REISK. Ad τῷ γὰρ refertur ἦν, quod v. 13. vulgo legebatur. SCHAEFER.

P. 219. v. 10. εἰσπλεύσαντα ἐπὶ τῆς νεὼς] ἐπὶ τῆς νεὼς εἰσπλεύσαντα Aug. primus, Barocc. Aug. secundus omittit τῆς. REISK.

P. 219. v. 11. ὑμῶν] ἡμῶν Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 219. v. 11. αἰτεῖσθαι] αἰτῆσθαι Aug. secundus. Forte voluit αἰτῆσαι. REISK.

P. 219. v. 12. μικρὰ] μακρὰ Paris. primus, Aug. primus, index Aldi, Aldina Taylori. REISK.

P. 219. v. 13. ποιεῖ] Vulg. ἦν. ποιεῖ Paris. primus, Aug. primus, index Aldi, unde videtur repetiisse appendix Francofurtana, P. Manutius: sed eius index dat vulgatam. Bavaricus ποιεῖ dat in texto, vulgatam in margine. Praetuli ποιεῖ. Mallem tamen in imperfecto ἐποίει. REISK. V. not. ad v. 10. SCHAEFER.

P. 219. v. 13. ἀντὶ τοῦ εἰσπλεῖν τὸ εὐθὺς ἔνδον εἶναι] τὸ εἰσπλεῖν requirebat ex foedere petitionem facultatis appellendi. Sed Macedo non petita potestate appulit, et postea petiit, quod voluit, ne violente egisse et contra foedus videretur. WOLF. Sensum loci Wolfius parum intellexit. Notat Orator fraudem Macedonum, qui cum veniam peterent naves fabricandi in Atheniensium portubus, nihil aliud quam hoc spectabant, ut statim in illis essent nec necesse haberent aliunde intrare, uno verbo, portubus sine periculo potirentur. SCHAEFER.

P. 219. v. 15. ὑπομενοῦμεν] Scilicet ναυπηγεῖσθαι. SCHAEF.

P. 219. v. 17. εἰπεῖν, ὡς Ἀθήνησι] γρ. εἰπεῖν, ὡς τοῦτο ᾐτήσαντο, ὡς Ἀθήνησι index Lambini. REISK. Codicis si est scriptura, pro genuina habeam: ut tria illa verba eliserit homoeoteleuton. Sin, certe tale quid post εἰπεῖν subaudiendum, e. c. αἰτήσασθαι. SCHAEFER.

P. 219. v. 17. ὡς — ὄντων — ἐπιλελοιπότων] Pro ὡς — εἰσι — ἐπιλελοίπασι. WOLF. Sed v. not. anteced. SCHAEFER.

P. 219. v. 18. πόῤῥωθεν καὶ μόλις] μόγις καὶ πόῤῥωθεν Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 219. v. 19. τοῖς ἄλλοις τοῖς βουλομένοις] i. e. τοῖς ἄλλοις, οἳ βούλονται ὠνεῖσθαι. Ideo articulus iteratus est. SCHAEFER.

P. 219. v. 20. ἐντελέστατα] εὐτελέστατα Paris. primus, Aug.

primus, Bavaricus, index Aldi, appendix Francofurtana, margo Lessingiani. *ἀτελέστατα* dat liber Weimaranus: sed voluit *εὐτελέστατα*. REISK. Pro adverbio habens Reiskius *ἐντελέστατα* vertit *abundantissime* Ind. Graecit. p. 212. Sed unice probandum *εὐτελέστατα*, quod etiam Bekker. adscivit. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 219. v. 20. *ἐντελέστατα καθισταμένῃ*] *εὐτελέστατα καθισταμένῃ. πιπρασκούσῃ.* id est, *minimo vendenti.* per *ῡ*, non per *ῦ*. WOLF. Accuratius: *pretium materiae minimum statuenti*, *materiam vilissimo pretio venum exponenti.* Proprie dicitur *καθιστάναι τὴν τιμὴν*, *pretium constituere. πρὸς τὰς καθεστηκυίας τιμὰς* p. 1285, 11., quae in Thesauro Stephanico c. 4589. D. secundum Budaeum parum recte vertuntur *legitima et moderata pretia iustaque.* Verte: *ut quoque tempore pretia erant*, quippe mutabilia, nunc maiora, nunc minora. Sequitur v. 28. *πυθόμενος τὰς τιμὰς τὰς ἐνθάδε τοῦ σίτου καθεστηκυίας.* Ibid. v. 6. *συνιστὰς τὰς τιμὰς*, *accendens pretia*, *flagellans annonam:* quod v. 15. uno verbo dicitur *συντιμᾶν τὰ περὶ τὸν σῖτον.* V. Photius c. 410. SCHAEFER.

P. 219. v. 20. *καθισταμένῃ*] *καθισταμένοις* Bavar. REISK.

P. 219. v. 21. *ναυπηγήσεσθαι*] Pro *ναυπηγηθήσεσθαι* fortasse legendum *ναυπηγήσεσθαι*. WOLF. Vulg. *ναυπηγηθήσεσθαι. ναυπηγήσεσθαι* Paris. primus, Aug. primus, Barocc. Correxi *ναυπηγήσεσθαι* (in fut. 1. medii). *se navigia sua hic esse fabricaturos.* REISK.

P. 219. v. 21. *πληρώσεσθαι*] vel viris vel mercibus. WOLF. *πληρωθήσεσθαι* Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK. viris, non mercibus. De viris proprie dicitur *πληροῦν*, de mercibus *φορτίζειν*. SCHAEFER.

P. 219. v. 21. *προειρημένῳ*] *εἰρημένῳ* simplex Aug. secundus. *τῷ προειρημένῳ* videntur esse delenda, ut perperam e versu 7. iterata. REISK. Illinc, tantà intercapedine, petita esse vix quisquam credet. Sed mihi quoque locus suspectus est interpolationis. Scilicet omnia haec, *ἐν τῷ λιμένι τῷ προειρημένῳ*, margini adscripta ut interpretamentum adverbii *ἐνταῦθα* videntur per errorem scribae male seduli in textum immigrasse. SCHAEFER.

P. 219. v. 22. *διειρημένου*] *cum expressum sit.* id est, *καίτοι διείρηται.* WOLF. V. Ind. Graecit. p. 156. s. et F. A. Wolf. ad Leptin. p. 246. SCHAEFER.

P. 219. v. 25. *εἰσδέχεσθαι*] Post h. v. est hypostigme in Reiskiana et Bekkeriana. Parum recte: videturque haec interpunctio Wolfium movisse, ut *ἐξέσται* quod sequitur temere solicitaret. SCHAEFER.

P. 219. v. 25. *καὶ ταῦτα ἐξέσται* —] Nova periodus, nisi legendum videatur *καὶ ταῦτα ἐξέσεσθαι*, scilicet *ᾤοντο.* WOLF. V. not. anteced. SCHAEFER.

P. 219. v. 25. *ταῦτα*] *τοῦτο* Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 219. v. 25. πλεῖον] Vulg. πλέον. πλεῖον Paris. primus, Aug. primus. REISK. πλέον Bekker. SCHAEFER.

P. 219. v. 25. οὕτω — χρῶνται] Citat h. l. Thomas M. v. πανταχόθεν [p. 678.]: nam hac lectione ille utitur. REISK. Grammaticum Reiskius inspexit negligentius. Sic enim ille citat: οὕτω καὶ πάντοθεν καταπεφρονηκότως ἐκεῖνοι χρῶνται. SCHAEFER.

P. 219. v. 26. πάντοθεν] πανταχόθεν Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 219. v. 26. καταπεφρονηκότως] *contemtim, cum contemtu.* Adverbium factum e genitivo participii plurali, ν in ς mutato. Sic νουνεχόντως *), ἐρρωμένως, διαφερόντως, etc. WOLF. Asterisco insignitum in Thesauri Stephanici edit. Lond. c. 597. B alii Lexicographi dudum receperant. Hederici Lexicon copiis Larcheri utilissimis locupletatum citat e Diodoro Siculo; qui hoc adverbio saepius utitur. V. Ind. Scapulae Oxoniensis s. v. SCHAEFER.

P. 219. v. 26. ἐκεῖνοι τῇ πόλει χρῶνται] ἐκεῖνοι χρῶνται. S. ὑμῖν τοῖς Ἀθηναίοις. WOLF. Vulg. ἐκεῖνοι χρῶνται. ἐκεῖνοι τῇ πόλει χρῶνται Barocc. Paris. primus et cum γρ. secundus, Aug. primus. Addidi duo vocabula τῇ πόλει. REISK. Caret his vocabulis etiam Thomas M. l. c. SCHAEFER.

P. 219. v. 27. ἐντεῦθεν] Ne putes dictum pro ἐνταῦθα. Est enim hic etiam attractio, quam sic resolvas: διὰ τοὺς ἐνταῦθα διδασκάλους, οἳ ἐντεῦθεν ὑπαγορεύουσιν. Non animadversum hoc idioma movit Conr. Orellium, ut ἄνωθεν in Xenophont. Conviv. 6, 7. **) solicitaret. V. edit. Turic. Isocratis π. τ. ἀ. p. 538. SCHAEFER.

P. 219. v. 27. ὑπαγορεύοντας] V. H. Stephani Thesaur. c. 597. B. et Dindorf. in Commentar. ad Aristophan. T. VI. p. 612. b. τοὺς ante ὑπ. mallem abesset. SCHAEFER.

P. 219. v. 28. οὕτω — μαλακίαν] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 14. SCHAEFER.

---

*) Non me fugit Grammaticorum decretum: νουνεχόντως ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον. Verumtamen, si licet adversari barbatis magistris, malim divise scribi νοῦν ἐχόντως. Dixi hoc Lobeckio abhinc multos annos, cum Lipsiam invisens de miro hoc adverbio mecum confabularetur: sed ita dixi, ut assensum viri egregii tulisse non videar. Ut autem dicerem, movebat me quem simul indicabam locus Platonicus de Legg. p. 686. f. HSt. (III. 2. p. 298. Bekk.) Οὐκοῦν εὖ καὶ ἐχόντως νοῦν σύ τε πάντα εἶπες καὶ ἐπῃνέσαμεν ἡμεῖς; SCHAEFER.

**) Ibid. ὄντες tam sanum mihi videtur, ut mirer fuisse qui in ὕοντες mutandum censerent. Primum enim τὸ ὕειν non multorum est deorum, sed unius: ut nusquam legatur οἱ θεοὶ ὕουσι. Deinde illa mutatio perimit Xenophonteam orationis concinnitatem, quae, si probes ὕοντες, poni poscit, non φῶς παρέχουσιν, sed φῶς παρέχοντες. SCHAEFER.

P. 219. v. 28. *οὕτω δὴ κατεγνώκασι κ. τ. λ.*] Recte quidem senserunt, nisi Demosthenes ubique mentiatur, qui talem nobis depingit Atheniensem populum, ut asino ignavissimo, qui vix contis et fustibus excitari queat, comparandus videatur. WOLF.

P. 219. v. 28. *δὴ*] Abest ab Aug. secundo. Eius loco est *δὲ* in Bavarico, Paris. secundo, Barocc. et Aug. primo, unde repetiit appendix Francofurtana. REISK. *δὲ* Bekker. Et sic Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 220. v. 1. *ὑπὲρ*] *περὶ* Aug. primus, Barocc. REISK.

P. 220. v. 1. *μελλόντων εἶναι*] *γρ. μελλόντων νομίζουσιν εἶναι* index Lambini. REISK. Si e Codice enotatum est, non spernam. Conf. locus Demosthenicus p. 563, 29. *οὐδὲν ἀγεννὲς ὑμῶν καταγιγνώσκω, οὐδ' ὑπολαμβάνω τιμήσειν* —. Sed e coniectura addi non opus. SCHAEFER.

P. 220. v. 2. *εἶναι*] Cave iungas participio *μελλόντων*. Sic enim *συντακτέον*: *πρόνοιαν εἶναι ὑπὲρ τ. μ.* SCHAEFER.

P. 220. v. 2. *παραγίνεσθαι*] *παραγίγνεσθαι* Bekker. SCHAEF.

P. 220. v. 4. *διεβεβαιωσάμην*] M. *διαβεβαιωσαίμην* per *αι* in optativo. WOLF. Wolfius mavult optativum *διαβεβαιωσαίμην*: unde videtur auctor appendicis Francofurtanae vitiosum suum *διαβεβαιώσαιμι* hausisse. REISK. Mihi etiam placet optativus, i. e. *διϊσχυρισαίμην*. SCHAEFER.

P. 220. v. 5. *ὡς τοῦθ' ἡλικίας ἔχων*] Aetate provectior noster videtur hanc orationem habuisse: seniorum enim rem affirmantium maior fere est auctoritas. SCHAEFER.

P. 220. v. 6. *χρῆσθαι*] *χρήσασθαι* Paris. primus, Aug. primus, Barocc. REISK. Malim *χρήσεσθαι*. SCHAEFER.

P. 220. v. 7. *κατεπείγουσι*] *κατεπείγουσιν* Bekker. SCHAEFER.

P. 220. v. 11. *ἐστὶν ἅμα καὶ τοὐναντίον*] *ἀντὶ τοῦ ἐμφαίνει ἢ δηλοῖ ἢ παρίστησι νοεῖν καὶ τοὐναντίον.* Si haec agenda sunt iis, qui foederis participes esse volunt, ergo, qui haec agere nolunt, sunt foederis expertes. WOLF. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 220. v. 11. *τοὐναντίον*] Post *τοὐναντίον* est lacuna, quae fuit olim eo in codice, unde Demosthenis exemplaria reliqua omnia promanarunt ad nos delata. Quare stultum sit coniecturam hic exercere velle, qui locus hic sit integrandus, qui relinquendus est sinistrae suae sorti. REISK. Habuit vir optimus pro ulcere Chironio, in quo ego ne ephelidem quidem videre mihi videor. Quid est contrarium liberae voluntatis? Nimirum necessitas. Hoc vero contrarium sequitur continuo: *εἰ ἄρα ποτὲ δεῖ*. Scilicet clausulà illà formulae foederis, *si volumus pacem communem participare*, Orator in epilogo graviter sic utitur, ut dicat simul significari hoc: *si tandem aliquando nos oportet desinere* —. Hoc *oportet* cum illo voluntario pacis servandae studio ita coniunctum esse ait, ut neget alterum ab altero posse seiungi. SCHAEFER.

P. 220. v. 12. ἀλλὰ μηδ'] Melius ἢ μηδ'. Contraria sunt aliquando desistere alienum dictum sequi et abiicere gloriam maiorum. WOLF. ἀλλ' οὐ μὴ appendix Francofurtana. REISK. Non melius ἢ μηδ', sed deterius nulloque modo ferendum. Saepe Graeci membro orationis antecedenti gravius ita subiiciunt, ut ambo vinciant per particulas ἀλλὰ καὶ in enuntiatione aiente, per ἀλλ' οὐδὲ in negante: cuius loco propter antegressum δεῖ hic poni oportuit ἀλλὰ μηδ'. Vulgo talia pro ellipticis habent supplentque in priori membro οὐ μόνον. V. Bos. Ellips. p. 788. s. Quam rationem si sequaris, post παύσασθαι subaudi μὴ μόνον. Sed haec etiam ellipsis est de genere earum, quas alibi negavi esse ellipses veri nominis dixique dialecticas. SCHAEFER.

P. 220. v. 12. μηδ' ἀναμνησθῆναι] Fors: μηδ' ἀναμνησθέντας, *ne recordantes quidem.* SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 50. Ne audias. παύομαι enim recte iungitur infinitivo: cuius constructionis exempla dedi ad Schol. Apollon. Rhod. p. 223. Sed hic locus in primis notabilis est ob copulatam utramque constructionem: παύσασθαι ἀκολουθοῦντας, παύσασθαι ἀναμνησθῆναι. Tales in oratione vincienda anomaliae diligenter attendendae, non coniecturis temere solicitandae. Aliquanto concinnior locus futurus erat, si Orator sic scripsisset: — ἀλλὰ καὶ ἀμνημονοῦντας πασῶν φιλοτιμιῶν τῶν ἐξ ἀρχαιοτάτου — ὑπαρχουσῶν. SCHAEFER.

P. 220. v. 12. φιλοτιμίας] *decoris.* V. not. ad p. 22, 22. SCHAEFER.

P. 220. v. 13. πλείστων] Vulg. πλείστου. πλείστων Aug. primus, Barocc. πλείστων refertur ad ἀνθρώπων. REISK. Hoc Reiskius cum scriberet, quid sibi voluerit ignoro. Dicit Orator, πλείστας φιλοτιμίας ὑπάρχειν τοῖς Ἀθηναίοις. SCHAEFER.

P. 220. v. 15. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. primus, Aug. primus. Ab editione P. Manutii plane abest. REISK. ἡμῖν placet. SCHAEFER.

P. 220. v. 16. τοῖς παραβεβηκόσιν] Scilicet αὐτάς, τὰς συνθήκας. WOLF.

Clausula huic orationi nulla erat in Bavarico subiecta. Sequebatur hic titulus: Δημόσιοι. κατὰ Ἀνδροτίωνος etc. — Hic desinunt οἱ συμβουλευτικοί. Iam incipiunt οἱ δημόσιοι, quem titulum orationi pro corona p. 225. praefixi e Bavarico, quamquam hic quidem publicas non ab hac oratione pro corona auspicabatur, sed ab oratione in Androtionem. REISK.

P. 752. v. 3. a f. *recte* leg. *certe.*